


DES ERASMI ROT OPERVM
QVINTVS TOMVS
QVAE AD PIETATEM INSTI
TUTVM COMPLECTITVR, QVO
rum elenchum uersa pagi
na exhibet.




FRO BEN




BASILEAE
EX OFFICINA FROBENIANA
M D XL



DES ▶ ERASMI ROT ▶ OPERVM
QVINTVS TOMVS
QVAE AD PIETATEM INSTI-
TVTNT COMPLECTITVR, QVO-
rum elenchum uersa pagi-
na exhibet.



BASILEAE
EX OFFICINA FROBENIANA
M D XL



QVINTVS TOMVS SEQVENTES
libros continet.

Enchiridion militis Christiani	pagina 3
Oratio de uirtute amplectenda	56
Ratio uerae theologiae	63
Paraclesis	116
Modus confitendi	122
Enarratio Psalmi, Beatus uir	144
Enarratio Psalmi, Quare fremuerunt	166
Paraphrasis in Psalm, Domine quid multiplicati	197
Concio in Psalm, Cum inuocarem	205
De puritate Ecclesiae Christi	248
Enarratio in Psalm, Dominus regit me	264
De bello Turcis inferendo consultatio	292
Enarratio in Psalm, Benedicam domino in omni tempore	310
Enarratio in Psalm, Dixi, custodiam uias meas	351
De amabili Ecclesiae concordia	394
Concio in Psalm, LXXXV	425
De misericordia domini concio	466
Virginis & martyris comparatio	493
Concio de puero Iesu	501
Epistola consolatoria ad uirgines sacras	508
Christiani matrimonij institutio	513
Vidua Christiana	603
Ecclesiastes	643
Modus orandi Deum	917
Symbolum, siue Catechismus	945
Precationes	998
Praean uirgini matri dicendus	1025
Oratio ad Mariam in rebus aduersis	1030
De contemptu mundi	1034
De tadio & pauore Christi disputatio	1057
De preparatione ad mortem	1082
Ode de casa natalitia Iesu	1105
Expostulatio Iesu cum homine pereunte	1104
Hymni uarij	1106
Liturgia uirginis Lauretae	1110
Carmen uotiuum Genouesae	1118
Commentarius in duos hymnos Prudentij, de natali & Epiphania pueri Iesu	1121
Christiani hominis institutum carmine	1141
Epitaphia in Odiliam	1144

nerarum, idq; immitium. Quod si tuuat cognoscere, quam uehementer sit indecorum homini ab ira superari, fac sanus cum es, uultum irati contemplare, aut ipse iratus speculum adeas. Cum sic flammanes ardent oculi, pallent genae, distorquetur os, spumant labia, tremunt membra, fremit uox, non constant sibi gestus, quis te existimet hominem esse? Vides amice suauissime, quam immensum pateat aequor, de reliquis uitijs consimili modo differendi. Sed nos medio in cursu uela colligemus, id quod reliquum est tuae solertiae relicturi. Neque enim propositi nostri erat, & sane quam infinitum fuerit, ita ut coepimus, singula uitijs genera singulis quasi declamationibus dissuadere, atque ad his oppositas uirtutes adhortari. Tantum uolui, quod tibi satis fore credebam, rationem & artem quandam nouae militiae commostrare, qua te posses aduersus pristinae uitae repululantia mala communitre. Itaque quod nos in uno atque altero, exempli causa fecimus, id te ipsum oportebit facere, cum in singulis, tum potissimum in his, ad quae cognoueris te, siue naturae, siue consuetudinis uitio peculiariter instigari. Aduersus haec certa quaedam decreta in albo mentis nostrae describenda sunt, atq; ea ne desuetudine obsolescant, subinde renouanda. Veluti contra malum obreclationis, turpiloquij, inuidentiae, gastrimargiae, & id genus reliqua. Hi soli sunt hostes militum Christianorum, in quorum assaultu, oratione, sententijs sapientum, dogmatibus diuinae scripturae, exemplis piorum hominum & maxime Christi, multo ante est praemuniendus animus. Haec omnia tamen non dubitem

ac plane pharmacum; necessarium quidem illud, sed amarum, eoque melle prælitum. Id quod olim regum Barbarorum uiolentię dabatur, non tam turpiter (ut ego opinor) quam prudenter. Pueritię uero studia, moderatis laudibus alere, ac ueluti crustulis datis, blandius inuitare, adeo uitio datum non est, ut à magnis quoque autoribus præcipiatur. Sed ista quorsum inquis? nimirum huiusmodi præfatuncula uisum est adulationis notam deprecari atque præcludere, cum statuissim hac epistola paulo ineptius tecum agere, & cum puero te paulisper ueluti repuerascere. Quanquam ego te generose Adolphe, ne laudaturus quidem sum, quin magis te ipsum tibi tanquam in speculo commonstraturus, ut temet noris, non autem ut etiam ames simulque pereas, quemadmodum de Narcisso fabulantur poëtae, sed ut etiam atque etiam intelligas, quam magnum nomen sis Deo tuę felicitatis auctori, quibusque rebus sis natus, & quo tibi sit eluctandum, ne cum totum cœlum tibi arriiseris, tute tibi parum prosper fuisse uideare. Hoc profectio sibi uolebat (ni fallor) speculum illud Socraticum, ad quod uir sapientissimus mittere solebat adolescentulos; ut qui se per specularent corporis & ingenij dotibus, fortunęque commodis ampliter cumulos, uel hoc ipso ad uirtutis studium sollicitarentur, cum intelligerent ad tantam naturę sortem, haud mediocrem industrię usuram tum deberi, tum expectari. Ii uero quibus hæc malignius contigissent, hoc impensius ad conandum extimularentur, quo quod natura uideretur dimissum, industria exæquarent. Quanquam autem tanta in re cessatio nullam omnino recipiat deprecationem, tamen non paulo minus reprehendendi uidentur, quorum industrię fortuna quodammodo defuit, quam qui fortunę defuncti ipsi. Tibi uero mi Adolphe, quęcunque ad perfectam uirtutem adminicula cœlitus dari possunt, adeo sunt asperatim suppeditata, ut nisi omnia summa præstiteris, neque sorti à Deo credita, neque tuorum expectationi responsurus uidearis. Primum enim quid ego referam fortunę miram in te raritatemque indulgentiã? quę te uix dum natum, ueluti manibus suis, in summo rerum fastigio collocauit. Quę te ad summam res non euexit, sed genuit, immo quę principem florentissimum, & antequam in lucem æderet, fecit. Quippe quę tibi genus largita est clarissimis utrinque imaginibus illustre: paternum quidem à Philippo Burgundionum duce, heroe cum quouis etiam ueterum componendo; maternum uero à Borbonica stirpe, id est, Gallorum regibus ductum. Ut omittam interim rem amplam, ac dittonem luculentam: ut si leam affinitates utriusque sororculę sponsalibus cum summis proceribus adiunctas, ut ne tibi de matre tam pia gratuler, quę solitudine quadam incredibili te ueluti denuo parturit, nihilque putat in uitam eduxisse, nisi & ad uirtutem perfectam prouererit: ut ne id quidem recenseam, quod iam nunc te puellum cum plerique primates aulici, tum clarissimus ipse princeps Philippus certatim fatali quodam fauore studioque prosequuntur, nihil non auri sibi de tua indole polliceri. Illud enim propius ad te pertinet, de quo non puduit & sapientissimum illum regem gloriari, quod, ut ille ait, animam fortitius es bonam, quodque uerus ille Prometheus mentem tibi indidit felicissimam, istis opibus, isto rerum apice, istis imaginibus dignam, dignam isto corpusculo, quod & ipsum architectrix natura, ueluti uirtutum arculam quandam, omnibus Veneris & Gratiarum muneribus copiosissime perpoliuit, ne scilicet non haberet pulcherrimum domicilium, animus pulcherrimus. Neque uero parui refert, principem uti uirtute, ita & corporis specie uulgus antecellere, cum uideam Vergilianum illud, uel reclamante Seneca, præclaris uiris non temere placuisse: *Gratior est pulchro ueniens in corpore uirtus.* Quanquam ille ipse, tetricus philosophus, ac Stoicorum penè dixerim Stoicissimus, miraculi loco refert, Claranum quendam suum, cum corpore deformi esset, ingenio tamen atque uirtute præcelluisse, & unius exemplo ratiocinatur, egregiam mentem sub quouis etiam cute latere posse, id quod ne Maro quidem negat; uerum ait, animi decus cum corporis specie coniunctum, commendatius & gratius esse mortalium oculis. Quis autem usque adeo communi sensu caret, ut hoc inficiandum putet? Quo magis miror cur homo grauis tam confessam poëtę sententiã scripserit errorem sibi uideri. Sed omisso Seneca ad rem redeamus. Poëtę mirabiles rerum omnium adumbratores diuinis mentibus, quas utique felicissimas uideri uolunt, corpora tribuunt pulcherrima. Cuius sententię ne Platonem quidem ipsum pœnituit, cum sapientię mysteria poëtis, ut solet, inuolucris obuestiens, dijs, id est, beatis mentibus, & ab omni terrena labis cõtagio porro semotis, et curru decoros

DES ERASMVS ROTERODAMVS

ADOLPHO PRINCIPI VERIENSI S. P. D.



RES SIVS intuenti mihi, non usque quaque assentanti palpandique uitio receptum uideri solet Adolphe suauissime, ut antiquitus reges & imperatores panegyricis solēnter, & quidē in os, laudarent; quin potius sic existimo, utros cordatos, rerumque naturę atque humani ingenij egregie prudentes, cum spes non esset, leoninā illam regij pectoris generositatem, & aurium delicias, uel momentis auctoritatem, uel increpantis seueritatē aliquando passuras, publicę utilitatis respectu uela uertisse, ac uia quidem occultiore, eodem tamen contendisse. Itaque sub laudationis specie simula chrum quoddam absoluti principis eis uelut in tabula depictum representasse, ut ipsi sese ad propositum exemplar exigentes, taciti secum agnoscerent, quātum ab illa laudati principis imagine abessent, ac citra tum pudorem, tum offensam discerent, quid uitij mutandis, quas uirtutes præstare oporteret. Eodemque titulo non idem ageretur, uidelicet ut boni principes quę facerent recognoscerent, mali quę facere deberent, admonerentur. Nihil igitur erat aliud ista laudatio, quam delicatum monendi, blandumque exprobrandi genus, ac plu

Laudibus atē
da studiaSpeculum Sop
craticum

Notatur Seneca

decoros, & equos ambrosia neclareq; nitidos attribuit. Homerus autem omnium disciplinarum tanquam oceanus quidam, Achillem, Vlysssem, Menelaum, & si quos preterea uirtute praestantes heroes facit, decentissima quoque corporis specie fingere consuevit.

*φολκός ἐστὶν ἄλλος δ' ἔτερον πάλαι, τὸ δ' ἐὶ δὲ ἄνω
κινετὸ δὲ ἐστὶν ἄλλος δ' ἔτερον πάλαι, τὸ δ' ἐὶ δὲ ἄνω
φύσος ἐστὶν κεφαλῶν, ἡ δὲ οὐκ ἐπενώθει λάχνη.*

Socrates

Quod Maro noster, ut Homeri pleraque alia, ita hoc quoque diligenter est aemulatus, in Aeneas, Iulo, Eurialo, multisque alijs. Quin & Socrates philosophorum non sapientissimus modo, uerum etiam incorruptissimus, in Phaedro Platonis subobscurus quidem, sed nimis quam eleganter innuit, bonam corporis figuram, bonam mentis aut argumentum esse, aut certe adiumentum: illud pulchri equi, hanc equitis sub nomine depingens ac denotans. Postremo & Aristoteles ipse de corporis & uultus indicijs, peccatoris habitum conspiciendum existimauit: idem carniū mollitudinem, ingenij neuitquam duri iudicauit signum. Postremo fides his desit autoribus, nisi & historiographorum consensu testatissimum est, Pythagoram, Scipionem Africanum, cumque his innumerabiles, qui ob diuinas quasdam animi dotes plusquam homines crediti sunt, uenusta decetique forma fuisse. A deo uidelicet cognatae res sunt, corpus atque anima, ut alterius habitum altera sequatur, ac mentis quidem bonitas in ipsa cutis specie reluceat, rursus corporis habitus diuinae; ut ait Placcus, aurae particulam uicissim afficiat, ut quae corpori penitus sit immersa, eique illigata, uelut ostream circumferat. Nam haec est una ex pinguibus illis Socratis similitudinibus, in quas locatur Alcibiades. Sed ueoreo ne de forma nimis multa. Quanquam ego nequaquam aut corporis dotes, aut ingenij felicitatem sic efferro, ut uel eos quibus haec parcius obtigerunt, a uirtutis studio deterream, uel puero tibi pueriliter blandiar, quin immo utrosque non ad Narcissi fonticulum, sed ad Socratis speculum adduco: ut & illi hoc acrius excolendo animo studeant, quo minus naturae dotibus adiuuantur: tuque cogites quam indignum flagitium quamque absurdum futurum sit, si in tam uenusto corpore, mentem inuenistam atque incultam esse patiari, ac sub cute nitida, carie sitaque squaleat animus. Tum si commiseris, ut eum tibi natura uilissimam tui partem expoluerit, tu immortalē tui portionem negligas, hōnestis studijs excolere. Denique nihil isto monstro puta esse monstruosius, quam in delicatissimo scrinio loquax & uulgus (ut Graeci dicunt) ὀνομαστός, & si magis Cynice dicendum, in gemmata pyxidula coenium, aut si quid coeno spurcius. Proinde mi Adolphe, ne laudari quidem te puta ubi quispiam formosum te, aut generosum, aut bene ingeniatum praedicat. Verissima enim & mordicus tenenda Epicleti sententia (si tamen senem tam Stoicum aulicē ferrent auriculae) prorsus extra nos esse, nihilque quicquam ad nos pertinere quacumque a fortuna uel dari possunt, uel eripi. Nondum igitur Adolphum ipsum laudauimus, deimodo gratuitam in te benignitatem retulimus, imputandam nisi ad scenas accommodatis. Porro reliquae uirtutes, quae proprie ad hominis laudem pertinent, ne possint quidem ad huc in aetate tam tenella citra Gnathonismum laudari: Tamesti tempestiuum earum prouentum a tuo expectamus autumno, neque falles, opinor, expectantes, quandoquidem isto tam florulento uere nos in spem amplissimam erigis: iam iam enim ceu grauidae turgent in palmitē gemmae. Iam nunc admodum adhuc puer, quasi gemini decoris specimen uadis, puta, tum animi patetpelli pacisq; artibus iuxta praestantis, tum materni ingenij, in cuius se mores nihil habere iuris ipsa quoque fortuna miratur. & illum quidem milititer decorae, atque ardens exiit ad aethera uirtus: haec autem rarissimo prorsus exemplo cum faemineo sexu masculum animi robur, cum summis uitae delitijs (quas illius fortuna non animus postulat) continentiam incredibilem: cum eximia nobilitate superbissimis que stemmatis modestiam & comitatem prope plusquam plebeiam: denique (ut semel complaceat) cum aula Christum copulauit. Vtrunq; igitur parentem Adolphe, alterum inuicissimum, alteram integerrimam modestissimamque iam spe quadam ita refers, ut simul & Mauortijs studijs capiaris, neque a Musarum literario ocio abhorreas, possisque ad uitraque iuxta natus ac sculptus uideri, καὶ τὸν βίον περικτυφῶν, quem praefert Dicarchus; καὶ τῆ

qui Theophrastum magis delectat. Et hunc quidem tum priorem, tum felicetorem in politia sua putat Plato, ad illum tamen uel ui retrahendum sapientem, publicae utilitatis nomine. Sed priuato sibi que uiuenti liberum esto, utrum malit sequi. Principi certe, qui patriae non sibi nascitur, neutrum oportet deesse, & utrunque Homerus Vlyssi, Vergilius Aeneae, tribuit: alterum dum eos diuturnis erroribus uarijsque casibus exercent, dum merdij bellorum miscet tumultibus, alterum dum ad inferos deducunt. Eodem arbitror pertinere, quod Plato in ijs quos obeundae Respub; destinauit, moderatum quendam & medium mentis habitum requirit, qui neque ad ferocitatem usque concitatus sit, neque ad ignauiam abiectus. Eum uero e duabus inter se pugnantibus rebus, musica gymnasticaque consistat oportere. Hunc nimirum in te uideor mihi conspiciere, cum mediam quandam indolentiam inueor, e paterna uitaque animi sublimitate, atque e matris pietate, mansuetudineque temperatam. Etenim quod iam nunc manusculis illis Pegasi ferocientis habenas, non minus scite quam animose, moderaris, & immanis beluae, cuius corpusculi farcinulam uix sentit, eius tamen & arte & animo citatur, sistitur, in gyrum circummagitur, ad saltum extimulatur, ad gradarium incessum stringitur, ad succularium tripudium admittitur, quod nunc aequore campi praecipiti uolare cursu, nunc ardua scandere, nunc per praecipitia decurre cogitur, ac puerilis simillae nutibus omnibus parer, quod in tenera ista fronte subluceat nescio quid Augustum atque heroicam maiestatis, quod uix dum puer, nihil tamen habes puerile, quod iam arcu, quod cursu, quod palestra nulli cedis aequalium, paternae uitaque uirtutis simulachrum agnosco. Rursum ubi te tanquam alijs oculis contemplotis ἡρώδης ἐκ κεφαλῆς, atque animaduerto, quod nihil quidem in te non futuro principe dignum, id est, nihil humile, nihil stupidum, nihil ingenerosum, at e regione nihil feroculum, nihil arrogans, nihil minax, nihil insolens, sed oculi, non licentes quidem illi, at neque rursus truces, uerum amici: frons, neque dura, neque improba, sed alacris & uiuida, uultus comis, & gratiarum plenus, os uerecundum, malae decentissimo pudore, semperque parato purpurillo tinctae, sermo modestus & rarus, gestus compositi, Tum quam pius in parentem, in auum reuerens, erga praecceptorem obseruans, quam inter aequales obsequens, quam non imperiosus aut morosus in ministros, quam in neminem procax. In summa cum consydero, nihil in te deprehendi, quod aulae, quod fortunae tuae mores sapiat, matris optimae imaginem (ut Plautine dicam) ipsi sibi in me uideor intueri. Et sunt ista quidem ad praesentem aetatis tuae laudem magna, ad expectationem uero & quasi praediuinationem futurorum, maxima. Illud autem spem de te nostram uel maxime confirmat, quod praeter istam naturam bonitatem, domi contigit habere utriusque uirtutis magistrōs egregios, bellicae quidem auum tuum, in quo uero nihil eorum desyderes, quae solent a fortissimo duce requiri: philosophiae uero, ac ueluti musices illius Platonicae Iacobum Battum, deum immortalem, quod rara doctrina, quod eximia uita totius innocetia, quam singulari facundia uirum: Quid iam sit, quod suis de te uotis patria non audeat promittere, posteaquam tam felici indoli formator tam egregius contigit: Contigit autem non iam exoleto, parumque per etatem tractabili, id quod plerisque solet accidere, sed quemadmodum Phoenix ille Homericus Achilli puellō adhuc peneque infantulo datus est, διδοσκέμενοι τὰ δὲ πάντα, μύθων ἐστὶν ἡμῖν, πρηνετῆρά τε ἔργων, itidem tuam infantiam uix dum a lacte depulsam, statim Battus excepit, nutricandi munus cum nutricibus ex aequo partitus, ut illae corpusculum tuum curarent, hic animum fingeret: uidelicet hoc iam tum agente matre, ut ipso prope cum lacte, auriculis tenellis praecleara illa sapientum dogmata instillaret, mentis que tuae recentem testulam, cuius oquorem & in omnem usque uitam esset redditura, Philosophiae balsamo imbueret, neque linguam istam sineret uulgari sribiligine pollui: sed purissimo Musarum irrigaret succo, ac pectusculum istud rude adhuc, & in quemuis habitum sequax praecceptis formaret amicis. Nam ad uirtutis institutionem, ut aliqua sera sit aetas, nulla certe non matura est. Haec alius aut praeteriret, aut summis uix digitis attingenda putaret. Ego uero uel sola commemoranda duco, ut in quibus uerae felicitatis puppis & prora, quod aiunt, sit homini. Siquidem natalium splendore, reliquisque fortunae muneribus, non pauci te mortales, uel aequant, uel superant. Haec tua propria pene felicitas est, & haud scio an cum ullo nostratum principum communis, quod rudis adhuc in eum incidisti uirum, qui mentis tuae uacuum tabellam castis ac salutaribus occupare possit opinionibus: possit autem quia doctissimus

doctissimus: uelit, quia optimus: efficiat, quia diligentissimus: quicquid te ueluti praesens Mercurius, Moly quodam efficacissimo, id est, optimis rationibus, contra aulicorum illecebras & uoces quorundam moribus pestilentiores, tanquam contra Circes pocula praemuniat. Rara profecto nostris in terris auis homo non triualiter eruditus: Rarior autem, qui moribus sit usque, quaque sanctis & inculpatis: Rarissima porro ac plane Phoenicis instar, qui cum exquisita doctrina summam morum innocentiam copularit. Quibus omnibus sic absolutus tibi contigit, ut non uerear asseuerare, neque Achilli Phoenicem, neque Dionysio Platonem, neque Alcibiadi Socratem, neque Alexandro Aristotelem, neque Neroni Senecam pari felicitate contigisse. Quamquam isto nomine, non tam fortunam, quam parentibus debere te puto, quorum prudenti delectu talis ascitus est. Alioqui uel una haec felicitas optanda magnatibus, qua sola fere carent. Quid autem retulit bene natum fuisse, nisi & bene instituaris: Princeps autem non temere instituitur ad uirtutem, nisi tum coeperis, cum se nondum esse principem intelligit. Quod recte reputans Philippus ille Macedonum tyrannus, uir multis modis laudatus, sibi magnopere gratulabatur, egregieque uidebatur fortunatus, quod id temporis filium suscepisset, quo uir summus Aristoteles philosophiam doceret, uir nus ex omnibus dignus, cui tantum alumnum in gremio traderet. Ego uero fortunatissime Adolphe, tibi non impendio gratuler: qui quidem domi assidue uideas, audias, totumque ac proprium possideas eiusmodi moderatorem, in quo non uel mores eruditione, uel eruditionem moribus, uel uitam quaedam uirtutibus compenses, sed quem citra delectum uolum, totum ac tuto possis effingere. Cuius doctrinam si quis contempletur, quid rariius: si uitam, quid incorruptius: si facundiam, quid admirabilius: si festiuitatem, quid amabilius: Legis identidem in poetarum literis Adolphe, Phoebe aurata cithara insignem. Legis Orpheae fidibus canoris & feras & quercus, & saxa denique mouentem. Legis Mineruam ingeniorum et artium principem. Legis caduceatorem Mercurium efficacis uirga potentem. Legis nouem illas sorores, studiorum atque elegantioris literaturae praesides. Tum charites comitatis, atque humanitatis autores, Heliconia tempe, fontem uocalem. Denique legis & Pithonem deam, quam Latini Suadelam nominant. An tu ista deliria & nihili uoces existimas esse: res sunt in primis egregiae, quas omnes uno in Batto tibi spectare licet, neque spectare modo, uerum etiam frui. Etenim quid, quaeso te, omnino aliud uox illa hominis dulcis ac rimum la, citraque omnem asperitatem eminens etiam aures feriens, nisi Phoebea quaedam cithara, aureis fidibus diuinum quiddam infonans: Quis est autem ingenio usque adeo stupido, fero laxoque, quem Battica sua uilobocuetia, & uel Nestorea illa mellitorum, non excitet, non emolliat, non edomet: Age uero quid illa est peccatoris candidissimi uenis tam facile profluens, semper pura, semper perspicua, semper exuberans oratio, nisi Castalij fontis perennis quaedam scatebra: Eam dum tu una cum aequalium tuorum grege, assidue auribus imbibis, & sermone consuescis exprimere, nonne quasi pota, uocales loquaculosque facit & alios: Porro autem cum siccitudine docet audientem, sic acumine cogit, sic uarietate delectat, quis non quasi praesens Minerva numen agnoscat: Quid autem quoties festiuissimis illis suis ac salustissimis iocis, omnium animos mire demulcet, atque exhilarat, nonne Veneres omnes, omnes Charites deloquentis ore scaterere tibi uidentur: Cum inaudita quadam arte, omnium sese moribus attemperat, in quem uis affectum quoscunque libuit, rapit, nonne Mercuriale quiddam refert: In huius profecto unius labijs Pitho illa flexanima fessitare uidetur. Cum eo uiuere ac sermones miscere, nihil aliud est, quam in Parnasi nemoribus inambulare. Denique musarum chorum non desiderabit, quisquis Cyclopaedia illam omnium disciplinarum anulis absolutam, in eo perspexerit. Quis non uel hominem, istiusmodi propter literas, uel literas propter hominem, mirari, amare, colere incipiat: Erres, mihi crede, uehementer atque adeo nimium in grate facias, nisi ista felicitatis tuae partem, uel praecipuo calculo numeraris, quae regibus etiam opulentissimis non raro non contigit. Et o deum immortalem, quid aequae, immo quid aliud ad principum felicitatem pertinet, quam ut ipsi de suo pectore, non de aliorum sententijs discant sapere, & ea pueri a bonis ac doctis uiris hauriant, quae grandes non sint ab assentatoribus audituri. At nondum equidem statui, tu ne isto tali formatore, an te ille tali alumno fortunatior: Quamquam uterque altero beatissimi mihi uidemini, proque meo in utrumque amore, tum illi de te, tum tibi de illo gratulor: tibi quod felicissimo ingenij tui solo tantus cultor contigerit, illi quod aliquando nactus est materiam dignam

Jacobus Battus

Bonus precator

in qua

in qua singularis artifex neruos intendat suos. Iamque adeo non uobis tantum, uerum & literis ipsis publicitatis gratulandum censeo, posteaquam tandem non ab Enniji, Plauti, Cicerilijs, sed ab his coeperunt coli tractarique, a quibus si quid attulerint splendoris, cum scenore recipiant. Quae si in obscurum quempiam inciderint, etiam si praecclare sint, tamen nescio quomodo autorum humilitate, ceu fumo obscurantur. In tui uero similibus, etiam medicis, mirum quam eluceat, dum uicissim & doctrina fortunam, & fortuna doctrinam illustret. Ipsae itaque literae mihi gaudio gestire uidentur, uidere iam uideor sorores illas Heliconias sibi plaudere, te dulcissimum alumnum certatim sinu rapere, exosculari, complecti, cum tu fortunatis istis articulis, calamum per aequor chartaceum ducitas, dum blasa ac uix dum firma lingua Graecae pariter ac Latinae linguae uerba meditaris, dum formosulo isto & generoso ore, ac uocula amabili, iam nunc orationem & liberam pronuncias, & numerosam modularis. Macete indole puer, deum optimum maximumque precor, ut istam mentem, istos egregios impetus, seruet fortuneturque, uelutque quasi iam herbescentem uirtutem tuam, sui syderis afflatu, ad maturam segetem prouehere, ut idem autor simul & aetatis, & honesti propoliti, incrementa felicia largiatur, ne uidelicet quod in alijs fere conspimus in te abominemur, de istis tuarum uirtutum quasi cunabulis, uelut Adonidis horum torum delicijs, breui & inani uoluptate delinuti uideamur. Caue ne tua felicitas securitatem adducat. Nam etiam si sic omnibus naturae fortunaeque dotibus sis locupletatus, ut uel Pandoram ipsam praecurras, nihil tamen actum putem, nisi ad eas commoditates paracesserit industria: quae quidem ut sine illis penem manca est, ita illa haec destituta, prorsus otiosa sunt, si negligas: perniciose, si insolescas: mortiferae, si abutaris. Et si quicquid possunt ignes illi coelestes, cum prosperissimi sunt, id omne in te unum contulerint, si Rhamnusia illa uel totum cornu suum in te semel effuderit, maximam bonae mentis partem ipse tibi praestes necesse est. Quare fac manibus pedibusque huc annitare, ut te istis dotibus parere reddas, parem uotis tuorum, parem imaginibus maiorum, parem curis optimi praecceptoris. Etenim cum omnia tam benigne suppetant, non poteris tibi non summo cum dedecore deesse. Proinde ut in bene coeptis constanter pergas Adolphe, non desinam Homerum cum illud tibi ad aures occinere. Cur autem non Graece potius, quandoquidem tu etiam nunc Graece meditaris:

ἡλίου θεῶν μάλα γὰρ σ' ὀραδὸν καλὸν τε μέγαν τε
 ἄλλοις δὲ σ' ἴνα τις σε καὶ ὀφειλόντων δύνῃται.

Et quoniam (ut saepius diximus) omnia ad perfectam laudem adfunt a diuina, quod uelut in te uisus, ut & illud eiusdem poetae uerum sit, τὸ δ' ἀνέμω τε λυβερνήτης π' ἴδωμεν. Quod si feceris, futurum confido, ut tu generi, patriae, tuisque omnibus per literas, & literis inuicem per tuam fortunam, ingens sis tum decus, tum praesidium allaturus. Illud addam in fine, quod uelim animo tuo quam penitissime infideat, ut persuasissimum tibi habeas, nihil tam generosis ac bene natis dignum, quam pietatem. Non temere mones, compertum enim habeo in aulis esse nonnullos, qui nec sentire uerentur, nec dicere pudet, Christi doctrinam nihil quicquam ad proceres attinere, sed sacrificis ac monachis esse relinquendam. Ad horum exitiales incantationes obturatis auribus, quo te mater, quo Battus uocat, sequere. Et ut iam nunc cum literarijs rudimentis Christum incipias imbibere, mitto tibi praecationes aliquot, quas matris rogatu, Batto hortatore conscripsi, sed tibi. Eoque sermonis figuram non nihil ad tuos annos attemperauimus. Quibus si diligenter ueris, simul & orationem tuam feceris meliorem, & militares illas praecatiunculas, quibus aulicum genus plerumque delectatur, non indoctissimas modo, sed & superstitiosissimas contempseris. Vale. E Lutetia. Anno a

Christo nato millesimo quadringentesimo
 duodecentesimo.

Tom. 5 f Reuerendissimo

REVERENDISSIMO SACROSANCTAE

ROMANAE ECCLESIAE T. S. CHRYSOGONI CARDINALI. MO/
guntinensi ac Magdeburgensi archiepiscopo, principi electori, primati &c.
administratori Halberstatensi, Marchioni Brandenburgensi,
Des. Erasmus Roterodamus S. D.

LIBERALIS quidam & ingenuus ingenij tui candor in causa fuit opinor, te uerendissime presul, & idē princeps illustrissime, ut ex meis libellis, longe q̄ pro meritis maiorem opinionem de me conceperis. Et tamē istum animum tuū si minus mihi, certe literis ac uirtuti gratulor, gratulor ijs, q̄ uere sunt id, quod me credis esse. Siquidē ut haecenus errat tua celsitudo, quod tantū laudis tribuit Erasmo, non errat tamen in hoc, quod egregiam uirtutem cum eruditione pariter copulatam, in quocunq; comperiatur homine, summorum principum studio fouendam ornandamq; censet. Quanquam autem non dubitabam, quin ex congressu nonnullam opinionis meae facturam facturus essem apud te, tamen apprime gestiebam in tam eximij principis amplexus accedere, ac ne prorsus ad uos uenirem, Pauli ad Romanos epistolae paraphrasin tuo nomini destinaram. Hunc animum meum, literis significaram iuueni, nō minus eruditione q̄ imaginibus claro, Valrico Hutteno, sed hoc unice nobili, quod tua dignitas illum inter precipuos, ac interiores officarios complectitur. Sed ea mox mutata est sententia, quod magis conuenire uideretur, ut quod Rhomanis scriptum esset, ijsdem inscriberetur. Interea nec per fortunam tuo conspectu frui datum est, nec per studiorum immodicos labores licuit apparere, quod tua celsitudine dignum haberetur. Etenim cum proxime Basileam repeterem, in diuersam ditionis tuae partem procul te contuleras, rursum ubi me recipere in patriā, iam apud Caesarem agebas Augustae. Quod quidē iter cum mihi uel eunti, uel redeunti multis nominibus infaultū fuerit, nullo tamen infelicitus, q̄ quod tui nō cōtigit copia. Porro dū posthabitis curis omnibus, pro uiribus aditor, ut Nouum testamentū Leone X. cui dicatum erat, dignum efficiam, ac proinde iterum atq; iterum nouo, mihi penē ueternum collegi, dum hoc à senio uindico, mihi senū contraxi, dumq; illud, uti scribis, pristino nitore restituo, mihi squalorē ac situm cōciliaui. Nam laboris, ut uoluptatis & glorię q̄ minimum habet, ita tedij molestiaq; plurimum. Ac penē duplicabat molestia, quod cōplures experiret ingratiſsimos, quorū utilitati potissimum tantum laboris defudabatur. Tandē & à laboribus quibus distringebam, & à moribus qui me propemodum extinxerant, utcunq; mihi restitutus, officij mei meminisse coepi, atq; hinc literis, quando adhuc secus non licet, amplitudinem tuā saluto, simulq; gratulor tot ornamentis tuis Cardinaliciae dignitatis fastigium accessisse, unde tibi hoc etiam plus decoris adiunctum est, quod à Pontifice integerrimo, nec emptum, nec ambitum obtigit, & adeo non ambitum, ut nisi Maximiliani Caesaris autoritate permotus, obstinate fueris recusaturus. Adiunximus epistolae libellum de ratione studij theologicij, non ut hoc tuo nomini dedicato, fidem meam liberem, uerum ut hoc uelut arrabone dato, magis ac magis astringam. Optabat R. T. D. ut diuorum uitas illustrarem meo stilo, at ego conatus sum, ut ipsi diuorum principi mea quacunq; industria lucis nō nihil adderem. Nam gaudet ille, totius glorię fons, etiā pijs suorū studijs utcunq; nobilitari. Ceterū sermone uix consequi queam, quanto pere deamē indolē istam tuā, cui iuueni, inter tot ditionis adminiſtranda, necessarias magis q̄ sacras sollicitudines, illud uel in primis cordi est, ut diuorum uita, quae partim habentur fabulis anilibus simillime, partim eo prodite stilo, ut nemo doctus aut grauis absq; nausea possit legere, primum maiore delectu, maioreq; fide: dein sermone si non facundo, certe mundo, castoq; tradantur. Perspicit nimirum tua prudentia, id quod uerissimum est, non mediocriter ad Christianae religionis ornamento facere, ne quid omnino canatur aut legatur in tēplis, quod nō grauissimo doctissimoq; cuiq; placeat re queat, hoc est, quod non ex diuinis libris haultū sit, aut certe à uiris eximijs profectum. Nunc Siculis, quod aiunt, gerris uaniora: nunc cuiuslibet deliri senis, aut etiā anticulae, somnia huc irreperunt, & indies magis ac magis irrepūt. Verum hac in re praestare, quod desiderat celsitudo tua, magis opto q̄ possum. Ego pręter conatū sedulum nihil polliceor. Nō defunt autē uel apud Germanos, qui mea sententia cumulate ualeāt tuis sanctissimis uotis satis

tis satis facere: uel Huttenum habes domi, lingua Latinae delictum. Interea mihi magis libet tibi mentem istam episcopo dignam, quam fortunam quamlibet amplam gratulari. O felicem Christi populum, si passim contingat tales esse praesules, quibus Christi gloria nihil sit antiquius, qui gemmarum lucem, qui auri fulgorem, qui argenti nitore, qui byssi candorem, qui cocci ignem: breuiter, qui totum Aaronis ornatum moribus ac uita referant, quibus etiam si pallium ac pedum detrahas, tamen episcopos agnoscas. In te fortuna, quam antiquitas caecam faciebat, oculata uidetur. Generis tui longe clarissima stemmata tuorum ornamentis illustras: Archiepiscopi dignitate uita integritate conduplicas: Cardinalicio galero nescio quid maiestatis additū uidetur, postea quam tu non reculas. Quid superest, nisi ut Christum Opt. Max. comprecemur, ut istam mentē tibi, te nobis quā diuissime feruet incolumem. Louanij xli. Calend. Ian. Anno M.D. xviii.

RATIO SEV METHO

DVS COMPENDIO PERVENIENDI AD VERAM Theologiam, per Des. Erasmus Roterod.



VM primum Nouum testamentum à nobis recognitum, esse aditurus, flagitantibus id amicis quibusdam, methodum quandā ac rationem theologicij studij curaueram adſciendā, breuem quidē illam: sed quae tum mihi uisa est satis copiosa in operis praefatione, ueritus ne non praefatio, sed aliud opus operi additū uideretur. Quod si haec ratio me nihil mouisset, tamen operis celeritas, iam ad metam decurrentis, breuitatem flagitabat. Nunc idem agemus aliquāto copiosius, & ita rem temperabimus, ut si libeat praefationis uice possit addi, si minus, separatim legi, nimirum conuatores frugaliter splendidos, & magnifice sordidos imitati, qui pridianorum obsoniorum frustula recentibus admixta, communi tegunt cōditura. Atq; utinam praestare queam quod flagitor. Magnum quidem est, ad Theologiae studium animos hominum inflammare, sed absolutioris artificis est, huiusce coelestis studij uiam ac methodum tradere, non dicam ut dignum est, (quid enim potest humana industria, quod rebus diuinis ulla ex parte respondeat) sed sicut labor hic noster mediocrem adferat utilitatem sacrosanctae Theologiae candidatis. Non minima negocij pars est, ad eundem negocij uiam nosse. Et satis festinat, qui uisquam aberrat à uia. Saepē & sumptum duplicat, & laborem, qui crebris erroribus, ac longis ambagibus tandem eō peruenit, quō destinatus, si tamen peruenire cōtingat. Porro qui compendiarium quoque uiam indicat, is gemino beneficio iuuat studiosum. Primum ut maturius quō tendit pertingat, deinde ut minori labore, sumptuq; quod sequitur assequatur. Sed subueor, ne cui mea tenuitas nota sit, protinus hic reclamet. Tum uiam indicabis, quam ipse nunquam ingressus es: aut certe infeliciter ingressus es: non minus ridicule facturus, quam si cecus caeco dux esse postulet, iuxta prouerbiū euāgelicū. Equidem maiorem in modum optarim, ut isthuc uere queā inficiari, sed tamen quid uetat imitari nauas quosdam, qui cum ipsi, nauē ad scopulum elisa, nudi uix enatarint, nihilo secius alijs soluentibus solent recte consulere, cōmonstratis periculis: aut certe Mercuriales illas stultas πολυκεφαλους, quae quondam in compitis poni solitae, suo nonnunquam indicio uitam eō prouehunt, quō nunquam ipsae sint peruenturae: & ut nonnihil ex poetis attingam, fungi uice cotis, acutum

Reddere quae ferrum ualeat, exors ipsa secandit. Postremo: Caecus uti si mōstret iter, tamē aspice. Tamen si diuus Aurelius Augustinus, accurate simul & copiose, quatuor libris, quibus titulum fecit de doctrina Christiana, super hoc propemodum argumento disserit. Et ante hunc, opinor, Dionysius quidam in opere quod inscripsit de diuinis nominibus. Rursum in libello, cui titulum fecit de mystica Theologia. Et consentaneum est eadem egisse in libris institutionum Theologicarum: ac rursus in opere de significatiua

Theologia, quo magis nos idem agemus, non modo contractius, uerum etiam crassius, & pinguiore, quod aiunt, Minerua: quippe qui nequaquam excellentibus uiris ista paramus, sed rudibus ac plebeis, uenaeque interioris ingenijs, nostra qualicunque industria nititur subuenire. Itaque quod primo loco praecipendum erat, id sane perquam facile est, & ut isti loquuntur, numero dici potest. Ceterum quod ad usum attinet, omnium est longe primum ac maximum. Et ut in praecipiendo minimum est negocij, ita est in praestando plurimum: nimirum, ut ad hanc philosophiam, non Platoniam, aut Stoicam, aut peripateticam, sed plane caelestem: animum adferamus, ea dignum, non tantum purum ab omnibus, quantum fieri potest, uitiorum inquinamentis, uerum etiam ab omni cupiditatum tumultu tranquillum ac quietum, quo expressus in nobis, uelut in amne placido, aut speculo leui & exterso, reliceat aeternae illius ueritatis imago. Nam si Hippocrates a suis discipulis exigit mores sanctos & integros: si Iulius Firmicus in arte superstitionis non recipiebant quenquam ad sua prophana mysteria, nisi prius multis observationibus repurgatus: quanto magis aequum est nos ad huius diuinae sapientiae scholam, seu templum uerius, purgatissimis animis accedere: In Exodo populus dei uocem procul audire, uelut biduo purgari. Quam aut puritatem arbitramur exigere a Mose & Aaron, qui consensu montis cacumine, in admirabilem illam caliginem penetrant, ubi conspicitur, quod nulla lux neque caelestis, neque terrestris potest ostendere, ubi cominus cum deo mutescentur colloquia: Eodem spectat opinor, quod cum iuxta montem Oreb properaret, accurrens ut propius conspiceretur inuitatum miraculum ardentis rubi, nec tamen exiit: non prius admissus est ad diuinum colloquium, quam abijceret calciamenta pedum. Quid pedes, nisi affectus: Quid pedes liberi calciamentorum onere, nisi animus nullis terrenis ac fluxarum rerum cupiditatibus oneratus: At uerius & efficacius nobis loquitur deus in arcanis libris, quam Mose de rubo locutus sit: si modo puri accesserimus ad colloquium. Paulus enarrationem arcanae scripturae non philosophiam, sed prophetiam uocat. Prophetia uero spiritus illius aeterni donum est.

Huiusmodi peccus tuum praepares oportet, ut tu quoque uerbo prophetico *theologiae* uocari merearis. Ad sit oculus fidei simplex et columbinus, qui non cernit nisi caelestia. Accedat summus ardor discendi. Non dignatur hoc incomparabile margaritum uel amari uulgariter, uel cum alijs diligi. Sipientem requirit animum, & nihil aliud sipientem, iam hoc sacrum limen adituras, procul absit omnis fastus, procul absit omne supercilium. Ab huiusmodi protinus resilit ille spiritus, qui mansuetis minimeque ferocibus gaudet animis. Augustum est huius reginae palatium, si penetraris in penetralia, sed uehementer humi ostio patet aditus, ceruicem submittas oportet, si uelis admitti. Procul absit illa ueritatis nocentissima peltis, gloriae fames, quae ferocia solet ingenia comitari. Absit rixarum parens, pertinacia, multo magis caeca temeritas. Quod Pythagorae numeros quosdam magicos docenti praestiterunt auditores, tu multo magis praestes spiritui doctori. Tuo iudicio diffusus, illi te fingendum formandumque permittas. Cum loca subis religione ueneranda, exoscularis omnia, adoras omnia, & quasi nusquam non adsit numen aliud quod, ita nihil non reuereris. Id tibi multo religiosius faciendum memineris, cum haec diuini spiritus adyta subiturus es. Quod datur uidere, pronus exosculari: quod non datur, tamen opertum, quicquid est, adora simplici fide, proculque uenerare. Absit impia curiositas. Quaedam mysteria uel ob hoc ipsum uidere mereberis, quod temetipsum ab illorum conspectu reuerenter submoueris: fortassis hoc nos docuit Moses, faciem suam obuelans, ne dominum intueretur e rubo sibi loquentem. Ceteras disciplinas caute ac sobrie uult Augustinus attingi, libros humanos uult cum iudicio delectari legi. Hic si quid occurrit, quod parum congruat in naturam diuinam, aut quod cum Christi doctrina pugnat, uideatur, caue calumnieris quod scriptum est: sed te potius crede non assequi quod legis, aut subesse tropum in uerbis, aut codicem esse deprauatum. Velut cum legis deum irasci, aut poenitentia tangi, cum id habeat certum Christiana fides, deum ab affectibus huiusmodi prorsus immunem esse: aut cum legis a Christo praecipit apostolis, ut diuenditis tunicis emant sibi gladios, cum idem antea uetisset, ne malo resisterent. Inter humanas disciplinas, aliae alium habent scopum. Apud rhetorem hoc spectas, ut

copior

conductum, quoties palam adulantes plus potestatis tribunt Romano pontifici, quam ipse uel agnoscat, uel postulet: quoties iactat sua beneficia, quibus debeat incolunitas populi: quoties persuadere conatur: quoties suos quique diuos immodicis laudibus attollunt, suum interim ordinem ambitiose praedicantes, non esse cacodamoni ius in eos, qui in huius aut illius diui cuculla sepeliuntur, domum fortunata fore, quae talis diui pallium habeat, reualiturum a morbo qui illi sacrum cultum annis aliquot circumferat, non male periturum, qui cotidie pictum aut sculptum Christophorum contempletur: quoties haec atque his impudentiores nuntias ex eo loco deblaterant, qui praedicandae doctrinae euangelicae dicendus est: quis non ingemiscat, quem non miserecat imperitiae ac superstitiosa multitudinis? Sed ut ad contentiosas quaestiones redeamus, uide quae sollicitus Paulus Timotheum suum ab his deterret: Noli, inquit, uerbis contendere. Ad nihil enim conducit, nisi ad subuersionem audientium. Ac mox, ubi iussisset eum recte secare sermonem ueritatis, adiecit: Inanes autem uocum nouitates deuita. Rursum ad Titum, ubi multa monuisset, quae ad pios mores faciunt, etiam atque etiam admonet, ut stultas quaestiones, & genealogias, & pugnas, quae ueniunt ex lege, rejiciat. Has contentiones Timotheo scribens, λογμαχίαι appellat, in quas ait quosdam insanire, cum tamen ex his nihil oriatur, praeter inuidias, contentiones, conuicia, suspiciones malas, conficcationes hominum mente corruptorum, ueritatis expertium, qui quaestum suum anteponant pietati. Nemo uero sic interpretetur haec, quae diximus, nos huc tendere, ut in totum damnemus eos, qui praeter quaestiones nihil nobis reliquerunt, aut improbemus scholasticas conficcationes, ex quibus saepenumero non aliter elicitur ueritas, quam ex collisione silicis ignis excutitur: sed modum in his, ac delectum requiramus. Modus dabit, ne quaratur de omnibus: delectus, ne de quibuslibet. Alioquin multa sunt & in neotericorum libris digna cognitu, sed ea per aetate modice degustentur, sobrie castaque tractentur. Nam hoc studiorum genus olim apud theologos prorsus incognitum fuit: deinde posteaque irrepit, ut fere sit in rebus humanis, paulatim in immensum increuit. Unde coepit in aliquot iam Academicis parcius ac moderatius haberi, uelut apud Anglos in Cantabrigienfi, apud Brabantos in Louanienfi. Nec ideo minus florent haec studia, sed uerius florent. Quale uero spectaculum est, Theologum octogenarium nihil aliud sapere, quam mera sophismata, & ad extremum usque uitae nihil aliud quam arguere: Nam huiusmodi non paucos uidimus olim Lutetiae, quibus si quid de promendum fuisset ex Paulo, uidebantur sibi prorsus in alium mundum translati. Proinde si cui contigit tanta ingenij uis, ut utrumque studiorum genus complecti possit, eat sane per nos, eat quod illi sua uirtus uocat, eat pede fausto. Sed ab ijs tamē quae nos praetulimus incipiendum: in his maiorē ac meliorē uitae partē impartienda censeo. Quod si alterutrum sit deserendum, non possum non fateri quod uerissimum est: malim in hoc latus deflectere. Praestat paulo minus esse sophista, quam minus sapere in euangelicis & apostolicis literis. Satius est ignorare quaedam Aristotelis dogmata, quam nescire Christi decreta. Denique malim cum Chrysostomo pius esse theologus, quam cum Scoto esse inuictus. Illud certe negari non potest, per ueteres illos illustrata ac defensam Christi doctrinam, quos ita demum patiar antiquari, si constet, horum argutissimis argutis & subtilissimis subtilitatibus uel unum ethnicum conuersum ad Christi fidem, uel unum reuictum ac mutatū haeticum. Nam quod hodie pauciores sunt, aut certe extant, haereses, id si uerum fateri uolumus, fasciculis debemus uerius, quam syllogismis. Quis enim omnino nodus dialectica subtilitate necesse potest, qui non eadem subtilitate dissoluatur, si liberum sit utrisque, quod uoluerint, assumere: Quis uero fructus, si necesse, quod explicare non potest, qui tamen non assentitur, imo aliquoties ne is quidem qui necesse: Sed simplices illae literae ueritate, non argutia efficaces, totius orbis populos pauculis annis innouare potuerunt. Verum missam faciamus studiorum collationem: sit in his suum cuique pulchrum, & ut Paulinis uerbis utar, in suo quisque sensu acquiescat. Cui placent Scholasticae conficcationes, sequatur suo quidem arbitrato, quod in scholis receptum est: modo ne nimium tribuat scholae dogmatis, modo ne nimium diu. Nam uidi complures, qui iam semicani, cum prisca illa theologia conati sunt redire in gratiam, sed parum feliciter successit conatus, nimium serus. At si quis magis cupit instructus esse ad pietatem, quam ad disputationem, statim ac potissimum uersetur in fontibus, uersetur in his scriptoribus, qui prorsus xime biberunt de fontibus. Si quid exierit dubitationis, in his, quae pertinent ad pietatem,

k 4 non

non deerit integro prudentiq; viro, quod è diuinis oraculis salubriter respondeat. Habet Paulus fidele consilium, ubi domini præceptum non habet, quod diminutum erit in syllogismis, id pensabit sancta ad deum deprecatio. Deniq; satis inuictus fueris Theologus, si nulli succumbas uitio, nullis cedas cupiditatibus, etiamsi à contentiosa disputatione discesseris inferior. Abunde magnus doctor est, qui pure docet Christum. Si turpe ducunt, nescire quid definiat Scotus, turpius est nescire quid decernat Christus. Si parum theologicum est, non assequi quæ scripsit Durandus, minus theologici est, non assequi quæ scripsit Paulus. A diuinis oraculis nomen habet theologus, non ab humanis opinionibus. Et bona theologiæ pars afflatus est, qui non contingit, nisi moribus purgatissimis: & tamen hanc facultatem nulli sibi maiore supercilio uindictant, quam quorum tota uita seruit ambitioni, seruit auaritiæ, frequenter & libidini gulæq;, undiq; sycophantijs, fucis & hypocrisis corrupta. Hi se iactant euangelicæ doctrinæ præcones, hi se faciunt Christianæ religionis columnas, ab horum ore pendet imperita multitudo. Nimirum horum facta cernebat Christus, cum deploraret sortem populi, dissipatarum ac pastore destitutarum ouium in morem errantis. Habent enim & nostra tempora suos phariseos ac rabbinos, habent suos hypocritas, habent sua phylacteria quibus se commendent stultæ plebeculæ. Orandus igitur Christus, ut hoc pharisaicū genus aut mutet in melius, aut abigat à grege suo. Atq; hæc dicta sunt, non ut lædamus bonos, sed ut malos admoneamus officij.

RATIONIS VERÆ THEOLOGICÆ PER DES.
Erasmum Roterodamum, finis.

DES. ERASMI ROTEROD. PARACLESIS, ID EST ADHORTATIO, AD CHRISTIANÆ PHILOSOPHIÆ STUDIUM.



Actantius ille Firmianus, optime lector, cuius linguam unice miratur Hieronymus, Christianæ religioni patrocinaturus aduersus ethnicos, cum primis optat sibi dari eloquentiam Tullianæ proximam: improbum ratus, opinor, optasse parem. At ego sane, si quid huiusmodi uotis proficitur, tantisper dum mortales omnes ad sanctissimum ac saluberrimum Christianæ Philosophiæ studium adhortor, ac ueluti classicum canense euoco, uehementer optantem eloquentiam mihi dari, soge aliam quam fuerit Ciceroni: si minus picturam quam fuit illius, certe multo magis efficacem. Imò si cui unquam talis contigit dicendi uis, qualem non omnino sine causa, ueterum poetarum fabulæ subnotarunt in Mercurio, qui ceu magica uirga diuinæq; cithara somnum immittit cum liber, & idem adimit, quos uult ad inferos impellens, ac rursus ab inferis euocans: aut qualē signarunt in Amphione Orpheoq;, quorum alter rigida mouisse saxa, alter quercus & ornos traxisse cithara fingitur: Aut qualem Ogmio suo tribuebāt Galli, mortales omnes catenulis à lingua in aures infixis, quò uellet circumducenti. Aut qualem Marsyæ fabulosa tribuit antiquitas. Aut certe, nemini diu fabulis immoremur, qualem Socrati tribuit Alcibiades, Pericli uetus comœdia, quæ non aures tantum mox peritura uoluptate deliniat, sed quæ tenaces aculeos relinquat in animis auditorum, quæ rapiat, quæ transformet, quæ multo alium dimittat auditorē quam acceperit. Timotheus musicus ille nobilis Dorios occinens modos, Alexandrum magnum ad belli studium inflammare solitus legitur. Neq; defuerunt olim, qui precaminibus, quas Græci uocant ἐρωδίας, nihil ducerent efficacius. Quod si quod uisq; esset huiusmodi genus incantamenti, si qua uis harmoniæ, quæ uerum habeat ἐρρωδισμὸν, si qua Pytho uere flexanima, eam mihi cupiam in præsentia suppeterē, quo rem omnium saluberrimam omnibus persuadeam. Quanquā illud potius optandum, ut Christus ipse, cuius negocium agitur, ita citharę nostræ chordas temperet, ut hæc cantilena penitus afficiat ac moueat animos omnium. Ad quod quidem efficiendum, nihil opus rectorum epicherematis, aut epiphonematis. Hoc quod aptamus, non alia res certius præstet, quam ipsa ueritas, cuius quo simplicior, hoc efficacior est oratio. Ac primum quidē non

Mercurius
Amphion
Orpheus
Hercules
Celticus
Socrates
Alcibiades
Pericles
Timotheus
Veritatis oratio

non libet in præsentia refricare querelam illam, non omnino nouam sed heu nimirum iustam: & haud scio an unquam iustiorē, quam hisce temporibus, cum tam ardentibus animis in sua quisq; studia mortales incumbant, hanc unam Christi philosophiam à non nullis etiam Christianis rideri, à plerisq; negligi, à paucis tractari, sed frigide: non enim dicam insyncere. At in cæteris disciplinis omnibus, quas humana prodidit industria: nihil est tam abditum ac retrusum, quod non peruestigarit ingenij sagacitas: nihil tam difficile, quod non expugnarit labor improbus. Qui fit autem, ut hanc unam philosophiam, non his quibus par est animis amplectamur, quotquot ipso etiam cognomine Christi nomine profitentur: Platonicis, Pythagoricis, Academicis, Stoicis, Cynicis, Peripateticis, Epicureis, suæ quisq; sectæ dogmata, tum penitus habent cognita, tum memoriter tenent, pro his diu gladiantur illi, uel emoritur citius, q̄ autoris sui patrocinium deserant. At cur non multo magis tales animos præstamus auctori nostro & principi Christo: Quis non uehementer fœdum censeat Aristotelicam profitenti philosophiam, nescire quid uir ille senserit de causis fulminum, de prima materia, de infinito: quæ nec cognita felicem, nec ignoratam reddunt infelicem. Et nos tot modis iniuriati, tot sacramentis adacti Christo, non fœdum ac turpe putamus illius nescire dogmata, quæ certissimam omnibus præstent felicitatem? Nam quorsum attinet hic contentione rem exaggerare, cum hoc ipsum impiæ cuiusdam dementiæ sit, Christum cum Zenone aut Aristotele, & huius doctrinam cum illorum, ut modestissime dicam præceptiunculis conferre uelle? Affingant illi suæ sectæ principibus, quantum possunt, aut quantum libet: Certe solus hic cælo profectus est doctor, solus cetera docere potuit, cum sit æterna sapientia: solus salutaria docuit unicus humanæ salutis autor: solus absolute præstitit, quicquid unquam docuit: solus exhibere potest, quicquid promissit. Si quid à Chaldeis aut Aegyptijs adfertur, id ob hoc ipsum acrius auemus cognoscere, quod è peregrino sit orbe deportatum, & precij pars est: è longinquo uenisse, & sæpenuero infomnijs homunculū, ne dicam impostoris, tam anxie distorquemur, non solum nullo fructu, sed magno temporis dispendio, ut ne quid addam grauius: tamen illi tam hoc ipsum ut nihil accedat grauissimum est. At qui fit ut huiusmodi cupiditas non item Christianos titillet animos, quibus persuasum est, id quod res est, hanc doctrinam non ex Aegypto Syriæue, sed ex ipso uenisse cælo? Cur non ita nobiscum cogitamus omnes: nouū & admirabile philosophiæ genus sit, oportet, quod ut traderet mortalibus: is quideus erat, factus est homo: q̄ immortalis, factus est mortalis: qui in corde patris erat, se se demisit in terras. Magnum quiddā & haud quaquā triuiale sit oportet, quicquid illud est, quod ille tam admirandus autor, post tot excellentium philosophorum familias, post tot insignes prophetas, docturus aduenerit. Cur non hic pia curiositate singula cognoscimus, disquirimus, excutimus: Præsertim cum hoc sapientiæ genus, tā eximium, ut semel stultam reddiderit uniuersam huius mundi sapientiam, ex paucis hisce libris, uelut è limpidissimis fontibus, haurire liceat, longe minore negotio, q̄ ex tot uoluminibus spinosis, ex tam immensis, q̄q; inter se pugnantibus interpretum cōmentarijs, Aristotelicam doctrinam, ut ne addam, quanto maiore cū fructu. Nihil enim hic necesse est, ut tot anxij disciplinis instructus accedas. Simplex & cuius paratū est uaticum, tantum fac à dferas primum ac promptum animū, & in primis simplici puraq; præditum fide. Tatum esto docilis, & multū in hac philosophia promouisti. Ipsa suppeditat doctore spiritū, qui nulli sese lubentius impartit, q̄ simplicibus animis. Illorum disciplinæ, præterq̄ quod falsam promittunt felicitatem, multorum ingenia submouent, ipsa uidelicet præceptorum difficultate. Hæc omnibus ex æquo sese accommodat, submittit se paruulis, ad illorum modulum sese attemperat, lacte illos alens, ferens, confouens, sustinens, omnia faciens, donec grande scamus in Christo. At rursus ita non deest in summis, ut summis etiam sit admirabilis. Imò quo longius in huius opes progressus fueris, hoc longius illius maiestate submoueris. Paruis pusilla est, magnis plusquā maxima. Nullam hæc ætatem, nullū sexum, nullam fortunam, nullam rejicit conditionem. Sol hic non perinde cōmunis et expositus est omnibus atq; Christi doctrina. Non arcet omnino quenq;, nisi quis se met arceat, ipse sibi inuidēs. Vehementer enim ab istis dissentio, qui nolint ab idiotis legi diuinas literas, in uulgi linguam transfusas, siue quasi Christus tam inuoluta docuerit, ut uix à pauculis Theologis possint intelligi, siue quasi religionis Christianæ præsidium in hoc situm sit, si nesciatur.

Philosophia
Christi negle
ctia

Christus

Præstantia
philosophiæ
Christiane

Regum

Regum mysteria cœlare fortasse satius est: At Christus sua mysteria quam maxime cupit euulgari. Optarem ut omnes mulierculæ legant euangelium, legant Paulinas epistolas. Atque utinam hæc in omnes omnium linguas essent transfusa, ut non solum à Scotis & Hybernis, sed à Turcis quoque & Sarracenis legi cognoscique possint. Primus certe gradus est, utcumque cognoscere. Esto riderent multi, ac caperentur aliquot. Utinam hinc ad situm aliquid decanter agricola, hinc non nihil ad radios suos moduletur textor, huiusmodi fabulis itineris tædium leuet uiator. Ex his sint omnia Christianorum omnium colloquia. Tales enim ferme sumus, quales sunt quotidianæ nostræ cōfabulationes. Assequatur quisque quod potest, exprimat quicquid quod potest. Qui posterior est non inuideat præcedenti, qui prior est, inuitet sequentem, non desperet. Cur professionem omnium cōmunem ad paucos contrahimus? Neque enim consentaneum est, cum baptisimus ex æquo communis sit Christianorum omnium, in quo prima Christianæ philosophiæ professio est, cum sacramenta cætera, denique cum præmium illud immortalitatis ad omnes ex æquo pertineat, sola dogmata in pauculos istos esse releganda, quos hodie uulgus Theologos aut Monachos uocat, quos ipsos tamen, tametsi minima quæpiam portio sunt ad populum Christiani nominis, tamen hos, inquam, ipsos optarim maiorem in modum esse quod audiunt. Vereor enim ne inter Theologos reperire liceat, qui multum absint à suo titulo; hoc est, qui terrena loquantur, non diuina: & inter monachos, qui Christi paupertatem & mundi contemptum profitentur, plusquam mundum reperies. Is mihi uere theologus est, qui non syllogismis arte contortis, sed affectu, sed ipso uultu atque oculis, sed ipsa uita doceat aspernandas opes: Christiano non esse fidendum huius mundi præsidij, sed totum oportere pendere de cælo, non esse retaliandam iniuriam, bene precandum male precantibus, bene merendum de male merentibus: bonos omnes uelut eiusdem corporis membra diligendos ac fouendos ex æquo: malos tolerandos, si corrigi nequeant: qui suis exuuntur bonis, qui depelluntur possessionibus, qui lugent, hos beatos esse, non deplorandos: mortem oportendam etiam pijs, ut que nihil sit aliud quam traiectus ad immortalitatem: hæc inquam & huiusmodi, si quis afflatus spiritu Christi prædicet, inculcet, ad hæc hortetur, inuitet, animet, is demum uere theologus est, etiã si fossor fuerit aut textor. Hæc si quis & ipsis præstet moribus, is denique magnus est doctor. Qua ratione intelligat angelus, fortasse subtilius differat alius uel non Christianus, at illud persuadere, ut hic puri ab omnibus iniqua mentis uitam exigamus angelicam, id demum Christiani Theologi munus est. Quod si quis obstreperet, hæc esse crassa & idiotica, nihil aliud huic responderim, nisi quod hæc crassa Christus præcipue docuit, hæc inculcant apostoli, hæc quatumuis idiotica, tot germane Christianos, tot insignium martyrum examina nobis prodiderunt. Hæc inquam, illiterata ut ipsis uideatur philosophia, summos orbis principes, tot regna, tot gentes, in suas pertraxit leges, id quod nulla tyrannorum uis, nulla philosophorum poterat eruditio. Neque uero repugno, quo minus sapientiam istam, si uideatur, loquantur inter perfectos. At hoc certe nomine consoletur sese humile Christianorum uulgus, quod istas subtilitates, an sciuerunt apostoli, uiderint alij, certe non docuerunt. Hæc, inquam, plebeia, si præstarent propria sorte principes, si in concionibus inculcarent sacerdotes, si pueris instillarent ludimagistri, potius quam erudita illa, ex Aristotelis & Auerrois deprompta fontibus: non sic perperuis pene bellis tumultuaretur undique res Christiana, non tam infano studio, perphasnephaseque cōgerendi diuitias ferueret omnia, non tot litibus ubique perstreperent sacra pariter ac prophana. Denique non titulo tantum & ceremonijs differremus ab his, qui Christi philosophiam non profitentur. Si quidem in his tribus hominum ordinibus præcipue situm est Christianæ religionis uel instauranda, uel augenda negotium, in principibus, & qui horum gerunt uices, magistratibus: in episcopis, & horum uicarijs, sacerdotibus: & in ijs, qui primam illam gratiam ad omnia sequacem, instituunt. Quos si omisso suo negotio contingat ex animo conspirare in Christum, nimirum uideremus haud ita multis annis uerum quoddam, & ut Paulus inquit, *γνησιον* Christianorum genus passim emergere, quod Christi philosophiam non ceremonijs tantum, et propositionibus, sed ipso pectore totaque uita referret. His armis longe citius pellicerentur ad Christi fidem, Christiani nominis hostes, quam minis aut armis. Ut omnia iungamus præsidia, nihil ipsa ueritate potentius. Platonius non est, qui Platonis libros non legerit, & theologus est, non modo Christianus

Vere Theologus

Apostoli subtilitates non docuerunt

γνησιον, id est, germanum, hoc est uerum Veritas

stianus, qui Christi literas non legerit: Qui diligit, inquit, me, sermones meos seruat, hanc ipse notam præscripsit. Proinde si uere ex animo sumus Christiani, si uere credimus illum è cælo missum, ut ea nos doceret, quæ philosophorum sapientia non poterat, si uere expectamus ab eo, quod nulli principes quantumuis opulenti, donare queunt: cur est nobis quicquam huius literis antiquius? Cur omnino quicquam uideatur eruditum, quod ab huius decretis diffidet? Cur in his adorandis literis idem, ac pene dixerim, plus nobis permitimus, quam in Cæsareis legibus, aut medicorum libris sibi permittunt interpretes prophætiæ, ut perinde quasi in re ludicra uersemur: ita quicquid in buccam uenerit, cōmentemur, detorqueamus, inuoluamus. Cœlestia dogmata, ceu Lydiam regulam, ad nostram pertrahimus uitam: & dum omnibus modis fugimus, ne parum multa scisse uideamur, quicquid uisquam est prophanarum literarum huc prouehentes, id quod est in Christiana philosophia præcipuum, non dicam, corrumpimus: sed quod negari non potest, ad paucos homines contrahimus rem, qua Christus nihil uoluit esse communius. Hoc philosophiæ genus in affectibus situm uerius, quam in syllogismis, uita est magis quam disputatio, afflatus potius quam eruditio, transformatio magis quam ratio. Doctos esse uix paucis contigit: nulli non licet esse Christianum, nulli non licet esse pius, addam audacter illud, nulli non licet esse Theologum. Iam facile descendit in animos omnium, quod maxime secundum naturam est. Quid autem aliud est Christi philosophia, quam ipse renascentiam uocat, quam instauratio bene conditæ naturæ: Proinde quamquam nemo tradidit hæc absolute, nemo efficacius, quam Christus, tamē permulta reperire licet in ethnicorum libris, quæ cum huius doctrina consentiant. Nulla fuit unquam tam crassa factio philosophiæ, quæ docuerit pecuniam hominem reddere felicem, nulla tam impudens, quæ in uulgaribus istis honoribus aut uoluptatibus finem boni constituerit. Viderunt Stoici neminem esse sapientem, nisi bonum uirum, uiderunt nihil esse uere bonum aut honestum, præter ueram uirtutem, nihil horrendum aut malum, præter unam turpitudinem. Iniuriam non esse penandam iniuria, multis modis apud Platonem docet Socrates: item cum immortalis sit anima, non esse deplorandos, qui cum fiducia bene actæ uitæ hinc demigrant in uitam feliciorum: præterea animam omnibus modis abducendam ab affectibus corporis, & ad ea traducendam, quæ uere sunt, cum non uideamur. Nullam rem nobis suauem esse posse, que non aliquo modo contemnatur, in Politicis scripsit Aristoteles, una uirtute excepta. Nihil in uita homini suauem esse posse, nisi ad sit animus nullius mali sibi conscius, unde ceteris fonte scatet uera uoluptas, fatetur & Epicurus. Quid non magnam huius doctrinæ partem præstiterit non pauci, præcipue Socrates, Diogenes, & Epicurus? At eadem cum tanto plenius & docuerit & præstiterit Christus, an non prodigij simile, hæc à Christianis uel ignorari, uel negligi, uel etiam rideri? Si sunt quæ propius pertinent ad Christianismum, his antiquatis, illa sequamur: sin hæc sola sunt quæ uere Christianum pollicentur efficere cur hæc propemodum magis pro obsoletis & abrogatis habemus, quam libros Mosaicos? Primum autem est scire quid docuerit, proximum est præstare. Neque enim ob id, opinor, quisquam sibi Christianus esse uideatur, si spinosa, molesta que uerborum perplexitate, de instantibus, de relationibus, de quidditatibus ac formalitatibus disputet, sed si quod Christus docuit & exhibuit, id teneat, exprimatque. Non quod horum studium damnem, qui in argutijs huiusmodi non sine laude exercuerunt ingenij sui uires: nolim enim offendere quenquam, sed quod existimem, & uere, ni fallor, existimo, puram ac germanam illam Christi Philosophiam non altunde feliciter hauriri quam ex Euangelicis literis, quam ex Apostolicis literis, in quibus si quis pie philosophetur, orans magis quam argumentans, & transformari studens potius quam armari, is nimirum comperiet nihil esse, quod ad hominis felicitatem, nihil quod ad ullam huius uitæ functionem pertineat, quod in his non sit traditum, discussum, & absolutum. Siue quid discere cupimus, cur alius auctor magis placet, quam ipse Christus? Siue uiuenti formam requirimus, cur aliud nobis prius est exemplum, quam archetypus ipse Christus? Siue pharmacum aliquod aduersus molestas animi cupiditates desideramus, cur alibi putamus remedium esse præsentius? Siue cupimus residem ac languescentem animum expergefaceri lectione, quaeso ubi reperias igniculos aque uiuos & efficaces? Siue uisum est animum ab huius uitæ molestijs auocare, cur alia magis placent deliciae?

Philosophia Christiana

Stoici

Socrates

Aristoteles

Epicurus

Christus

Decreat

Literæ hominum deliciae? Cur statim malimus ex hominum literis Christi sapientiam discere, quam ex ipso Christo? qui quod pollicitus sese semper nobiscum fore usque ad consummationem seculi, in his literis præcipue præstat, in quibus nobis etiamnum uiuit, spirat, loquitur, penè dixerim, efficacius quam cum inter homines uersaretur. Minus uidebant, minus audiebant Iudæi, quam tu uides & audis in euangelicis literis, tantum ut oculos & aures adferas, quibus ille cerni & audiri possit. Quid tandem hoc rei est? Literas ab amiculo scriptas, seruamus, exosculamur, circumferimus, iterum atque iterum relegimus: & tot sunt milia Christianorum, qui cum alioqui docti sint, euangelicos & apostolicos libros ne legerint quidem unquam in omni uita. Mahumetæi sua tenent dogmata, Iudæi & hodie ab ipsis cunabulis suum ediscunt Mosen. Cur nos non idem præstamus Christus? Qui Benedicti proficetur institutum, regulam ab homine, eoque penè idiota, & idiotis scriptam, tenent, ediscunt, imbunt. Qui Augustiniani sunt ordinis, autoris sui regulam calant. Franciscani Francisci sui traditiunculas adorant, amplectuntur, & quoquo terrarum se contulerint, secum circumferunt, tutos se non credunt, nisi libellus adsit in sinu. Cuius illi plus tribunt regulæ ab homine scriptæ quam uniuersi Christiani suæ regulæ, quam omni bus tradidit Christus, quæ omnes ex eoque professi sunt in baptismo: Denique qua (ut sexcentas etiam addas) nulla possit esse sanctior: Atque utinam fiat, ut quemadmodum Paulus scripsit, Mosis legem non fuisse gloriosam præ gloria succedentis euangelij, ita Christianis omnibus euangelia & apostolorum literæ ita sanctæ habeantur, ut hæc præ illis non uideantur esse sancta. Quid Alberto magno, quid Alexandro, quid Thomæ, quid Aegidij, quid Ricardio, quid Occam alij uelint tribuere, per me sanè cuius liberum erit: nolim enim cuiuscumque imminuere gloriam, aut cum inueteratis iam hominum studijs dimicare. Sint illa quantumuis erudita, quantumuis subtilia, quantumuis, si uelint, Seraphica, hæc tamen certissima fateantur oportet. Paulus diiudicare uult spiritus prophetarum, num ex deo sint. Augustinus omnes omnium libros cum iudicio legens, nihilo plus turis postulat & suis. In his solis literis, & quod non assequor, tamen adoro. Hunc autorem nobis non schola theologorum, sed ipse pater cælestis, diuinæ uocis testimonio comprobauit, idque bis, primum ad Iordanem in baptismo, deinde in monte Thabor in transfiguratione. Hic, inquit, est filius meus dilectus, in quo mihi complacitum est, ipsum audite. O solidam auctoritatem, uereque (ut isti uocant) irrefragabilem. Quid est ipsum audite? Nimirum, hic uicinus est doctor, huius unius discipuli sitis. Attollat studijs suum quisque quantum uolet auctorem, hoc de uno citra exceptionem dictum est Christo. In hunc primum descendit columba, paterni testimonij comprobatrix. Huius spiritum proxime refert Petrus, cui summus ille pastor oues suas semel, iterum, ac tertio pascendas commisit, pascendas autem haud dubium quæ Christianæ doctrinæ pabulo. Hic in Paulo uelut renatus est, quæ ipse uocauit organum electum, & insignem sui nominis præconem. Ioannes quod e factio sancto illo pectoris fonte hauserat, id suis expressit literis. Quid queso simile in Scoto (molim id contumeliæ causa dictum uideri) quid simile in Thoma? Quanquam illius ingenium admiror, huius etiam ueneror sanctimoniam. Cur non in tantis autoribus philosophamur omnes? Quin hos linu circumferimus, hos semper habemus in manibus, quin in his ueniamur, scrutamur, disquirimus assidue? Cur maior uitæ portio datur Auerro, quam euangelij? Cur tota penè ætas in hominum decretis, & inter se pugnantibus opinionibus conteritur: iam uero sint illa sanè, si libet, sublimium theologorum: At in his certe sit futuri quondam magni theologi tyrocinium. Quotquot in baptismo iurauimus in uerba Christi: si tamen ex animo iurauimus, mox inter ipsos parentum complexus, & nutricum blanditias, Christi dogmatis imbuiamur. Nam & altissime insidet, & tenacissime hæret, quod primum rudis illa animi testula combiberit. Christum prima sonet balbuties, ex huius euangelij prima formetur infantia: quem ita cum primis tradidit cupiam, ut & à pueris ametur. In his deinde uersentur studijs, donec tacitis auctibus adolecant in uirum robustum in Christo. Aliorum literæ sunt eiusmodi, ut non parum multos poenituerit in sumptæ in illis operæ, ac sæpenumero sit, ut qui per omnem uitam pro tuendis illarum decretis ad mortem usque depugnarunt, in ipsa morte ab autoris sui factione desciscat. At felix ille quæ in hisce literis meditante mors occupat. Has igitur toto pectore sitiamus omnes, has amplectamur, in his iugiter uersemur, has exosculemur, his demum immoriamur, in has transformemur.

formemur, quandoquidem abeunt studia in mores. Qui consequi non potest (quis autem id non potest, si modo uelit) is saltem adoret hæc literas, ceu thecam illius diuini percloris. Si quis ostendat Christi pedibus impressum uestigium, quam procumbimus Christiani, quam adoramus? At cur non potius uiuam illius & spirantem imaginem in hisce ueneramur libris? Si quis Christi tunicam exhibeat, quod non terrarum prouolaturi simus, ut eam osculari liceat: At qui ut totam illius suppellectilem proferas, nihil erit, quod Christi expressius ac uerius repræsentet, quam euangelicæ literæ. Ligneam autem faxeam statuat, amore Christi, gemmis auroque decoramus. Quin hæc potius auro gemmisque, & si quid his preciosius, insigniuntur, quæ tanto præsentius Christum nobis referunt, quam ulla imaguncular. Si quidem illa, quid aliud, quam corporis figuram exprimit? si tamen illius quicquam exprimit, sanantem, morientem, resurgentem, denique totum ita præsentem reddunt, ut minus uisurus sis, si coram oculis conspicias.

PARACLESIS, ID EST ADHORTATIONIS,
ad Christianæ Philosophiæ studium autore
Des. Erasmo Rotterodamo, finis.

DES. ERASMVVS ROTTERODAMVS

R. P. FRANCISCO MOLINIO EPISCOPO CONDOMIENSI DESIGNATO S. D.



Marius noster tuas perferens literas, ornatissime præsul, rari cuiusdam candoris & beneuolentiæ singularis erga nos plenas, profecto plurimam attulit hilaritatem. Itaque quando tu dignatus es nobis significare, quid istic rerum geras, mihi uicissim usum est curare, ne nescias quid rerum nos hic ageremus, quum tua redderetur epistola. Horatius, quum ea meditaretur, quæ pertinerent ad bene uiuendum, ita scribit: Condo & compono, quæ mox depromere possim. Hoc carmen mihi iustius usurparo, qui tum in his eram, quæ faciunt ad bene moriendum. Nam hæc est præcipua philosophiæ pars, maximeque serua. Id tamen si per omnem uitam agendum est omnibus, tamē nescio quo pacto Phryges sumus plerique, nec serè nisi plagis reddimur emendatiores. Renum dolor, quum aliàs sæpe, tum mense Iulio proxime acto, me sic afflixit, ut serio fuerit de migrando cogitandum; uerum idem ad Iesu natalem melic inuasit, ut desperata uita, mors fuerit etiam in uotis. Acerbus quidem & agrestis monitor est calculus, et ipsa quoque morte crudelior: sed tamen hoc illi debeo, uel per illum potius domino Iesu, quod nunc sedulo damus operam, ne mors nos opprimat imparatos, etiam si non dederit spatium exomologesi supremæ, quam nunc mittimus, uelut appendicem mearum ad te literarum. Qua si tuam epistolam bene pensatam iudicabis, erit quæ uehementer gaudeam. Nam animum istum scio me nullo unquam officio pensare posse. Eia præsul integerrime, sic interim nobis fruamur in domino, donec reddita temporum tranquillitas patiat nos propius iungi. Bene uale.

Basilææ sexto Calend. Mart.

Anno à Christo nato

M. D. XXXIII.

Tom. 5

1 Exomologesis

EXOMOLOGESIS

SIVE MODVS CONFITENDI, PER DES. ERASMVV
ROTTERODAMVVM.



ALXANDER innumerabiles quaestionum labyrinthos, in quibus & olim sudarunt eruditi, de potestate clauium, de restitutione, de satisfactione, de indulgentijs: uideo nunc à multis in disquisitionem uocari, utrum hæc confessio peccatorum, qua nunc singuli quotannis aperimus conscientiae uulnera sacerdoti, quam plerique sacramentalem uocant, nonnulli & sacramenti partem, sit à diuinis literis inducta, aut ab ipso Christo instituta, sic ut per homines nullo pacto possit tolli: an à maioribus inducta, paulatim robur collegerit, ut tãta sit huius autoritas, quasi fuerit instituta à Christo, praesertim quum accesserit autoritas Romani pontificis, & populi Christiani consensus. Tum si quis largiatur ab hominibus institutam, utrum conducibilis sit eã relinquere, propter innumeras utilitates, quas ex ea uideamus proficisci: an tolli, ob innumera mala, quae confitentium & audientium culpa per huius occasionem comperimus existere. Nihil horum in hoc libello lector expectabis, uel quia iam olim hæc diligenter tractata sunt à uiris doctissimis, uel quia non liber nunc rebus exulceratis eiusmodi uomicas mouere: neque studio nunc est *πρὸ ἀκρίβειας λυγρῆς*, sed potius iuxta Platonis consilium, *ἢ ἄλλο ἐν βέβαιον*. Quantumuis enim multis ac magnis argumentis pars altera contendat, hanc confessionem non fuisse institutam ab ipso domino Iesu, nec potuisse tantum onus & actionem, ut uocant, heroicam, à puro homine imponi hominibus: illud certe negari non potest, tutiorem esse, qui bene confessus fuerit idoneo sacerdoti. Hi quoque qui Lutheri tuentur dogmata, fatentur eam esse salutiferam, minimeque contemnendam. Ego ut efficacibus scripturarum testimonijs & argumentis irrefutabilibus non possim à pertinacibus euincere, hanc confessionem, hanc inquam, qualis nunc in usu est, à Christo aut etiam ab Apostolis fuisse institutam: ita pijs omnibus religiose seruandam censeo, ueluti saltem ab ecclesiae proceribus, non sine afflatu diuini spiritus inductam, ad hanc usque conditionem. Quam bene sibi consulant alij, qui docent eam non esse necessitatis, ipsi uiderint: ego si quod animum meum capitale crimine urgeat, non ausim neque dominicam adire mensam, neque supremum expectare diem, nisi iuxta receptissimam ecclesiae consuetudinem per sacerdotem Deo reconciliatus. Proinde quoniam extra contouersiam est, confessionem hanc multis nominibus esse saluberrimam, si modo uterque suo fungatur officio: uidelicet is, qui per confessionem quaerit medelam animae: & is, qui tanquam spiritalis medicus consulitur: uisum est paucis differere, quibus rationibus fieri possit, ut quam plurimum fructus capiatur ex confessione, & quam minimum malorum admittatur, quae quidem mala non tam ex re, quam ex hominum uitio nasci uideamus: quemadmodum fere nihil est in rebus humanis tam sanctum, tam piuum, tam, ut ita dicam, caeleste, quod hominum corruptissimi mores sibi non uertant in perniciem. Mihi uero uehementer displicent isti quidam, qui rem per se bonam tollere moluntur, ob hominum uitia, quum his medicina magis fuerit adhibenda. Hactenus qui hoc tractarunt argumentum, eos in eo potissimum uideo sudasse, ut uulgatas peccatorum species ac genera commonstrarent, & confitentem modo docuerunt, non etiam audientem, quum id in primis fuerit agendum, praesertim hisce temporibus, quibus uideamus ac deploramus, Monachos ac Sacerdotes maxima ex parte eò prolapsos, ut & imperitia & morum corruptela propemodum superent imperitam plebem. Nos itaque studuimus utranque partem admonere, ut dum & qui audit & qui confitetur suo fungitur officio, ex optima re ambobus copiosa ueniat utilitas. Iam quoniam sunt qui credant hanc confessionem institutam fuisse à Christo, sunt qui haereant, sunt qui licet ab

hominibus

DES. ERASMVV ROTTERODAMVVS

BEATO RHENANO SELATSTADIENSI S. P. D.



Quam uideamus Beate optime, illiteratum etiam hominum uulgus, xeniolis ultrò citroque missitatis, necessitudines suas uicissim alere, non parua conuenire, ut in optimarum literarum cultoribus, hæc ciuilitatis & officij pars cessare uideatur, praesertim in nobis, quos communis studiorum ardor tam arcta necessitudine copulauit, ut arctiore non possit. Nuper igitur cum itineris labore delassatis equis, dieculas aliquot apud diuum Audomarum cogerer subsidere, ne tempus hoc omnino periret studijs, de paradoxi tibi xeniolo coepi cogitare, & commodum ueniebat in mentem, quod grauius admonet Seneca nos, cum primis esse dispiciendum, non solum uti munus dignum sit eo qui mittitur, uerum etiam aptum ei cui mittitur. Sic enim fieri, ut quae per se uilissima sunt, hoc ipso reddatur preciosissima, quod commode fuerint delecta. Quid autem magis mitti decuit ab homine theologo, quam eximium aliquem flosculum ex uernantissimis diuinarum literarum areolis decerpitum? Quid autem magis conueniebat mitti Beato, quam ipsam uere Beati formulam, diuini spiritus penicillo depictam? Diuinum planè cognomen, ut quod hominis naturam superet. Vnde Graeci poetæ numinibus hoc ceu peculiare tribuere consueverunt, *υπερπαιος* eos appellantes. Neque prorsus in ullum mortalem tam eximij cognominis honor competit, nisi qui sic insitus sit Christo, ut iam ueluti transfiguratus, & unum cum illo factus, quemadmodum in ipsius immortalitatis, ita & in tam egregij cognominis consortium asciscit mereatur. Nihil enim magis abest à uerae beatitudinis appellatione, quam isti, quos stultissimum uulgus beatos appellat. Sic enim illis tribuit beatitudinem, ut tribuit & diuinitatem, uel turpiter errans, uel turpius assentans. Toties in mysticis literis iteratur hoc beati cognomen. Nec tamen usquam tributum offendimus opulento, nusquam monarchis, nusquam Sardanapalis. Lego beatos qui timent dominum, qui ambulat in uis eius. Lego beatum, cui non imputauit dominus peccatum. Lego beatum, qui intelligit super egenum & pauperem. Lego beatos immaculatos in uita, qui ambulat in lege domini. Tot sunt beatitudinis ordines, & tamen istorum *ἡσπέρ τῶν μαρτυρῶν ἰσθὲς λόγος*, quemadmodum habet Graecorum prouerbium. Primus beatus ille, quem dei timor a peccando cohibet. Rursum beatus & is, qui prolapsus quidem est in uitia, sed ita lacrymis commissa diluit, ut ei clemens dominus non imputet, quod admisit. Neque non beatus ille, qui pietatis & charitatis officijs, uitae superioris errata pensat. Nam hunc in die iudicij à malo liberabit dominus. Sed beator est, quem diuinæ legis intuitus, ab omni uitiorum inquinamento custodierit immunem. Beatissimus autem, quem hoc psalmo describit, cui non solum contigit nullis in quinari uitijs, sed ita iugiter uersatus est in praeceptis diuinis, ut cum ipse perpetua uitae floreat innocentia, tum alijs exemplo morum, salutarique doctrina fructum pulcherrimum afferat. Mitto igitur te tibi, hoc est Beatum Beato. Quid enim aliud magis quadrabat praesertim cum tu ut ingenium natus es nullis obnoxium uitijs, ita uitam pariter & famam ab omni uitiorum labe intactam tueri studeas, tamque infatigabili studio uerferis in optimis literis, ut Christo tuos pulcherrimos conatus bene fortunante, & ciuitatulae tuae, iam tot egregijs ingenijs aeditis nobili, non medio cre lumen ac decus addas, & spes sit fore, ut toti Germaniae eum aliquando uirum exhibeas, ut intelligant homines, Beati uocabulum tibi non fortuito, sed diuini numinis consilio contigisse. Proinde xeniolam hoc non solum te commonefaciet Erasmi tui, uerum etiam te ipsum tibi proponet. Faxit Deus optimus maximus, ut sicut hactenus studiorum societate dulcissime coniuncti fuimus, ita posthac aeternae ueraeque beatitudinis consortio simul frui mereamur. Vale amicorum optime, Apud diuum Audomarum. Anno M. D. XV. Idibus Aprilibus.

Enarratio

ENARRATIO PRIMI

PSALMI, BEATVS VIR, IVXTA TROPOLOGIAM PO-

tissimum, autore Des. Erasmo Roterodamo, sacrae Theo-
logiae professore.



Vemadmodum diuina sapientia plurimum distat ab hu-
mana sapientia, ita longe alius est sermo diuini spiritus, alius
humani pectoris. Nihil coelesti illa fecundius, sed
opes suas non aperit, nisi scrutanti, nisi uestigati, nisi auido,
sed ita curioso, ut adoret, ut ueneretur omnia. Proinde qui
sacros Psalmos prophetarum uolet euoluere, meminerit se
se, non in Orpheu aut Homeri uersari Hymnis, qui propheta
nam habent religionem, sed in diuini spiritus oraculis, in
quibus arcanae sapientiae suae diuitias, pijs uestigatoribus
uoluit esse reconditas. Ad haec igitur mysteria, non nisi puri-
gatus accedat oportet, neq; purus solum, uerum etiam oratio-
nis, seu uicima, commedatus. Purgatissimis sit auribus oportet, qui hac coelesti Musica
uelit delectari. Vehementer commendatus sit necesse est, qui ad has tam abstrusas aeterni ni-
minis delicias sit admittendus. Psalmus hic apud Hebraeos *אנשי צדק* habetur, hoc est,
in scriptura carens, nec computatur in catalogo caeterorum, iuxta quorundam opinio-
nem, sed uelut extra ordinem adijcitur, ut unus sit magis quam primus, & tanquam proce-
mij uice caeteris anteponitur. Existimat enim diuus Augustinus (si modo eius operis ini-
tium illi tribuendum est. Nam mihi quidem ex alio quopiam, murilo & acephalo uolu-
mini uidetur assutum) hunc psalmum sic esse legendum, ut ipsius dei uoce pronuncietur.
Proinde prophetam non ausum ullius praenotare titulum, ne quid diuino eloquio prae-
poni uideatur. Nec primus ausus est facere, qui fortasse primus non est, sed eximius. Sunt qui
putent superuacaneum esse, primum uocare eum, ante quem nullus sit alius. At diuus Hiero-
nymus indicat hunc psalmum & proximum, apud Hebraeos eundem esse, quandoqui-
dem ex eo cuius initium est: Quare fremuerunt gentes, in Actis Apostolicis quaedam ci-
tantur titulo primi psalmi. Praeterea quemadmodum hic coepit a beatitudine, ita illic desi-
nit in beatitudinem. Beati omnes qui confidunt in eo. Quamquam huius aetatis Iudaei hunc,
quem & secundum numerant, separant a superiore, utrunq; tamen *אנשי צדק* habent.
De numero quidem nihil est quod laboremus. Caeterum quod ad titulum attinet, quid
de caeteris dicemus psalmis, quorum alij patris, alij filij loquentis personam habent, & ta-
men his non est ueritus propheta suos addere titulos: Nec hic quicquam uideo, quod co-
gat nos psalmum hunc diuinae uoci tribuere. Nec ita magni refert, dei ipsius uoce pronun-
cietur, an prophetae, cuius organo deus sit usus. Diuus Hilarius putat nec ad patris nec ad
filij personam posse referri, idq; palam esse putat hoc argumento, quod additum est: Et
in lege domini uoluntas eius, & in lege eius &c. Quae uerba nec patri congruunt de se lo-
quenti, nec filio. Ac uere quidem haec Hilarius. Caeterum nihil prohibet, quo minus omnia
dicantur sub persona patris de filio, quemadmodum interpretatur diuus Augustinus, ui-
rum accipiens Christum, qui nec assensus sit Satanae ad peccatum sollicitati, quemadmo-
dum terrenus ille Adam, nec steterit in uia peccatorum, etiam si natus homo in eam de-
scenderit. Nec in cathedra pestilentiae sederit, contempto huius mundi regno, sed innocen-
tia uiridis, praedicatione sua peccatores ad pietatem traxerit, tandem morte & resurrecti-
one, & ascensione fructum dederit in tempore suo, nihil non praestaturus eorum quae pro-
miserat: ita ut nec folium ullum defluat uerborum illius, cuius beneficio cuncta feliciter
cessura sint pijs. Contra impij quoniam non sint innixi solidae petrae, quae est Christus, dis-
sipabuntur. Qui Christi exemplo fugerint peccatum, una cum illo fruuntur immortalita-
te. Qui diabolum & ueterem Adam secuti, mundum amplexi fuerint, poenis aeternis ad-
dicentur. Nam haec ferme summa Augustinianae interpretationis. Quamquam Hilarius
nec ad Christi personam accommodari posse putat, nimirum offensus ijs, quae mox sequun-
tur

Primus & 2.
Psalm. idem

De persona
huius psalmi

Hilarius

ur: Et in lege eius meditabitur die ac nocte, cum ipse legis sit autor. Nec illa putat in Chri-
stum quadrare: Et erit tanquam lignum quod plantatum est. Primum quod absurdum ui-
deatur, si arbor ulla sit Christo felicior. Siquidem excellere uidetur id, a quo sumitur com-
paratio, ueluti si dicas de puella: Est instar niuis candida, nimirum summum niuis candore
uis intelligi. Ad haec incongrue dici, erit, de eo qui fuerit ante aeterna tempora, primogeni-
tus omnis creaturae, in quo & per quem creata sint omnia. At qui cum Christus in euangelio
sele uitem uocat, num periculum est ne uitis haec uulgata magis frugifera sit Christo: aut cum
sub persona sapientiae terebintho, aut palmae sese comparat, num metuendum est, ne res haec
Christo uideantur anteponi: Non opinor, non profecto magis quam ubi lapis, aut agnus di-
citur, aut leo. Siquidem in arcanis literis contemptissimarum etiam rerum similitudines ad-
hibentur, ad explicandam diuinam naturae rationem. Cur autem non coepet in eum legis diuinae
iugis meditatio, qui solus hominum in nullo deflexit a mandatis dei, & ut homo seruaui
legem, quam ipse ut deus condiderat. An non ipse sic loquitur in euangelio: Et sicut manda-
tum dedit mihi pater, sic facio: Eiusdem obedientiam usque ad mortem, & mortem crucis, attesta-
tur Paulus. Cur illi uerum ascribere legis meditationem, cui tribuimus obedientiam: Iam il-
lud, erit, non ad Christi personam aut naturam est referendum, quae nunquam esse coepit, sicut nec
unquam est delitura, uerum ad resurrectionis & fidelium adoptionem, quae utique coeperunt in tempo-
re. Postremo cum fideles, ueluti membra sint, & idem cum Christo, fit ut aliquoties quod mem-
brorum est ad ipsum transferatur. Quod genus est illud, longe a salute mea uerba delictio-
rum meorum. Rursum quod capitis est proprium, membris communicetur, uelut illud: Ego
dixi dijs estis, & filij excelsi omnes. Proinde non ita magni refert, haec ad Christum, in quo co-
tinentur omnes pijs, an ad illum membra referantur. Atque haec dixerim, non quo sententiam li-
larij resellam, sed ut diuersam secutos interpretationem excussem. Nobis tamen tropologicam
enarrationem in hoc psalmo potissimum uisum est sequi, uel quod ea melius quadret, uel quod
magis conducatur ad uitae correctionem, quam praecipue spectamus. Nam frigidum est quod Iudei
psalmum hunc ad Iosiae regis personam torquent, qui solus propheta regum non abierit in co-
elium impiorum, sed secutus sit legem dei. Frigidius etiam quod Tertullianus ad Ioseph referen-
dum putat, qui corpus Iesu sepeliuit, aut ad eos qui ad spectacula gentium non concurrunt.
Iam operae precium est uidere, breuissimum licet psalmus, & absolutum, & ingens argumen-
tum complectatur. Magno statim praemio, nempe beatitudinis prouocat mortales uniuersos,
ut a uitijs desciscant, ad innocentiae studium se conferant, & obseruatione legis diuinae
renouentur ac reflouescant in Christo, cui iam insitum est per baptismum. Deinde quo pio-
rum fors fiat illustrior, impiorum longe diuersam conditionem apponit, etiam in hac uita
mortali. Denique in supremo illo iudicio, quae felicitas maneat pijs, quae poena impijs, ape-
rit. Nunc ad ipsa prophetae uerba pro uiribus exponenda accingimur. [Beatus uir.] Haec
ponit uelut auctorem omne quam beatitudinis, quam nemo non expetit mortaliu, ad
quam omnes ex aequo & conditi sumus & aspiramus. Siquidem huc omnium hominum
studia tendunt, ut aliquid sibi parent, in quo animus acquiescat. Et conatus quidem com-
muni omnium. Verum in deligendo uariis illud error, dum maxima pars falsas bonorum
umbrae, & inania simulachra, pro ueris ac summis bonis amplectitur. Quid enim aliud
quaesitum est olim a tot philosophorum populis, qui tot aeditis libris agebant, nisi ut per-
uestigaret, in quo esset hominis sita beatitudo? Comprobo studium, laudo conatum, quod
annitunt, quod scrutati sunt: & pudet quorundam Christianorum, qui opibus, qui uolupta-
tibus immeriti, qui dominandi libidine ebrj, ne quaerunt quidem de re tanta: uerum ut horum
admiror socordiam, ita illorum miseret, qui quod tanto studio quaesierunt, non inuenerunt. Et
ideo non inuenerunt, quia defuit unicuique ille uerae sapientiae doctor, Christi spiritus: Ingens
enim olim inter philosophorum familias ardebat digladiatio, quibus in rebus posita esset ho-
minis felicitas, atque alij quidem in ipsa uirtute, alij in usu uirtutis, alij in tribus bonorum gene-
ribus, alij in scientia, alij in indolentia, alij in uoluptate constituerunt felicitatem: Alij alij in re-
bus. Nam omnes omnium opiniones hoc loco recedere perlongum fuerit, resellere longius. Cun-
ctos tamen a uero aberrasse, uel illud sat argumento est, quod nihil inter ipsos conuenit. Sed
multo erassius erat uulgi, cui ne per somnum quidem licuit felicitatis rationem perspicere: dum
hic sordidissimis opibus, ille foedissima uoluptate, alius ridendo uitae splendore, alius anxio
miserorum imperio, in summa alij alij magis felicitatem metitur. Comiserandum hoc in ethni-
cis

Erit quo refe-
rendum

Tropologia
seclatur

Argumenta
psalmi

Philosophi

Christiani

cis, quibus hanc sapientiam non impertierat Christus, & non assequeretur ratio, non merebatur uita, at multo magis deplorandum in horum temporum Christianis, imò in principibus qui dei uicem in terris referunt, in sacerdotibus, quos Christus in sorte sua semouit peculiarius, in episcopis, qui Christum ipsum nobis representant, quod si quocumque non in alijs ferere uis beatitudinem constituunt, sed in quibus olim idiotæ gentiles. Quid enim aliud nunc desideramus, quid tumultuamur, quid digladiamur in toto terrarum orbe, nisi ut suauiter uiuat, & quod libet id liceat: Audiant igitur omnes, audiamus saltim Christiani, expergiscatur principes, attendat episcopi, quid nobis de uera beatitudine per os sanctissimi prophetae pronunciet ille spiritus, qui nihil nescit, qui nihil metuit. Dimicant inter se philosophi, delirat uulgus, cecutiunt & Christiani, & tamē omnes beatitudinem quandam somniant. Proinde in ipsa statim fronte, doctor ille celestis ostēdit uerā beatitudinis scopum, præscripsit formulam, omnes omnium errores cōpendio refecat, ita pronunciat, in una pietate uitaque innocentia, felicitatem hominis esse positam. Quid enim est illud, quod uere tranquillat animi, nisi summum bonum: Quid autem est aliud summum bonum, imò quid aliud omnino bonum est, nisi deus ipse: Ad cuius imaginem quoniam sculptus est hominis animus, non alia re potest expleri quam ipso. Congere quantum uis operum, uince Croesos, supera Crassos, aliquid desiderabit animus tuus. Immerge te uoluptatibus, obuge delicijs, uince Sardanapalos, supera Epicurum, aliud quiddam adhuc flagitabit animus. Quantum uis profer imperij metas, ut uel uniuersum orbem subegeris, alius quæretur orbis, quem superes. In cæteris omnibus, aut non assequimur quantum uolumus, quod immensæ sint cupiditates, aut peccat affectus, ad amasse quod erat fugiendum. Vnicum est margaritum, unum bonum, in quo humanus acquiescit animus, cuius dulcedinem qui semel degustarit, degustatur enim & in hac uita, etiam non ad plenum, is protinus omnia ista fastidit, quæ miserum uulgus tantopere miratur. Verum ut huc perueniatur, id sola pietas præstat, quæ nos mire deo copulat, & ita copulat, ut unum efficiamur cum illo. Contra, malos impietas segregat, & ita segregat, ut à summo bono alienati, diaboli membris aggregentur. Quid enim boni desideret is, qui Christum habet, qui fons est bonorum omnium: Aut quo bono frui queat is, qui sic cōiunctus est ei, qui pater est malorum omnium: Quid te maceras frustra: Quid inani labore cōficeris: Alius suspirat ac dicit: O me beatum, si prædit illud lite euicero. Alius, si regionem illam armis mihi subegero. Alius, si sacerdotium illud assecutus fuero. Audis, quid tibi tuus dicat affectus, magis audi, quid tibi dicat Christi spiritus. Beatum dixerunt populum cui hæc sunt. Quæ nam hæc: Næpe prædia, famulitia, regnum, cæteraque quæ mundus ut ingentia bona suspicit. Sed qui nam hoc dixerunt: Primum ethnici, qui deum nesciebant, nec hi omnes, sed inter hos crassiores, & hominis indigni uocabulo. Sed unde uox eadem auditur inter Christianos: unde rerum earundem studium acris prope quod unum fuit ethnicis etiam inter clericos: etiam inter monachos: etiam inter episcopos: Etenim dum pro hisce rebus sic armis omnibus digladiamur, sic omnem mouemus lapidem, satis declaramus, quantum tribuamus uulgaribus comodis. Unde paganismus iste in Christianitate: Aut unde nobis mundanus iste Christus, non de caelo loquens, sed de terra: Absit hæc uox ab ore Christiano, sed longius ablit hæc opinio à corde Christiano, ut huiusmodi rebus cōstet hominis beatitudo. Si uere Christiani sumus, hoc est si Christi ducimur spiritu, cum illius spiritu sentiamus, beatum esse populum, cuius dominus deus eius. Hoc cuique deus est, in quo præcipuam beatitudinis spem reponit. Qui diuitiarum gratia, nihil non & facit, & patitur, huic dominus non est deus, sed mamonæ. Qui uoluptati seruit, huic uenter est deus. Qui imperij causa misceat omnia, huic dominus non est deus. Sacrificat suo deo, næpe ambitio. Proinde hic quoque beatum pronunciat, non hi quibus ista suppetat, quæ uulgus hominum miratur, sed quibus ad est innocentia uitæ, nec abierunt in concilio impiorum, ad ista per fas nefasque grassantur. [Beatus uir &c.] Sed cum uirum nominat, non mulierem à felicitatis consortio secluserit: Minime uero. Nec enim in regno caelorum sexus conditio ue expeditur. Et in Christo neque dominus, neque seruus est, neque uir, neque mulier, neque pauper, neque diues, sed noua creatura. Verum in arcanis literis uiri symbolo, potior animi pars significari solet: quæ philosophi rationem, Paulus spiritum appellat. Rursum mulieris uocabulo, infirmiorē mentis nostræ portionem indicant: quæ affectum illi, nostri carnem uocant. Nam huc pertinet, quod initio conditi orbis, mulier uero parere iubetur & eum sequi ad pietatis officia, cui prælerat ad exemplum peccandi.

Huc

Huc pertinet uocatus Abraham ex Abram, ac diminuta Sara ex Sarai. Item illud euangelicum: Vade uoca uirum tuum. Planè masculinum ac uirile facinus est, spretis, repudiatis, calcatis omnibus quæcumque uel irritant, uel blandiuntur in hoc mundo, per arctam illam uirtutis uiam ad Christum grassari. Non est hoc mihi crede mollium, nec imbellium. Si re nec opam fulgor, nec uoluptatum illecebræ, nec amicorum affectus, neque pudor humanus, potestremo neque gladius, neque fames, neque mors, neque uita, nec angelus potest separare à charitate Christi, planè uir es, etiam si mulier es. [Beatus igitur uir, qui non abiit.] Dissimilitudine discendimus à deo, similitudine accedimus: affectibus, ceu pedibus, uel ad mouemur illi, uel femouemur ab illo. Hoc nimirum pacto filius ille prodigus digressus à patre, abiit in regionem longinquam. Sic Adam subduxit se à facie dei. Tum abibat à deo, cum illius præceptum oblitus, adhæsit serpenti. Quamquam iuxta Græcæ additionem, non tam abiit habetur, quam ambulauit, siue ingressus est. Est enim *ὄνκ ἐπαρῶν*. In consilio impiorum. Tria sunt hoc loco annotanda. Impius, peccator, & pestifer: quorum primus ambulat, alter stat, tertius sedet in cathedra, quum iuxta communem morem, in consilio sedeamus potius quam ambulemus, & in uia ambulamus magis quam stemus. Porro cathedra quietem habere solet, non pestilentiam. Impietas in deum committitur: peccatur in quoscumque. Quisquis igitur impius est, idem peccator sit oportet. At non contra. Nam fieri potest, ut qui parentem obseruet, ebrius sit aut prodigus, et crimine non careat, qui tamē careat impietate, ut Hilarij uerbis utar. Is impios uocari putat, qui perperam de deo sentiunt, ueluti qui negant esse deum, qui hunc mundum negant ab illo conditum, qui beneficium negant ac iustum. Atque hoc qui sentiunt, à naturali quoque iudicio abierunt in consilio impiorum, cum communis naturæ sensus doceat numem esse, quod ista tam mirifice condiderit, quod tam sapienter gubernet. Hi quoniam non habent in quo consistant, sed uarijs opinionum erroribus huc, illucque circumferuntur, apte dicuntur non stare, sed ambulare. Ac prima quidem pietatis pars est, de deo sentire quæ deo sunt digna. Id autem fidei donum nobis præstat, quæ ignua uocatur ad Christum. Hæc iuxta Paulum stamus, & stamus in solida illa petra quæ est Christus, cum impij diuersis erroribus, ut animi somniijs circumagantur, aliquoties & inter se pugnantia dicentes. Et concilium quidem habent, sed ambulatur in eo, non sedetur. Neque uero minus quadrat impij uocabulum in istos, qui in hæresim prolapsi, nullis diuinæ scripturæ decretis continentur, sed uarijs animi somniijs hunc huc feruntur, nunc illuc, ac deum non ex ipsius natura, nec ex arcanarum testimonio literarum, sed ex arbitrio suo metiuntur. In hoc nimirum concilio oberrarunt gnostici, qui deum fecerunt eiusdem substantiæ, cuius sunt animæ nostræ. In hoc obambularunt Ariani, qui patrem & filium, & spiritum sanctum negant *ὁμοουσιος*, hoc est eiusdem essentiæ, sed solum patrem uolunt esse creatorem, filium à patre creatum, non genitum: Spiritum uero sanctum creaturam esse creaturam, hoc est ab ipso creatam filio. In hoc Valentiniani, qui negant Christo fuisse corpus humanum, sed celeste, quod è supernis secum attulerit, non de uirgine sumperit. In hoc, qui animam humanam illi detrahunt, qui patre minorem faciunt, qui spiritum sanctum superiorem. Et quis per censeat omnes sectarum flexus & anfractus, in quibus infelices uarijs erroribus uagantur dum semel à solida ueritate deflexerunt. Quos si urgeas disputatione, mussant, dissimulant, tergierantur, tentant elabendi aditum, & Protei in morem semet in omnia uertunt. Felix igitur, qui semper constitit in Christo, semper adhæsit diuinæ scripturæ testimonijs, semper ecclesiæ decretis assensus est, nec unquam ambulauit in hoc impiorum concilio, à quo Paulus monet esse fugiendum, ne corrumpant mores bonos colloquia praua. Nam de deo quod impius sit, uel audire molestum est pio, uel cogitare piaculum, tantum abest ut sit assentiendum. Neque uero sine causa ueteribus illis tantopere fuit inuisum hæretici cognomen. Hinc enim uelut è fontibus omnis uitæ pestis nascitur. Ex opinionibus omnes uitæ scitent actiones. Quod si semel eò uentum fuerit, ut ad meam uitam arcanas accomodem literas, easque meis uitijs cogam patrocinaui, per quas oportuit emendari, quæ iam spes superest, ad meliorem mentem redeundi: Aut quod superest pharmacum, si, quo solo morbus pelli poterat, id mihi uerto in uenenum: Verum haud satis est non dissentire ab ecclesiæ decretis, hoc est non sufficere recta fides, nisi uita fide digna accesserit. Alioqui damones quoque credunt, & contremiscunt. Proinde quod proximum erat, subiicit: [Et in uia peccatorum non stetit.] Quam multi sunt hodie Christiani qui malint & ceruicem porrigere, quam ad hæreticorum dogmata desciscere. At

Tom. 5

n 2 ijdem

ijdem Mammonæ seruiunt, fraudant, fallunt, peierāt, rapiunt, cœno uoluptatum immerguntur, ambitione præcipites in omnia facinora rapiuntur. Laudādi sunt hi, quod ab impiorum declinarunt concilio: at ijdem deplorandi, quod in uia peccatorū non steterint solum, uerum etiam iacuerint. Stat qui cōmoratur, iacet qui sic uitij illigatus est, ut Christo sit opus, qui soluat paralyticum. Annotator lector sermonis proprietatem: In concilio impiorum nec ambulandum, quod impij de deo sermones nec audiendi sunt. Statim expuendum, statim abominandum, quod impietatem sapit. At in uia peccatorum satis est ad beatitudinē, non stetit. Quandoquidē in hanc uelimus, nolimus, aliquando uentendū est. In hanc nos penē detrudit instinctus naturæ, ex Adæ peccato relicus in nobis. Sentit & Paulus legem peccati in membris suis, repugnantem legi cogit, sic ut exclamare cogatur: Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis? Quid de nobis hominutionibus fieri credendum est? Sed quos in hanc uiam impellit naturæ infirmitas, eos cito referat religio. Solicitudinem tuam morbus auaritiæ, cogita pauperem Christū. Solicitudinem carnis illecebræ, cogita Christum crucifixū. Solicitudinem ambitio, cogita Christum abiectum & contemptum ac uermem potius quam hominem. Ita fiet ut non solum non corruptus peccatorum contagio, uerum etiam naturæ malum tibi uertas in lucrū bonæ mentis. Tantum ne teipsum in hanc uiam præcipites, tantum ne commoreris. In uia mandatorum dei currendum est, in uia peccatorum adeo non progrediendum, ut nec standum quidē. Marture recurrendum, statim referendus pes, & illidendi ad petram Babylonis filij, dū adhuc pusilli sunt. Annotandum & illud, quod stare dicitur, qui conscius sibi, non se tamen submittit deo quem offendit, sed erectus & elatus resistit diuinæ clementiæ. Et uos quidem, inquit Paulus, elati estis, ac non magis luxistis. Ergo orthodoxus es, nō abiisti in concilio impiorum: integre uitis, & præstas innocentem, hoc est non stetit in uia peccatorū. Iam & professione Christianus es, & moribus. Quid igitur adhuc superest? Nempe tertium illud ne sedas in cathedra pestilentiæ. Videtur admonēse propheta Christianos deo militantes, ne se implicent negotijs secularibus. Atq; hinc integris etiam titris periculum. Videas pietentes de deo, uideas abhorrentes a turpitudine, quos tamen pudet esse priuatos, pudet humiles haberi, cum hic utilissima sit innocentia. Affectant aut certe suscipiunt magistratus, amplectuntur præfecturas, ambiunt quoq; nonnunquam episcopi munus. Quid igitur, inquit aliquis? Tu munerum huiusmodi publicam functionē damnas? An non omnis potestas a deo est? Nonne bonum est, quicquid a bono proficiscitur? Cur autem cathedra pestilentiæ dicitur, in qua sedit Moses, in qua Petrus, in qua hodie quoq; sedent episcopi? Non dānatur cathedra, sed sessio. Pestilentia morbus est, qui secreto contagio facile serpit in omnes. Habet omnis publica functio, præsertim cum dignitate coniuncta, suam pestem, ni caueris. Ad quam si malis artibus fuerit penetratum, ut uulgo ferē fit, iam bis pestilēs incipit esse. Quisquis enim affectat magistratum, is & indignus est magistratu, & inutilis reip. Inuitus trahatur ad cathedram oportet, quē illa suo contagio non inficiat. Corruptit integros etiam animos ambitio, & loci strepitus, ac bonas quoq; mentes secularium negociorum procellæ transuersum rapiunt, & ab honesto deducūt. Vnde Socrates inter ethnicos optimus, censuit non esse sapientis in publicis reipub. muneribus uersari. Accepimus & priscos illos ac uere Christianos uiros mirū in modū ab ecclesiasticis etiā functionibus abhorruisse. Insidijs erant illaqueandi, qui ad diaconi gradum pertraherentur. Iniectis manibus, obtorto collo, compellendi erant ad episcopalis honorem muneris, qui uidebantur eo digni munere. Audimus & hodie pios homines, si quando ad huiusmodi cathedras pertracti fuerint, deplorare sortem suam, odisse quod coguntur esse, desiderare tranquillum illud ac felix otium, in quo sibi Christoq; uiuebant. Quod si ipsa cathedra suum habet contagium, etiam si quis integer accesserit, quid mirū idem accidere, cum ad eam uel pecunia, cæterisq; malis artibus penetratur, & penetratur a stultis, ab improbis, a male educatis, a uacuis omni uirtute, infectis omni uitiorum genere? Et tamen uidemus hodie passim episcopos non solum ambire cathedras ecclesiasticas, uerum etiam regum & Sarraparum uicem in se recipere: pro ditione tyrannica, pro uicigalibus, pro prædijs omnia cæde ac sanguine miscere, & reuerendos in Christo patres nihil aliud per omnem uitam agere. Non istis pestilens est cathedra, qui pestilentiam ad cathedram secum attulerunt. Nisi quod conduplicatur pestis, quoties stulti hominis im-

probitas

probitas, & tamen quia metu it Caesare, infectus est cathedra pestilentie. Sederunt scribe & pharisæi, legis præceptatentes, uerum ob auaritiā & ambitionem sibi gerentes magistratum, non populo. Sederat in hac cathedra Samuel complures annos, & tamen alius fuit à contagio. Sed unus, sed educatus a puero in templo dei. Quod si quem hæc offendit interpretatio, diuo Hilario, non mihi succenseat. Quamquam ut fateor illius interpretamentum esse uerissimum, ita haud reticendum, illud magis ad illorum, quam ad nostrorum temporum rationem pertinere. Nam tum quidem uti homines ipsi, ita & negotia gentiliū & Christianorum erant confusa, ut difficillimum fuerit, simul & Christianam tueri innocentiam, & publico satisfacere muneri. Quamquam hodie quoq; sic corrupti sunt mores Christianorum, & maxime principum, ut prope difficilium sit hac tempestate integrum præfectum, aut pium episcopum agere, quam olim fuerit. Sed dixerit aliquis: Quorum ista tendunt? an ut uacēt omnes episcoporum sedes? Quandoquidem hoc non periculum est, ne pestilentia affletur, malus pestilentiam pestilentia duplicaturus est. Quasi uero metuendum sit, ne cuiquam cathedræ suus desit seffor, cum uideamus passim iam multos inter se de singulis digladiari. Volo sefforem, non occupatorem, uolo qui cōactus accedat: uolo qui probatus & exploratus adeat. Volo sobrium & uigilantem, ac ceteris insignem dotibus, quas Paulus commemorat. Nolo malum qui pestem adfert secū. Nolo mediocrem, ne per occasionem inficiatur. Atq; hi fortasse, quos non infecit cathedra, ne sedent quidem in cathedra. Sedent ij, qui sibi gerunt honorem, qui in his bonis animo conquesunt. Non sedet autem qui sic existimat, oneratum esse sese, nō honoratum: & loci solitudinem sentit, dignitatem non sentit, aut odit etiam. Quæ etiam si consequitur, tamen habet eam tanquam non habens, & suspensum habet, quod amplectuntur alij. Quod si quibus non probatur hæc subtilis uocum distinctio, is sic accipiat: tres gradus a peccato non habet, qui ad eam non impetant deueniunt. Primum ab inuicem conuictio impiorum, quorum impis demonia aduersus peccatorem ostentantur in uisio, ut cum improborum hominum conuictu & consuetudine, sensim ab inno-


Tom. 5

n 3 adue

~~...~~ An non id faciunt, qui suo studentes emolumento, sua tuentes tyrannidē, diuinas literas suis affectibus seruire cogunt: Qui cōstitutionibus irretiunt & onerant populū, nō quōd Chri-
 stū sapiant, non quae publicā spectent utilitatem, sed merā *φιλαυτίαν*: an nō uidemus quo-
 tidie ad huiusmodi constitutiones, pios & uerecundos ingemiscere, infirmos offendi, sim-
 plices decipi: Nam est & illud obiter admonendū, pestilentiam non solū referri ad corru-
 ptum fessorem, qui per occasionē negotiorum fit deterior, uerum multo magis ad eos ad-
 gionē, uerum impietas nō alia uia neq; perniciosius, neq; celerius, neq; latius serpit in mul-
 titudinem, q̄ per stultos & malos principes atq; episcopos. Ille demum pessimus sit oportet,
 qui cum plurimū prodesse possit, si bonus sit, summo omnī malo malus est. Tantum
 aut est in his (de malis loquor) ambitionis, tantum avaritiā, tantū stultitiā, tantū impietatis,
 ut qui magistri pietatis esse debuerant, apud hos penē sit haereticus, qui pure studeat
 esse Christianus. Abit igitur in concilio impiorū, qui mala cogitat: stat in uia peccatorū,
 qui mala facit: sedet in cathedra pestilentie, qui mala docet. Neq; desunt qui sic distinguūt,
 ut primum gradū referant ad Iudaeos, secundū ad gentes, tertīū ad haereticos: quae quidē
 postrema interpretatio mihi uidetur affectatior q̄ uerior. Sed illud interim mouere pote-
 rit quempiam, cum, iuxta Paulum, cōcluserit deus omnia peccato, nec quisq; mundus sit
 à crimine, nec infans modo natus, in quē alium comperit haec laus, nisi in unū Christum:
 aut certe pauculos alios, quos à cōmuni mortalium sorte recentior eximit theologia: Pro-
 inde quosdā arbitror adductos, ut hunc sermonē ad Christi personā accommodare maluer-
 rint. Verum ut ipse Christus à uitijis omnibus fuit immunis, ita praestat in se renatis, ne pec-
 cēt. Quatenus ex Adam sumus propagati, peccamus omnes: quatenus in Christo renati
 per baptismū, non peccamus. Et ideo nō peccat Christus, quia patrē refert non peccantē.
~~...~~

Nam quemadmodū scripsit Ioannes: qui ex deo est, nō peccat, de peccato loquor,
 quod mortē adducit. Alioqui qui capitale committit flagitium, is iam excidit ab
 adoptionis honore: & excidit à Christi corpore, insitus est corpori Satanae. Ergo nō pec-
 carille beatus, sed ex quo renatus est in Christo, ab hoc tempore illum perpendit censura
 prophetica. [Sed in lege domini uoluntas eius.] Ostendit quid sit fugendum, indicauit
 periculum, demonstrauit praecipitum, nisi statim à primo lapsu pedem referre studueri-
 mus. Siquidem ut prima, ita & magna pietatis pars est, uitasse impietatem: atq; haud scio
 an hic homini multo acerrima conflictatio. Primus gradus est uitasse malum, secundus ac-
 cingi ad bene agendum. Quandoquidem hoc praestat innocētia, ne quid peccemus, hoc
 iubet charitas, ut omnibus bene faciamus. Hoc docet longanimitas, ut malos toleremus.
 Atq; in his tribus rebus absolvitur Christiana profectio circulus. Nihil aliud est Chri-
 stiana sapientia, q̄ uera pietas. Initium aut sapiētiae est timor domini. Porro timor coerct
 quidē à peccando, uerum non in hoc sita est absoluta pietas. Multū profectū, quē poenae
 metus docuit innocentiam. Verū ut perfectus sis ac beatus, charitas accedat oportet, quae
 foras pellat timorem. Parum est odisse Satanam cum suis uitijis, nisi Christum amare coe-
 peris cum suis uirtutibus. At amoris certissimū est argumentū, legis observatio. Sic enim
 ipse loquitur in euangelio: Si diligitis me, mandata mea seruate. In lege igitur domini uo-
 luntas eius. Non in opibus, nō in imperijs, nō in uoluptatibus, non in ceteris quae miserū
 uulgus sine fine sectatur, sed in lege domini uoluntas eius beati: legem autē uocat uniuersa-
 lam scripturam diuinam, cuius ardens studium potissimum praestat, ut à peccādo tempe-
 remus. Vis non amare carnis uitia, ama literarum studia, sacrarū in q̄ literarum. Nam lite-
 ras alienas à Christo, quis appellet literas? Hoc est unicum, ac tutissimū aduersus omnes
 demonū assaultus munimentum, si quis in his totus & sincero uersetur animo. In hac uo-
 luntas iusti, quoties spretis ac reiectis ceteris omnibus, unicum hoc margaritū miratur, ac
 deamat, iuxta illud euāgelicum: Vbi thesaurus tuus, ibi & cor tuū. Et quod alibi legimus
 de eodem: In mandatis eius uolet nimis. Sic natura conditus est hominis animus, aliquid
~~...~~ Si diuinas amat literas, non sicut afficitur, transfiguratur in deum: Per hunc uero
 luntas

luntas, exclusit metum & indicat adesse charitatem, quae facit ut nihil iam sit difficile, ni-
 hil molestum. In primis illis gradibus timor erat, periculum erat, certamen erat. Hic au-
 tem uolentem, audis alacrem ad currēdam uiam mandatorum. Non enim istorum uolun-
 tas in lege est, qui quod ait Flaccus, Oderūt peccare formidine iustis. Qui iam odit uitia,
 non quod horum comes sit infelicitas, sed quod dissideant ab illo pulcherrimo honesti ar-
 chetypo, cuius amore qui iam rapitur, eius uoluntas est in lege domini. Lex dei spiritua-
 lis est. Porro ubi spiritus domini, ibi libertas. Haec est unica lex Christi, nempe charitatis:
 Hoc est, inquit, mandatum meum, ut diligatis inuicem sicut dilexi uos. In finitae sunt Mo-
 si leges de ritu sacrificiorum, de cibis mundis & immundis, de lepra, de uestitu, de festis
 diebus ac prophantiis, de ieiunijs, de uotis. Innumerae sunt philosophorum, & aliorū prin-
 cipum leges. Ego, inquit, non nisi unam fero legem, ut diligatis inuicem. Hanc unam si
 serueris, nihil opus fuerit alijs legibus: haec una si negligatur, frustra leges legibus cumula-
 bitis. Nec simpliciter dixit: in lege, sed in lege domini, nō in legibus principum, in quibus
 multum est fallitatis admixtum, plurimum adulationis, quae mundanam duntaxat ha-
 bent prudentiam, quae diuitem aut splendidum fortasse facere possunt, beatum non posse
 sunt. Deniq; quae ueluti remedia, uel pro temporum habitu, uel pro principum arbitrio
 subinde mutantur. Non in his uoluntas eius, qui querit aeterna, qui sitit coelestia. Vna lex
 domini immaculata, sapientiam praestans paruulis. Hominum leges etiam si iustae sunt,
 tamen quoniam crassi uulgi moribus cohibendis adhibentur, non possunt non aliquid
 habere crassum ac sordidum, si ad dominicam legem conferantur. Qui de terra sunt, ter-
 rena loquuntur: qui de caelo uenit, huius coelestis est lex. Vt illae pro tempore sint neces-
 sariae, certe haec sola beatum reddit. *Amicus & studium*
 est



~~...~~ Verū aliud est sub lege esse, aliud in lege. Iudaei
 n 4 sub lege

sub lege erant; qui legis præceptis ueluti cancellis quibusdā coercerentur, & ceteri paedagogi seruirebant, non sponte, sed metu. Christiani in lege uersantur, qui sponte secundū legē uiuunt, non cogente supplicio, sed inuitate charitate. Sub lege sunt serui, in lege liberi. Iudæi qui triticeos portāt panes, nihil habentes præter insipidam literā, legis onere grauantur. Nos qui spiritū tenemus legis, exonerati et alacres, nō ducimur sed currimus, quem admodū alibi dicit propheta: *Viam mādatorum tuorum cucurri cum dilatasti cor meū.* Superstitio literæ cōtrahit animū, spiritus & charitas dilatat. Qui literæ seruit, ad omnia trepidat, non audet uesci cibus cōmunibus. At spiritualis: Omnia, inquit, mūda mūdīs. Et rursum: Omnia mihi licent, sed nō omnia expediūt. Item Omnia factus sum omnibus, ut omneis lucrifacerē. Vide quāso quāta sit amplitudo spiritus. Bona igitur profectus pars est, uehementer uelle id, quod cupis assequi. At qui nō satis est uelle, sed accedat oportet meditatio, ut ad diuinæ legis regulā mores ac uitam coneris accommodare. Nam id demū significat Latinis meditari, non animo uoluere, sed exercere, reque ipsa præparari. Qui quicquid diciturus est, quicquid acturus, ad charitatis præscriptum dicit ac facit, is uere legem domini meditatatur, idque die ac nocte, hoc est, in prosperis pariter, atque aduersis. In prosperis ne insolescas, sed magis gratias agas, in aduersis ne deijciaris animo. Ad utramque uis enim fortunam una lex abunde præsidio est. Nisi mauis accipere die ac nocte, pro eo quod est assidue, citraque intermissionem. Etenim si omnis uitæ ratio ad diuinæ legis scopum dirigatur, quicquid agemus, siue edemus, siue bibemus, siue dormiemus, legis erit meditatio. Quemadmodum & iuxta Pauli præceptum, indefinēter orat, cuius omnis uita tendit in Christum. Non est igitur beatus, qui uarius, & sui dissimilis, aliquando spectat mandatum, aliquando non nihil tribuit Christo. Nec otiosam arbitror legis repetitionem, cum sit una eademque. In lege domini, & in lege eius. Ut intelligas ab una hac petenda esse omnia, quæcūque ad beate uiuendum pertinent. Si quid hæsitabis, ab ea quaerendum consiliū. Si fortuna fauierit, ab ea petendum auxiliū. Si quid uoles discere, nō alio consurgendum. Denique, quicquid cōmoditatum reliqui ex rebus tam multis autupantur, id sola sacrarum meditatio literarum affatim ac uere præstat. Iam & illud mihi perpende lector, num sit otiose dictum. In lege uoluntas eius. Si quidem eius uoluntas nō est in lege, qui cogit legē uelle, quod ipse uolebat, sed qui non aliquid uult, quàm ipsa dicitur lex. Proinde obiter ferit istos quosdam illotis pedibus ac manibus theologos, qui scripturam diuinam relucantem & inuitam uolentis interpretationibus ad suam applicant uoluntate, eamque pro Lesbia, quod ait, habet regula. Nam huiuscemodi doctoribus mos, primū apud se statuere quid uelint, idque ex affectu suo metentibus, quid expediat. Deinde postquam de creuerint, ueniantur: aliquem scripturæ locum, quem uel obtorto, quod dicitur solet, collo ad suū pertrahant decretum. At æquū erat, ut nostri affectus diuinæ legi obseruirent, nō lex affectibus. Et ab illa decretum erat petendum, non ea subornanda ad humanæ cupiditatis patrociniū. Nam hoc est omnem diuinæ scripturæ fidem & auctoritatē eleuare, si in alium torqueatur sensum, quod oportet. Postremo quod ait, in lege eius meditabitur, admonet nos, nō leuiter attingendā diuinam legem. Nam à cura dicitur græcis *μελέται*, hoc est meditationes, siue exercitiamenta: quin potius attentissimo studio penitus incumbendum. Qui quotidiē Psalmos non intellectos remurmurant, nō meditantur in lege domini, sed aerem uerberant. Qui hoc animo accedunt ad arcanas literas, quo se munit aduersus frivolas disputationes, non meditantur in lege domini. Qui curiosi & anxii, nec unquam finiendis quaestionibus infenscunt, non meditantur in lege domini. Sed qui omnis omnibus, uacuis ad ipsos sacrarum scripturarum fontes accedit, tantum illud captans, ut seipso reddatur melior, ut transformetur in Christum, ut illius imbibat spiritum, hoc undique circūspectans, hoc unum ubique sitiens, is demū meditatatur in lege domini. Item qui summo legis cortici insistit, non meditatatur in lege domini. Cortex insipidus est plerumque, tum adeo non frugifer, ut pestiferis etiam ac lætalis, teste Paulo. Proinde multa ruminatio ad medullam penetrandum est, atque ibi demum inuenies uerum animi cibum, cuius esus te in Christi transfiguret imaginem. Hinc est quod alio quodam in psalmo beatus legitur, qui legunt, qui memora tenent. Nam & phariseus ille probe tenebat, cum in contemptum sponderet: Diliges dominū deū tuum etc. Quin hodie quos Iudæi legem suā proprie

us tenent

us tenent ipsi theologis Christianis, & quinque panes illos ordeaceos famelici circumferunt. Verum is demū beatus, qui pio scrutinio ad arcanum illud sacri spiritus mysterium promeruit admitti. Atque ut magis intelligamus mysticæ scripturæ fecunditatē, uide mur et illud ex hoc loco admoneri, iugi meditatione sic a pueris imbibendas esse diuinas literas, sic multo usu, multaque iteratione inculcandas, ut eas memoriter, non secus ac digitos nostros teneamus. Ita collatis hinc & hinc locis, facile sensum uerū assequemur. At nunc bonam uitæ partem in sophisticis inuentiunculis, in Aristotelis uoluminibus, immo in nostris somnijs consumimus, ita ut uix unquam sit ortum magnis etiam theologicis ex insigne hauriendi fontibus. Deinde si quid citandum, ad indices & canones curritur.

Rursum episcopi taliter habeant quod respondeant interroganti. [Et erit tanquam lignum.] Huc usque recensuit meritum beati uiri, nunc ostendit primum. Prius ostendit apparatus, nunc ostendit fructum. Vitauit concilium impiorum, non stetit in uia peccatorum, etiam in speciem amoenissima, spreuit cathedram pestilentiae, infatigabili cura exercuit sese in lege diuina, nec eam uerbo tenus modo tenuit, uerum ipsa uita innocentia expressit. Quod itaque primum: Et erit, inquit, ueluti lignum quod plantatum est secus decursus aquarum. Lignum arbores appellat ex schemate, quod Synecdochem uocant rhetores, quomodo & ferrum pro gladio dicunt; id si ad Christi personam referatur, hunc habebit sensum: Filius

Filius dei assumet corpus humanum, & ex caelo translatus plantabitur in terra iuxta decursum aquarum, non in siccis harenis, sed iuxta plenitudinem diuini spiritus et aeternae sapientiae. Nam aquas accipi pro spiritu, testatur et euangelicus sermo: Flumina de ventre eius fluent aqua uiua. Hoc autem dixit de spiritu, quem accepturi erant credentes in eum. Et iuxta alium psalmum: Fluminis impetus laetificat ciuitatem dei. Non potest esse arbor frugifera, neque perpetuo uirore laeta, nisi cuius radicem huiusmodi aquarum decursus irriget, ac foecundet. Sunt qui decursus aquarum ad populum referant, quod legitur alibi: Aqua multae, populi multi: uel quod semper prolabantur in prouinciam, hoc est in uitam, uel quod assidue deuoluantur in mortem. Hos igitur populos ad peccata procliuos, in suam radicem traxit Christus, ac traiecit in se, ut erumperet in fructus ecclesiarum fidelium, idque suo tempore: nempe cum morte sua deificis potestatibus & principatibus, tradiderat regnum patri, ac per resurrectionem & ascensionem iam illustrata gloria Christi, iam missio coelesti spiritu, qui illos nouis dotibus armaret aduersus mundanam tum sapientiam, tum potentiam. Hic erat fructus illius admirandae arboris, ut tot hominum milia reuocata ab hoc mundo, per Christum efficerentur filij dei. Nec ullum huius folium defluxit, propter ea quod caelum & terra transibunt, uerba autem eius non transibunt, donec omnia fiant: & secundum Esaiam: Verbum domini manet in aeternum. Verba regum saepe defluunt, & omnis homo mendax, siue quod non persistit in sententia, siue quod aliquoties praestare non queant quod promiserunt. At diuina mens nunquam mutatur, & cum sit solus omnipotens, nihil tam arduum, quod non facile praestet, ubi uoluerit. Nec id solum, uerum etiam omnia quaecumque dixerit, aut fecerit prosperabunt: siue quemadmodum legit Hilarius, bene diriguntur. Nam graece est *νεενοδοιοετρα*, quasi dicas prospero itinere succedent. Nihil non efficit Christus eorum, quae promiserat. Mortuus est, resurrexit, ascendit, misit paraclitum. Haec feliciter successerunt, neque dubitandum, quin caetera quoque sit praestaturus quae pollicitus est de supremo iudicio, de praemijs piorum, de poenis impiorum. Ac iuxta communem quidem sensum fortasse humiliter uideri possit Christum arbori comparari, cum uulgo stupidos homines, ac uix homines, truncos & caudices appellemus. Verum in mysticis literis magna huius Symboli dignitas. In paradiso collocatur omne lignum specie pulchrum, & usui accommodum. Stat in medio paradisi lignum uitae, arbor scientiae boni & mali. Huius radix irrigatur felici illo flumine, quod in quatuor annis dissectum irrigat faciem uniuersae terrae. Multae sunt arbores aspectu succundae, foetu salutare & utiles, sed una est uita: sita non post decursus aquarum uelut caeterae, sed secus decursus, hoc est iuxta fontem, & caput omnium fluminum coelestis sapientiae. Et quodnam hoc lignum paradisi? Solomon interpretatur aeternam sapientiam, quae est ipse Christus: lignum, inquit, est uitae omnibus amplectentibus eam. Ab hac arbore uirorem ac fructum habent caeterae quoque omnes. Vidit hanc arborem mysteriorum conscius Ioannes in Apocalypsi. Et ostendit, inquit, mihi flumen aquae uiuae splendentem, tanquam crystallum, egrediens de throno dei & agni, & in medio plateae eius, & ex utraque parte fluminis arborem uitae, quae fecit fructus duodecies, singulis mensibus reddens fructum suum, & folia arboris illius sunt ad sanitatem gentium. Iuxta literam, qui potest una arbor in utraque parte fluminis stare, nisi forte tanta, ut radice utraque marginem complectatur. Verum arbor una unum significat Christum. Unicus est filius, unica est sapientia, Multiplex est huius mundi sapientia, diuina simplicissima est. Arbor autem uocatus est Christus iuxta mysterium assumpti corporis humani, cui plantari fuit ex uirgine nasci: irrigari, impleti diuina gratia: fructum ferre, gloria resurrectionis ad immortalitatis spem colligere fidelium multitudinem. Quin & alia diuina sapientia comparatur arbori: nunc cedro in Libano, nunc terebintho porrigenti ramos suos, nunc palmae exaltatae in Cades. Et terra nascitur omnis arbor, ex minimo semine ad maximam molem assurgit, amat irrigari, & quod accepit in radice, reddit in fructum: multa ex se praebet comoditatem mortalibus: truncoliticet innitit: aspectus amoenitas pascit oculos: frondes & rami late passim temperant aestum, & umbram ministrant fessis: fructus alit & faginat. Horum singula pulchre quadrant in Christum. Quin & in euangelio ipse se uitam uocat, & patrem agricolam, discipulos palmite. Rursum ubi Iudaei calumniarentur eum in nomine Beelzebub eijcere daemonia, semetipsum arborem uocat: Aut facite inquit, arborem bonam, & fructus eius bonos aut facite

aut facite arborem malam, & fructus eius malos. De fructu enim arbor cognoscitur. Faciebantur optimum esse fructum eijcere daemonia, & tamen illud Beelzebub tribuebant, cuius fructus pessimi sunt oportet, cum ipse sit pessimus. Iterum crucem bauians, innocentiam suam sub arboris typo demonstrat: Si in uiridi, inquit, ligno hoc faciunt, in arido quid fiet? Lignum aridum, quoniam iam uitae computruit, a diuinae gratiae succo destitutum, nec umbra gratum, nec aspectu iucundum, nec fructu commodum est. incendio destinatur. At Christus lignum fuit non syluestre, nec quouis loco temere natum, sed plantatum a patre, a quo iuxta uocem euangelicam, quicquid plantatum non fuerit eradicabitur, & in ignem mittetur, & plantatum in paradiso iuxta fontem, unde deriuantur omnia dona coelestia. Nec otiose dictum est: dedit fructum, cum alias arbores legamus fructum facere, non dare. Non potest arbor bona fructus malos facere. Item Esaias: Expectati ut faceret uuas, & fecit labruscas. Haec autem dedit, non solum produxit. Alijs sui foetus decidunt. Alijs decutiuntur, aut decerpuntur. In Christo spontaneum & dispensationis fuit, non casus neque necessitatis, quicquid actum est. Rationalis arbor est, dedit quibus uoluit, quomodo uoluit, & in tempore suo, id est in tempore quod ipse sibi praescripserat. In tempore suo docuit regnum caelorum. Suo tempore, & sua sponte teneri, iudicari, occidi uoluit. Suo arbitratu resurrexit, descendit ad inferos, ascendit in caelum, misit spiritum sanctum, in quo coaluerunt per uniuersum terrarum orbem tot fidelium ecclesiae. Verum excutiendum est, quo pacto quadret illud in personam Christi, quod dicitur, meditatus in lege domini die ac nocte: deinde ueluti praemium honestorum laborum accepisse, iuxta similitudinem arboris frugiferae. Nisi forte sic accipimus Christum meditantem in lege domini, quemadmodum legitur eundem apud Lucam profecisse etate, gratia & sapientia, coram deo, & coram hominibus. Et si meditatur in lege, qui diligenter obseruat legem, nemini potius tribuendum est hoc laudis, quam Christo, qui solus hominum nusquam deflexit a lege domini. Ergo cum talis sit arbor, non solum fructus non gignit acerbos, aut noxios, sed ipse qui genuit, porrexit omnibus fructus suos salutiferos, & quibus adeo nihil perijt, ut nec folium ullum defluat, id est, ne uerbum quidem irritum fuerit, aut futurum sit, quod ab illo sit profectum. Horum foliorum semper uiuentium umbra spem nostram alit, his animum iam aestu seculi laborantem refocillamus, certi futurum, ut omnia caetera quoque quae fecerit, feliciter eueniant ijs qui in illo permanserint. Illud adijciendum iuxta sensum allegoricum. Decursus aquarum non absurde posse intelligi sacrum illum amnem, quo renascimur in Christo: per hunc enim in illum transferimur, ut simus & ipsi lignum frugiferum, perpetuoque uiuens. Nunc ad tropologiam redeamus. Poterat crasis aliquibus in mentem uenire, qui sibi omnibus huius uitae uoluptatibus interdixerit, qui honores aspernatus sit, qui renunciarit omnibus affectibus, qui naturam ipsam religione uicerit, qui cum paucis sentiens, uni diuinae legis meditationi dediderit sese, eum & insuauem quandam agere uitam, & ueluti superuacaneum hominis idolum, potius quam hominem, nec sibi, ne alijs esse usui. Sic enim audimus & hodie loquentes quosdam in eos, qui Christianam uitam meditantur: Somnium hominis, quid agit? quid sapit? quid potest? cui prodest. Sed audi felicitatem huius contempti, audi praemium, quod mundus suis non potest largiri. Cum caeteri qui terrenis, fluxisque rebus addixerunt animum, & in uitis suis computrescunt, et miseris illis suis curis extabescunt, iamque non solum inuites, sed etiam pestilentes, aeterno parantur incendio: interim beatus hic meus, uelut arbor iuxta profluentem in irriguo posita loco, laeto quodam bene sibi consilio metis fameque illibata uirore, perpetuo florebit, ac felicibus gratiae coelestis incrementis indies in maius ac melius augetur, donec occurrerit in uitam perfectam, in mensuram plenitudinis Christi. Neque uero crediderim temere dictum lignum, potius quam arborem ut intelligas hic laudari, non temporarias instabilium animorum herbas, quae simul atque tentatio num ingruerit rigor, confestim emoriuntur, non arundinem uento agitatam, non fruticem quouis flexilem, & humi repentem, sed solidum ac firmum pie uitae propositum, quod tam alte actis nitatur radicibus, ut ne mortis quidem pauor hominem possit a mentis erectae statu dimouere. Qua de causa & in Hebraicis mansionibus palmae martyribus tribuuntur, quod haec arbor & perpetuo uiuat, & omnium sola imposito onere, sursum nitatur, & fructum ferat longe suauissimum. Lignum autem, ut dictum est, non quodlibet neque

bet neque fortuito natum, sed plantatum. Et unde plantatum? nisi à patre agricola, qui nisi traxerit, nemini licet ad Christum peruenire. Ab eo inquam plantatū, qui Christum ipsum planauerat, in quo nos iuxta Paulū sumus cōplantati. Quamē ut indicauit diuus Hieronymus pro *hymno* sathul, quod septuaginta uerterunt *νεφυρ δὲ πλῆθὺς*. i. plantatum, Aquila uertit transplantatum. Quod ipsum belle quadrat, uel in Christum à cœlo in terram demissum, uel in nos in nouitatem uitæ per Christum perductos. Transplantatum à gentilitate ad fidem, à iudaismo ad euangelium, à litera ad spiritum, à seruitute legis ad libertatem gratiæ, à mūdo ad regnum cœlorum, à uitijis ad innocentiam, ab Aegypto in terram lacte & melle manantem, à tumultu ad pacem, à seculi negotijs ad studiū pietatis traductū. Quod male plantatū erat in Adam, feliciter transplantatū est in Christo: quod erat in frugiferum natura, cœpit esse frugiferum per gratiam. Redduntur enim meliores arbores in aliud translate solū, cultuq; discunt mīscere, & syluestre exuunt ingenij. An nō Paulus lignū fuit feliciter transplantatū, ē persecutore factus Apostolus? An nō lignū bene transplantatum Cyprianus, ex mago martyr? An non Matthæus lignum transplantatum, ex telona Apostolus? An non Ambrosius ex gentili iudice, sanctissimus episcopus? An non Augustinus ex inflato rhetore, doctor ecclesiæ? An non Franciscus, ex auro negotiatore, paupertatis professor? cunq; his innumerabiles alij an non felicissime transplantati sunt in Christum. [Secus decursus aquarum.] Transplantatum inquam, nō in ambitionis & arrogantia scopulis, non in fluidis ac sine fine sititibus harenis auaritia, non in libidinis cœno, non in desidiæ paludibus, sed iuxta aquas, atq; eas quidē non pigras, sed decurrentes ac uiuas, quæ in cōuallibus, ac locis humilioribus manere solitæ, omnia læta quadam ubertate reddunt luxuriantia. Nihil gignit hæc humus, quod non arcano quodam alatur, ac uegetetur succo. Caterum arboribus pomiferis plurimo opus est humore. Vnde grammaticis quoque uisum est, poma à potu dicta, quod magnam uim humoris combibant. Atq; hunc quidem humorem attractum undiq; radix per occultissimos meatus in uniuersam transfundit arborem, donec erumpant frondes, deinde fructuū spes flores, postremo foetus illi gratissimi, pariter ac saluberrimi. Quod uidestri cum solidū, et nullis etiā uentorū turbīnibus expugnabilem, quod ramos late porrectos, quod amabili frondium uirore comantem arborem, quod fragrantissimis picturata floribus, quod suauissimo prouentu fructuum onustam, tantā pompam, tot opes, sola radix occulto irrigata succo subministrat. Nihil est hominis mente occultius: & tamen ex hoc ceu fonte, scatent omnes illę dotes, quas in pijs uidemus hominibus. Verum ea radix diu plurimo diuine gratiæ succo irrigetur oportet. Proinde qui literas profitentur Hebræas negant esse decursus, sed *ἡ γὰρ* palge, quod pelagus interpretantur, quæ uox propemodum ualeat, quasi dicas gurgitem, & immensam aquarum profunditatem. Nam nostræ quidem arbores non raro fit ut immodica humoris copia suffocetur. At rationalis arbor, quæ hic describit propheta, quo copiosius expletur ac proluitur à cœlesti illo fluuio, qui lætificat ciuitatem dei, hoc lætior ac magis frugifera redditur. In Christum totus hic fluuus inundauit, ideoq; & floruit felicissime, & copiosissimum attulit fructū. Largiter hinc hauserat Paulus Apostolus, & idcirco plus fructus produxit unus, q̄ aliquot Apostoli cæteri. Sunt mensuræ donorum spiritus. Est & modus fructuum. Omnes hinc hauriant oportet, qui cupiant uiuæ arbores esse in Christo, qui floridæ, qui frugiferæ. Non ex Platonicijs, aut Aristotelicis literis, non è rhetorum aut poetarum libris hauriant hic succus, Ex illo fonte trahatur oportet, quem uidit Ioannes scatentem de throno dei & agni. Iam uideo quosdam esse, qui lignum interpretentur crucem Christi, flumen baptisum, quod per sacrosancā illius mortem, & mystici lauacri munus uiuat ac uegetetur, totq; cœlestibus dotibus floreat ecclesia. Quapropter & eleganter in crucis laudem mysticam, hymnum canit chorus ecclesiasticus: Crux fidelis inter omnes arbor una nobiliss. Nulla talem sylua profert, fronde, flore, germine. Tot in uniuerso terrarum orbe Christi anas ecclesias, tot martyrum agmina, tot monachorum examina, tot uirginum choros, tot confessorum turmas, tot sacramenta, tot charismata nobis hæc arbor peperit. Verum si Christum in cruce mortuum arborem accipis, & aquas decurrentes, baptismum: mirum non aquæ fecunditatem largiuntur arbori, sed arbor aquis. [Quod fructum suum dabit in tēpore suo. Neq; enim fieri poterat ut in frugifera foret arbor, ab eo plāta agricola, sic

cola, sic posita, sic irrigata. Vera pietas nunquā est otiosa. Erumpit aliquando, & bonū suum alijs quoq; comunicat, uel dum sancta prædicatione Christum inserit animis fidelij & infidelij, uel dum bono odore uitæ illecat ad studiū pietatis. Hunc fructum parturiebat Paulus scribens ad Rom. Vt aliquē fructū habeam & in uobis, quæadmodum in cæteris gētibus. Et de uitæ exēplo meminit idem: Bonus, inquiens, odor sumus deo in omni loco. Hunc fructum esuriebat Iesus, cū ait Apostolis: Ego alium cibū habeo manducare, quē uos nescitis. Hunc ardebat amatrix illa mystica, in epithalamio cū inquit. Ascendā in palmā, & apprehendā fructus eius. Dat igitur hæc arbor fructū, nō solum gignit. Siquidē uera charitas totā sese effundit in usus alienos, aliorū inseruit cōmodis nō suis. Auarus sibi fructificat, sibi parit ambitiosus, sibi quærit libidinosus, sibi malus omnis fructū adfert, si quid tamē adfert. Huic arbori gignere, dare est. Neq; uero quilibet dabit fructum. Sunt enim & arbores malæ, quarū fructus gustatus mortē adfert: cuiusmodi sorborum genera quæ dā. Sunt rursus qui per inanē gloriā aliena sibi uendicant. Verū hæc arbor suū dabit fructum, id est uerū ac genuinū, qui succū illū radice altorē odore, saporeq; referat. Si carnalis est arbor, carnales adducit fructus; si spiritalis, spirituales foetus ædit. Vis audire diuersarū arborū diuersos item fructus? Fructus, inquit, spiritus sunt, gaudiū, pax, patientia, benignitas, bonitas, loganimitas, māsuetudo, fides, modestia, cōtinentia, castitas. Nūc cōtra malæ arboris fructus accipe. Manifesta autē sunt opera carnis, quæ sunt, fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, idolorū cultus, ueneficia, inimicitia, contentiones, emulationes, iræ, rixæ, dissensionēs, sectæ, inuidia, homicidia, ebrietates, comestationes, & his similia. Audis nimum foecundam arborem, sed fructu mortifero. De fructu cognoscitur arbor, bona sit, an mala. Vt radix est mentis, ita sunt fructus operum. Si peruersis opinionibus, si malis cupiditatibus fuerit corrupta mens, huiusmodi loquitur, huiusmodi facit, cuiusmodi modo cōmemorauit Paulus. Cor tuum radix est arboris huius. E cor de prodeunt cogitationes malæ, furta, homicidia, blasphemia. Quicquid loquitur, quicquid agit impius, pestilens est, contagiosum est, uenenum est. Difficillimum est cum malis habere commercium, ut non fias deterior. Contra piorum incessus, uultus, oratio, facta fructum habent salutarem, ut quisquis cum his egerit consuetudinē, melior indies euadat, nisi planē sit deploratus. Dabit ergo fructum, sed hoc habet cum malis arboribus commune. At suum dabit, hoc est peculiarem, & dabit in tempore suo, non quod sibi quisque præscripsit, sed quod deo uisum fuerit. Quidam maturius, quidam serius dederunt fructum suum. Sunt quorum religio iam in ipsi infantia crepundijs eluxit. Sunt quorum pietatem non nisi mors illustrauit. Quorum de numero est Paulus ille eremita. Prius est ardere, deinde lucere uel inflammare. Prius est succulentum esse, deinde germinare. Tu modo cura ut irrigua, ut plurimo succo uegeta sit arbor tua. Noli de fructu sollicitus esse. Ipse erumpet suo tempore, cum deo uidebitur. Idem fructum eliciet suo calore, qui radicem aluit suo succo. Atque hæcenus quæ dicta sunt, tametsi belle quadrant, & in omnes pios, qui ad Christi exemplum abstinent ab omnibus inquinamentis huius mundi, qui toto pectore meditantur in lege domini, ut cognoscant illius uoluntatē, ut faciunt, non ea quæ dicit animi cupiditas, sed quæ iubet diuina lex: ac deinde secretis diuina gratiæ muneribus irrigati, uiuent innocentia, germinant affectu charitatis, florent expectatione bonorum operum, fructum adferunt in gloriam dei, in proximorum salutem, ipsi iam quoq; deuictio Sarana, iam diuites & exuberantes in Christo bonorum operum fructibus perfuuntur, bonæ conscientia gaudio iugiter felices; tamen aptius in ecclesiasticis cum doctorem, hoc est episcopum, competere, mihi uidentur. Nam iuxta Paulum, præcipuum ac peculiare munus episcoporum est, docere plebem Christianam, nec docere Platonem, aut Aristotelem, aut scholasticas questionum argutias, sed Christi doctrinam, simplicissimam simplicissimam. Quō magis admirandum est, nonnullos huius tempestatis episcopos, hanc pulcherrimam omnium functionē in quosdam resicere, quos ipsi quoq; despectui ac ludibrio habent, & contumelie causa fratres appellant. Nec hoc cōtenti, quod huic erat proximum, sacramentorum administrationem cōducitij quibusdam, ac penē dixerim facitij episcopis delegant, causarum cognitionem, & pecuniarum rationes, rem omnium sordidissimam, et uel infimis cōmittendam, sibi seruant, perinde quasi nihil aliud sit magno episcopo dignum. Videamus igitur, quibus coloribus Christi doctorem

depingat hic propheta: Beatus, inquit, ille meus & perfectus, quem erudiendo populo designauit deus, primum nullis pestiferis opinionibus sit infectus oportet. Nam id est non abire in consilio impiorum. Qui bene docebit, qui male senserit; Deinde procul esse oportet ab omni uitiorum contagio, & usque adeo uacare culpa, ut ab omni specie quoque mali si sit alienus, hoc est a deo integrum esse, ut & famam pudeat in hunc quicquid mali criminis confingere. Etenim quo tandem ore infectabitur aliorum uitia, ipse uitijs obnoxius? Aut qui persuadere alijs pietatem esse sectandam si conspexerint illius uitam cum pietate pugnare? Ad hec, sit a mundi huius magistratibus, & secularium negotiorum functionibus liber, & expeditus. Siquidem ut in malitiosam animam non introit diuina sapientia, ita nec in occupatam. Nec purum modo requirit domiciliu spiritus ille celestis, uerum etiam omnibus sordidis curis uacuu. Quid deinde superest: ut purus ab opinionibus uulgis tuis, purus a dogmatis haereticis, purus ab omni labe mentis ac morum, purus ab omni ambitione secularium honoru, solutus omni sollicitudine negotioru carnaliu, noctes ac dies totus uersetur in lege domini, hoc est in literis diuinis. Hanc penitus imbibat, hanc ediscat; nec ediscat solum, sed meditetur, hoc est in habitum animi, in affectus, in mores, ac uita trahat. Ab hac diu discat, quod postea doceat. Quid deinde futurum est? Id si fecerit meus doctor, inquit: Erit tanquam lignum plantatum iuxta decursus aquarum, quod fructum doctrinae salutaris dabit in tempore suo. Lignum erit nullis fortunae ludibrijs cessurum. Lignum uiuum, lignum multo gratiae celestis succo irriguum, semper adhaerens sacro illi diuinarum literarum flumini, quod olim ingressus Ezechiel, miratur non posse transiui dari. Immensa profunditatis est, cuius fundum nullum attingere potest hominis ingenium. Satis est tibi, quod inde tantum hauris, quantum licet. Et quorsum tandem euadet hoc admirabile lignum? Primum ipso innocenti uitae uirore testabitur sese arborem esse uitam. Deinde paulatim tacitis in Christo adolefcentis incrementis, explicat ramos charitatis, erumpit in gemmas, & iam nunc praese fert, qualem fructum sit editurus. Mox aditis floribus, certiore de se spem praebet. Sub hac totus celestium uerborum frondibus conuestitur. Postremo fructum addit. Nec enim foliorum uirore inanem modo fructus spem praebet intuentibus: quemadmodum ficus illa, cui in euangelio maledixit Iesus, allexerat esurientem frondibus suis, at fructum non dedit. Huiusmodi ficus, sunt doctores quidam, qui uerba pietatis habent, qui titulum, qui cultum pietatis habent, a fructu uerae pietatis alieni. Super cathedram Moysi sederunt, quae dicunt, facite: quae faciunt, ea nolite facere. Oratione docent pietatem, moribus dedocent pietatem. Si professionis titulum audias, si uestitum inspicias, si loquentem auscultes, nouum quendam pietatis fructum expectas. Sin uitam ipsam excutias, deprehendis tibi uerba data, & iuxta Graecorum prouerbium, expectato thesauro, carbones offendis. His arboribus potissimum indignatur Christus, qui speciem pietatis ostentant, a pietatis operibus alieni, qui docent non furandum, & tamen furantur: qui docent non adulterandum, & tamen adulterantur: qui execrantur idolum, & tamen ipsi sacrilegium committunt. Ficus illa, de qua modo diximus, fructum suauissimum, Christoque longe gratissimum procul intuenti pollicebatur, propius intuentem frustrata est. Non maledixit rubo, unde nemo fructum expectat: non male dixit salici, quae nullum promittit fructum, ut ipso genere sterilis. Ficus male dixit, quae et ipso nomine, & foliorum luxuria, fructus spem facit, & fructus omnium gratissimi. Episcopi non me audio, sicum audio. Ornatum episcopalem uideo, nimirum folia conspicio: ad fructum accorro. Quid reperio: longe aliud quam quod titulus & insignia promiserant. Aleatorem reperio, scortatorem reperio, potorem reperio, populi praedonem reperio, bellatorem & satrapam reperio. Quam credis excandescere Christum, ubi sic deluditur? Hos Paulus appellat parietes dealbatos, & Christus sepulchra dealbata, foris nitidos, intus uitijs corruptos. Folia sunt igitur, quaecumque ad caeremonias, & speciem pietatis attrahunt. Quod si uis folia doctrinam pietatis interpretari, fortasse nonnullos reperies episcopos, quibus nec frondes sint ullae, sed uelut arbores aridae, ueterum tantum episcoporum titulos, tanquam anathemata quaequam sustinent. Si de uenatu, si de equestri, si de militia, si de caesu sermo, mira facundia: si de Christo, uidentur subito in alium translati mundum. Sed ad nostram arborem redeamus, quae fructum dat, hoc est, non sibi discit diuinas literas, sed alijs quoque libenter communicat: & dat, non effundit. Dispensat uerbum diuinum.

Nouit

Nouit quando, quibus, & quomodo loquendum. Alius eget consolatione, alius exhortatione, alius obiurgatione, alius admonitione, alius doctrina: ut cuique uiderit expedire, ita dispensat uerbi diuini munus. Nam id demum est dare. Dat autem & suum fructum, & in suo tempore. Quid est suum fructum? Quid habemus, quod non acceperimus? Et quomodo nostrum est, quod alterius beneficio contigit? Verum hic nostrum uocat, non quod nobis sit ascriptum, sed quod alienum non sit. Nam uirtutes ita deo ferimus acceptas, ut nihilominus nostrae sint. Non dat fructum suum, qui uerba recitat populo, quae ipse nec amat, nec sequitur. Aliena sunt quae docet huiusmodi, quae ritu canalis in ortum transfundunt frugiferum ipsi sterilem. Non e radice tua prodijt iste fructus. Ficus mihi porrigis, non in tua natas arbore, sed aliunde decerptas. Qui penitus hoc amat, quod docet, qui uultu, qui moribus exprimit, quod praecipit, is denique suum dat fructum. Qui flammam quam animo concepit, in alios oratione transfundit, suum dat fructum. Fortassis hic locus non nihil pertinet ad sacerdotes quosdam, uel parum attentos, uel parum eruditos, qui sacros psalmos sedulo recitant non intellectos. Hi nimirum folia duntaxat ostentant, fructum uacant. An non idem hoc palam testatus est Paulus, scribens Corinthijs: Nam si orem, inquit, spiritus quidem meus orat, mens autem mea sine fructu est. Qui recitat uerba sacra, eaque fidelibus, aut etiam infidelibus interpretatur, uel ad doctrinam, uel ad exhortationem, uel ad consolationem, is fructum suum dat. Non dedit fructum suum uitis illa, de qua per prophetam questus est deus: Expectaui ut faceret uuas, & fecit labruscas. Proprius hominis fructus est, bene mereri de omnibus, quippe qui non sibi natus sit, sed patriae, sed amicis. Cum hominem audio, hoc est animal placidum, cum Christianum audio, ex uitis folijs expecto beneficentiam, expecto pietatis officium. At cum uideo quaedam duplatorem, bellatorem, calumniatorem, fraudatorem, labruscas offendi pro uuis. Nec otiosa sunt huius arboris folia, quae Ioannes in Apocalypsi scripsit deputata ad sanitatem gentibus. Praebent umbram gratissimam ei, quae dixit: Sub umbra illius quem desyderabam sedi, & fructus eius dulcis gutturi meo. Fructus ipsos conuestiunt atque comuniunt, & ab aestus simul atque hymbrii iniuria defendunt. Unde stultissime crassuli quidam loquendi curam in totum negligunt: Quid mihi cum uerbis, inquit, si de re constat? Primum qui percipies sententiam, nisi cognita sermonis proprietate? Deinde si lingua discenda est, non paulo procliuus est unam aut duas linguas eleganter perdiscere, quam tot species sollicitandi? Unica est lingua emendata, paucis annis perdisci potest. At corrupti sermonis mille sunt discrimina. Postremo permultum refert, quibus uerbis bonam efferas sententiam. Aliud uerbum alio splendidius, aliud alio significantius, aliud alio ardentius, aliud alio succundius. Neque minus est momenti in schematis uerborum & sententiarum. Hinc fieri uidemus, ut eadem res, quas ueteres cum summa uerborum maiestate, ac decore explicarunt, sic ut mire afficiant auditorum animos, recitatione explicatae uerbis frigeant, iaceant, sordeant, ut prorsus neget easdem esse. Cuius rei si quis forte requirit exemplum, commodum occurrit illud: Petrus sedit in Antiochia & Roma, Paulus conuertit Graeciam. Nonne plurimum gratiae simul et dignitatis addidit huic sententiae, qui schematibus ad hunc modum picturauit? Antiochus & Remus concedunt tibi Petre regni solium, Tyrannidem tu Paule Alexandrinam inuasisse Graeciam. At quanto iam putidiora redduntur ista, quoties barbaris, sordidis, factitijs, immo prodigijs uerbis non explicantur, sed inuoluuntur? Neque uero haec dixerim, quod rhetoricis flosculis uelim lasciuire doctorem ecclesiasticum. Non postulo ut adsint deliciae. At rursus non sero sordes. Nolim Christi doctrinam eloquentiae lenocinio corrumpi. At contra nolum eandem uerborum & figurarum sordibus pollui. Dabit igitur una cum optimis folijs fructum optimum, ut dicere possit cum propheta: Dedit mihi dominus linguam eruditam, ut sciam sustentare eum qui lapsus est uerbo. Et iuxta Hieremiam dicit: Dedit dominus uerba sua in ore meo, ut euellam & destruam & disperdam, et dissipem, et edificem & plantem. Dabit autem in tempore suo. Sunt qui ante legitimum tempus suscipiant docendi munus, & docere conantur alios, quod ipsi nondum didicerunt. At qui solet arborem breui emorituram arguere foetus praeperus. Proinde nostra arbor, ubi diu combiberit diuinae gratiae liquorem, ubi secretis tandem ausibus adoleuerit, ac diutinis incrementis confirmata constiterit: ubi uocatus fuerit tanquam Aaron, ubi modis omnibus ad pulcherrimum munus fuerit instructus, tum demum alios docendi, monendi, castigandique partes suscipiet.

TOMUS . I .

O 2

Nec ingeret

Nec ingeret sese, ueluti faciūt quidam, qui doctores præstare conantur, cū nondū fuerint discipuli: & in alios arrogat imperium, priusq̄ ipsi parere nouerint: lucere uolūt, anteq̄ ferueant, inflammare alios, cum ipsi frigeant. [Et folium eius non defluet.] Arborum pleriq̄ folia decidunt sub brumam, cū tamē ipsa non prorſus emoriantur. Alijs folia nunq̄ decidunt, ueluti palma & spīno arbori, item & lauro. Nonnullis perpetuæ sunt frondes, perpetui item fructus, ueluti arbori medicæ. Hæc autem arbor iuxta prophetiam Ioannis duodecies, hoc est singulis mensibus, fructum suum reddit: neq̄ solum non nudatur frondibus, uerum ne folium quidem defluit. Aut enim per hypallagen folium positū est pro folijs, aut *ἐμφανώς* dictum est, perinde quasi dicas ne folium quidem, ut respōdeat ad illud euangelicum: Vestrī autem ne pilus quidem capitis peribit. Non conuenit, ut Christus doctor ullum uerbum effutiāt uel stultū, uel falsum, uel inutile. Nunq̄ taceat, semper tinniat cum Aaron, sed omnis oratio doceat pietatem, & Christum sonet, non mundum. At qui tandē sunt isti, quibus folia subinde decidunt? Qui nonnunq̄ libere loquuntur, & Christum audent profiteri, mox meuentes ne principem offendant, ne loco moueantur, uerba Christi uel supprimunt, uel in gratiam hominum adulterant. Nisi maus ad uniuersos referre, qui Christum non toto sequūtur pectore, sed seipſos deo, mundoq̄, uelut ex æquo partiuntur, ac nunc uelut aspirante diuini numinis Fauonio, frondescunt nunc educto distrahentibus huius mundi curis, aut sæuiente fortunæ procella, laugeſcunt, ac uelut emoriantur. Verum qui fortiter repudiatis omnibus, totum animū Christo consecrarūt, is palma in morem nullis iniurijs offendi poterit. Sæuiant calumniatorū Aquilones, ingruat hyems malorum, nunquā tamē bonæ mentis uirorem intermittit. Et adeo nō emoritur, ut nec folium amittat. Sunt qui fructum arboris hoc loco præmij, q̄ opera malint interpretari. Nam utroq̄ in sensu fructus uocabulum usurpant diuinaliter. Christus ipsa facta fructus uocat, cum ait: Ex fructibus eorum cognoscetis eos. At Paulus, cum scribit: Quem igitur fructum tunc habebatis in ijs, in quibus nunc erubescitis: utiq̄ fructum præmij appellat. Quanquā aliquoties eadem facta, simul & opera sunt, & præmia. Sic enim Paulus ad Romanos scribens de his, qui spreto deo, traditi essent in reprobam sensum, ut foedissimis libidinibus masculus exardesceret in masculum, foemina in foeminam. Et mercedem, inquit, quam oportuit in semetipſis recipiētes: mercedem appellat turpia facta, sed quibus rursum sua debeatur merces. Hæc cogniti, sed contempti dei præmia sunt, & eorundem præmij erit ignis æternus. Quemadmodum eleganter annotauit Origenes. Neq̄ secus euenit in pijs factis, atq̄ in turpibus. Quarundam opera tam cœlestia sunt, ut aliorum operum præmij iure dici possint. Quanquam haud sum nescius, hoc à quibusdam non ad huius uitæ felicitatem, sed ad futura præmia referri, ut hic meditetur in lege, à uitijs temperātes, in resurrectione perpetuo uirore uerſiamur, cum profligatis omnibus huius uitæ malis, iugi felicitate fruemur cum eo, in quē insiti sumus per baptismum, & per piæ uitæ studium. Verum quemadmodum illa propheta uerba: quæ oculus nō uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt, quæ præparasti deus diligentibus te: non solū ad immortalitatis gloriam referuntur, uerū etiā ad huius uitæ felicitatē, quam homines pijs, uelut arram interim, ac pignus accipiunt immortalitatis securitē. Ita hic quoq̄ locus ad sanctorum floridam ac tranquillam uitā pertinere potest. Habet hic quoq̄ suum uitorem innocentia, habet florem, habet fructū. Sanctorum enim, uelut aquilæ, iuuentus renouabitur, & florent ut lilium in conspectu domini. Et iustus ut palma florebit. Præstat hoc integritas, & innocentis animi puritas, tranquillitasq̄, & (quemadmodum ait ille) iuge cōiuiuium, ut corpus etiam ipsum, propemodum expers senij, continuo nitore uernet, quasi iam nunc meditans esse, quod mox futurum est, nempe spirituale, cœleste, & ab omni carie, corruptione, senioq̄ alienū. Quemadmodum enim diuinus spiritus, nostrum inhabitans spiritū, in eum redundat, & ut est potentior, eū in sese ueluti trāsformat: ita noster spiritus immutatus redundat in corpus, dōmicilium utiq̄ suum, idq̄ quoad licet in sese transformat. Hinc illa uirginum senectū uirrens, quam in nōnullis uidemus, & quā diuus Hieronymus admiratur in Paulo. Concoradiensi iuuenili quadam florulentia semper uernans. Hinc illa in uultu quoq̄ relucens innoxia mentis alacritas. Maximam & morborum, et senij partem uitijs debemus potius: quam naturæ. Et ne quis admiretur hæc, uidemus in defunctis etiam sanctis huiusmodi corpora

corporis habitum durare. Magnam audisti beati felicitatem, sed audi etiam, quem cumulum adijciat. [Et omnia quaecunq̄ faciet prosperabuntur.] Hæc certe uerba palam est ad huius uitæ statum pertinere, uel reclamante Hieronymo, qui putat ad neminem sanctorum accommodari posse in hac uita. Quid enim illic faciemus, in quo prosperitate sit opus? Atque ut obiter de allegoria nonnihil attingam, quā infeliciter celsit nobis Eua primæ parentis uoluptas: Quam infeliciter Adæ parentis obsequium? Quam non prospere cecidit, quicquid promisit serpens ille? At è regione, omnia Christi nobis felicissime cesserunt. Felix natiuitas, felices labores, felix doctrina, felix mors, felix resurrectio, felix ascensio, felix diuini spiritus missio. Felix ecclesiarū cōiunctio, felices martyrum uictima. Felix erit pijs & iudicium illud extremum mūdi. Iam ad eundem modum qui in Christo sunt, quid his sinistri potest accideret? Quicquid agunt, ducem habent deum, & eundem fortunatorē. Fui, inquit, tecum in omnibus ubiq̄ ambulasti. Et cum ipso sum, inquit, in tribulatione. Quid ni prospere cedat, quod dei geritur auspicijs? Atq̄ ut magis etiam intelligas, quanta sit huius beati securitas, mala quoq̄ ipsa, prosperatē deo, uertuntur huic in cumulum felicitatis. Quicquid agit impius, impium est, etiam si rem alioqui piam egerit. Sinistris enim auspicijs geritur. Quicquid acciderit impio, seu latum, seu triste, id omne cedit in alimoniam impietatis. Contrā quicquid pijs obtigerit, uertitur in occasio nem pietatis. Ausim dicere, etiam si quando cōtigerit prolabi in culpam. Quando quidē hoc quoq̄ deus nonnunq̄ occulto consilio sinit euenire suis, uidelicet ut correcti ament feruidius, caueant circumspectius, alijs ignoscant facilius, succurrant officiosius. Quid igitur mirum si cætera prosperentur omnia, cum id quoq̄ prospere cedat, quod unum infelicem reddere potuit Christianum? Si quid prosperū acciderit uitro bono, agit gratias: exercet benignitatem. Si quid aduersum, exercet patientiam, erigitur ad futura uitæ cōtempionem. Cum impius interim & secunda fortuna fiat insolentior, fiat ad foedas uoluptates propensior, & aduersa fractus ad desperationē abijciat sese: usq̄ adeo diligentibus deum omnia cooperantur in bonum. Quid autem non felix homini pie uiuētī, cum ipsa quoq̄ mors, qua nihil accidere potest tristius, huic sit & prosperrima, & præ cæteris exoptata? Prosperabuntur autem, siue ut legit Hilarius, bene diriguntur. A quo? A quo, nisi ab eo, qui cum sit ipse summe bonus, maxima quoq̄ mala in summum bonum uertit suis. Nec ulq̄ adest præsentior, magisq̄ dexter, q̄ in afflictionibus, & huius mundi procellis. Cum atrocissime sauit persecutor, tum ille copiosissime cœlestem indulget uictonem. [Non sic impij non sic.] Hactenus proposuit absolutam beati uiri formā, ad quam enitiamur. Nunc quo plenius nos doceat, depingit lōge diuersum impij simulachrum. Probi doctoris est, non solum docere quæ recta sunt, uerum etiam dedocere quæ praua: nec tantum ostendere quid sit imitandum, uerum etiā à quo sit fugiendū: uelut si quis boni principis exemplar ubi depinxerit, huic tyranni opponat imaginem, quo geminū animo calcet subijciat, dum hinc inflammatur honesti specie, hinc à diuersa figura refilit. Fit interim sapius, ut acrius etiam inflammemur, apte proposita turpitudinis imagine, q̄ ipso honesto: ut quosdam uehementius exstimulat ignominia metus, quā gloriæ cupiditas. [Non sic impij non sic.] Ea conduplicatio nec apud Septuaginta nec apud Hebræos habetur, sed duntaxat. Non sic impij. Hieronymus in uno duntaxat uolumine sic testatur reperisse se, idq̄ in Cæsariensi bibliotheca, in hexaplois Origenis. Verum non absurde uidetur additum à nescio quo, dum *ἐμφανώς* longe diuersissimam pijs, & impij conditionem conatur exprimere. Quid enim simile tali arbori, qualem modo depinxit, ad puluisculum uento iactatum? Vbi nunc sunt isti qui regum suspiciunt felicitatem, & aliquid homine maius imaginantur? Vbi sunt, qui diuites huius seculi rebus ac uoluptatibus affluentes, admirantur? Vbi sunt qui magistratibus, & cum strepitu uiuentibus inuident? Ipsi sese semideos esse putant, uulgius ut numina quædā ueneratur. Alius applaudit, adgratulatur ut felices, alius inuidet. Valeat popularis exstimatio. Audi quid de istis sentiat qui uere iudicat: uniuersam istorum felicitatem pulueri uilissimo comparat. Qui exciderunt à Christo, & uitæ præsidium non in solidis, & æternis rebus collocarunt, sed cōfidunt in rebus nihil, iuxta scripturæ testimonium; & in commoditatibus falsis, fluxis, caducis, ac momentaneis felicitatem posuerunt, q̄ nimirū longissime absunt ab huius arboris

MAbes mi Beate Rhenane xeniolum plusquam extemporarium; nec quale tu promerebaris, sed quale mihi tum pro temporis ratione parare licuit. Sed heus tu. Caute putes me passurum, ut gratis hoc auferas. In alijs sane pulchrum sit non meminisse beneficij quod dederis. Hic ius est quod dederis, uel cum faenore reposcere, & pulchrum est quod acceperis, multa cumulatam usura reponere. Præsertim, cū plus habeat qui accipit, nec minus tamen relinquatur ei qui dat. Prorsus igitur expecto, ut quod apud Homerum Glaucus fuit Diomedis, id Erasmo sit Beatus. Quo beator es, hoc tibi procliuus est ingentia depromere. Nos tenues qualia; cunctis largimur, non tam ut donemus, quam ut ad donandum prouocemus. Beneuale, & enitere ut indies magis ac magis esse pergas quod diceris.

DES ERASMI ROT.

COMMENTARIVS IN PSALMVM II.

Quare fremuerunt gentes.



Prius quam aggrediar enarrationem huius psalmi, quemadmodum non arbitror abs te fore, ita non debet esse molestum studioso lectori, si pauca præfabimur: Primum de ordine eius, mox de titulo, deinde de argumento. Apud Hebræos psalmi ordinem quidem suum habent, quem Esdras illis tribuisse traditur, quæ eandem operam præstitit in hymnis Hebræorum mysticis, quam Aristarchus præstitit in rhapsodijs Homericarum cantionum. Cæterum quum ordo constet apud Hebræos & Septuaginta, quid in digerendo sequutus sit Esdras non satis liquet, quum illud res ipsa loquatur, illum nec autorum dignitatem ætatisue rationem, nec historiarum aut argumentorum tempora sequutum fuisse; nec in certos numeros, nec in uolumina digessisse psalmos, quum ex apostolorum citatione constet, unicum esse uolumen psalmorum, siue ut Hebræi uocant, hymnorum. Ferunt autem id, quod nec improbabile est, ne rursus ordo semel ab Esdra traditus confunderetur ab interpretibus Septuaginta, singulis psalmis suum esse præfixum numerum. Dices mihi amice lector, si isthæc ita se habent, quid igitur scrupuli estis aut quæ ista moues? lam accipe. Quum extra controuersiam sit, psalmum: Beatus uir, apud Hebræos, Græcos, & Latinos, ordine primum tenere locum, tamen huic, quem nunc exponendum suscepimus, tituli principatum tribuunt. Sic enim à beato Paulo citatur in Actis apostolicis capite de cimonertio: Et nos uobis annunciamus eam, quæ ad patres nostros re promissio facta est, quoniam hanc deus adimpleuit filijs uestris, resuscitans Iesum, sicut & in psalmo primo scriptum est. Quanquam hic in nostris codicibus mutata erat scriptura, & primus mutatus erat in secundum, sed reclamantibus uno ore cunctis, qui commentarios ediderunt in psalmos. Impiæ cuiusdam temeritatis est, hac ratione mederi uelle, si quid aut non intelligitur nobis, aut offendit in diuinis literis. Itaque ueteres orthodoxi, qui sibi non permittebant tantumdem iuris in eos libros, quorum oportet auctoritatem omnibus inuolabilem esse, uarijs modis conantur ueris scripturnam, ut Apostoli citatio non pugnet cum ipsa. Ac diuus Hilarius multa præfatus de Septuaginta senioribus, quibus Moses uisua uoce tradiderit mysteria quædam legis, huc uidetur rem deducere, ut accipiamus à Septuaginta, qui psalmos omnes apud Hebræos, etiam tum temporis indigestos, cõsufosque redegerint in ordinem, certisque numeris digesserint. Paulus autem quoniam Hebræus ex Hebræis illic agebat cum Hebræis in ipsorum synagoga, quo maior esset citantis auctoritas, maluit Hebræorum ordinem sequi, quam Septuaginta. Quod tamen Paulo pro re præsentis tum licuit, nobis tamen non arbitratur esse fas ab auctoritate Septuaginta recedere, qui psalmum hunc secundum esse uoluerunt, non primum. Non est consilium anxie disputare in re non

magnum

magnum momenti, sane quod ad religionem nostram ac pietatem attinet, sed ut paucis agam cum tanti præfulis pace, largiamur tantum esse tribuendum auctoritati Septuaginta, quantum censet Hilarius, quam non ueritus est alicubi negligere diuus Hieronymus, & à qua multis in locis hodie dissentit publicus usus ecclesiæ catholicæ, qui probabile est etiam Hilarij tempore psalmos apud Hebræos, nullo neque numero, neque ordine digestos fuisse, quum huius rei nusquam meminerit Hieronymus, ne tum quidem, quum translatione Septuaginta ad Hebraicam ueritatem emendaret: Quod si fuisset, nimirum aut restitisset ordinem iuxta ueritatem Hebraicam, aut quæstus fuisset, apud Hebræos nullum esse ordinem. Ad demus interitum, apud Hebræos aut nullum, aut uagum & incertum fuisse ordinem, quomodo Paulo dicitur primus, qui numerum non habet: id fiat non minus absurde, quam si quis ex aceruo leguminum primi uocabulo designaret, quod esset unum inter ea quæ neque numero, neque ordine distinguerentur. Quod si Septuaginta interpretes ex recondita cognitione legis ordinem ac numerum addiderunt psalmis, qui consentaneum est, hoc latuisse Paulum in lege doctissimum: Et si non latuit, quum non hoc potius sequitur, quod ex abstrusa legis scientia profectum esset, præsertim quum illic auctoribus ac testibus synagogæ primoribus loqueretur Hebræorum populo: Proinde citius illorum sententiæ subscripsit, qui suspicantur hunc psalmum ei qui præcessit non proximum esse, sed continuum, hoc est, non alterum ordine, sed eundem. In hac ratiocinatione colligunt, si primus dici non potest, quem præcedit alius, aut falsus est titulus, aut idem sit oportet cum eo qui præcedit. Sed titulus, quem apud Lucam illi tribuit auctoritas apostoli Pauli, mendax esse non potest: reliquum est igitur, ut hic idem sit cum superiore. Atque huic coniecturæ non admodum reclamatur argumentum utriusque psalmi. Si quidem in priore describitur beatus ille, qui semotus à consilijs impiorum, sola iustitia fretus, domino bene fortunante quicquid egerit, ad solidam ac perennem felicitatem perducitur, quum ex aduerso consilia impiorum dissipentur, non ob aliud, nisi quod dominus nouit uia iustorum, improborum consilia non nouit: & ideo pereunt, quia nixa præsidijs humanis, numinis fauore destituuntur. Porro quum nihil ualeant humana molimina aduersus decretum dei, tamen impij suis opibus, ingenijs, uiribus, consilijs, scelerataque concordia coniuuati, non uerentur pertinaciter pugnare cum deo. Hoc admirans propheta, exclamat: Quare fremuerunt gentes? Nonnullis & illud coniecturam probabilis præbuit, quod prioris psalmi principium concordat cum alterius fine: Beatus uir, auspiciatus est à beatitudine. Rursum proximum hæc clausula finit: Beati omnes qui cõfidunt in eum. Est hoc poematis genus, etiam hodie non ignotum ijs, qui uulgo rhetoricam profitentur, quo recitatur in fine sententiæ, unde sumpseras exordium. Sed argutius est quod adfert Aurelius Augustinus, seu quisquis fuit, quod prior psalmus extraordinarius est, atque extra numerum aliorum, id illius auctoritati, dignitatique tributum esse. Quum enim in hoc sermo tribuatur deo patri, non decuit ullius hominis nomen præponi, si quid uidetur anteponi diuinæ auctoritati: ac ne numero quidem conueniebat insigniri, ne si primus dicitur fuisset, ordine duntaxat numeroque, non personæ, & argumenti auctoritate cæteris potior uideretur. Veluti quod uehementer eximium est, ac procul eminet, ita præfertur, ut ne numeretur quidem cum cæteris. Atque hæc ratio probabilior esset, si constaret primum psalmum sub persona patris dici, non prophetæ: tum si hoc esset huic psalmo proprium ac peculiare, neque commune cum alijs aliquot. Similis argutia est, quod adfert Hieronymus, aut si quis fuit alius, superuacaneum esse, ac uitio pleonasmum psalmum eum dici primum, quem alius nullus præcedit. Res enim ipsa loquitur eum esse primum. Sed mirum est hoc pleonasmum nos nunquam offendi in cæteris uoluminibus, ac uoluminum capitulis. Nam & primum librum primum inscribimus, & primo capiti suum numerum addimus. Deinde ut superfluum sit dicere primum eum, quem alius non præcessit: certe multo diuarius est eum uocare primum, quæ alius præcessit. Proinde ne cuiusque opinioni præiudicem meo iudicio, mihi uidetur illorum sententiæ proxime ad ueri imaginem accedere, qui dicunt primum psalmum non tam esse psalmum unum, quam præfationem in totum uolumen psalmorum. Quemadmodum eruditi solent in frontispicio libri carmen aliquod præfigere, quo lectori commendent opus sequuturum, quo libentius & attentius hauriat, quod in uolumine continetur. Nec admodum abhorret à uero, si quis hoc pro cæmij tribuat Esdræ, qui non solum collegit psalmos diuersorum, sed ipse etiam aliquot condidisse creditur, ac titulos addidit aliquot

aliquot, nondum satis intellectio consilio. Atqui haecenus quidem de numero, nunc de titulo paucis agamus. Psalmi plerique uarijs titulorum formis insigniuntur, qui ceu stellulae addita, prælucent ingressuris adytum sensus mystici, ac ueluti clauis officio funguntur, & prinũ lumen ac atrium nobis aperiunt, quo deinde pergamus ire ad ipsa penetralia. Non nunquam autem harmoniæ genus indicat inscriptio, ueluti quæ inscribitur psalmus, aut canticum, siue canticum psalmi, aut contra psalmus cantici: siue denique diaplasma, qui titulus in medio psalmi additus, admonet mutatum carminis ac modulationis genus: quibus de rebus tempestiuus alio dicitur loco. Nonnunquam argumenti dignitatẽ indicat titulus, ueluti quoties præfigitur, *εις τέλος*, id est, in finem, pro quo Hieronymus iuxta ueritatem Hebraicã uertit, uictori. Quoniam enim finis gratia cetera sunt omnia, & ultra finem progredi non licet, excitatur inscriptione lector, ut animum purum ac purgatum, ad insignem quãdam, perfectamque rerum sublimium cognitionẽ præparet. Interdũ tempus indicat, ut sunt qui titulum habent pro torcularibus, aut quarta sabbati. Aliquoties historiam, basim allegoriã, ut pro uictoria Idithum. Nonnunquam addita personarũ uocabula, non autorem indicant, sed rei gestę commonefaciunt, ueluti quæ inscribitur Absoloni aut Sauli, aut Solomoni. Nonnunquam titulus multa simul indicat, qualis est titulus psalmi quinquagesimi primi: In finem intellectus Dauid, quum uenit ad eum Doeg Idumæus & nunciãuit Saul, & dixit ei: Venit Dauid in domũ Abimelech. Ad hæc sunt psalmi complures *ἀνωτὶ γράφοι*, hoc est, nullo titulo prænotati, qui uel autorem indicet, uel tempus, uel argumentum, siue historiam, uel prophetiã carminis uel genus, de quibus hanc regulam tradit Hilarius, ut quoties occurrint psalmi, non præferentes titulo nomen autoris, ad eum conferamus, cuius nomẽ erat in titulo, qui proximẽ præcessit, usque ad eum, qui sequens nouum autorem habebit præfixum. Hoc an uerum ac perpetuum sit nescio, præsertim cum additum nomen aliquoties non autorem indicet, sed argumentum, ut paulo ante docuimus. Certe in hoc psalmo locum non habebit, quum nullus præcedat psalmus, cui sit additus titulus, quemadmodũ docent ueteres interpretes, & astipulatur Hebraica ueritas. Tamen si hodie in uulgatis codicibus hæc habetur inscriptio: *Δαβὶδ προφήτου καὶ βασιλέως μέλος*, id est, Dauid prophete & regis melos: quum Augustinus affirmet hunc solũ nõ habere titulum. Quæ quidem oratio multũ abest a uero, si habet: & si caret, nõ caret solus. Cæterum huic, qui nunc in manibus est, tamen si nullus præfixus est titulus, tamen autor illi suus uindicabitur ex autoritate Lucæ, qui in Actis apostolorum scribit hunc in modum: Domine tu es qui fecisti cœlum & terram, & mare, & omnia quæ in illis sunt. Qui per os patris nostri Dauid sancti pueri tui dixisti: Quare fremuerunt gentes? Neque enim arbitror conuenire, ut hic conemur elabi, quemadmodũ Nicolaus Lyranus excusat Hieronymum, qui primum psalmum asserit Dauid in epistola quadam ad Paulinum, quum credatur Esdræ, quasi primum psalmum posuerit pro uolumine psalmorum, cuius autor est ex parte Dauid, sed mea sententia firmior est autoritas Lucæ, quàm ut hæc tergiversatio sit admittenda. Quin illud magis admiror, quum Lyranus scripserit, Augustinum in hoc errore fuisse, ut diceret omnes psalmos conscriptos ab ipso Dauid. Certe in commentarijs, qui feruntur Augustini titulo, referuntur hæc uerba, quæ palam refellunt, quod asserit Lyranus: Nõ omnes, inquit, psalmi à Dauid æditi sunt. Ipse enim Dauid ex omni populo quatuor principes spiritu sancto mûdatos elegit, quorũ nomina sunt Asaph, Eman, Ethan, & Idithum, ut in quencunq; diuinus spiritus intrasset, hymnum deo caneret. Dauid ergo solos nouem psalmos ore cecinit. Reliqui autem ab illis quatuor principibus, iuxta titulorum inscriptionem sunt dicti. Haecenus Augustini uerba recensuimus. Quod si quis responderit, hæc Augustino psalmos æditos dici, non compositos, sed psalmi decantatos, rursum in dubium uocamur, an hic titulus, ipsi Dauid, indicet autorem, an recitatore, præsertim quum autoris nomen fuerit ascribendum casu paterno, *τὸ δαβὶδ*. Si recitatore arguit titulus, plures inscribuntur Dauid, etiã apud Hebræos, quàm nouem. Sin interdum autorem, interdum recitatore, uestigandum est huius rei discrimen. Hilarius subindicat, & Augustinus libro de ciuitate dei decimo septimo, capite decimo quarto, declarat quibusdã hanc fuisse opinionẽ, ut quoties præfigeretur nomen paterno casu, uelut *τὸ δαβὶδ*, id est, ipsius Dauid, intelligeretur autor: quoties *τὸ δαβὶδ*, id est, ipsi Dauid, non designari autorem, sed psalmum aliquid habere, quod ad Dauid pertinereat.

Hanc

Hanc opinionem refellit psalmus centesimus nonus, cui cum titulus sit, ipsi Dauid, tamẽ ipse Christus in euangelio prophetiam huius psalmi tribuit Dauid; Matthæi ca. 22. Quo modo ergo, inquit, Dauid in spiritu loquens, uocat eum dominũ, dicens: Dixit dominus domino meo, sede a dextris meis. Quamquã hoc loco nõ asseuerat Augustinus, quod interpretatur Lyranus. Denique inquit, Omnis fere eius prophetia in psalmis est. Quum enim ante dixisset, Dauid musicæ rei peritissimum, mystica spiritualique melodia delectatum, subiicit omnem eius prophetiam fere in psalmis esse, hoc est, in hymnis musicis, quum ceteri prophete oratio ne profa uaticinia sua prodiderint. Ac paulo post: Mihi, inquit, credibilis uidentur existimare, qui omnes illos centum & quinquaginta psalmos eius operi tribuunt. Primum Augustinus recitat alienam opinionẽ, & non continuo conuincitur esse autor singularum operis partium, qui autor est operis. Sed hæc quoque tempestiuus alio loco discutitur. Siquidem in præsentia tantũ in hoc attigimus hæc omnia, ut doceremus hunc psalmũ apud ueteres prorsus caruisse titulo, cuius tamẽ autor certus profertur ex actis Apostolorum. In libris Gallicanis titulus habetur: In finem psalmus Dauid. Qui addiderunt, in finem, ex ipsa re sumpsērunt, ut argumenti dignitatem explicarent. De quo nunc pauca dicemus. In plerisque psalmis duplex est argumentũ: historicum, quod ceu basis quãdam subternitur: & allegoricum, siue anagogicum, quod sub inuolucris illis rerũ gestarum recõdit, uel aperit potius historiam euangelicã, aut doctrinam ueræ pietatis, aut imaginem felicitatis æternæ. Nam nullus est fere scripturæ locus, qui nõ possit ad tropologiam accomodari. Atque quo dilucidius fiat quod loquimur, unicum exemplum docendi gratia proferam in medium. Titulus psalmi centesimi quadagesim tertij est, ipsi Dauid aduersus Goliath. Dubitandũ non est, quin is psalmus decantatus sit in laudẽ dei, cuius præsidio Dauid adolescens, pastor, inermis, & contemptus, funda percussit immanem ac superbũ Goliath, cuius & caput ipsius gladio præcidit. Sed hic sensus historicus nihil officit allegoriã, quin potius efficit ut lumen mysticæ cognitionis, ueluti speculo quodã ex ceptũ, iucundius & euidentius sese exhibeat oculis animi nostri. Quisquis enim meminist historia, quod Dauid non alia re fretus, quã auxilio cœlesti, confecerit allophylum hostiũ, uiribus & armis suis tacitantem sese, & insperata uictoria depulerit probrum a populo suo, nõne clariũ, atque etiã maiore cum animi uoluptate contemplabitur Christum Dauid nostrum, nõ huius mundi præsidij, sed noua ratione deficientem superbum illum huius mundi principem, unã cum populo suo incircunciso, atque hoc nouo facinore animos aduergentẽ suã, cui dicit in euangelio: Confidite, ego uici mundũ. Hoc sanctissimum spectaculum ubi curiosis oculis satis erimus cõtemplati, tum ad nos ipsos reueri discimus, ad eam imaginem nobis esse pugnandum cum huius mundi cupiditatibus, quæ rebellat in membris nostris aduersus legem dei. Videndum est igitur, an hic quoque substratus sit aliquis sensus historicus, cui innitatur allegoriã. Nam totum psalmum uaticinari de Christo, Pauli apostoli, Lucæque autoritate confirmatũ est ex Actis apostolorũ. Sic enim loquitur illic Paulus cap. 13. Et nos uobis annũciamus eam, quæ ad patres nostros repromissio facta est, quoniã hanc deus adimpleuit filijs uestris resuscitans Iesum. Sicut in psalmo primo scriptum est: Filius meus es tu, ego hodie genui te. Rursum eiusdem operis cap. 4. sic orat ecclesia Christianorum: Domine qui fecisti cœlum & terrã, & omnia quæ in eis sunt, qui spiritus sancto per os patris nostri Dauid pueri tui dixisti: Quare fremuerunt gẽtes, & populi meditati sunt inanità? Astiterunt reges terræ, & principes conuenerunt in unum aduersus dominum, & aduersus Christum eius. Conuenerunt enim uere in ciuitate ista aduersus sanctũ puerum tuum Iesum, quem unxisti, Herodes, & Põtius Pilatus, cum gentibus & populis Israel facere, quæ manus tua, & cõsiliũ tuũ decreuerunt fieri. Declarat idem Paulus in epistola, quæ inscribitur ad Hebræos, ex hoc psalmo sumens testimoniũ, quo cõuincat Christũ angelis esse maiorẽ: Cui enim, inquit, angelorum dixit unquẽ: Filius meus es tu, ego hodie genui te? Constat igitur hunc psalmũ uaticinari de Christo, quẽadmodum & alios complures, qui uarijs locis citantur ab apostolis ceu uaticinium euangelicæ historię. Sed euidentius hoc ipsum declarat Christus in euangelio Lucæ de psalmis omnibus: Hæc, inquit, sunt, quæ locutus sum ad uos, quum adhuc essem uobiscum, quoniam necesse est adimpleri omnia, quæ scripta sũt in lege Moisi, & prophetis, & psalmis de me. Cæterum an hic psalmus iuxta sensum historicum quadret etiã in alium præter quẽ in

Tom. 5

p Christum

Christum, id ex titulo psalmi non potest liquere. Rabbi Solomon, quū fateatur à uetustis Hebræorum magistris exponi solitum de rege Messia, tamen accommodat ad historiam, quæ refertur libro Reg. 2. capite 5. Quum enim Dauid rex suscepisset regnum totius gentis Israeliticæ, ultro deserētibus uniuersis tribubus, & rursus unctus esset, iamq; destinasset regiam suam ex Ebron transferre in montem Sion, qui tum à Lebuseis habitabatur: cōspiratum est undiq; ab allophylis finitimis, ut eum regno depellerent, ueriti, ne si potestas eius nimium creuisset, aliquādo sese uerteret in ipsorum exitium. Ego ut non in totum damno uidere, quid adferant Hebræorū interpretes, præsertim antiqui, ita non arbitror illis esse multum tribuendum, quum anima duertam horum commētarios fere sumis ac fabulis anilibus refertos, ne quid interim dicam de studio falsandi nostræ, odioq; Christi. Proinde non sumam in hoc operam, quomodo singulæ partes huius psalmi congruant historiarum, sed quemadmodum quadret in nostrum Dauid, hoc est, Iesum Christū, excutiemus, de quo sine controuersia scriptus est. Complectitur autem unicus hic psalmus non unam quampiam euangelicæ historiæ partem, sed uniuersum redempti mortalium generis argumentum: Quomodo filius dei corpus humanum assumpserit, ac cœlesti gratia plenissime delibutus euangelicæ doctrinæ fulgore, simul & umbras Mosaicæ legis discussit, & ueritatem caeremoniarum sustulerit, & gentium impias religiones subuerterit, & arrogans philosophorū supercilium deiecerit, atq; hæc omnia peregerit, non ullis huius mundi precidijs, sed noua quadā & inaudita ratione diuini cōsilij, cui frustra rebellant hominū ingenia. Quum enim totus mundus, totis uiribus aduersus euangelium cōiuratus insurgeret, ille cuncta pharisæorum, pontificum, regū ac principum molimina uertit in ornatum ac fidem suæ uictoriæ, cœlesti cōsilio deludens humanam astutiā, inuisa mansuetudine superans impiorum ferocitiam, moriendo mortis tyrannidē abolens; dum se demittit ad inferos, aperuit regna cœlorum: ac per summam humilitatem emergens, ad summam euectus est gloriā, simulq; nobis omnibus uitā monstrauit, qua possimus huius mundi principem uincere, si nostris diffisi uiribus, toti pendeamus à Christo, quemadmodum ille totus pendit à patre: & si principes ac pontifices qui cæteris autoritate præminent, metu antoffendere regem omnium Iesum Christum, nec huius leges ausint negligere, semper memores æterni iudicij, cuius sententiā nemo nec humilis, nec præpotens poterit effugere. Atq; hæc quidem in summa de argumento. Nunc aspirante Christo, singulos uersus excutiamus, si prius tria uerba fecerimus de psalmi clauē. Frequenter usu uenit, quum in alijs mysticæ scripturæ locis, tū præcipue in psalmis, ut de persona loquentis ambigatur. Et tamen nõ raro fit, ut ex persona cognita pendeat sensus mysticus. Diuus Hieronymus putat quatuor primos uersus: nã ille singulos quod gemini sint, ob antiphoniā paritur in binos: pronunciarī sub persona uel angeli uel prophetae, qui miretur quam ob rem humana temeritas confurrexerit aduersus filium dei: quintū demum tribuendū personæ patris: Disrumpamus uincula &c. Diuersum sentit Hilarius, primos etiam tribuens deo patri. Atq; in hanc sententiā adductus est autoritate Lucae, qui quum describeret ecclesiā, his uerbis alloquētem deum; qui per os patris nostri Dauid sancti pueri tui dixisti, uidetur sermonem hunc accommodare patri. Addit & aliud argumentum, quod quintus uersus dicitur psalmate distinguatur à quatuor primis, quæ res uidetur indicium mutatae personæ. Sed huic rationi diffidere uidetur ipse. Subijcit enim, in Hebræorū libris nõ annotari diapsalmā, quod si maxime ascriberetur, non protinus indicaret mutatam personā, quū aliquoties significet harmoniæ genus nouatum. Cæterum in actis non agebatur de persona loquentis in uaticinio, quum quicquid quacuncq; sub persona dixerunt uates, hoc per eorū os deus loqui dicitur. Deinde si personæ patris hic sermo tribuatur, dure congruet quod sequitur: Aduersus dominum, & aduersus Christū eius: perinde quasi de alio quoptā, nõ de se loquatur. Hac igitur in parte sic ab Hilario dissentio, ut tamē nõ in totū assentiar Hieronymo. Quorū enim attinet hic comminisci personam angeli, quum totus sermo ad amulsum quadret in personam prophetae Dauid, qui spiritu cœlesti afflatus, hoc iam tum cernebat internis oculis, quod tot seculis post gestū est in Christo. Porro sermonis abruptum inuicem, cōgruēs afflato numine, & tropus ipse facit ad emphasim indignitatis. Quid enim infans, q̄ principes, reges ac populos cōiuratos illi moliri exitiū, qui uenerat seruandis oibus: Et uenerat missus à deo patre, cuius cōsilijs frustra reluctat humana temeritas.

Venerat

Venerat tot ante prophetarum oraculis promissus utriq; populo, Iudæorū ac gentiū, sed præcipue Iudæorum, tot figuris adumbratus, tot seculis exoptatus. Quid enim aliud sibi uolunt ille piorum hominum uoces: Veni domine, & noli tardare, relaxa facinora plebis tuæ Israel: Promissus erat lenis ac mansuetus, beneficus in omnes seruator omnium, qui gratis tolleret in se peccata totius mundi: qui sublato duro legis Mosaicæ iugo, per fidem & gratiam euangelicā inuicaret omnium nationum homines, siue reges, siue humiles, siue doctos, siue indoctos, siue seruos, siue liberos, ad dignitatem filiorum dei, ad felicitatē immortalis uitæ. Deniq; promissus est non iudex, nõ uindex, sed redemptor, sed assertor, sed seruator. Quid tetrius peccator hoc gratis sustulit. Quid pulchrius, quid amabilius in nocentiar: Et hanc de suo largitus est. Quid honorificentius, quam adoptari in cōsortium filiorū dei: Ab hoc honore nullus excluditur. Quid grauius importabili iugo legis Mosaicæ: Et hoc nobis detraxit. Quid dulcius libertate: Hanc contulit. Quid magis expetendum, q̄ cœlestis immortalitas: Huius ille certissimus spōsor est. Talis erat ille promissus, qualem merito totius mundi nationes debuerant amplecti. Nec alius uenit quam fuerat promissus. Opulentiā parere solet inuidiam. Ille nullas opes, nec habuit, nec ambijt. Muldiūm conciliat potentia. Ille se professus est alienum à regnis huius mundi. Mediocri bus etiam beneficijs paratur hominum beneuolentiā. Ille gratis ac prompte semet effudit iuuandis omnibus, pauit esurientes, sanauit agrotos, restituit mæcos ac debiles; cæcis oculos, surdis aures, mutis linguam reddidit, salutifera doctrina blandè ac placidè mōstrabat omnibus æternæ felicitatis uitam. Optimo proinde iure propheta demiratur aduersus talem, tantum, tam beneficum, tam amabilem, cooriri gētes, moliri populos, insurgere reges, armari principes. In unius perniciem coniuuant omnes, qui unus ad omnium salutem uenerat. In eum omnes omnia sua cōferunt, qui se totum impendit omnibus. Vnde tumultus iste: Vnde cōspiratio tam insana: nimirum quia nihil habeat Christus cōmune cum mundo. Et idcirco mundus illum auersatus est, uelut auocantem ab his, quæ filij huius seculi pertinaciter adamabant. An non statim ad Christū natum impius hic ac superbus mundus inhorruit: Simul atq; cognitum est Magorum indicio, natum esse Messia: tenuis adhuc rumor erat, tamen quid audis narratē Mattheum: Turbatus est rex Herodes: & omnis Hierosolyma cum illo, Cōuocantur scribæ, exquiritur locus natalis dicitur Messia: exquiritur à Magis tēpus quo illis uisa fuisset stella, cuius indicio fuerant exciti: fraudulento consilio rex agit cum Magis, ut prodant infantem. Mox scuitur in ætatē innoxia. Postea uero q̄ coepit æditis miraculis inclarescere, cœlestiq; doctrina Pharisææ doctrinæ tenebras offundere, ac diuinæ naturæ ueluti scintillas aliquot proferre: quoties in illum fremuit populus, nunc ad lapides accurrens, nunc in montis abrupta ducens, ut illinc præcipitem daret: Quoties illum adorti sunt Pharisæi, Sadducæi, Herodiani, ca: ptilis quæstiū oculis conantes illum illaqueare: Quoties inierant scribæ & pharisæi conciliarium conciliū, ut Iesu manus inijcerent: & iniecissent, ni metuissent turbā. Mittuntur à pharisæis satellites, qui illum in templo docentē uiolarent. Subinde uarijs studijs inter se fremit populus, alijs dicentibus, bonus est, alijs contra negantibus: his affirmatibus eum esse unumquempiam è prophetis qui reuixisset: illis suspicantibus eum esse Messia. Tandem & Herodes terraracha, eius filius qui pueros occiderat Bethlehemiticōs, ex his quæ rumore cognouerat in sensu Iesu, captabat occasionem occidēdi eum. At ubi ltuor & odium Pharisæorum semper in maus gliscens, certum propositū conceperat occidēdi Iesum, quoties concurrir in conciliū à Scribis, à Pharisæis, & senioribus populis: Adhibetur pontificum autoritas, Annæ & Calaphæ, in cuius sacris ædibus impiū hoc negocium peragebatur. Præsidis autoritas cogitur seruire Iudæorū uesania. Ad huius prætorium non solum Scribæ & Pharisæi, sed uniuersus etiam populus cōuenit. Hos tumultus omnium ordinū, has cōspirationes, hæc cōcilia, quū nobis luculētissime describat euangelicā narratio, nõne merito demiratur propheticus animus, ista præuidēs futura, quæ nos facta legimus, & credimus, hoc est, fidei cernimus oculis, dicens: Quare fremuerunt gentes: quam particulam quidam proprie referunt ad cohortem Pilati præsidis, quam legimus conuenisse in atrium præsidis, ut illuderent damnato Iesu. Proximam particulam: & populi meditati sunt inania: referunt ad populum Iudaicum, ex uarijs nationibus conflatum, quæ tum religionis causa Hierosolymam confluerant, Præsidis milites, ut alieni

ab omni religione, & ipso uite genere uiolenti crassiq; fremunt incondito motu, nullo nō ludibrii genere debacchantes in dominum, omnis gloriae fontem. Iudaei meditantur inania, dum per uerbo studio legis, frustra persequuntur eum, quem lex ipsa promiserat, ac designarat: Expedit, inquit, ut unus moriatur pro populo. Vitant diem festū, & incidunt in diem festum. Sic & Paulus, dum studio legis saeuit in discipulos domini, meditabatur inania. Et hodie meditantur inania Iudaei, qui circuncisiones, sabbatismos, lotiones, delectū ciborum mordicus tenentes, contēnunt euangelicā doctrinā, per quā salutē assequi poterant. Et ne populi furor parū ualeret aduersus innocentē, affuerunt uelut autores huic tur multui, reges terrā, nimirū Herodes, ac Pilatus. Sic enim interpretatur ecclesia apud Lucam in Actis apostolicis. Nam hic Herodes erat tetrarcha Galilee, quem admodū testatur Mattheus ca. 14. Atq; eundem in cōmentarijs diuus Hieronymus regem appellat. Quin & Marcus ca. 6. tribuit illi regis cognomē. Pilatus autē rex non erat, sed praeses Iudaeae, sed in hoc erat Caesar, cuius uices gerebat in ea prouincia. Caesarem autē populus Iudaeorū impijs illis conuictijs apud praesidis praetorium sibi regē ascierat, uociferans: Non habemus regem, nisi Caesarem. Quidam uolunt esse hypallagen numerū, ut reges dicti sint, quorum alter duntaxat erat rex. Sed mollior erat tropus, ut omnes qui publica potestate funguntur, reges appellentur, praesertim cum addatur, reges terrā. Imō sermō propheticō maxime conueniebat numerus multitudinis, qui semper sese latius porrigit. Non enim solū spectat ad illos, per quos tum Christus fuit damnatus, uerum etiā ad eos, qui ante aduentū Christi persequuti sunt illum in suis prophetis, quicq; post persequuti sunt eundē in ipsius apostolis, & hodie nonnunq; persequuntur in his, qui pure docuerint euangelicam ueritatem. Et principes cōuenerunt in unum, uidelicet scribae & pharisaei cum senioribus populi. Hi seclis inter se discordes, quin & odijs priuatis dissidentes (nunq; enim inter auros, superbos & inuidos concordia est) aduersus Iesum concordēs, congregantur in domum Caiaaphae. Quin & ipsi reges Herodes & Pilatus ante discordes, in dominū necem cōsentunt, & ex eo tempore coit inter eos amicitia. Haec sunt impiorum scedera, qui nūq; concordēs sunt, nisi ad laedendum innocios. Subnotat & illud Hilarius, quod Herodes ac Pilatus reges terrā dicti sunt, qui iure terrenae potestatis insurrexerunt in eum, qui praedicabat regnum caelorum. Caterum pontifices, scribae, pharisaei & seniores tantum principes appellantur, non autē principes terrā, aut principes sacerdotum, quod & ius terrene diuisionis perdidissent, regno translato in Herodem ac Caesarem, nec iam mererentur dici principes sacerdotum aut populi, qui consilijs impijs coniuressent in autorem omnis sacerdotij dominum Iesum. Atq; haec quidem, ut fateor argute dici, ita mihi non displicet simplicior interpretatio, ut utraq; pars uersuum ad idem pertineat: Quare fremuerunt gentes, ad populum Israeliticum, & huic accinatur clausula ueluti Echo, referens & incultas quod dictum est: & populi meditati sunt inania. Rursus affiterunt reges terrā: pertinet ad Herodem ac Pilatū, atq; huic rursus accinatur illa particula: & principes conuenerunt in unum. Hoc ne cui plane uidear adferre ex somnio capitis mei, Primum id factū docet Augustinus in uersibus qui sequuntur: Qui habitat in caelis, irridebit eos, & dominus subfannabit illos: Repetita, inquit, sentētia est. Nam pro eo quod est, qui habitat in caelis, subsequenter positum est, dominus: & pro eo, quod est irridebit, subsequenter positum est subfannabit. Deinde constat hoc sermonis genus in propheticis literis esse frequentissimum, ut sensum quem prior uersiculi pars expressit, posterior aut recinat alijs uerbis eundē, aut consimili sententia referat, aut contraria respondeat. Primi generis exemplum erit: Os iusti meditabitur sapientiam. Huic accinatur: Et lingua eius loquetur iudiciū. Secundū: Iustus ut palma florebit. Cui simile est, quod succinatur: Et sicut cedrus Libani multiplicabitur. Tertij: Esurientes impleuit bonis. Id insigitur contraria sentētia: Et diuites dimisit inanes. Neq; hic sermonis color in mysticis hymnis frequentissimus solum pro nobis facit, uerum etiam autoritas ipsius Lucae, apud quem ecclesia sic interpretatur hunc locum: Conuenerunt enim uere in ciuitate ista aduersus sanctum tuū filium Iesum, quē unxisti, Herodes & Pontius Pilatus, & populus Israel. Pro eo quod bis erat dictū: Reges terrā & principes: simplicē sensum reddunt de Herode & Pilato. Itē quod repetitum erat: Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania: nihil aliud interpretatur, q̄ populū Israeliticū, in quo continentur & pōtiffices, Pharisaei, scribae, & seniores. Atrox uero coniuressio sit

sit oportet, quā tanto tumultu, tantoq; consensu principum ac populorum peragitur, omnia sua consilia, totas opes & uires, & quicquid autoritate, quicquid potentia, quicquid ingenio, fraudē uel possunt in unum conferentium. Id si fieret aduersus potentem hostem resp. nihil sit mirum aut indignum. Nunc audi dementiam & indignitatē huius conspirationis. Concurrunt gentes, machinantur populi, instant reges, congregantur principes. Aduersus quem? O rem impiam: aduersus dominum, & aduersus Christū domini. Cum sit reges quamlibet potentes, aut opulenti, cuncti principes, quantumuis pollent uiribus, uniuersum mortalium genus, quālibet numerosum, quid aliud sunt q̄ ephemera animalcula, si conferantur ad deum, qui semper est, & initio carens & sine, qui nutu suo condidit ac moderatur omnia quae in caelis, & quae in terris, qui potest & nutu perdere, si libeat, uniuersa. Tam imbecilles igitur conspirare aduersus omnipotentem dementia est. Sed ingratum etiam & impium est conspirare aduersus eum, cuius bonitati debet hoc ipsum, quod sunt, quod uiuunt, quod sapiunt, quod uiribus, aut ingenio pollent. An non erat istud ingratiū diuis extremā, etiam si nihil nouae beneficentiae addidisset? Nūc ubi uideret genus humanum uniuersum teneri miserissima simul ac turpissima tyrānide diaboli, uersari in altissimis ignorantiae tenebris, seruire idolis, seruire turpitudini, ruere praecipit in aeternum exitium, miserus nostri, misit unicūm filium suum, non armatum, non formidabilem, sed unctum gratia, sed mansuetudine bonitatisq; amabilem, cuius morte nos reconciliaret sibi, cuius doctrina discuteret tenebras nostras, cuius ductu nobis aperiret uiam ad uitam immortalem. Et aduersus talem conspirare principū ac populorum caecitas, uel potius impietas. Vides lector & hic obseruatiū quod admonuimus. Aduersus dominū: ad patris referunt personā, aduersus Christum eius: pertinet ad filium. Pater erat in filio, quem admodū scribit apostolus Paulus, mundum reconcilians sibi. Quisquis igitur repugnat filio, repugnat & patri. Quisquis agnoscit patrē, & filiū debet agnoscere. Sed diabolus erat in mundi principibus, ac populis, frustra belligerans aduersus cōsiliū dei. Non illi nouum est, rebellare deo suo, contra quem statim ut conditus est, mouit seditionē. Quod tum per se gerebat in caelis, hoc post per sua membra gerebat in terris. Reges terrā sunt, nec aliud quām terrena sapiunt. Oderunt caelestia. Quod Graeci dicunt Christū, Latini unctū, Hebraei Messiam uocant, quo nomine Iudaei peculiariter designabant eximium illū prophetam, prophetarum oraculis promissum ad salutem omnium gentiū. Vincto uero non solum erat regum apud Hebraeos, uerum etiam sacerdotū, quem admodū nunc est omnium Christianorum, quos Petrus sacerdotium & regale genus appellat, propterea quod per Messiam nostrum adoptati sumus in ius & cōsortium filiorum dei. In Christum uero & uisariam competit unctū uocabulum. Primum sacerdotij nomine. Siquidem is erat unicus ille sacerdos secundum ordinē Melchisedech, qui sacrosancti corporis sui uictima deum patrem ex offensa propitiū nobis reddidit, qui sanctissimi sanguinis sui lauacro purgauit omnia peccata credentium in ipsum. Deinde regni nomine. Data est mihi, inquit, omnis potestas in caelo & in terra. Nimirum hic erat ille promissus sanctus sanctorū, qui antiquauit omnē Iudaeorū unctiōnem, quibus iam nec sacerdotium est ullum, nec regnū. Tertio congruit in eum unctū uocabulū ob plenitudinē gratiae diuinae, quae in illo habitauit corporaliter, ut inquit Paulus apostolus. De quo testificatur & Ioānes euāgelista: cuius gloria uidimus, plenū gratia & ueritate. De cuius plenitudine accepimus omnes. Hic est enim unctus ille, de quo spiritus loquitur in psalmo: Diffusa est gratia in labijs tuis, propterea quod unxit te deus, deus tuus, oleo laticiae praeparatissimis tuis. Olim uenturus est iudex uiuorū & mortuorū in maiestate patris cum agminibus angelorum formidabilis, non impijs modo, uerum etiam iustis, nimirū in illo die tremendo, quādo caeli mouebuntur, & uix iustus seruabitur, quem admodū scribit Petrus apostolus: tantū aberit ut peccator possit subsistere. Sed interim uenit unctus, blandus, affabilis, placabilis, beneficus, comis, mansuetus, seruator nō ultor, reconciliator, nō iudex, expositus omnibus ad benemerē dum citra personarū exceptionē, nisi quod humiles magis amplecti uidebatur. Hoc olim de illo uaticinatus fuerat Esaias, ex quo Christus apud Lucā pronūciat, de se proditū oraculū: Spiritus, inquit, domini super me, eo quod unxit me. Euāgelizare pauperibus misit me, sanare cōtritos corde, praedicare captiuis remissionē, & caecis uisum, dimittere contra cōs in remissionē, praedicare annū domini acceptū, & diē retributionis. Qui huiusmodi

Christum non amittet: quis aduenientem non excipiat, non amplectatur, non exoculetur. Et tamen hunc talem auersatus est mundus, caeci fugere lucem, serui redemptore, agroti medicum, mortui uitam. Quin & illud annotandum, quod propheta patre designans, absolute dixit dominum, ut omnium dominum declararet, quum regibus addidisset terram, filium autem non simpliciter appellauit Christum, sed Christum eius, nimirum dignitate illius notans, qui solus peculiariter esset unctus a deo. Habet & hic mundus Christos suos, reges ac sacerdotes, quorum nonnulli uncti sunt, sed mentem inunctam. Ungunt homines caput, unguunt scapulas, unguunt thoracem ac pectus uel ad umbilicum usque, frustra homo ungit hominis corpus, nisi spiritus coelestis unxerit animum. Et ideo sepe uidemus principes semel atque iterum unctos, nihil scilicet ob crudelitatem, ambitionem, auaritiam intolerabiles esse populo. Habet deus unctos suos, quos non uult laedi ab iis, quos unxit mundus. Sic enim loquitur in cantico Asaph: Non dimisit quemquam calumniari eos, sed increpauit pro eis reges. Nolite tangere Christos meos, & in prophetis nolite malignari. Quisquis habet animum illustratum lumine fidei, ea credens, quae non uidet, ea sperans, quae non apparet, propheta est, & unctus est. Docet hoc Ioannes apostolus in epistola sua: Vos, inquit, uncti sunt a sancto, & nostis omnia. Verum haec unctio sicut nobis gratuito datur ex benignitate dei, ita frequenter nostrum uitio perit. Ideo subdit: Et uos uncti sunt quam accepistis ab eo, maneat in uobis. Et Paulus Corinthiis scribens, docet hanc unctiorem, neque simili genere, neque pari mensura contingere omnibus, sed alijs alias docet distribui, iuxta mensuram fidei. Caeterum Iesus peculiari quadam ratione dicitur unctus domini, & apud nos Christi nomen solum obtinet, quod hunc non guttis aliquot gratiae deus imbuerit, sed affatim in hunc effuderit, quicquid in uniuersos unctus collatum fuit, aut conferri potuit. Christus enim humanae naturae uocabulum est. Non enim unctus dicitur, nisi quatenus homo. Simili discrimine nos quoque dicitur filij dei, sed quoniam ille singulari ratione fuit filius dei, idcirco paterna uox proprie de hoc est stata est: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacuit. Aderat eodem tempore columbae species insidens illius sacro uertici, declarans omnibus, hunc esse uerum illum Messiam, quem deus omni plenitudine gratiarum unxisset, de cuius plenitudine nos omnes accipere mus. Exhausti non potest, in quo inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. An non igitur optimo iure demiratur oculus ille propheticus, tanto molimine coniuratisque consilijs reges & populos tendere aduersus deum omnipotentem, aduersus quem nec uis est ulla, nec consilium, & aduersus Christum eius, cui quisquis aduersatur, aduersatur & deo patri: Sed hunc mundi tumultum coorturum aduersus Christum, ueteris testamenti litera non uno in loco praedicunt oraculis, & adumbrant figuris. Audiamus ipsum Christum sub persona Hieremiae, & per os eiusdem loquentem patri: Tu autem domine demonstraisti mihi, & non cognoui. Tu ostendisti mihi studia eorum, & ego quasi agnus mansuetus, qui portatur ad uictimam, & non cognoui, quia super me cogitauerunt consilia. Mittamus lignum in panem eius, & ne memoretur nomen eius amplius. Audis studia, audis consilia, concordatum suffragiorum uocabulum, audis mortis genus. Mittamus lignum in panem eius, corpus illius suffragamus in crucem. Quin & Apostolis caelis denunciatur est, ne praedicarent nomen illius. Ad hoc pertinet illud: Et ne memoretur nomen eius amplius. Porro etiam illa legimus quae sunt in lib. sapient. ca. 2. nonne uidemur audire pharisaeos, scribas, Annam, Catapham, Philosophos, breuiter omnes, qui diligunt hunc mundum, conspirantes aduersus Christum: Circumueniamus, inquit, iustum, quoniam inutilis est nobis, & contrarius est operibus nostris, & impropertat nobis peccata legis, & diffamat in nos peccata disciplinae nostrae. Promittit se scientiam dei habere, filium dei se nominat. Factus est nobis in traductionem cogitationum nostrarum. Grauis est nobis etiam ad uidendum, quoniam niam dissimilis est uita illius, & mutatae sunt uiae eius, tanquam nugaces aestimati sumus ab illo, & abstinet se a uis nostris, tanquam ab immunditijs, & praefert nouissima iustorum, etiam gloriatur patrem se habere deum. Ac mox: Morte turpissima condemnemus eum. Hanc mundi conspiracy in dominum Iesum, iam olim praelebat aenigmate fatidico, coniuratio fratrum aduersus Ioseph, quem admodum refertur Genesis capite trigesimo sexto. Qui cum uidissent eum procul, antequam accederet ad eos, cogitauerunt illum occidere, & mutuo loquebantur: Ecce somnator uenit, uenite occidamus eum, & mittamus in cisternam ueterem, dicemusque, fera pessima deuorauit eum. Accusant eum fratres de crimine

de crimine pessimo: & pharisaei Christo impingunt blasphemiam, quodque foedus haberet cum Beelzebub principe daemoniorum. Dissident in consilijs fratres Ioseph, sed in malitia conueniunt. Et ex pharisaeis quidam dicebant, non in die festo, ne forte fiat tumultus in populo. Et tradamus hunc Pilato, ne uideatur a nobis interfectus. Quin & ipse dominus Iesus hanc in se conspiracyonem pulchre depinxit parabola Evangelica, in qua coloni quum seruos alios post alios missos traxissent inclementer, quosdam etiam occidissent, tandem & aduersus filium conspirant, dicentes: Hic est haeres, uenite occidamus eum, & nostra erit haereditas. Rursus in alia parabola, coniurati mittunt illi legationem obuiam, dicentes: Nolumus hunc regnare super nos. Sed horum omnium conatus nihil aliud, quam illustrauit sapientiam ac bonitatem consilij diuini, & ipsos declarauit dignos exitio, qui pertinacibus animis coniurati fuerint aduersus totius salutis autorem. Nos autem fratres charissimissimi uere Christi membra sumus, ne misceamur impio consilio, sed prijs studijs amplectamur Christum dominum. Iudaeorum autem obstinatam caecitatem execrantes uel miserantes potius, dicamus cum propheta David: Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania: Astituerunt reges terrae, & principes conuenerunt in unum aduersus dominum & aduersus Christum eius. Sed cum Christi discipulis fortiter dicamus: Disrumpamus uincula eorum, proiciamus a nobis iugum ipsorum. Hic postremus uersiculus, sub cuius persona dicatur, non satis conuenit inter autores. Tertullianus, sacrarum scripturarum sine controuersa peritissimus, sic subinde citat hunc uersiculum, ut eis accomoderet, qui crediderunt ex Iudaeis ac gentibus, qui gaudentes Evangelica libertate, legis onus conabantur excutere. Subscribit huius Arnobius: Gentes, inquit, fremunt aduersus Christum, quia idolis finem imposuit. Populi, id est, Iudaei meditantur inania, distinctio nes ciborum, & sabbatorum ferias attendentes. Vtrorumque uincula dirumpenda. Et ab horum sententia minimum abest Hilarius, haec uerba tribuens apostolorum personae, qui uincula gentium diruperunt, quae peccatorum suorum fascijs constringebantur, dum eos qui per fidem in Christum & euangelij gratiam, aqua uinctos liberant semel ab omnibus uita superioris delictis: Iudaeorum iugum abijciunt, dum Mosaeique legis ceremonias, circuncisionem, sabbata, neomenias, baptismata, ciborum delectus, uictimam, caeteraque, quae, ut in actis ait Petrus, nec ipsi portare potuerunt, nec patres eorum, docent iam esse spernenda, quippe quae uelut umbrae oportebat ad corruscantem Euangelij lucem euascescere. Nec ab his in re multum dissentit Hieronymus, qui putat hunc sermonem esse dominum Iesum, cohortantis populos gentium, ut omnes qui sibi ex Iudaeis credituri essent, legalia uincula dissoluant, & graue onus legis abijciant, ac sequantur eum, cuius iugum suauis est, & onus leue. Solus Augustinus meminit diuersae sententiae, sed sic, ut ipse uideatur eius autor. Nam existimat hunc uersiculum aptius referri ad personam eorum, quos paulo ante propheta dixit tumultuantes ac meditantes inania. Quorum animis haec impropia uox digna sit: Disrumpamus uincula eorum, & proiciamus a nobis iugum ipsorum, ut intelligamus hos esse, qui dicunt deo: Recede a nobis, scientiam uiarum tuarum nolumus: in quorum typum Geraseni rogant Christum, ut excedat finibus ipsorum, quicquid dicitur in parabola: Nolumus hunc regnare super nos. Detrectat mundus iugum Evangelicum, malens ferre durissimum iugum diaboli, quam submitti suauis iugo dei & Christi eius. Hanc interpretationem solum sequitur Casiodorus, quam tamen Augustinus sic anteponit alijs, ut diuersas non improbet. Mihi magis arridet, quod solum uideo placuisse uetustis interpretibus: Quoniam autem ex historia ueteris Testamenti satis liquet, Hebraeos gentem fuisse rebellem ac duram ceruicis, data est illis lex grauis ac rigida, ut qui tanquam filij non poterant obtemperare praecipis dei, tanquam mala mancipia, legis duritie, ueluti compedibus ac iugo coercerentur a maleficio, & ad officium pertraherentur. In de circuncisio, delectus ciborum, obseruatio interluniorum, baptismatum, seuniorum, uotorum, uictimarum, ne quod se possent uertere, quin occurreret legis praescriptum, ceui cancelli non sinentes illos suo uiuere arbitratu. Proinde Paulus hanc legem, legem seruitutis appellat. Et huc nonnulli scriptores orthodoxi referunt illud, quod legimus apud Ezechielium cap. uigesimo: Et ego dedi eis praecipia non bona, & iudicia in quibus non uiuent. Seruile iugum ac durum appellat, non bonum. Dixit aliquis, quum deus sciret populum non obseruaturum legem, quare illum tot praescriptionibus, tot obseruationibus

oneravit: Nimirum ut quemadmodum Paulus docet, per legem agnoscerent morbum suum, & inciperent desiderare medicum, posteaq; agnoscerent suum peccatum. Porro qui legerit Acta apostolorum, & Paulinas epistolas, facile cognoscat quato studio Iudei, qui fuerant amplexi professionem Evangelicam, conati sint hoc onere gravare, non eos solum, quos in Iudaismo deprehenderat Christus, uerum etiam gentes ab obligatione Mosaicae legis immunes. Hoc agebant passim pseudopostoli, qui Christum miscebant cum lege, quasi solus ille parum sufficeret ad dandam omnibus salutem. Hi Romanos primum in Iudaismum pertraxerant. Hi Galatas eodem retraxerant. Hi ceteris, qui crediderant in Christum libertatis autorem, hoc seruire iugum studebant imponere, iubentes eos circumcidi, ut in carne illorum gloriaerentur, ac dicentes: Ne gustaueris, ne tetigeris, ne contrectaueris. Aduersus hos totis uiribus ubiq; pugnat acerrimus Evangelicae libertatis assertor Paulus, qui nec Petro uertus sit in faciem resistere, quod uideret illius exemplo periclitari quosdam ex gentibus ad Christum conuersos. Quid multis? Tam pertinax erat studium quorundam Iudeorum, conantium gentibus imponere iugum legis Mosaicae, ut eam ob rem coierit consilium frequens utriusq; populi, cui praeter ceteros praesertim Petrus & Iacobus. Erant autem pharisaicae sectae, qui hoc potissimum perendebant, quod haec factio superstitiosius etiam legis tenax fuisse legatur. Sic enim legis in apostolorum actis cap. 15. Surrexerunt autem quidam de haeresi pharisaeorum qui crediderunt dicentes: Quia oportet circumcidi eos, praecipue quoq; seruare legem Mosi. Hinc mirum sunt, de quibus paulo ante dixerat: Et quidam descendentes de Iudaea, docebant fratres, quia nisi circumcidamini secundum morem Mosi, non potestis saluari. Facta ergo seditione non minima Paulo & Barnabae aduersus illos, statuerunt ut ascenderent Paulus & Barnabas, & quidam ex alijs ad apostolos & presbyteros in Hierusalem super hac questione. Ibi Petrus in hunc modum concionatus est: Viri, fratres, uos scitis, quod ab antiquis diebus deus in nobis elegit per os meum audire gentes uerbum Euangelij, & credere. Et qui nouit corda deus, testimonium perhibuit, dans illis spiritum sanctum sicut & nobis, & nihil discreuit inter nos & illos, fide purificans corda eorum. Nunc autem quid tentatis deum, imponere iugum super ceruices discipulorum, quod neq; nos, neq; patres nostri portare potuimus: sed per gratiam domini nostri Iesu Christi credimus saluari, quem admodum & illi. Quum audis Petri uocem: Nunc quid tentatis deum imponere iugum &c. nonne satis expressisse uidetur ad iugum Mosaicae seruitutis, quo laborare uidentur et illi, qui dicunt in psalmo: Disrumpamus uincula eorum, & projiciamus a nobis iugum ipsorum. Nec dissimili sermone succinit Iacobus: Propter quod ego iudico, non inquietari eos, qui ex gentibus conuertuntur ad deum. Ceterum quemadmodum praedictum erat, uti docet Paulus apostolus, fore ut reiectis, ob incredulitatem Iudaeis, gentes reciperentur ad Euangelij gratiam: ita praedictum erat, futurum ut carnales caeremoniae legis uerterentur in cultum pietatis spirituales, ut circumcisio corporis uerteretur in circumcissionem cordis. Sic enim loquitur apud Hieremiam dominus: Nouate uobis nouale, & nolite ferere super spinas, circumcidamini domino, & auferte praeputia cordium uestrorum, uiri Iuda & habitatores Hierusalem. Quod hic per prophetam nouale uocat, in Euangelio dixit, uinum nouum non committendum utribus ueteribus. Vtriq; concinit Paulus, negans esse Iudaeum, qui pelliculam corporis habeat amputatam, sed qui mentem habeat repurgatam a crasis cupiditatibus, quae militant aduersus spiritum. Quin apud Esaiam deus iam tum fastidit uetera ieiunia, ueteres uictimas, uetera sabbata, ueteres solennitates. Quare fastidiebat: Quia erant carnalia, & pater tales amat adoratores, qui in spiritu adorant ipsum. Spiritus est deus, & spirituali cultu delectatur. Poscebat hunc ordinem imbecillitas humana, ut prius esset quod carnale est, sed ita, ut per carnem proficeremus ad spiritum. Alio qui quid dicit dominus in Genesi: Non permanebit spiritus meus in hominibus istis in aeternum. Quamobrē non manebit: Quia caro sunt, inquit. Non auersatur deus carnis substantiam quam condidit, qui nihil condidit quod bonum non sit, sed odit crassos & carnales affectus. Habuerunt aetates seculi publicam quandam, ut ita dicam, infantiam suam. Huius paedagogus erat lex Mosaica. Habet & nostrum quisq; suam quandam infantiam in Christo. Habet & ecclesia suas quasdam caeremonias, quibus fouet aetatem imbecillē, donec robur colligat augetes in fide & charitate Euangelica. Tolerat deus ad tempus

ad tempus carnales, si paulatim extenuentur in spiritum, at non tolerat in aeternum. Porro tentum est infantia perpetua. Tempestiuam pueritiam exosculamur, blandeq; fouemus in liberis nostris, uelut ostentum abominaturi puerum annorum triginta. Quam diu ratio non exierit uim suam in nobis, haud ita multum differimus a brutis. Et quam diu tales sumus, meremur ut bruta animantia tractari. Fune ducuntur boues, iugo premuntur tauri, freno reguntur equi muliq; capistro ducuntur asini, nare trahuntur bubali. Sed quoniam haec non mutant naturam suam, & seruituti nata sunt, perpetuo iugo premuntur. At hominibus tantisper adhibetur iugum, donec explicet se uis rationis, donec emicet ignis charitatis Euangelicae. Christus tamen per prophetas suos praedixerat ad Euangelij lucem euanturatas umbras legis Mosaicae, ad Euangelij libertatem & gratiam relaxandum esse iugum carnalium obseruatiuncularum, tamen ut omnes ad se pelliceret, obseruauit quidem ipse quod lex praescripserat, sed tamen interim praeludit nonnunquam abrogandae legi, dum semel atq; iterum sanat hominem in sabbato, dum discipulis patrociniatur aduersus pharisaeos calumniantes, quod spicas uellerent in sabbato, dum palam testificatur filium hominis dominum esse etiam sabbati, dum iubet eos ire ac discere quid sit, misericordiam uolo, & non sacrificium, dum haec tenet damnat superstitiosam obseruationem earum rerum, quae ad tempus erant institutae, ut figuram haberent rerum spiritualium, quod harum praetextu negligenter ea, quae suapte natura, semperq; pia sunt. Ad hanc libertatem gestiebant & apostoli, dum freti suo praepatore in uellendis spicis negligunt sabbatum, dum non ieiunant, in quo ipso Christi patrociniio defensi sunt, dum audent peccatorum & publicanorum interesse conuiujs, dum negligunt pharisaicas, & Christo quoque damnatas constitutiunculas, de lauandis urceis & aramentis, de lotione manuum ante cibum, ac lotionem corporis totius si quando redissent a foro. Nimirum tamen rudes adhuc, ac plane Iudaismum sapientes, unde & Christus eos paruulos uocat, hoc est, ueris, tamen ut sodales sponsi ueluti gestiebant ad utrunq; gustatam Euangelij libertatem. Et hinc totus ille fremitus pharisaeorum, inde concursus in scelerata consilia Annae & Cathae. Sed discipuli Iesu nondum audent palam exerere uocem euangelicam: Disrumpamus uincula eorum, & projiciamus a nobis iugum ipsorum. Nondum enim uenerat spiritus ille igneus, qui discuteret frigiditas ac superstitiosas obseruatiunculas sabbatorum, neomeniarum, baptismatum, ieiuniorum, ciborum & contactuum. Plus audent ebrj multo caelesti. Iam Petrus doctus, nihil esse commune, quod deus sanctificasset, nec esse respectum personarum apud deum, sed omnes ex aequo estimari fide Euangelica, non ueretur congregari cum Cornelio, non ueretur totum onus legis depellere ab ceruicibus gentium, non ueretur deniq; uesci quibuslibet cibus, Paulum monitorem patienter audit & obtemperat. Quid aliud uociferatur eximius ille Iesu Christi praeco Paulus in omnibus concionibus suis, in omnibus epistolis suis, quam disrumpamus uincula eorum, & projiciamus a nobis iugum ipsorum: Et tamen non desinunt tumultuari synagogae proceres. Quoties hinc seditio mota est Paulo? Quoties in periculo fuit ne discerperetur a Iudaeis, nisi iudices Ethnici Iudaeis aequiores subduxissent hominem? A deo nulla pestis nocentior religioni, quam caeremoniarum superstitio, quum haec se potissimum religionis specie commendet. Quid multis: tam pertinax erat conspiratio synagogae aduersus Christum dominum, ut nisi pertinacissime clamasset Paulus: Disrumpamus uincula eorum, & projiciamus a nobis iugum ipsorum: in uinculis, in medijs uitae discriminibus, immo nisi mortuus etiam clamaret, adhuc circumcideremur, adhuc insuauis iugo legis Mosaicae premeremur. Gratia quoniam mordicus adhæsit doctrinae Pauli sui, semper purior fuit in Iudaismo. Ceterum Augustinus tot annis post aetatem Pauli queritur conditionem Iudeorum in quibusdam fuisse potiore conditione Christianorum, & tantum in Africa fuisse Iudaicae superstitiosae, ut temulentia, ut adulterium, caeteraque uitia pro lydo ducerentur ab his qui crimen inexplabile putabant intra sabbatum nudo pede contigisse terram, propterea quod Africa, ut linguae commercio, sic etiam gentis cognatione iuncta fuerit Hebraeis. Roget aliquis, quae res commouebat pharisaeos, ut tantopere pro frigidis & inamcenis obseruatiunculis digladiarentur aduersus Euangelicam libertatem? Hoc abunde docet historia Euangelica. Ambitio, auaritia, liuor instigabat illos. Populus rudis miratur ea quae uidet, nec ulla re facilius ducitur, imò deluditur, quam

falsa specie religionis. Regnum quoddam obtinebant pharisæi, præscribent populo, addebant onus oneri, quo magis illum haberent obnoxium, erant in precio, habebantur semidei, atq; interim seruibant uentri suo, consulebant rei familiari. Quemadmodum autem tyrannis expedit, ut quam minimum sapiat, quam minimum generosi spiritus habeat populus: ita illis expediebat, ut populus iugiter in hac infantia perseveraret, ne quando fugum excuteret. Eximium est, Evangelicum est, sed difficile est imperare liberis. Tyrannicum est ac facile imperare asinis ac stupidis. Itaque pro suo regno dimicabant pontifices ac pharisæi: suis commodis priuatis populi malo seruibant. Et utinam aliquando finis esset huius tumultus aduersus Christum. Nulli seculo defuerunt, nec ulli defuturi sunt sui pharisæi, suus Caiphas, suus Herodes, suus Pilatus, suus populus pharisæorum ac principum furori subseruientes. Quisquis fremit aduersus sermonem Evangelicum, tumultuatur aduersus Christum. Quisquis conspirat aduersus præcones Euangelicæ doctrinæ, conspirat aduersus apostolos Christi. Nec alia res sic instigat mundum aduersus sermonem Evangelicum, nisi quæ res incitauit pharisæos aduersus Christum. Qui de mundo sunt, amant ea quæ sunt huius mundi. Amant primos accubitus in conuiujs, amant ambulare in stolis & phylacterijs conspicui, amant salutari rabbi in foro, amant otium, amant ex alieno uiuere: diligunt opes, diligunt uoluptates carnis, diligunt tyrannidem. Et ideo non ferunt sermonem Euangelicum, quia contrarius est cupiditatibus ac facilijs ipsorum. Hinc illi insani tumultus, primum exorientes a fucatisimjs pharisæis, mox adiuuctis & alijs seclis, adiuuctis pontificibus & senioribus, inualescentes. Tandem & epulo pleriq; pertractis in rabiem, & prophana præsidis potestate, alieno furori seruire coacta, uelut omnibus copijs ad certam uictoriã, & exitium Christi deuotis animis proferant. Non enim adeo cæcus est mundus, quin intelligat ad opprimendam ueritatem magnis opus esse uiribus. Quid interim humilis ille Christus? Defertur, capitur, ligatur, caditur, damnatur, crucifigitur, moritur, sepelitur, insultant pharisæi: Descendat nunc de cruce, Vah, qui destruit templum dei, alios saluos fecit, seipsum non potest saluum facere. Hæc nimirum est uox mundi uictoriam suam factantis aduersus sermonem Euangelicæ. Quid interea pusillus ille grex? Fugitat, latitat, musitat. Et tamen apud se non desinit uel gemitu dicere: Dirumpamus uincula eorum, proficiamus a nobis iugum ipsorum. Iugum Ethnicorum, ut dicere cœperam, sunt fasciæ peccatorum, quibus astrictus erat ille paralyticus, cui dixit Iesus: Remittuntur tibi peccata tua. Iugum pharisæorum sunt fasciculi constitutionum humanarum, quas illi iuxta testimonium Euangelicum colligunt, & imponunt humeris alienis onus importabile, quæ ipsi digito nolint tangere. Hos tantos laqueos, hæc uincula, hoc iugum quomodo poterunt effugere. Simplices & imbecilles Christi discipuli, aduersus mundum tanto consensu frementem? An despondeunt animum? an excusso suauj Christi iugo ceruicem præbebunt inamœno iugo mundi? Nequaquam. Sed unde solatium? unde præsidium? Audiat dominum suum: Nolite, inquit, timere pusillus grex. Ac rursus: Confidite quia ego uici mundum. Habes solatium, nunc audis præsidium: Qui habitat in cœlis, iridebit eos, & dominus subsannabit illos. Tantum abest ut terræ principes uictoriam auferant aduersus Christum, ut prosperato triumpho rursus & sannas sint reportaturi ex insano tumultu. Sed quid interim faciet pusillus ille grex? Num tumultu pugnabit cum tumultuante mundo? Num fraudem fraude, dolum dolo, utinam ui propellet? Non arbitror. Quid igitur? Pius precibus implorabit opem sui principis, qui est in cœlis, dicetq; cum ecclesia apostolica, sublati in altum & oculis & manibus & animis: Et nunc domine, respice in minas illorum, & da seruis tuis cum omni fiducia loqui uerbum tuum. Paulus alligatus uinculis magistratuum non desinit tamen gloriarī, sed uerbum, inquit, domini non est alligatum. Non sunt exacerbandi mundi proceres, quantum fieri potest, sed non est omnino tacendum dei uerbum. Erunt in quos sit extergendus puluis pedum, sed rursus erunt qui cum gaudio excipiant sermonem Euangelicum, & ferent fructum, alius trigecuplum, alius sexagecuplum, alius centuplum. Sed priusquam altius ingrediar huius enarrationis pelagus, præstiterit; aliquot scrupulos prius discutere. Primum de personis loquentis, mox de figura formaq; sermonis. Nam si quæ præcedunt: Dirumpamus uincula etc. dicuntur sub persona discipulorum Christi, quæ ret aliquis, cuius persona dicuntur hæc: Qui habitat in cœlis iridebit eos. Et Hilarius uidetur

uidetur tribuere sermonem hunc personæ prophetae, qui consoletur Christi discipulos, addens animum aduersus inania mundi machinamenta. Sed rursus existit altera dubitatio an totus hic uersus, qui constat duobus membris, pertineat ad unam personam, an altera pars pertineat ad patrem, altera ad filium. Hilarius subindicat hic quoq; seruata personarum discretionem, quemadmodum in eo, qui præcessit: Aduersus dominum, & aduersus Christum eius. Quemadmodum enim contumelia communis est patri ac filio, ita uindicta communis est utriq; quo quidem ex argumento colligunt, eandem patris ac filij naturam. Vis & operatio communis est utriq; sicut pater suscitatur mortuos & uiuificat, sic & filius quos uult uiuificat. Ita communis est honor. Nec enim pater iudicat quenq;, sed omne iudicium dedit filio, ut omnes honorificent filium, sicut honorificauit patrem. Communis & contumelia, qui non honorificat filium, non honorificat patrem, qui misit illum: & ideo qui conueniunt aduersus dominum, conueniunt & aduersus Christum eius. Similiter & hic quos iridet alter, alter subsannat. At interim existit dubitatio, utra pars utri personæ sit accommodanda. Hilarij quidem sermo subobscurus est, quo locum hunc exponit. Tamē is uidetur priorē partem tribuere deo patri, posteriorem filio. Visum est enim patre hac metonymia signare, Qui habitat in cœlis: nō quod filius nō esset in cœlis, qui tum etiam dicitur in cœlis fuisse, quum mortali corpore uestitus uersaretur in terris: sed quod eo tempore, ad quod refertur hæc propheta, filius dei descenderat in terras, assumpta natura humana, quum hæc dispensatio corporis assumpti, non competat in personam patris. Ac proinde nec missus unq; dicitur, sed mittens, quum filius ac spiritus sanctus miti legantur. Ad hæc studiosi rerum Hebraicarum docent hanc particulam, qui habitat in cœlis, esse unum e sacris cognominibus dei. Iridet igitur pater, subsannat filius, sed eadē est irrisio, eadem subsannatio. Diuus Augustinus, ut ante diximus, non arbitratur esse notatam discretionem personarum, sed eandem sententiam esse repetitam, uerbis duntaxat immutatis, quod ante docuimus esse solenne in mysticis literis. Porro quum, utraque sententia sit probabilis, ego tamen, si quid habet momenti calculus meus, malim hac in parte Augustini iudicio subscribere. Atque hæcenus de personis. Nunc de schemate sermonis, quod polliciti sumus, præstabitur. Frequenter in diuinis literis affectus humani tribuuntur deo, furor, ira, poenitentia, gaudium, dolor, misericordia, quum nihil horum cadat in naturam diuinam, quæ prorsus est immutabilis, sed ex rerum mutatione quæ nobis accidit, iuxta consuetudinem mysticæ scripturæ affectuum uocabula deo tribuuntur, ut irasci dicatur, quoties afflicti malis scelerum nostrorū poenas damus: furere, quoties durius affligimur: misereri, quoties præter meritum nostrum rebus lætoribus fruimur, aut quoties mitioribus malis admonemur, ut resipiscamus: poenitere, quum ita uiuimus, ut illius beneficio prorsus uideamur indigni, quotiesq; sua munera, quibus abutimur, aufert a nobis. In nobis igitur sunt affectionum huiusmodi uel causæ, uel effectus, quum deus semper sit tranquillus & immotus. Ergo quum ille sit immunis ab omnibus animorum affectionibus, multo minus in illum competunt affectiones corporis. Mens est deus, sed simplicissima, corpus nullo modo dici potest, nisi corpus dixeris rem, quæ suapte natura subsistat. Cæterum nobis ridet, qui rictum oris diducit: id physici putant accidere motis spiritibus circa reticulum diaphragmatis, quod dirimit cor ab inferioribus, nasci dicunt e splene. Proficiscitur autem ferè e gaudio, nonnunq; ex amarulentia, qui rictus dicitur Sardonius. Subsannat autem qui corrugato naso deridet. Nam nasum irrisioni dicauit antiquitas. Hæc adeo non conueniunt in deū, ut probis etiam uiris habeantur indecora. Verū quo magis intelligatur scriptura sacra, suū sermonē ad nostros affectus attemperat. Iridere dicitur impios deus, quoties illorū conatus in diuersum recidunt, & molientes perniciem alijs, suis ipsorum consilijs illaqueantur. Est autē hæc peculiaris ars, ut ita dicam, diuinæ sapientiæ, ita temperare conatus malorum, ut illorum impietate uertat in suam gloriam: & exitium, quod alijs intentant, uertat in autorum perniciem, & in bonorum felicitatem. Sic passus est Pharaonem aliquandiu seruire in populum suum, quo liberantis illustrior esset gloria, & omnibus palam fieret impiū regem cum impio satellitio iusta dei uindicta perisse. Eludit igitur quodammodo, qui sciens ac uidens paritur impietatem eousque ferocire, donec semetipsam inuoluat exitio digno. Nimirum hoc est, quod legimus in cantico uirginis matris: Disperdit superbos mente cordis

cordis ipsorum. Rursus in alio psalmo: Ecce parturit iniquitatem, concepit dolorem, & peperit iniquitatem. Audis molitiones conspirantium. Nunc audi quomodo illos irideat is, qui habitat in caelis: Lacum aperuit & effodit eum, et incidit in laqueum quem fecit. Conuerteretur dolor eius in caput ipsius, & in uerticem eius iniquitas ipsius descenderet. Similem uocem subsannantis audis psalmo quinquagesimo sexto: Filij hominum dentes eorum arma & sagittae, & lingua eorum gladius acutus. Audis fremitus ac minas coniuratorum. Sed ut intelligas, eum qui habitat in caelis, superiorē esse consilij ac uiribus humanis: Ex altare, inquit, super caelos deus, & super omnem terram gloria tua. Nunc uide quemadmodum irideat illorum impios conatus diuina sapientia: Laqueum parauerunt pedibus meis, & incuruauerunt animam meam. Foderunt ante faciem meam foueas, & inciderunt in eam. Item psalmo tricelimo sexto: Obseruabit peccator iustū, & stridebit super eum dentibus suis. Dominus autem deridebit eum, quoniam prospicit quod uenient dies eius. In eandem sententiam concionatur aeterna sapientia in prouerbij Hebraeorum. Coniurant & illic impij; dicentes: Insidiemur sanguini, abscondamus tendiculas contra infontem frustra, deglutiamus eum sicut infernus uiuentem, & integrum quasi descendentem in lacum. Sed quid illis respondet spreta sapientia? Ego quoque in interitu uestro ridebo & subsannabo, quum uobis id quod timebatis aduenerit, cum irruerit repentina calamitas, & interitus quasi tempestas ingruerit, quando uenerit super uos tribulatio & angustia. Tunc inuocabunt me, & non exaudiam; mane cōsurgent, & non inuenient me. Simile quiddam inuenire licet, & in prophatorum poetarum literis. Apud Homerū Iupiter exitiabili somnio misso, spem facit Agamemnoni capiēda Troia, quum Graecis omnibus cladem & exitium pararet. Vnde & ἄγκυλοντιον eū appellat poeta, hoc est, obliuiscens, qui consilij. Sic & apud prophetam mittitur spiritus domini mendax, qui fallat eos, qui nolebant audire spiritum ueracem. Deridetur & in euangelio diues ille, qui dilatatis horreis decreuerat suauiter ac sibi uiuere. Quid enim audit, uelut à deo subsannante? Stulte, hac nocte reposcunt abs te animam tuam, & haec quae congregasti cuius erit? Paulus item scribens Timotheo, meminit spirituum impostorū, per quos in exitium pertrahuntur qui pertinaciter cōspirant aduersus spiritū ueracem Euangelij. Sic enim idem docet Paulus: Deus stultam facit sapientiam huius mundi & sapientes cōprehendit in astutia sua, et aduersus illos in reprobam sensum, ut ea faciant, quae non conueniunt, quoniam excaecati superbia, maluerunt seruire creaturae, quam agnoscere creatorem, ut ipsi sibi dignam erroris mercedem accerant. Iam si quis ad hoc uaticinium conferat historiam Euangelicam, is facile perspiciet quoties, quot modis dominus è caelis deriserit ac subsannarit impiorū hominū consilia. Primus omnium exitium puero machinatur Herodes, consulit scribas, expiscatur à magis tempus stellae, hortatur ut uestigent puerum, uelut ipse quoque adoraturus si repertus esset. Quid hisce rebus profecit uulpina prudentia? Consulendo scribas, cōfirmat uaticinij ueritatē. Sciebant ex prophetia nasciturū in Bethlehem, atque illic natus est. Confirmatur et Magorū narratio, qui stellae ductu peruenerat Hierosolymā. Rumor latius spargitur sollicitudine principis. Magorū pietas accenditur regis simulatione, adorant pij quae quae reband, impius rex eluditur, Magis angelo monitore per aliam uiam reuertitur in regionem suam. Iam impotens ira uulpinam pellem exuit, & arripit leoninā, palam furens sauit in aetatem etiam hosti miserabilem. Crudeli edicto iubet occidi quicquid natum esset masculorū intra fines Bethlehemiticos, usque ad bimatum. Dilatat locum, ne possit falli uerbis prophetiae, quae forte Bethlehē dixerat, non uiculus ipsum, sed quicquid circumiacentis territorij ad uiculus pertineret. Dilatat aetatem, nec ulli parcitur, ne qua possit unus elabi. Atque his quoque rebus declarat se credere prophetie, declarat se credere Magis iam Christū esse natū. Atque hic rursus eluditur impia prudentia. Primitiae martyriū Christo consecratur. Christus qui solus petebatur, solus elabatur, Herodis immanitas exitio digna cunctis mortalibus declaratur, Aegyptus tum superstitioso demonum cultui dedita, seruatoris sui cunabulis cōsecratur. Deluditur & ille salutis humanae semper iterum hostis, qui per Herodē exitium Christo moliebatur. Adoritur enim uarijs tentationum insidijs, ut si rationem diuini consilij certo potuisset elicere, salutem orbis impediret: sed reuincitur à Christo, & reuincitur suo gladio. Tentabat ille fallere diuinā scripturā uerbis, eadem scripturā uerbis retunditur. Denique ita discedit, ut prorsus inuincibilem uideret quem

quem tentabat, nec tamen liquido cognosceret esse deum, quem ut hominem uidebat esuriētem. Huius satellites quoties clamant per hominum miserorū ora? Scimus quod sis filius dei, uenisti ante tempus perdere nos. Sed non accipit testimonium ab impuris spiritibus, qui caecorum & muliercularum testimonium non aspernabatur. Hic erat ille serpens callidissimum animal totius terrae, qui semel imposuerat ueteri Adami per seductā mulierem: sed idem per nouum Adam suis artibus deluditur, nec prius sentit se uictum, quam quum ipse sibi certam uictoriā polliceretur. Quis enim expectaret per ignominiosum signū crucis iter esse ad immortalē gloriam? Quis crederet supplicio parari regnū, morte uitam redimī? Hic erat astutus ille ueterator, qui per organa sua phariseos et scribas toties insidias struxit Iesu, captiosis interrogatiunculis uenantes, unde illū caperent. Nec aliud interim efficiunt, nisi quod et suam amentiam ac liuorem traducerent etiā apud imperitā multitudinem, & Christi gloriam illustrarent, & auctoritatem confirmarent. Calūniatur illius miracula, uelut ea patret praesidio Beelzebub. Ea calumnia uertitur in gloria dei, dum argumentis irrefutabilibus Christus docet illa non posse fieri, nisi uirtute dei. Quo magis student illi detrahere apud populum, hoc magis excitant illius admiratio nē, humanam ac fraudulentam sapientiā ubique superante diuina sapientia. Nonnunquam & clam illi obmurmurant. Et hic deluduntur, dum Iesus respondet ad tacitas illorū cogitationes, & aliās ita responsū tēperans, ut recte percutiat illorū conscientia. Iam dum è lapidantiū manibus elabatur: dum praecipitandus per medios cuneos euadit, nonne bis deluditur hominū cōspirator? Nam nec datur illis sequendi potestas in quē uolunt: & nobis declaratur illi sponte mortē pro nobis oppetisse, qui suo, non illorū, tēpore mori uoluerit. Ac ne singula persequens, tadio sim lectori, quae male celsit Iudaeis, quae bene nobis illud consiliū, quod illis uisum est uehementer callidū, ut Iesus specie legitimi iudicij periret, quo sic ab omnibus scelerosus ac maleficus haberetur. Hic nihil agitur nisi frequenti consilio phariseorū, scribarū, seniorū & Pontificū. Attrahitur & populus ne quē latere posset illa sacrosancta uictima, quae pro totius mundi salute erat immolanda. Astutia sua debet illis ne occideretur in die festo; sed impotēs illorū furor subseruit diuino consilio; cui decretū erat ab aeterno, ut uerū illud paschae die paschae mactaretur. Pecunia redimitur opera discipuli ad prodendum dominū suū, atque hic dum nūmos ad pedes abiicit, dū de seipso supplicium sumit, nonne graue testimoniū etiā apud ipsos reddit innocentiae Christi? Imò dum ipsi prepoſtera religione decernūt, et in hoc cōuocato cōsilio, nūmos eos non esse deferēdos in corbonā, sed his agrū redemerunt in sepulturā pauperū & peregrinorū, ut nomē etiā ipsum testaretur, innoxium caput precio uenditū, nonne ipsi & suae maliciae, & Christi innocentiae testes esse uoluerūt? Dū per subornatos falsos testes accusatur apud impiū sacerdotē Caiphā: dū in tali quoque iudicio reijciuntur illorū testimonia, nonne illorum malicia seruatoris exitiā illustrat innocentia, in quē nec fingi quicquid potuit probabilitate? Dū ex officio suo uaticinatur Caiphās: dū ex adiurato confessionē extorquet: dū scindit uestimenta sua corā omnibus, nonne suo testimonio cōfirmat cōsiliū redēptionis: Nonne nostrae fidei cōsuluit, qui certus iam nouimus eū esse filij dei, uenturū aliquādo cū angelis suis ad iudicandū uiuos et mortuos? Nonne didicimus scisis uestib. abolendū sacerdotiū Mosaicū? Nec aliter illis cecidit illud consiliū, quod ut se depellerēt inuidiā mortis, quae sciebāt innocentē, deducit ad praetoriū Pilati. Si quidē dū ethnicus ille qui neque legē nouerat, neque uiderat Christū adentē miracula, neque docentē audierat, tot modis obnititur illorū uesania, ut innoxium eriperet, dū negat se inuenire in homine ullū crimē morte dignū, dū religione diei festi, & Barrabae seditiosi homicidae collatione studet optulari Christo tot beneficij noto: dum flagellatū producit, quo uel hac poena satiatus illorū liuor mitesceret, dū ab uxore quoque submonetur, ne se cōtaminet sanguine innoxij: dū omnibus tētatis, tandē manus ablūēs, testatur se immunem à sanguine Christi: nonne haec omnia Iudaeorū cōsilio procurata, miris argumentis cōfirmant innocentiam Christi, etiam apud gentes? Ac dum Iudaei tot rebus implacabiles uelut in rabiem acti, non caelant amplius amentiam suam, sed clamant: Crucifige, crucifige: Sanguis eius super nos, & super filios nostros. Et: Non habemus regem nisi Caesarem: nonne palam faciunt omnibus, sese esse dignos exitio, quod postea legitimus in gentem eam ingruisse? Pilatus dānando Iesum absoluit immunitatem praefatus; ante quē dānationis sententiā pronunciarerit non ex animo suo, sed ex illorū uesania. Qui de-

precatur iudicij uindictam, nimirum innocentem pronunciat eum qui damnatur: & qui se pronunciat immunem, grauat eos, quorum inuidia opprimitur innocens. Quod nec Euangelista tacuit: Sciebat enim, inquit, quod per inuidiam tradidissent eum, Iudaei sese damnant apud tribunal, & in suum caput accersunt uindictam diuinam. Quid multis: Ducitur & ad Herodem, ut illinc quoque referret innocentiae suae testimonium. Contemptum eum remisit Herodes, non damnatum: & contemptum ob silentium, non ob crimem, quum tam multis nominibus accusaretur. Legimus enim à discipulis admonitum Iesum, caueret, quod Herodes captaret occasione occidendi illum. Intellexit & impius rex, & inimicus, hominis innocentiam. Fama duntaxat cognitum quarebat occidere, conspectum dimittit, ex quo colligimus integritatem animi in ipso domini uultu reluxisse. Iam chlamys coccinea, corona spinea, arundo sceptri uice data, colaphi, alapa, sputa, uerbera, conuicia, scommata, ludibria, & si quid aliud Pilati cohortis ante supplicium legitimum ex suo ingenio debacchata est in Iesum, dubium non est quin instigatoribus Iudaeis sit peractum. An non hic quoque perueritas illorum subscriuit uaticinijs prophetarum, quae haec ita futura praedixerant, & insignem Christi nostri mansuetudinem orbi commendauit? Similiter quod genus mortis probrosissimum illis potissimum placuit, quod inter facinorosos crucifixus est extra ciuitatem, quod in monte, quod perfossi pedes ac manus, quod aceto potatus, quod in cruce pendens, amarulentissimis conuicijs impetitus est, haec praeterquam quod ita procurata sunt à Iudaeis, quasi sollicitis, ne qua pars uaticiniorum de Christo uideretur praetermissa, quo magis declarant insanam & immedicabile odium Iudaeorum in Christum, hoc magis illum commendant & amabilem reddunt affectibus nostris. Quis magis potuit resurrectionis fidem astruere quam isti, dum tanta sollicitudine publicam cum odiam petunt à praedice: dum hoc non contenti, sepulchrum obliuiscunt, ne etiam uideri posset sublatus à discipulis. Postremo ubi uident tot consilij nihil actum: ubi uident omnia in diuersum cedere, qui mentem discipuli pecunia corruperant, nunc mendacem linguam custodum mercantur magna, ut ait Euangelista, summa, quo dicerent ipsis dormientibus uenisse discipulos, ac furtim sustulisse corpus Iesu. Quid stolidius? Iam custodes passim narrauerant, quomodo expauescent ad fulgorem angeli: quid audissent illum loquentem cum mulieribus: quomodo uidissent sublatus saxum, quod haec uenit fuerat obliuiscunt, & mafus erat, quam ut à paucis tolli posset: nunc dormientes uident adrepentes discipulos, & suffurantes corpus Iesu. Quis haec orbi fuerat persuasurus, nisi pharisaeorum impia diligentia tot argumentis procurasset fidei nostrae certitudinem? Nonne in his omnibus machinamentis, qui habitat in caelis irrisit impios tumultuantes in terris, & dominus subsannauit illos? Ille quidem tot ignominijs oneratur, in gloria est dei patris: quem funditus extinctum putabant, salutem attulit omnibus gentibus: quem mortuum existimabant, reuixit, uicturus in aeternum: quem infra omnes homines deiecerant, quem uerum mem reddiderant, ac proclamentum plebis, in toto orbe deus & homo colitur, & adoratur. Crux illa prius ignominiosa, gloria est principum, ac fidelium omnium. Ad nomen Iesu quod illi moliebantur funditus abolere, flectitur omne genu, seque submittit omnis celsitudo caeli ac terrae. Quid ais infelix Iudae, uides ut omnia tua consilia deus uerterit in diuersum? Vides ut in tuum caput iniquitas tua descenderit? Vides te in foueam incidisse, quam foderas? Vides templum funditus dirutum, sicut nec reliquiarum quicquam appareat, religionem penitus extinctam, sacerdotium, legem, principatum, urbes, gentem, locum, breuiter nihil superesse, praeter paucos uagos & exules, ueteris insaniae calamitatisque testes, & hos ipsos non alia re incolumes, quam Pauli commendatione, quem crudelissime persequerantur, & Christianorum, quos insanissime oderunt, clementiam? Habes Iudae infelix sanguinem innocuum accersitum in caput tuum, ac filiorum tuorum, frueri. Habes regem Caesarem, Christo praelatum, frueri. Ac ne sic quidem respicis, & agnoscis caecitatem tuam. Adhuc spiras odium in regem Iudaeorum, quem nos adoramus: Quid tu satana, horum malorum auctor & instigator? Nonne uides omnia tua consilia delusa caelitus? Deuoraueras praedam, sed coactus es remouere. Parabas exitum huiusmano generi, & maturasti salutem. Conabar is stabilire tyrannidem tuam, & perdidisti regnum. Agnoscis ne lignum illud, quod per tuos misisti in panem illius? Agnoscis ne triumphale signum, ad quod pauitant tuae cateruae? Agnoscis ne nomen illud Iesu, ad quod

exiliunt

exiliunt, fugiuntque daemones tuae malitiae satellites? An non merito uersis in diuersum rerum uicibus, uictor ille tibi uictio insultat. Vbi est mors stimulus tuus? Vbi est mors uictoria tuae? Adhuc uictus etiam ac prostratus in uictore recalcitras, dum iam olim Pharisaeos, ac reges gentium instinctu tuo furere compellis in martyres, quid uinculis, carceribus, lapidibus, flagris, eculeis, unguibus, ignibus, quid tot horridis tormentorum generibus, quid tot mortibus, profecisti? Confirmasti fidem Christi. Constabilisti simul, ac dilatasti regnum Christi, tibi uisusque membris gehennae cruciatus coduplicasti. Partim debemus tuae pertinacis uersanae quod in toto terrarum orbe gloriosus est nomen domini Iesu Christi. Et quotidie tuos inuidos conatus irridet qui in caelis est. Quotidie machinationes tuas subsannat dominus, qui nouit omnes insidias, ac tumultus tuos suis uertere in bonum, & in cumulū felicitatis aeternae. Sed prophetiae tenore persequamur. Sequitur enim: Tunc loquetur ad eos in ira sua & in furore suo conturbabit eos. Hic primum oportet meminisse, quod superius dictum est nobis, diuinam naturam nullis perturbationibus esse mutabilem, sed per Synecdochen huiusmodi uocabulis significari non ipsam animi motum, sed quod ex animi commotione nasci solet in nobis, aut contra. Nobis enim quoties effervescit sanguis circa praecordia, commouemur ad uindictam: proinde solenne est diuinis eloquijs, iustam dei uisionem, qua punit incorrigibiles, iram appellare: superiorē aut extremam uindictam, furorē. Rursum, quum nostra bonitate quis abutitur, tangimur dolore, quia poenitet beneficij male collocati. Deus igitur poenitere dicitur, non quod aliquid praeter spem eueniat, aut imprudenti, qui praecius est omnium antequam fiant: sed praecessit aliquid, quod nobis adferret poenitudinem. Non in ueteris tantum testamenti libris ultio peccatoribus inflicta, dicitur ira dei, uerum etiam in nouo. Sic enim loquitur Ioannes Baptista in Euangelio: Progenies uiperarum, quis uobis demoni strauit fugere à uetera ira? Et Paulus ad Romanos: Reuelatur enim ira dei de caelo. Idem diem irae uocat extremum illud tempus, quo quisque praemittit feret pro suis factis, quum interuenit misericordiae tempus. Porro quod Latinus interpretis uertit furorē, non est Graecis uerba, qua correpti, mente capti dicuntur, etiam si iuxta philosophorum placita, ira nihil aliud est, quam breuis insania, sed *θυμω*, quae uox Graecis aliquando simpliciter significat animum, aliquando impetum animi uehementer concitati. Latini malunt animos dicere, quam animum, quoties hunc impetum intelligi uolunt. Vnde Satyrus: Animos à crimine sumunt. In Hebraeis uocibus aiunt esse minimum discriminis, ut appareat, & hic esse repetita eandem sententiam, in ira, & in furore, quae admodum superius in irridebit, & subsannabit. Nec interim est oscitanter praetereunda huius uocis emphasis, tunc significat enim diuersarum rerum consequentiam ad ea quae praecesserunt, indicat & tarditatem, & certi notique temporis habet significationem. Postea quae igitur fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania: postea quae reges terrae conglomerati, et principes conuenientes in unum, nihil non machinanti sunt aduersus dominum, & aduersus Christum eius: postea quae omnis illorum conatus in diuersum celsit, ut eorum astutia merito uideri possit elusa consilio diuino, diuque et illi per caecitatem animi sui debacchati sunt aduersus redemptorem, & deus omnium rerum praecius e caelis subsannauit illorum impia molimina, tandem loquetur etiam illis. Quomodo loquetur, & quando loquetur? Loquetur illis in ira sua, & in furore suo. Loquetur in illo die tremendo, quando iuxta Christi uaticinium, uirtutes caelorum mouebuntur. Tunc horribili uoce loquetur in ira sua: Ille maledicti in ignem aeternum, qui praeparatus est diabolo, & angelis eius. Interim loquitur nobis in misericordia sua, tolerat, inuitat ad resipiscendum, nihil non facit, ut alluciat nos ad se. Augustinus admonet hoc loco iram dei intelligi posse caecitatem mentis, quae consequitur eos, qui diu multisque modis ad poenitentiam prouocati, bonitate dei sunt abusi, & inde facti sunt sceleratissimi, unde debebant emendari: Haec iram uideamus ac dolemus adhuc in Iudaicae gentis reliquijs, quum uideant in Christo completum, quicquid de Messia praedixerant ipsorum prophetarum, quum ex euangelica historia discere liceat, non alium esse Christum, quam quem nunc totus mundus colit. Quum sentiant sese irrisos non solum à deo, sed etiam ab omnibus mundi nationibus, tamen adhuc male dicunt Christo in synagogis suis, & Messiam nescio quem alium expectant, quem non uidebunt, nisi in die irae: nec audient, nisi quum ille in furore suo conturbabit omnes impios. Et quum interim ex ipsis malis sentiant manifestam iram dei in se, tanta tamen est animi caecitas, ut nec tam insignis uexatio dei intellectum audiat. Nimirum haec

est ira de qua loquitur Paulus scribens Romanis: Quia cæcitas ex parte contigit in Israel, donec plenitudo gentium intraret. Hæc est ira quæ tandem uenit super illos in finem, ut idem ait: Nec in Iudæos solū, sed in gentes etiā, quæ pertinaciter resisterunt euangelio dei, quæ admodum scribit Paulus ad Ephesios: Alienati, inquit, à uia dei per ignorātiā quæ est in illis propter cæcitatē cordis ipsorum, qui desperantes, semetipsos tradiderunt in impietate, & in operationem immunditiæ omnīs, in auaritiā. Et aliquanto post: Propter hæc enim uenit ira dei in filios diffidentiae. Hæc interpretatio nihil quidem habet, quod abhorreat ab orthodoxo sensu, mihi tamen magis probatur, ut iram hanc, ac furorē dominici accipiamus afflictionem, & obiurgationem, qua deus pertrahit nos ad resipiscētiā. Sic enim ille subinde mutat uocem suam, nobis loquens olim per prophetas, nunc per filium suū Iesum. Aliquando rerum successu prouocat ad amorem eius, qui gratis tam multa cōfert immerentibus, nonnunquā immensis calamitatibus compellere conatur ad poenitentiam. Interim promissis blande inuitat, interim poenam minitans terrorem incutit, ut emendetur, quemadmodum pater nunc blanditur filio, ac donat aliquid adhortans ad officium, nunc minatur abdicationem, nonnunquā & flagris castigat, ut sese recipiat ad frugem meliorem: & quemadmodum medicus nunc secatur uirgibus, nunc lenibus unctionibus, ac malā gramis mitigat uulneris dolorem. Vis audire dominum, ueluti filio, promissa mercedula blandientem: Honora, inquit, patrem tuum, & matrem, sicut præcepit tibi dominus deus tuus, ut longo uiuas tempore, & bene sit tibi in terra, quā dominus deus tuus daturus est tibi. Libet audire seueram illam obiurgatricem ac minacem dominici uocem: Sic loquitur apud Esaïam: Væ genti peccatrici, populo graui iniquitate, semini nequam, filijs sceleratis. Dereliquerunt dominum, blasphemauerunt sanctum Israel, abalienati sunt retrorsum. Super quo percutiam uos, ultra addentes prauaricationem: Cetera quæ permulta, quæ sequuntur in hanc sententiam, quorsum autem pertinet hæc tam acris tamque prolixa obiurgatio: Non aliō quā amarum pharmacum datum agrotanti. Sed audi rursus apud eundem hanc iræ furorisque uocem commutatam in uocem clementiæ: Lauamini, mundi estote, auferte malum cogitationum uestrarum ab oculis meis. Quiescite agere peruersa, discite benefacere. Quarite iudicium, subuenite oppresso, iudicate pupillo, defendite uiduam, & uenite & arguite me, dicit dominus. Si fuerint peccata uestra sicut coccinum, quasi nix dealbabitur, & si fuerint rubra sicut uermiculus, uelut lilia alba erunt. Si uolueritis & audieritis me, bona terræ comedetis. Sed uæ illis, qui ad utranque dominici uocem pertinaciter surdi sunt. Nam istos manet quod sequitur eodem in loco: Quod si nolueritis, & me ad iracundiam prouocaueritis, gladius deuorabit uos, quia os domini loquutus est. Quid hoc sibi uult, si me ad iracundiā prouocaueritis? An non & ea quæ præcesserunt tam multa, uidentur hominis uehementer irati? Sed quoniam ostendimus iram dominici uindictam intelligi, duplicem uindictam accipimus: alteram misericordem, qua corrigat alteram uultricem, qua perdit. Qui priorem uindictam obstinate contemnunt, hos tandem manet posterior. Quod ne nobis eueniat, clamat spiritus sanctus in psalmo: Hodie si uocem eius audieritis, nolite obdurare corda uestra. Hodie est, quā diu sumus in hac uita. Audiemus igitur hodie uocem eius, ut emendemur, ne post uolentes nolentes audiamus uocem eius, & pereamus in æternum. Verum huiusmodi uel sexcenta loca suppeditant nobis ueteris testamenti uolumina, in quibus subinde dominus commutat genus orationis suæ, si cui uacabit perquirere, nos scit habemus unum aut alterum indicabile. Quin & in noui testamenti libris, tametsi prædicatur lex gratiæ, & annunciat tempus misericordiæ, tamen animaduertes utranque dei uocem in filio loquentem nobis. An non terrificā uox est: Ligatis manibus & pedibus mitte eū in tenebras exteriores, ibi erit fletus & stridor dentium: Item: Diuidet eum, et ponet partem eius cū hypocritis. Rursus: Væ uobis pharisæi, uæ uobis scribæ, uæ uobis diuites, an non iracunda uox est? Sed hæc iræ furdaletros expergeficit ad poenitentiam. Audi nunc uocem diuersam: Venite ad me qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam uos. Tollite iugum meum super uos, & inuenietis requiem animabus uestris. Iugum enim meū suauē est, & onus meum leue. Austerā uox est: Vos ex diabolo patre estis, & opera patris uestri facitis. Sed huic diuersa est: Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Sic loquutus est & Paulo spiranti cædes ac minas aduersus discipulos domini: Saule Saule, quid me persequeris? Durum est tibi aduersus

uersus stimulum calcitrare. Deiectus est in terram, exoculatus est, subito fulgore conturbatus est. Nimirū hoc est quod ait: Et in furore suo conturbabit eos. Hæc salutaris erat iracundia, quo pharmaco statim sanatus Paulus, responderet: Domine, quid me uis facere? Sic corpus aegroti conturbat medicus pharmaco uolento, ut abeat morbus, & succedat sanitas. Quod egit deus per prophetas, quod per filium suum, hoc egit et per discipulos suos, & quotidie agit per bonos doctores & episcopos. Quoties Paulus mutat uocē suam in epistolis: nunc materna charitate blandiens, obsecrans, & cōsolans: nunc auctoritate apostolica minitans inobedientibus. Sed siue blandiuntur, siue obiurgant ac minitantur ecclesiæ proceres, non oportet aliō spectare, quā ad ædificationē. Sermo mutatur, sed idem est animus: mutatur remediū genus, sed eodem tenditur. Mauult Paulus semper uti lætis ac blandis, sed tamen aliquando coactus contristat animos suorum. Nec huius rei poenitet mitissimum apostolū tametsi poenituerat: Dolebat huc adigi, ut filios suos charissimos moerore afficeret. Sed gaudet ubi uidet illis bene uertisse pharmacum. Sic enim scribit Corinthiis in epistola posteriore: Quod & si contristauit uos in epistola, non me poenitet. Et si poeniteret, uident quod epistola illa, & si ad horam uos contristauit, nunc gaudeo, non quia contristati estis, sed quia contristati estis ad poenitentiam. Contristati enim estis secundum deum, ut in nullo detrimētum patiamini ex nobis. Quæ enim secundū deum tristitia est, poenitentiam in salutem stabilem operatur. Sæculi autē tristitia mortē operatur. Loquitur autē deus bifariā nobis, per scripturas suas, et rebus ipsis. Frequēter itaque uersandū est nobis in euoluendis sacris uoluminibus, ut audiamus quid ibi nobis loquatur dominus: dandaque est opera, ne surdis loquatur. Porro literarum imperitis, tamen rebus ipsis frequēter loquitur, & hic oportet cordis aures habere patefactas, ne spernamus uocē dominici. Si quid lætæ rei acciderit, ne imitemur illum, de quo scribit psalmographus alio loco: In crassatus est dilectus, & recalcitrauit, impinguatus, dilatatus, dereliquit deum factorem suum, & recessit à deo saluari suo: & si senserimus nos obnoxios peccatis, gratias agemus clementiæ dei, quæ nos malis dignos, beneficijs etiā inuitat ad resipiscendum: sin nullius mali erimus nobis conscij, studebimus aliquod accessionis adiungere pristinæ erga deum pietati. Si morbus aut alia calamitas inciderit, gratias agemus diuinæ bonitati, quæ nos obliuosi nostri reuocat ad emendationem uitæ, hic flagellans filios suos, ne pereant in æternū. Quemadmodum scribit Paulus ad Corinthios: Dum iudicamur à domino, corripiamur, ut non cum hoc mundo damnemur. Quod si quid afflictionis nobis immerentibus acciderit, tamen agemus gratias deo, cuius bonitas suppeditat nobis materiam augendæ cōfirmationis pietatis. Quemadmodum docet Iacobus apostolus: Omne gaudiū existimate fratres mei, quum in tentationes uarias incideritis, sciētes quod probatio fidei uestre, patientiā operatur, patientia autem perfectum opus habet, ut sitis perfecti & integri, in nullo deficientes. Rogemus dominum, ut hac ira paterna semper flagellet nos, ut hoc furore corruet nos, ut toti inhorrescamus ad agnitionem peccatorū nostrorū, & contristemur secundum deum in salutē, concutiamur terrore supremi iudicij ac gehennæ, ne nobis sic loquatur dominus in ira sua, quemadmodum locutus est Herodi, quem horrenda morte percussit angelus domini: quemadmodū locutus est Hierosolymis, toti que nationi gentis Israeliticæ, in quam sic sæuitum est à uictoribus Romanis, ut nec grati, nec sexui paritum sit, nec lapis relictus sit super lapidē, quia pertinaciter noluerunt cognoscere tempus uisitacionis suæ: nec satis habuerunt semel crucifixisse dominū gloriæ, nisi post resurrectionē quoque pertinacissimis odijs eundem in discipulis suis fuissent persecuti. Itaque relicta est eis sua domus deserta, nec ciuitatem habent, nec templum, nec regnum, nec sacerdotium, nec populum: imò quod est omnium infelicissimum, nec oculos habent ut uideant uoluntatem domini, nec aures habent, ut audiant quid loquatur dominus: nec cor habent, ut resipiscant & intelligant, & conuertantur ad regem suum, quem Cæsari quondā posthabuerunt. Quin & alijs multis gentium principibus locutus est in ira sua dominus, Neroni, Diocletiano, Maximino, Iuliano, qui manifesta dei uindicta perierunt in cæcitate cordis sui, subitōque dum sese erigunt in cælum, ac deo bellum inferunt, præcipites dati sunt in tartara. Posteaquā igitur propheta cœlesti afflatus spiritu, docuit uniuersos illos regum ac populorum tumultus fuisse inanes, illusos & irrisos, nec ullam esse tantam potentiam, neque cœlestium, neque terrestrium, nec infernorum, quæ dei uindictam possit

suum appellat, ut tamen autoritas deferatur patri, cum quo habet omnia communia. Testatur hoc & in euangelio: Doctrina mea non est mea, sed eius qui misit me, uidelicet patris. Poterat Christus orbem sibi subigere uiribus & armis. Impetrasset à patre multas legiones angelorum, nisi maluisset seruire quam ulcisci, sed ita uisum est, doctrina cœlesti subigere patri mundi celsitudines omnes. Notauit & hoc Esaias in loco, quem paulo ante retulit: Venite ascendamus ad montem domini, & ad domum dei Iacob, & docebit nos uias suas, & ambulabimus in semitis eius: Quia de Sion exiit lex, & uerbum domini de Hierusalem. Audis gladium pertingentem usque ad compages medullarum, & usque ad diuisionem spiritus. Et hoc indicat sequens propheta sermo: Et iudicabit gentes, & arguet populos multos. Quomodo iudicabit? Proditā ueritate. Quomodo arguet? Reuicētia fallitate. Luce euangelica prodita sunt tenebræ mundi. Nunc audi quid sequatur ueritate cognita. Pro contentione, quæ superstitionis & arrogantia comes esse solet, succedet studium pacis, quæ peculiaris est nota Christianorum: Et consistant, inquit, gladios suos in uolueres, & lanceas suas in falces. Non leuabit gens contra gentem gladium, neque exercebuntur ultra ad prælium. Quam ob rem: quia cognita maiestate noui regis, omne mundi supercilium sese submitteret, fietque quod paulo post scribit idem propheta: Oculi sublimēs hominīs humiliati sunt, et incuruabitur altitudo uirorum. Exaltabitur autem dominus solus in die illa. Et rursus aliquāto post: Et incuruabitur sublimitas hominum, & humiliabitur altitudo uirorum, & eleuabitur dominus solus in die illa, & idola penitus coterentur. Aequū est ut euanescant idola, hoc est simulacra, uanæque rerum umbræ, posteaque illuxit ueritas. Aequum est ut consilescat omnis tumor humanæ philosophiæ, posteaque cœlestis doctrinam annunciare cœpit ille, de quo solus testificatus est pater: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacuit esse, ipsum audite. Par est ut cristam ponat arrogantia mortalitatis, posteaquam auscultare cœpit illi, qui dicit in euangelio: Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde, & inuenietis requiem animabus uestris. Sunt qui interpretentur hoc ipsum esse præceptum patris, ut filius mundo declaret se uere esse filium dei, ut per filium glorificetur pater. Quorum sententiam equidem non rejicio. Vide autem ut oraculum euangelice narrationi concinit. Illic legis: Hic est filius meus dilectus. Hic: Dominus dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te. Si tanta fuit autoritas Moysi, Helia, Helisei, Esaiæ, aliorumque ueterum prophetarum, qui nihil aliud erant quam serui & præcones: quantam oportet esse auctoritatem filij, præsertim eius, qui non uulgari more sit filius per adoptionem, quemadmodum alij complures, sed singulari & incommunicabili ratione. Qui natura filius dei dicitur, solus est & unicus. Quod autem dixit, hodie, non ad temporis statum refertur, sed ad æternitatem, quæ nec initium nouit, nec fluxum, nec finem. Nobis quæ fuerunt, iam esse desierunt: quemadmodum quæ futura sunt nondum sunt. Et hoc ipsum quod præsens est, semper est in fluxu. Naturæ diuinæ semper est hodie, semper æternæ, quæ quicquid est in fluxu. Ita dei filius semper hodie nascitur à patre, quemadmodum semper est à patre. Et in hanc quidem sententiam interpretatur locum hunc diuus Augustinus: quanquam non negans interim hoc intelligi posse de natiuitate, qua factus homo natus est ex uirgine, quod die sic esse cœpit quod non erat, ut non desineret esse quod semper fuerat. Hilario diuersa placet sententia, quæ docet Christum mystica quadam ratione sapius à patre nasci, ut nihil interim accedat diuinæ naturæ, sed tantum humanæ: aut in hoc dicatur nasci, quod esse declaratur. Nobis enim quodammodo gignitur, cum hoc illum intelligimus esse, quod prius ignorabamus. Et pater quodammodo gignit, cum palam agnoscit filium. Porro quod hic in prophetia pater dicit filio, bis in euangelio legimus. Semel cum baptizatum in Iordane, primum indicio columbæ, mox propria uoce commendauit eum omnibus dicens: Hic est filius meus dilectus. Marcus & Lucas sic referunt: Tu es filius meus dilectus. Caterum quod hic additur, ego hodie genui te, Euangelista habet, in te mihi complacuit. Et uidetur euangelicus sermo mire concinere prophetiæ. Nam mea quidem sententia in psalmo recinitur eadem sententia: Filius meus es tu. Hoc infigitur repetitione, ego hodie genui te. Itidem pater: Tu es filius meus charissimus. Hoc inculcat iterans: In te mihi complacuit. Deinde quod additur in euangelio, ipsum audite, respondet illi quod est in psalmo, prædicās præceptum eius. Filius meus es, & charissimus atque unicus est, non est quod alium expectetis. Ex me est, & ex me loquetur, ipsum igitur audite, & me audieritis

audieritis. Eadem uoce glorificauit filium in monte, cum se transfigurasset Iesus coram tribus discipulis. Cuius & Petrus meminit in epistola posteriore: Speculatores facti illius magnitudinis. Accipiens enim à deo patre honorem & gloriam uoce delapsa ad eum huiusmodi à magnifica gloria: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacuit, ipsum audite. Et hanc uocem nos audiuimus de cœlo allatam, quum essemus cum ipso in monte sancto. Rursus cum Iesus oraret patrem, ut nomen suum glorificaret per filium, uenit uox patris de cœlo dicens: Et clarificauit, & iterum clarificabo. Et hæc uox erat maiestatis plena. Nam qui audierant, partim dicebant, tonitruum factum est: alij, angelus domini loquutus est ei. Quemadmodum filius morte sua glorificauit patrem, ita pater uicissim resurrectione glorificauit filium, non quod illi quicquam accesserit nouæ gloriæ, sed quod gloriam, quam semper habuit apud patrem, habere cœpit & apud homines. Ad eum igitur diem quem fecit dominus, in quo resuscitauit filium suum ex mortuis, referuntur hæc prophete uerba: Ego hodie genui te. Non legitur hæc uox iterum audita: Tu es filius meus charissimus, sed ipsa re loquutus est hic pater. Glorificauit enim iterum, sicut promiserat, filium suum, postea quam lapidem quem reprobauerunt ædificantes, collocauit in capite anguli, uirtute diuina resuscitatus est, ut esset primogenitus ex mortuis. Subindicat enim apostolus Paulus, illum quodammodo renatum, quum appellat primogenitum ex mortuis. Primogenitus erat omnis creaturæ, quum per illum conderet uniuersa, sed declaratus princeps & autor resurrectionis, factus est primogenitus ex mortuis, et rursus audit à patre: Ego hodie genui te. Genuit enim illum immortalitati, qui mortalis erat natus ex uirgine. Et ne cui uideatur hæc interpretatio coactior, magisque nitenti commentis hominum, quam scripturæ canonicæ, Paulus in actis apostolicis, Iudæis prædicans Christum, hunc psalmi præsentis uersiculum ad resurrectionis diem accommodat: Cumque, inquit, consummasset omnia quæ de ipso scripta erant, deponentes eum de ligno, posuerunt eum in monumento. Deus uero resuscitauit eum à mortuis tertia die, qui uisus est per dies multos ijs, qui simul ascenderant cum eo de Galilæa in Hierusalem, qui usque nunc sunt testes eius ad plebem: Et nos uobis annunciamus eam, quæ ad patres nostros repromissio data est, quoniam hanc deus à dimpleuit filiis uestris resuscitans Iesum, sicut in psalmo primo scriptum est: Filius meus es tu, ego hodie genui te. Quod autem suscitauit eum à mortuis, non amplius reuersurum in corruptionem, ita dixit: Dabo uobis sancta David fidelia. Quid est igitur, filius meus es tu? Declarauit mundo te esse filium meum. Quid est, hodie genui te? Hodie te cōsecraui immortalitati. Hodie te feci primogenitum ex mortuis. Hodie tibi de diuina potestate in cœlo & in terra. Hodie feci ut mundus intelligat te sedere mihi à dextris, participem monarchiæ totius mundi. Hodie te clarificauit claritate, quam semper apud me possidisti. Atque ut omnes intelligant te esse uerum & unicum filium meum, hæc sedem te feci, & confortem regni mei, principem regni Euangelici. Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ. Tradidit pater omne ius ecclesiastici regni filio. Superest ut ille pergat euangelicæ doctrinæ præsidio totius orbis nationes subigere ditioni paternæ. Subigit autem non in hoc ut perdantur, sed ut salui fiant. Subiguntur non in tyrannicam seruitutem, sed in libertatem filiorum dei. Non ambigit Christus regnum huius mundi, qui iuxta naturam etiam humanam factus est rex regum, & dominus dominantium. Sed euangelicum regnum ambigit à patre, ut totum mundum assereret à tyrannide peccati, & dicto audientem redderet patri cœlesti, qui non uult mortem peccatoris, sed ut conuertatur & uiuat. Si quæris, ubi filius poposcerit hoc à patre: audi ipsum patri loquentem in euangelio Ioannis: Pater, uenit hora, clarifica filium tuum, ut filius tuus clarificet te. Sicut dedisti illi potestatem omnis carnis, ut omni quod dedisti ei, det uitam æternam. Et ne quis putaret illum nihil à patre petere præter gratiam Hebræorum, unde tum discipulos collegerat, adiecit: Non pro his rogo tantum, sed & pro eis, qui credituri sunt per uerbum illorum in me, ut omnes unum sint sicut tu pater in me, & ego in te, ut & ipsi in nobis unum sint, ut credat mundus quia tu me misisti. Quos autem terminos præscripsit prædicationi suorum discipulorum: Ite, inquit, in orbem uniuersum, & prædicate euangelium omni creaturæ. Quid exigent, aut quales leges præscribent paucis: Quisquis crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. Sic uindicatur regnum euangelicum, ut omnes unum sint in nobis, sicut tu in me, & ego in te. Prædicauit tuum præceptum, nec

nec usquam deflexi à uoluntate tua. Qui in me credent, obtemperabunt doctrinæ meæ, ac per me meosq; prouocati, submittent se uoluntati tuæ. Itaq; tãdem tradam tibi regnum tranquillum, & omnis expers rebellionis, quemadmodum in cœlis nemo repugnat uoluntati tuæ. Cæterum quod dixit: Dabo tibi gentes hereditatem tuam, Augustinus in eo quod sequitur, & possessionem tuam terminos terræ, putat eandem sententiã repetitam, licet euidētius expressam. Sed Hilarus dissentit, argutis pluribus uerbis, aliud esse quod terminat, aliud quod terminatur. Extremas autem terrę partes ambi diuersis elementis, quæ terram terminent superne aere, inferne profundissimis aquis, quas appellat abyssos, & his esse suos incolas, non mortuos, sed uiuos. Atq; huc desecit illud Pauli: Vt in nomine Iesu omne genu flectatur, cœlestium, terrestrium, & inferorum, & omnis lingua confiteatur, quia dominus Iesus in gloria est dei patris, præsertim quum simili forma scripserit autor Apocalypsis, quod nullus neq; in cœlo, neq; super terram, neq; infra terram repertus sit, qui dignus esset aperire librum ob signatum. In hanc fermè sententiã Hilarus, Mithi magis arridet, ut intelligamus iuxta sententiã Augustini, regnum euangelicũ porrigi quaquã uersum, usq; ad extremas orbis nationes. Iuxta illud: In omnem terram exiit sonus eorum, & in fines orbis terræ uerba eorum. Suspicio tamen Hilarũ hoc fuisse ex cõmentarijs Origenis, qui non nihil attingit alicubi, de liberandis ijs, qui damnati sunt apud inferos, deq; dæmonibus redimendis. Cæterum præterquam quod coactum est terminos interpretari, quod foris ambit rem, quantũ ita loquimur nonnunquam, ut quum dicimus terræ terminum esse Oceanum, aut aeris terminum esse globum lunæ, nec uerũ est, superne terram regi aere, inferne abyssis, quum undiq; terrę inherant aqua, & undiq; terram ambiat aer. Et si dãda sit certa sedes inferis, probabilius sit eos in intimis terræ uersari, quod cœtrum uocant, quã in abyssis aquarũ. Porro regium nomen, quod apud homines amplissimã potestatis habet significationem, & terminos terræ, quibus ditionem latissime porrectam significat, ut latius porrigi non possit, opponit imbecillitati corporis humani, quæ scandalo fuit Iudæis, & angustia gentis Iudaicæ, ultra cuius fines illi nolēbant regnum euangelicum proferri. Vtrunq; nomē congruit in Christum, & regis, & sacerdotis. Siquidem Melchisedech, qui typum gessit Christi, rex iusticiæ interpretatur, & rex Salem, hoc est, rex pacis fuisse describitur. Negat quidem Christus regnum suum esse de hoc mundo, non quod non esset dominus omnium, sed quod tum pro tempore studerit exhibere suis discipulis imaginem euangelici principatus. Satellitum inerte secum circumferebat, adeo nullas habebat arces, ut ne diuersorum quidem haberet proprium, ubi caput suum reclinaret, beneficij subigebat populum, gladio sermonis euangelici uigulabat impias cupiditates, ut interfecto homine improbo renasceretur homo nouus, ac deo dignus. Vicit tolerantia, uicit moriendo. Cæterum post resurrectionem regalia loquitur: Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra. Nec tamen in euangelio regis nomē abnuat, tamen apud Pilatum regni genus distinxit. Nam interrogatus an rex esset, respondit: Tu dixisti, fugitans responsionis arrogantiam, non inficiens tamen ueritatem. Quin & ipse in cruce pendens, regia tum audit, tum loquitur. Ait latro: Memento mei dum ueris in regnum tuum. Cui respondet Iesus: Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso. Talis describitur & uatum ænigmatis: Ecce, inquit Zacharias, rex tuus ueniet tibi iustus, & saluator. Sed ne tyranicum ac superbum regnum imagineris, adiecit: Iustus & saluator, ipse pauper & ascendens super asinam, & super pullum filium asinæ. Mox ostendit mansuetudine, non uolentia regnum euangelicum latissime propagandum. Loquitur, inquit, pacem gentibus, & potestas eius à mari usq; ad mare, & à fluminibus usq; ad fines terræ. Iudem Esaias: Paruulus natus est nobis, & filius datus est nobis, & factus est principatus super humerum eius, & uocabitur nomen eius admirabilis, cõsiliarius, deus fortis, pater futuri seculi, princeps pacis. Habes regnum & regni genus longe diuersum à regno mundano. Nunc audi ditionis amplitudinem: Multiplicabitur eius imperium, & pacis non erit finis. Terræ principes sanguine propagant imperium suum, & dum uicissim alius alium protrudit ac repellit, bellorum nullus est finis. Nunc accipe magis regalia: Super solium Dauid, & super regnum eius sedebit, ut confirmet illud & corroboret in iudicio & iusticia. Vbi iudicium audis & iusticiã, excluditur tyrannis. Nunc audi regnum æternum: A modo & usq; in sempiternum. Ille sacerdos erat in æternum secundum ordinem

nem Melchisedech, semel immolata uicima, post quam non esset opus alia. Rex item est in æternum, quia immortalis est, ut successorem non admittat: Sedet in throno deus in seculum seculi, moderans uniuersa nutu suo. Sed nondum undiq; pacatũ est illius regnum in terris. Tolerat & trahit adhuc ecclesiæ sagena permixtos bonos ac malos pisces, tolerat leges euangelica zizaniã admixtam tritico. Et Paulus clamat multos esse antichristos. Tolerat membra imbecillia. Adhuc in nobis cupiditates carnis rebellionem mouēt aduersus spiritum. Verum ubi subiecerit sibi omnia, et tradiderit regnũ deo & patri, tunc perfecta pax habebit omnia. Atq; hæcenus prophetiæ sermo satis quadrat in Christum nostrum, qui quum esset summus ac dominus omnium, tamen demisit sese, quo suis apostolis, & apostolorum successoribus ostenderet mansuetudinis ac lenitatis uia: quod oporteat ecclesiastici regni proceres ab omni specie mundanæ tyrannidis procul abesse. Verum in his que sequuntur, quoniam fauicã & austeritatem quandam sonare uidentur, magnopere sese torquent interpretes, quomodo comperant in Christum illum nostrum, pacis, mansuetudinis, & humilitatis magistrum, simul & exemplar. Postquam enim illi tradiderat gentes hereditatem, & possessionem terminos terræ, subiicit: Reges eos in uirga ferrea. Tanquam uas figuli confringes eos. Multis hoc ipsum uerbum, reges, prima specie uidetur durius ac uolentius. Nam à regis nomine olim liberarum ciuitatum aures abhorrebant. Sed formidabilis etiam sonat quod sequitur, in uirga ferrea. Virga, minax uocabulum est, quod exasperat etiam additum epitheton, ferrea. Iam his quoq; uidetur immitius, quod sequitur: Tanquam uas figuli confringes eos. Quid enim crudelius, quã in hoc accipere postulatam gētium possessionem, ut eas funditus & irrecuperabiliter perdas? Nam fictile uas semel contritũ restitui non potest. Hęc species crudelitatis, quoniam multum abhorret à mansuetissimis moribus, & mitissima doctrina Christi, breuiter ab eius regno, qui dicit: Tollite iugum meum super uos, & inuenietis requiem animabus uestris: iugum enim meum suauis est, & onus meum leue: uarijs rationibus ueteres conati sunt se se ex hac difficultate extricare. Quod si locum hunc iuxta sensum historicum accipias, recte uerbis aspersis significatur impietas Iudaicæ gentis, qua pertinacissime rebellauerunt Christo, miserabili excidio punita. Quia non cognouerunt tempus blandæ uisitationis, irruit tandem in eos seuera uindicta dei, quæ gentem rebellem non solum flagellauit acerbissime, uerum proprio modo usq; ad interfectionem deleuit. ~~Ad hoc uerbum ad extremi iudicij diem, cuius terrorem nunc interim reuocat illis à pertinacis peccandi. Quod si uas fictile, & contritum, & confectum aduersus dominum, qui non habet dominatorem, & confectum est, ut arena uindicta uirgam ferream proferat, & tunc non cõterantur excitatione illis apud Esaiã comminatur: Quoniam subito dum non speratur uerber con-~~ ~~tritus eius, & comminatur sicut conteritur lagena figuli conuisione pignalis. Non in~~ ~~uide fragmentis eius testa, in qua potretur igniculus de incendio. Sed euidentius~~ ~~appellatam decimo nono. Sic conteram populum istum, & ciuitatem istam sicut con-~~ ~~teritur uas figuli, quod non potest ultra in usum. Et tunc sententiam attingit Hierony-~~ ~~mus, & tertium in super duobus indicans uerbis, quem solum sequitur Augustinus. Nec~~ ~~abhorret Hilarus, qui multis modis mitigare nititur sermonis acerbitate. Primum quod~~ ~~regere non sit tyrannicum, sed recta ratione, & ad legum regulam moderans, quod &~~ ~~alias tribuitur Christo: Exiet dux, qui regat populum meum Israel. Sed mitius etiam so-~~ ~~nat Græca uox, qua sunt usi septuaginta interpretes. Est enim ποιμαίνεις, hoc est pascēs, si-~~ ~~ue pastorum more reges. Idem polere dicunt uocem Hebraicam sermonis eius non im-~~ ~~periti. Christus enim pastor est bonus, qui tanto affectu curat pascitq; gregē suum, ut ani-~~ ~~mam etiam suam impenderit nobis ouibus pascuæ suæ. Iam uirga nõ semper instrumen-~~ ~~tum est supplicij, sed insignie regni, quod regis sit officium populi mores ad legũ discipli-~~ ~~nam dirigere, ne deflectat ab honesto, sicut alibi legis in psalmo: Virga æquitatis uirga~~ ~~regni tui. Hoc igitur uirgam dicit, quod Græci dicunt sceptrum. Porro quod addidit fer-~~ ~~rea, non sonat tyrannicum imperium & austum, sed solidam, perpetuam, in corruptam,~~ ~~& nulli cessuram autoritatem. Qui ad regulam humanarum legum uitam instituunt, sæ-~~ ~~penuero defleunt à recto. Cæterum quisquis temperat uitam suam ad regulam euan-~~ ~~gelicæ doctrinæ, nunquã aberrabit à pietate. Hęc uirga leuis est obedientibus, rigida con-~~ ~~uincatibus: ferræam sentiet, qui impegit, nõ qui obsequitur: Quemadmodum Christus~~ ~~est solidus~~

lis sanctis tuis, & a sede magnitudinis tuæ ut tecum sit, & tecum laboret, ut sciam quid acceptum sit apud te. Prior huius uersiculi pars pertinet ad iudicium, hoc est, ad eam prudentiæ partem, qua iudicamus quid sit optimū factū, altera pars ad sedatos affectus. Reges intelligite, ut dispiciatis quid expediat Reipub. erudimini iudices: nam Græcis est *ἡγεμόνες*, quod frequenter non ad eruditionem, sed ad castigationem morum pertinet. Ductum est enim Græcis à pueris quos seueritate disciplinæ coercemus. Qui stultus est & iudicio carens, pessima pro optimis eligit. Idem qui perturbatur ira, odio, amore, ambitione, libidine, superbia, liuore, quoniam mentis oculum habet perturbatum, non potest dispicere quid expediat. His igitur perturbationibus uacare, est philosophum esse. Nam hoc sensit Plato, qui pronunciauit reip. felicitatē in hoc esse sitā, si qui reges essent, iidem essent philosophi. Nam quomodo recte imperabit alijs, qui ipse se seruit cæcis affectibus? Quomodo recte cōsulet populo, qui stultas cupiditates habet in cōsilio? Augustinus putat in hoc quoque uersu repetitam sententiam uerbis licet diuersis, ut quos prius dixerat reges, mox appellet iudices, & quos prius iusserat intelligere, nunc iubet erudiri. Atque utinam hoc toties infixisset psalmographus, ut aliquando inhereret mentibus nostris tēporis principum, qui perpetuis tumultibus subinde miscēt res mortaliū. Quod si quemadmodum Phaethon magno orbis exitu tractauit currū Solis, ita stultis et in domitis affectibus monarcha summam calamitatē inuehit rebus mortaliū: quanto magis oportet eos qui dispensatores sunt, ut dicitur, de rebus publicis, & de rebus domesticis, ut dicitur, purgati ab omnibus malis cupiditatibus: Quomodo possunt dici reges terræ, si terrenis cupiditatibus seruiunt? Infra nos sit oportet, cuius reges dici merebimur. Ergo spirituales, qui quæ sursum sunt sapiunt, quæ sursum sunt quærunt, quorum animus & conuersatio est in cœlis, qui terrena calcant amore cœlestium, merito iudices terræ dicuntur. Ita Paulus scribens Corinthijs: An nescitis, inquit, quod sancti de hoc mōdo iudicabunt? Erit in uobis iudicatur mundus, indigni estis qui de minimis iudicetis? Habes quomodo, quos Christus selegit è mundo, iudices fiant mundi, quoniam ipsa uita docent esse spernēdum, quicquid magnifica specie blanditur in hoc mundo. Ac ne uertāt in superbiam, quod appellauit eos reges & iudices terræ, subiicit: Seruite domino in timore, & exultate cum timore. Præstat hoc ingens autoritas regibus, ut neminem metuant, sed metuāt ab omnibus, & hinc sapenūtero putant sibi licere, quod libet. Id ne fiat, ostendit quem debeat & ipsi timere. Sunt reges populi, sed communem habent regem in cœlis. Nō uocātur in istis ab hominibus, sed tamen sistendi sunt cum alijs ad tribunal æterni iudicis. Dominantur plebi, sed communem habent dominum in excelsis, cuius autoritatem ac uindictam nūquam effugient. Reges ergo nolite, freti potestate uestra, spernere cœlestem dominū, sed seruite ei in timore. In sacris literis, seruire plerūque colere est. Coluistis idola, coluistis mundum, nunc colite dominum. Colitur autem obseruandis ipsius præceptis, & hoc in timore, ut circumspēcti semper caueant, ne qua in re offendāt dominum omnium. Sunt principes, qui colunt dominum audiendis sacris, aut dicendis statis precibus, quas dicunt horarias: non dico quod hac in parte laudandi nō sint, sed si interim expilant pauperes iniquis exactionibus, si ob pecuniam committūt magistratus improbis & indignis, si quæ debentur uisibus egentium, conuerunt in fiscum suum: si opprimunt infontes, & fauent uiolentis: si oblitū iurisiurandi, sua tyrannide premunt libertatem reipublicæ, si ob ambitionem, iram, aut alias cupiditates suas bellorum tumultibus inuoluūt mundum, nō seruiunt domino in timore. Etenim si uere illum timerent, si sibi persuasum haberent, se de singulis horum rationem reddituros apud tribunal æterni & inuitabilis iudicis: si hoc grauiores daturus pœnas, quo maiorem potestatem gesserint in terris, si cū impijs audituros & illa uocem: Ite maledicti in ignem æternū: non tanta securitate facerent, quod animo collibitum est. Iam ne quod dictum est: Seruite domino in timore: uideretur ad miseriam pertinere, subditum est: Et exultate. Nō est infelix seruitus seruire domino, nec ea res dehonestat dignitatem uestram, sed ornatur. Olim seruiēbaris ligno & lapidi, metuebatis Iouē & Neptunum, aut homines uita defunctos, aut noxios dæmones: nunc seruitis regi seculorū deo, & eum metuitis offendere, qui offensus solus potest & animam & corpus in gehennam mittere. De tali seruitute, de tali domino exultate, ad cuius præceptum si moderati fueritis potestatem uestram, ille pro fideliter administrato regno terreno, referet uobis immortalitatem

immortalitatem in regno cœlesti. Sed rursum ne hoc ipsum uergeret in effusionem temeritatis, opportune adiecit: Cum tremore. Ingens est præmiū, sed difficilis est regia fūctio, quod multa sint quæ illos ad licentiam impellant: Ipsa magnitudo potestatis. Nam fere sit, ut cui licet quod uult, plus uelit quàm licet. Ad hæc familiarium assentatio, cui pesti porissimum obnoxia est magnatum conditio. Postremo in tam uarijs negociorum agminibus uel ignorantia, uel oscitantia. Plurimum itaque metuant dominū oportet, qui neminem timent hominum, & ubique cauti circumspectique uigilent, qui non dormitant, nisi magno reip. malo. Proinde repetit & inculcat, quod iam semel atque iterum dixit: Apprehendite disciplinam. Quo quidem loco Græcis est non *καταλαβάνετε*, sed *ἀρᾶσαθε*, quod est proprie ueluti cursu fugiētem assequi. Hoc celeriter, hoc rebus omnibus omissis agendum, ut accipiant disciplinam, nisi malunt deponere regnum. Imò hoc diu meditandum ijs, qui regno destinati sunt. Non uacat illis bonam ætatis partem perdere alea, poculis, scortis, uenationibus, peregrinationibus, pompis, alijsque nugis. Quicquid tēporis datur, hoc totum breue est regibus ac magnatibus apprehendēda disciplinæ. Sera autē & nimio constans est sapientia principum, quæ rerum usu colligitur. Male agatur cum genere mortaliū, si principes gerendis diu bellis, tandem senes intelligent bellum esse rem omnibus modis pestiferam etiam uictori. Si tum denique discent, nō esse quibuslibet credendos magistratus, ubi uiderint rem publicam labefactam illorum culpa: si tādē discent facere edicta, ubi senserint cuncta temere prodita, cessisse in perniciem reip. si crebro decepti discent non esse fidendum adulatoribus. Atque item de cæteris regum aut presulum officijs. Vnde igitur mature licebit apprehendere disciplinam? Celerius è libris hauriūtur decreta disciplinæ regis, quàm experimentis: citius è spectatis & integris cōsiliarijs discitur, quàm periclitandis rebus. Diuus Thomas episcopus Cantuariensis, quum esset ad eum honorem autoritate regis admotus, ipse uero hæcenus magis in aulicis negocijs, quàm in sacris literis fuisset detritus, intelligens quantum oneris suscepisset in humeros, tanta celeritate properauit apprehendere disciplinam, ut quum in ea gente solenne sit, ut archiepiscopus ille totius regni primas, proceres aulicos accipiat conuiuio, magnatibus suas mentas affatim instrueret ijs rebus, quibus animo obsequerentur suo, ne parcus aut sordidus uideretur, cæterum ipse ad suam mensam neminem admisit præter eruditos aliquot. Toto conuiuio lector sonabat ad aurem, aut si quid incidisset, de sensu scripturæ disputabatur. Adeo nullum tempus pariebatur sibi intercidere, quod non daretur apprehendēda disciplinæ. Utinam hos uersiculos episcopi nostrorum tēporum omnes frequenter psallant: psallant autem non solum spiritu, uerum etiam mente. Id sanè referret populi, cuius curam gerit, sed peculiariter etiam ipsorum. Quod enim sequitur: Ne forte irascatur dominus, & pereatis de uia iusta. Periclitatur plebeius, qui incidit in iram regis, sed grauius periclitatur rex, qui incidit in iram domini. Rursus iram iustā, ultionem appellat. Incidit autem quisquis aberrat ab illius disciplina: Est uia domini recta, & sunt uie peruer foruū à sinistris, quas ignorat dominus. Apud nos non semper perit, quisquis deflexit à recta uia, sæpe nihil aliud quàm dispendium facit, nōnunquam error salutis fuit. Cæterū quicumque deflexit à uia domini recta, perijt, etiam si non perijt. Qui manet in Christo, nō aberrabit, ipse est enim uia, quæ ducit ad uitam: in hoc manet, quisquis ad illius doctrinam & exemplum instituit uitam. Diuus Hieronymus in cōmentarijs admonet apud Hebræos sermo nem esse ancipitem, quod quum Septuaginta uerterint *ἀμφότερα παιδίας*, dicat uerti potuisse, adorate, uel osculamini filium: siue, ut ipse uertit iuxta ueritatem Hebræicam, adorate pure, quoniam ueteres osculo adorabant, Septuaginta locis aliquot pro adorate uerterunt *καταφιλοσάτε*. Bar autem præsertim apud Syros filium sonat, apud Hebræos pure, & ut nonnulli sentiunt triticum. Verum in his barbari sermonis Labirynthi non est animus magnopere distorqueri. Iudæi qui promissum filium tot seculis expectarunt, maluerunt occidere quàm adorare, & ideo uolentes suam constituere iusticiam per opera legalia, perierunt à uia iusta, quæ est Christus Iesus. Et adorabant quidem deum, sed non pure, immolabant uictimas, lauabant corpus & calices, sed animus intus scatebat omni spurcicie malarum cupiditatum, iræ, liuoris, auariciæ, superbiæ. Hinc est quod apud Esaiam magno stomacho auersatur illorum dies festos, uictimas & sabbata. Vult enim adorari pure, hoc est, puritate spiritus. Spiritus purissimus est, & puro spiritu uult coli, potius

quam uicinis. Non enim pure adorant filium, qui suis operibus ascribunt salutem, quum per euangelium, fidem & gratiam salus aeterna detur omnibus. Denique non adorat pure qui patrem honorat, cuius filium afficit contumelia: Qui filium non habet, is nec patrem habet. At ne lentitudo uindictae diuinae pariat illis securitatem, addit: Quum exarserit in breui ira eius. Dum differt ultionem, quodammodo dissimulat iram suam dominus, lenitate sua nos inuitans ad poenitentiam, patienter expectans, si forte resipiscat peccator, & uiuat. Sed illud nobis incertum an subito exardescet illius ira. Quod enim dixit in breui, septuaginta uerterunt *in 70 ys.* Id repentinum quiddam atque inexpectatum significat. Nam siue intelligas de die illo supremo, ueniet & ille ueluti nocturnus fur, & obreperet inexpectatus: siue de die mortis cuiusque, frequenter & ille opprimit inopinantes atque interfocitates. Nemo tam iuuenis est aut ualidus, nemo tam potens, ut possit sibi crastinum polliceri. Summos etiam orbis monarchas mors inopinata tollit e medio. Sic pridem in medio rerum successu perijt Philippus Maximiliani Caesaris filius. Sic Leonem decimum, quum omnia Romae perstreperent triumphis & gratulationibus, subito mors exemit rebus humanis, quod transtulerit incertum: & in terris quidem a nemine poterat reprehendi, sed ipse nouit quam bonam causam habuerit apud tribunal Christi. Iugiter itaque uigilandum, nequando excidamus a uia iusta. Semper habeamus bonam conscientiam apud deum, ut quodocumque uenerit dies mortis, possimus de illius bonitate confidere. Tunc enim in felices erunt, qui hic fidunt operibus suis, potestate sua, fortunae, diuitiis, benefactis suis. Sed beati omnes, qui confidunt in domino. Caeterum in morte, qui poterunt confidere in domino, qui tota uita confisi sunt mundo: Haec fiducia tamen potissimum nascitur ex agnitione clementiae dei, tamen non cohaeret cum animo peruerso, sibique male conscio. Maledictus est, qui confidit in homine. Sultus est, qui confidit in diuitiis. Sic enim audit diues ille in Euangelio: Stulte, hac nocte repetit abs te animam tuam, & haec quae parasti cuius erunt? Iudaicum est fidere suis operibus. Tamen duplicia sunt opera, Iudaismi & charitatis. Illis periculose fiditur, nisi haec accesserint. Rursus & horum inanis est fiducia, nisi diffusi meritis nostris, sacram, quod aiunt, ancoram iecerimus in immensa bonitate dei. Nota uit emphasim sermonis diuus Augustinus. Quum enim terror incussisset malis dicens: Cum exarserit in breui ira eius, non adiecit, securos fore bonos, sed beatos. Non enim hi solum liberabuntur a periculo, uerum etiam aeternam beatitudinem consequentur, si deserint rebellare Christo domini, si conturbati metu aeterni supplicij agnouerint hunc esse regem caeli & terrae & inferorum, caput & pastorem totius ecclesiae, extra quam nulla est speranda salus: ad huius praecipuum esse uiuendum, hunc esse dei filium deum & hominem, cuius potestati nemo possit resistere, cuius uindictam nemo quamlibet potens possit effugere, si contempserit illius praecipua. Si coluerint hunc reuerenter & circumspecte, si in hoc gloriantur, sed interim cum tremore, si totis studiis huius doctrinam arripuerint, & in ea perseverauerint, simul atque repente uenerit ille dies domini magnus & terribilis, tum apparebit illorum infelicitas, quos hic mundus felicissimos iudicauit: & beati declarabuntur omnes, qui non posuerunt fiduciam suam in huius mundi praesidiis, non in operibus suis, sed in bonitate domini Iesu Christi. Iam tempus est, ut ad proximum psalmum transeamus, idque faciemus aspirante spiritu Iesu Christi, si prius ostenderimus mysticum huius psalmi sensum latius & ad uarias personas, uariisque tempora proferré posse, sic ut hodie quoque ad unum quencumque nostrum pertineat. Primum sensus historicus, tamen friget quoties ad allegoriam acceditur, tamen frequenter & plurimum adfert lucis, & gratiae non parum addit sensui mystico. Huius rei si quis uolet experimentum capere, legat Arnobij commentarium in psalmum Dauid, deplorantis peccatum suum, cuius initium: Miserere mei deus secundum magnam misericordiam tuam. Nec tamen est necesse, ut omnes uaticinij partes ad amissim quadrent, uel historico sensui, uel allegorico, quod saepe quaedam admisceantur in hoc, ut cohaereat narrationis series, rursus alia, quae quoniam iuxta sensum historicum absurda sunt, cogunt nos ad allegoriam confugere. Proximus gradus est, ut uaticinium proprie accommodetur Christo, demonstreturque iam olim de illo fuisse praedictum prophetarum oraculis, quod aperte & sine inuolucris Euangelica narrat historia. Atque hic sensus praesertim in Psalmis ferè perpetuus est, in hoc sane etiam irrefragabilis scripturae autoritate demonstratus, quemadmodum ostendimus. Huius tractatio

tractatio, mea quidem sententia, difficillima est. Nam hoc recte peruestigato, non magni negocij est, sensum eundem a capite ad membra, & ab aetate qua Christus uersatus est in terris, ad praecedentia aut sequentia tempora deriuare. Quod enim a pharisaeis, regibus & populo suo passus est Christus, hoc & ab impijs ante passus fuerant pii, & post Christum passus sunt apostoli. Immo quemadmodum ab orbe condito semper mundus persequutus est ueros dei cultores, ita usque ad finem seculorum futurum est. Caeteraque quodammodo & facta sunt semper & fuerunt, quae de irratione diuina, de ira & furore, de reuocatione ad cultum filij dei, de terrore supremi iudicij scribuntur in hoc psalmo. Veritas Euangelica Christus est, autor rerum fluxarum mundus est. Denique in suis membris patitur aut resollatur Christus. Superest extremus gradus, quum scripturae sensus priuatim ad unum quencumque nostrum refertur, totumque quod in reliquis sensibus per uarias personas gestum est, in uno geritur homine: ueluti quoties ira, libido, ambitio, auaritia mentem nostram sollicitant ad ea, quae aduersantur euangelicae doctrinae, tum quo dammodo fremunt gentes, populi meditantur inania. Quod si ratio quoque cesserit cupiditatum tumultibus, tunc assistunt reges terrae, & principes conueniunt in unum aduersus dominum, & aduersus Christum eius. Sed interim animus resipiscens, memorque pristinae libertatis, ac pertaesus durae seruitutis, qua seruit peccatis, clamat: Dirumpamus uincula eorum, & proficiamus a nobis iugum ipsorum. Et hunc conatum nostrum adiuuat e caelis dominus, sic irridens ac subsannans nos, ut tantisper sinat nos obsequi cupiditatibus nostris, donec ipsi docti malis intelligamus, ex quibus rebus nobis pollicebamur mirificam felicitatem, ex his summam calamitatem euenisse. Mox loquitur nobis in ira, ob oculos ingerens terrorem aeterni supplicij, & conturbat nos horrore uitae, in qua uersati sumus. Deinde sic afflictis & conturbatis ostendit unde salutem sperare oporteat, proponit nobis filium suum, qui dicit omnibus: Venite ad me omnes qui laboratis. Monet ut huius legibus obtemperent animi cupiditates, ad huius praecipuum sese componat humana ratio, atque huic uni regi cunctiorum ita seruiamus, ut simul exultemus de illius immensa erga nos bonitate, & semper in metu simus, nimirum diffidentes factis ac uiribus nostris, non iudicantes nosmetipsos, sed omnem spem ac fiduciam habentes in illius inestimabili benignitate, per quam salutem aeternam assequuntur, qui toto pectore ad illum confugiunt, cui laus & gratiarum actio, cum patre & spiritu sancto in omne aeuum, Amen.

COMMENTARIJ DES. ERASMI ROTERODAMI
in psalmum Quare fremuerunt gentes, Finis.

IN TERTIVM PSALMVM, DOMINE

QVOD MVLTIPlicATI, PARAPHRASIS
Des. Erasmi Roterodami.

DES. ERASMVVS ROTERODAMVVS MELCHIORI
Viandalo Theologo S. D.



Quomodo absolueram paraphrasim in acta Apostolorum, Viandale charissime, nec post id temporis suspicabar quenquam exoriturum, qui me de paraphrasi foret interpellaturus. Et ecce redditur uelut ex insidijs tua epistola, quae mihi securitatem hanc excuteret, nullum non mouens lapidem, quo mihi persuadeat, ut quod in Nouum testamentum fecissem, idem facerem in psalmos mysticos. Quam hic instructam argumentorum aciem adducis, quo me, si persuadere nequeas, uel cogas in tuam sententiam. Dum dextrum admoues cornu, quas non laudes in me congeris: Est autem imprimis uiolenta res, quamuis blanda, laudatio. Tu tamen ita laudas, ut contendas mihi persuadere, omnia esse uerissima, ut inficias ire non liceat. In sinistro cornu quanto pugnacius mecum agis: Obruas me telis argumentorum, a me coniecta, uel deflectis excepta clypeo, uel, quod est uiolentius, etiam in me retorques, pracludis omnes uias, ne qua pateat suffugium: denique ne quid omitteres, urges, ob

restatis, precibusq; minas, ut ait ille, regaliter addis. Ostendis periculum, ne si, quod petis recularo, pereat mihi omnis superioris industria gratia, immo ne pro captata gloria restam ignominiam. Nimirum huc tēdebat illa laudis ex paraphrasibus, apud omne genus hominum partē mirabilis amplificatio, quo magis terreret periculū amittendae tam egregiae possessionis, perinde quasi tyrānus dicat patri; Respice liberos tuos quā habebas elegantes, quā pios, quā ingenuis artibus expolitos, quā magnificae spei natos. Hos interimam nī mihi parueris. Ac ne mihi sit integrum negare quod flagitor, nisi uelim impie difficilis uideri, facis totam ciuitatem Christianam pedibus meis aduolutam, hoc magno consensu postulare. Itaq; futurum denuncias, ut nī paruero, iure uidear omnibus ineptus deprecator, superbus excusator, callidus tergiversator. Vbi nunc est illa *Αἰνῶσις* Demosthenica? Vbi Periclis fulgura ac tonitrua? Frigere iacereq; uideatur omnia, si cum huius dictionis uehementia cōferas. At qui isthuc mi Melchior nō est suadere sed cogere. Quis autem crediturus erat Melchiorem in dialecticis ac philosophicis argutijs penē detritū, tantum tenere rhetorices? Ego uero mi Viandale, si hoc aetatis, si hac ualitudine, si his ex ulceratissimis temporibus, quibus nihil possis tutō scribere, rudem ac missionem flagitarē, non dicam à paraphrasibus, sed in totum ab omni scribendi munere, nullis aequis uideri possim id, uel impudenter poscere, uel imprudenter fumere. Caeterum tamen si planē uideam hoc argumentum profus esse intractabile paraphrastra, tamen ne post hanc tam uehementem, tamq; minacem epistolam succedat altera uiolentior, in tertio psalmo ipse cimen dedi, quā frustra sit hic sudaturus quisquis tentauerit. Etenim quum in hoc psalmo tam breui, tot statim occurrant scrupuli de inuerso historiae ordine, nam multi argumentum habent iuxta temporum rationem, prius historia Absalonis Dauid patrem impotentis bello: De interiecto Sela, Deinde an totus hic psalmus accommodari possit per sonā Dauid, quod Hieronymus non negat, docens cōpetere personā Dauid Christi, & per hunc omnium sanctorum, Augustinus reclamationem, quid paraphrastra dicat de titulo, quid de uarietate sensus, qui saepe triplex est, quum non liceat personam semel susceptam deponere? Et tamē in uno psalmo conatus gustum exhibebo, ut intelligas mihi morem gerēdi uobis uoluntatem non defuisse. Quod abs te postulabam, ut aliquid opellae sumeres in demonstrandis corruptelis istius dialecticis ac philosophicis, quae nūc in scholismo lestra simul ac dispendiose traditur pueris, & aliquam docendi rationem indicares hac cōmodiorem, ideo feci quod uideam multa bene nata ingenia ab utilissimis disciplinis abhorre, ob traditionis sordes, & ineptiā. Quin in pleriq; gymnasijs iam desierit eiuismo di disciplinae praelegi, unā cum ipsa Theologia. Atq; interim frigent etiam lingua ac bonae literae. Tantum rixosis altercationibus, & amarulentis libellis aras teritur. Huius tanto malo nemo te melius poterat succurrere, qui tot annos in ista palestra uersatus sis, nec mediocri cum laude. Inibis gratiam utriusq;. Nam hi qui praeter illas disciplinas utrunq; traditas nihil didicerunt, mallent aliter praelegi in scholis, quā profus intermori. Et iuuenus auida melioris literaturae, fatebitur se tibi debere, qui uiam commonstraris cōmodiorem. Optimo Meccenati tuo, cū candidissimo sodalitiō, plurimam ex me salutem renunciat. Quo nomine tibi non mediocriter gratulor. Quonia autem Colloquiorum meminit, subit animo mirari, quā omnibus in rebus dominetur fortuna. Quid hoc argumēto nugacius? Et tamen uix credas in quot exemplariorum milia propagatum, nondū expleat empturientium auiditatem. Hoc anno rursus prodit aliqua coronide dilatatum. Sic in amicorum gratiam ineptio. Quanquam sunt graues Theologi, qui praedicebant in illis nugis res agerent. Spongiam meam nunquam ita mihi praedicabis, quin osurus sim, indignans his, qui miserum huc perpulerunt. A deo laeva sunt quorūdam iudicia. Perijt ille nondum, ut opinor, perfecta Spongia mea. Nunc ad psalmum accingam.

[Domine quid multiplicati sunt, qui tribulant me.] Domine deus, qui nutu potes quicquid uis, & cuius uoluntati nemo potest resistere, cuius consilium inscrutabile est, etiam angelis, qui nos ex omnibus gentibus delegisti, ut effemus populus peculiariter tuus, quum dominus sis omnium, per quem condita sunt omnia, qui populum hunc iuxta mundum humilem ac pusillum, unigeniti filij tui sanguine tibi uindicasti, quem à mundo semotum è tuis praesidijs pendere uoluisti, audi quāso querimonias tuorum. Vna uox, idem clamor est omnium, quia communis est omnium calamitas, propter

rea quod cum affligitur unum membrum, simul affligantur omnia membra. Non enim habemus in cuius sinum effundamus animi nostri curas, nisi te deum unicum, in quo salutis nostrae praesidia collocata sunt omnia: non habemus alium cuius auribus opploremus: non habemus alium ad cuius opem confugiamus. Quur ita tibi uisum est, ut hunc populum tibi charum tot hostes conglomerati affligant unum, tot potentes imbecilem, tot armati inermem? Sic nimirum & olim Cain, in quo tum erant agmina gentium impiarum: coortus est in fratrem suum Abel, in quo tum erat omnis ecclesia tuo fidentium praesidio. Statim inualuit deterior, & oppresit innocentem, non reluctantem. Sic impij reges afflixerunt seruos tuos prophetas. Sic tota manus sacerdotum, pharisaeorum, scribarum, seniorum, Herodis, Pilati deniq; & promiscuae multitudinis, uelut coniurata aduersus unicum filium tuum Iesum, oppresit illum. Et quod in hoc exhibitum est, prius fuerat adumbratum in Dauid famulo tuo tibi charo, in quem atrocissimam seditionem mouit Absalon. Dauid rex erat Israeliticae gentis, Christus rex Iudaeorum, hoc est omnium profitentium nomen tuum. Absalon forme gloria ferax, et caesari luxuria superbus, seceratis consilij molitus est exitium Dauid, quo sibi regnum eius uindicaret. Ita populus Iudaicus, cuius typum gerebat Absalon, sibi placens ob gloriam legis a deo traditae, ob progenitorem Abraham, ob prophetas, ob magnifica dei promissa, ob templum domini & uictimas, ob sacerdotum, ob scribarum & pharisaeorum auctoritatem, ob caeremonias mirificam religionis speciem praeseferentes, totis uiribus coortus est aduersus regem Iudaeorum. Nec defuit huic suus Achitophel, qui quum prius fuisset ab intimis consilij Dauid, mox defecit ad Absolonē, ostendens illi uiam, qua solo Dauid extincto, populum uniuersum pelliceret ad sese. Iudas enim discipulo factus est proditor domini sui. Non habet decorem hunc corporis Dauid, non habet caesariem, non habet blandiloquentiam insidiosam. Mulierum sunt ista uel ornamenta, uel praesidia. Vigorem spiritus habet Dauid noster, qui delectat animos masculos, qui salutaria quaerunt potius q̄ in speciem blanda, ac fortia magis q̄ speciosa. Dauid consulens incolumitati populi potius quā suae, pedes egreditur ciuitatem: Absalon instructus curribus & equitum copijs, admouet minacem exercitum. Christus uero non semel subduxit sese furori Iudaeorum, nunc lapidationem, nunc precipitationem machinantium. Gestunt ac ferociunt qui sequuntur Absalonem: lugent ac flent qui comitantur Dauid fugitiuum. Sic pugnat & hodie mundus aduersus Christum & huic adhaerentes, Sic ferocit aduersus euangelij professores. Regnat Absalon in Hierusalem, atq; in regia aliena tyrannidem exercet. Dauid cum suis fugit ac latitat. Agnoscimus in his pater coelestis imaginem eorum, quae tua uoluntate gesta sunt in filio tuo Iesu, atque huius discipulis. In mundo erat filius tuus, & mundus per eum factus est, quemadmodum Hierosolymam condiderat Dauid, & mundus eum non cognouit, sed eiecius est, ut demigraret ad deserta gentium. Quin & in hoc respondet figura rei gestae, quod Dauid fugiens transijt torrentem Cedron, quem ante mortem transijt & Dauid noster Iesus. Atq; interim imminente supremo periculo, Dauid consulit periclitantibus, ne ueniant in commune periculum: sic filius tuus: Si me quaeritis, sinite hos abire. Dauid iubet reportari arcam in ciuitatem Hierosolymam, & ex oraculo domini rem uult gereri, non humanis praesidijs, dicens: Si dixerit dominus, mihi non places, praesto sum, faciat quod bonum est coram ipso. Ego uadam quod uado. Filius tuus uerus rex noster: Fiat, inquit, uoluntas tua, non mea. Et filius hominis uadit sicut scriptum est de eo. Dauid nudis pedibus, & operto capite ascendit montem oliuarum, ut illic oraret: Christus nudis pedibus ascendit in locum Golgatha, conscendit cacumen crucis, atq; illic deprecatus est patrem pro salute totius populi. Semet reliquit Saul, is spirans adhuc uetus odium in Dauid, acerba conuicia iaculatur in eum, quae quidem in magnis malis acerbissima calamitatis pars. Audit Dauid eiecius, fugitiuus, latitans ac destitutus: Egredere egredere uir sanguinum, & uir Belial. Reddidit tibi dominus uniuersum sanguinē domus Saul, quoniam inualisti regnum pro eo, & ecce premunt te mala tua. Nec contentus maledictis, lapides quoque coniciebat in Dauid, & infamulos eius. Audiuit et Dauid noster, uerus ac sempiternus populi tui rex: Samaritanus es, & daemonium habes, & in nomine Beelzebub eijcis daemonia. Audierunt illius amici: In peccatis natus es totus, & tu doces nos. Item: Tu ex illis es: Nam et Galileus es. Haec uerba magis formidanda, quā ulli lapides,

tum conficiebantur in discipulos Iesu. Quin idem in cruce pendens audiebat à militibus, scribis, & pharisæis conuicia, uel ipsa cruce acerbiora. Vah qui destruis templum: Si filius dei est, descendat nunc. Probra Semei toleranter tulit Dauid, nec passus est Abisat filium Seruia parare ultionem. Rex noster cohibuit Petrum molientem uindictam, & tanquam surdus non audiens obmutuit ad opprobria exprobrantium, atque interim deprecatus est patrem ut illis ignosceret, quemadmodum & Dauid desleuit interitum Absalonis, dicens: Filii mi Absalon, quis mihi tribuat, ut ego moriar pro te: Quod optauit Dauid pro salute unius, hoc Christus præstitit pro toto populo Iudaico. Ac Paulus imitator Christi, cupit anathema fieri pro Iudæis, qui ipsum pertinacibus odijs persequebantur. Postremo respondens rerum exitus. Dauid dei præsidio restitutus in regnum, hymnum canit libertati suo, dicens: Propterea confitebor tibi domine in gentibus, & nomini tuo cantabo. Magnificans salutes regis sui, & faciens misericordiam Christo suo Dauid, & semini eius in sempiternum. Noster item Dauid, per mortem suam deuictis hostibus omnibus, & in uniuersum orbem terrarum parato regno, dicit: Data est mihi omnis potestas in celo & in terra. Achitophel reuersus in gregis suas laqueo suspēdit seipsum. Iudas Iscariotes reuersus in domum infelicis conscientiae, simili fato periit. Porro quum uideamus populum Iudaicum pertinaciter affixum caeremonijs legis Moisaicæ, sic ut nec celo potatur, alienus à Christo: nec terra, profligatus undique & oppressus, nonne uideamus Absalonem suis capillis inuolutum, pendentem ab arbore: Exilio fuit, in quo gloriabatur. Agnosimus domine nihil hic geri casu fortuito, sed omnia tuo sempiterno consilio temperari: quod designatum erat in rege Dauid, uideamus expressum in rege nostra Hierosolymæ, quæ est ecclesia: & quod in capite gestum est agnosimus & in corpore fieri. Sunt, & semper erunt Absalones, titulis, autoritate, dignitate, specie religionis sibi placentes ac feroces: non desunt Achitopheles, & Semei Saulis posteritas: non desunt Anna & Caiphæ, non scribæ & pharisæi, non primores populi, non ingratus uulgus & multitudo ad principum auram mobilis: non Herodes ac Pilati, non cohors impia, quæ Christum tuum persequatur & affligat in membris ipsius. Sic tuæ sapientiae uisum est explorare tuorum erga te fiduciam, sic nos docere, ne cuius ope nitamur præterquam tua. Sed interim undique uallati malis quamdiu uersamur in hoc corpusculo, non possumus non ingemiscere, non suspirare, non deplorare præsentem sortem, sed apud te duntaxat, in quo uno spem omnem nostram fiximus. Alijs alia res in aduersis adferunt, uel auxilium, uel solatium, opes, forma, uires, genus, claritudo, dignitas, potentia, uersutia, copia militares, equi, currus, classes, bombardæ, fœdera regum, conspiratio principum, sapientia huius mundi, spes uindictæ, delicia, uoluptates, quæ molestiam utcumque leniunt. Quidam etiam ad magicos ac sortilegos confugiunt. Nos autem ex filio tuo domino nostro didicimus, in nihilo horum collocare spem nostram, ne tuo destituamur auxilio, qui totam uictoriae gloriam tibi uis acceptam ferri. Tibi uni gratias agere didicimus, si quid acciderit boni: apud te nostras depromere querimonia, si quid inciderit triste. Vnius ferocis hostis impetum sustinere difficile est. Nunc uires quæ multi circumuallent unum ac pusillum gregem tuum. Quot exercitibus, quot machinis hunc oppugnat hic uiolentus mundus, nec cessant unquam impij spiritus igneis iaculis è sublimi impetentes animas nostras, & præter hæc omnia circumferimus hostem domesticum, carnem nostram assidue rebellantem spiritui. Hi nimirum hostes tam multi semper in prociū frantes, non sinunt tuum populum esse securum: obambulant enim caulas tuas multi lupi graues, multiq; leones rugientes, quærentes quod deuorent. Sed tum insurgunt maxime formidabiles, quoties totis uiribus cooriantur in nos: illi sublimes & excelsi, nos humiles: illi armati, nos inermes, illi uictores, nos abiecti. Eijcitur in exilium, rapimur in carceres, exuimur bonis, affligimur, cedimur, infamamur, damnamur, occidimur. Et si desunt homines, qui fauiant in populum tuum, non desunt hostes hoc periculosiores, quod inuisibiles. Hinc adoritur nos spiritus libidinis, hinc iracundiæ, hinc ambitionis, hinc luxus, hinc auaritiæ. Neque raro quo citius fallat nos hostis callidus, uertit sese in angelum lucis. Quis autem enumerare possit quæ multi quot arietibus impetant nos, quot artibus insidientur nobis, quanta ferocia sublimes in nos irruant conglomerati, uelut obruturi populum tuum domine. In malis autem quamlibet grauib; præcipuum leuamen est spes finiendæ calamitatis & afflictionis in lætitiã commutandæ, quemadmodum

dum qui graui tempestate factantur, spe successuræ serenitatis sustinent animum. Et hoc extremum solatium nobis hostes conantur eripere. Multi enim insultant animæ nostræ dicentes, quod non sit illi spes in deo. Vnde autem populo tuo speranda salus, si tu ferbare uel nolis, uel non possis: Tolerabile conuicium est, quod ingeritur auribus corporis. Hoc acerbissimum conuicium ingerunt animæ nostræ. Interitus corporis ferri poterat, animæ iacturam quis ferat: Sed ante nos audiuit simile filius tuus unigenitus, aduersum quem constituerunt uerbum iniquum, dicentes: non quid qui dormit, adiciat ut resurgat: Audiuit & in cruce pendens: Sperauit in deo. liberet eum nunc si uult eum. Leue probrum erat: Samaritanus es, & dæmonium habes. Nihil autem crudelius quam ad extremam redacto calamitatem insultare, ac desperationem salutis ingerere: Obruta domine aures animæ nostræ, ne talem uocem admittat, non est tibi salus in deo. Et tamen hanc amarissimam uocem multi nobis ingerunt. Dicunt enim nobis huius mundi cultores, perierunt quicumque dormierunt in Christo. Clamant irrisores sacramentorum ecclesiæ: Non abluisti aquila fordes animi, nec uerbis purgantur, quæ facta commissa sunt. Clamant hæretici, non est spes relapsis post baptismum. Aliunde clamant philosophi, nullum esse deum. Rursus aliunde, deo nullam esse curam rerum humanarum, & nunc comedamus & bibamus, cras enim morietur. Aliunde clamant Sadducæi, non superesse animas ab obitu corporis, sed totum hominem perire morte. Hi quid aliud nobis obgannunt, quam nos frustra salutis spem posuisse in te deo nostro, quum enim hic mortificemur propter te tota die, facti uelut oues mactationi destinatae, si ultra uitam hanc non porrigitur spes nostra, nonne uere miserabiliores sumus omnibus hominibus: Nonne uere perimus irreparabiliter, quum ab inimicis occidimur: Tales uoces audiuit pius ille Thobias ab amicis & uxore sua. Audiuit & sanctus Iob ab uxore sua: Benedic deo, & morere. Neque uero desunt inuis in nobis, qui cominus animæ nostræ tales uoces ingerant, spem adimentes ac desperationem incutientes, & has amarissimas uoces pro nobis audiuit filius tuus Iesus, quum erat in cruce dicens: Deus meus, deus meus, quum me deseruisti: Longe à salute mea uerba delictorum meorum. Habent peccata sermones suos, sed diuersos. Quum pellunt animam nostram, blandissime loquuntur illi. Quam erat blanda uox ambitionis, quæ dicebat: non morietur, sed eritis similes dijs scientes bonum & malum. Sic loquitur impudicitia. Quid dulcius: Sic luxus. Quid suauius: Sic regnandi infania. Quid splendidius: Sic auaritia. Quid felicius: Verum postquam hausi dulce uenenum, mutata lingua, quam amara uerba loquuntur animæ: Maior est iniquitas tua, quam ut ueniam merearis. Deus iustus est. Nihil expecta præter supplicium. Hæc uerba quum sint acerbissima, si proferantur ab uno crimine, quis ferat, quoties tot adulteria, tot rapinae, tot homicidia, tot fura, simul reclamant animæ nostræ. Non est tibi salus in deo tuo: O duras uoces & amaras. Quod si hic nihil aliud contemplerur, quam magnitudinem criminum, quæ commisimus, quam uires nostras, quam merita nostra, quam diuinam iusticiam, quid superest nisi desperatio: Sed aliud loquitur animæ nostræ tua misericordia, quæ uincit ac superat iudicium. Iusticia tua sinit ad extremum desperationis uenire, sed immensa tua misericordia facit simul cum tentatione prouentum, ut possimus sustinere. In omnibus enim tribulationes patimur, sed angustiatur, aporiamur, sed non destituimur, persecutionem patimur, sed non derelinquimur, humiliamur, sed non confundimur, deijcitur, sed non perimus. Quasi morientes & ecce uiuimus, ut castigati & non mortificati. Quantum uis nobis desperationem suadet multitudo affligentium nos paucos, ferocia insurgentium in nos humiles, amarulentia nobis ceu uictis ac deploratae spei insultantium, tamen tu domine solus manum auxiliatricem porrigit aduersus turbam affligentium. Porro perire non potest, quem tu tuendum susceperis. Tu solus gloria nostra es aduersus superbiam conculcantium nos. Tu es qui erigis caput nostrum in spem uictoriae aduersus illos, qui nobis sublimes ueluti uictores uictis insultabant. Si tu deus pro nobis, quis contra nos: Quis nos separabit à charitate filij tui Iesu: Num tribulatio, num angustia, num fames, num nuditas, num periculum, num persequutio, num gladius: Certi sumus, quod neque mors, neque uita, neque angeli, neque principatus, neque uirtutes, neque instantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit uos separare à charitate tua deus, quæ est in Christo Iesu domino nostro. Quicumque enim sincero corde profitentur

2. Cor. 4.

Tu autem domine

de profitentur filium tuum, per illum liberantur ab omni tentationum procella. Quod in illo praestitisti, idem praestas in membris illius. Quum aduersus illum fremere gentes & populi meditarentur inania, quum adstitissent reges terrae, & principes conuenissent in unum, quum uniuersi sauirent in unum ab omnibus destitutum, tu clypeo uirtutis tuae protegebas illum, Quum omnes superbi ludibrijs incescerent illum, caedentes arundine, impingentes colaphos & alapas, conspuentes faciem eius, ludibrij causa coronantes eum spinis & sceptri uice tradentes arundinem, induentes chlamydem coccineam, & amarulenta scommata faculantes in eum, denique inter maleficos pendentem conuicijs incessentes. Quum modis omnibus factus esset uermis, & non homo, opprobrium hominum & abiectio plebis, tu solus aduersus omnem ignominiam mundi, fuisti illius gloria, etiam in ipsa morte, multis modis glorificans filium tuum. Denique quum iam sepulti quoque nomen studerent abolere, tu exaltasti caput illius, & dedisti illi nomen, quod excellit omnem nomē, ut in nomine Iesu omne genu flectatur coelestium, terrestrium, & inferorum. Assuetio capitis, institutio nostra est. Euectio capitis, spes & gloria membrorum est. Ex nobis imbecilles, per te sumus inuicti: ex nobis nihil habentes, de quo gloriemur, gloriamur in te, et in domino nostro Iesu Christo: ex nobis humiles & abiecti, per illum sublimes sumus, despicientes omnem satanae potentiam. Scimus enim quod tu sic percutis, ut sanes, sic despicis ut erigas, sic occidis ut uiuifices, sic obsecras ut glorifices. Libenter igitur & nos gloriabimur in afflictionibus, in deiectionibus, in ignominijs nostris, ut in te sit nostra consolatio, sit nostra sublimitas, sit nostra gloria. Post hac igitur populus tuus non audiet uoces insulantium ac dicentium, non est tibi salus in deo tuo, sed quoties ingruerit tempestas malorum, magna cum fiducia uoce nostra clamabimus ad te, & tu exaudies nos de monte sancto tuo. Habet synagoga uoces suas, quibus obstreperit auribus tuis. Ieiuno bis in sabbato, & decimas omnium bonorum do pauperibus, & non sum sicut ceteri homines. Alia uox est ecclesiae, qua confitetur domino quoniam bonus, quoniam in saeculum misericordia eius. Valida uox est fidei, quae nihil non impetrat à clementia tua domine. Promisit filius tuus, capillus capitis uestri non peribit. Promisit idem: Quicquid petieritis patre in nomine meo, dabit uobis. Promisit & tu deus: clamabit ad me & exaudiam eum. Credimus promissis tuis, & fidei uoce clamamus: Tu qui fallere non potes, exaudias nos de monte sancto tuo. Synagoga clamat in templo manufacto, ac postulat exaudiri de propiciatorio. Nos uero, qui scimus tuam maiestatem non circumscribi loco, ex omnibus mundi regionibus clamamus ad te, certi quod è tua sublimitate, à qua nunquam recedis, exaudias nos pro bona tua uoluntate, etiam si uidearis non exaudire nos. Scis enim quid expediat nobis. Non tibi praescribimus auxilij modum, non tempus aut locum, tantum hoc confidimus tuam operam non defuturam populo in te confidenti. Clamauit ad te uoce sua pendens in cruce filius tuus, & exauditus est pro sua reuerentia. Commendauit exclamans magna uoce, in manus tuas spiritum suum, et resuscitasti eum tertio die, quoniam ille tuo praesidio fretus ac securus, uolens obdormire in morte, ac somnum cepit in sepulchro, ac mox experrectus est reuiuiscendo, frustra Iudaeis sepulchrum obsidentibus, propterea, quod tu nunquam illum destitueris, nec deserueris animam illius apud inferos, ut mors illi dominaretur. Impij triumphum agebant, quod innocentem adegissent ad certam mortem, dicentes: non adijciet ut resurgat, sed tibi dormiebat, tibi quiescebat, excitaturo quando cunq; uolebas. Adoramus & exosculamur in capite nostro mystica rerum imaginem, sperantes idem effectura tuae bonitatis in membris, quod praestitit in capite. Qui morimur in fide Iesu Christi, quoniam cum certa spe uitae melioris morimur, obdormiscimus potius quam morimur, et interim corpus ad caelum angeli reuicturum quiescit potius, quam mortuum est in sepulchro, iam liberum ab omni molestia dolorum ac laborum, quibus affligebatur. suo uero tempore reuiuiscet: quin & anima placida quiete fruuntur, donec receperint corporis quaeque sui contubernium. Hac fiducia securi tum uiuimus, tum morimur, scientes quod siue uiuimus siue morimur, tibi uiuimus ac morimur, quoniam & uiuentes & morientes tui sumus. Non perit autem, quicquid tuum est. Porro tui sunt, quicunq; per fidem Euangelicam insiti sunt in corpus unigeniti tui. Non est enim damnatio his, qui sunt in Christo Iesu. Etenim qui hic illius similitudinem expriment per poenitentiam mortui peccatis, per baptismum & abstinentiam malorum operum sepulti cum illo, qui seipsum sabbatum

Exaltans caput eius.

Uoce mea ad dominum clamaui.

Ego dormiui.

sabbatum egit in monumento, resurgentes cum illo in uitae nouitate, sicut iam non uiuant concupiscentiae, sed iustitiae, quemadmodum Iesus Christus semel mortuus est pro peccatis nostris, ac uiuit immortalē uitam, tibi largitori iustitiae, olim reuiuiscet & ipsi in beatā immortalitate. In his omnibus tua misericordia recipit ac protegit nos, Affligimur in hoc mundo ac uelut occidimur, sed te liberante respiramus, per poenitentiam mortificamur carne, sed tuo spiritu uiuificamur, obdormiscit hoc corpus culti in morte, sed per te resuscitatur in resurrectione. Perfecta uictoria praecessit in capite nostro. Uicit mundum, uicit principem huius mundi, uicit mortem, uicit peccatum, uicit persequentium rabiem: quoniam autē nobis haec omnia uicit, nos quoque magnanimos, & intrepidus aduersus haec omnia reddit nostra erga Iesum filium tuum fiducia, gaudentesque cum illo canimus Epinicion: Non timebo milia populi circumdantis me. Vidimus unigenitum tuum destitutum ac desperatum ab omnibus, etiam intimis amicis, te protegente triumphante de omnibus hostibus suis. Vidimus omnes tuos sanctos extrema passos in hoc mundo, neque ququam tamen destitutum ope tua. Nos ipsi tot malis uallati usque ad desperationem salutis, experti sumus tuum auxilium tum adesse maxime, quum in nobis minimum est praesidij. Quare post hac tua freti bonitate, tua uirtute animosi, non timeamus multa milia populorum circumuallantium nos. Fortior est tua uirtus ad protegendum, quam omnium inimicorum copia ad opprimendum. Plus nobis cauet tua sapientia ad salutem, quam hostium fraudulentia molitur ad perniciem. Plus ualet tua bonitas tot modis nobis perspecta & explorata ad praestandam animo nostro fiduciam, quam inimicorum omnium sequitia ad terrendum. Semper itaque gratias agimus tibi benignissime deus, siue quum affligimur aduersitate, quo fiduciam erga te nostram reddas spectatiorem, siue quum eripimur ac superamus ad consolationem aliorum et gloriam tui nominis. Ceterum quoniam quamdiu uersamur in hoc mortali corpore, subinde expectandus est hostium insultus, donec prorsus absorpta morte, tuto possimus dicere: Vbi est mors uictoria tua, ubi est mors stimulus tuus: ne relinquito nos, uiribus nostris, sed quoties undique cingent nos agmina malorum, praesens exitum intentantium, tu domine deus noster exurge in auxilium pusilli gregis tui ut serues illum, & intelligant inimici nobis esse deum, cui curae sumus, & cuius potentia nullus potest resistere. Agnoscimus multitudinem, potentiam ac facultatem hostium nostrorum, sed tamen aduersus hos tu nobis fiduciam praebuisti incolumitatis, quia deus noster es, in quo salutis spem collocauimus. Iam enim per filium tuum unicum Iesum, reddidisti nobis omnes aduersantes, uincibiles. Siquidem ille tolerantia uicit Iudaeorum malitiam. Ille tentatus à satana superauit illum. Ille uicit mundum à quo semper habitus est odio. Ille absorptus à morte ac redditus, fregit uires mortis. Ille descendens ad inferos contriuit tyrannidem principum huius mundi. Quoniam autem tem nobis uicit, iussit nos, quantumlibet imbecilles, in sua uictoria confidere. Confidite, inquit, quia ego uici mundum. Per filium itaque tu deus percussisti maxillam aduersantium populo tuo, ac dentes peccatorum contriuiti, ut impetere possint, deuorare ac deglutire non possint. Quoties Iudaeorum peruersitas, principum crudelitas, philosophorum supercilium, rhetorum eloquentia, haereticorum pertinacia late diductio rictu parabat absorbere pusillum gregem tuum, dicens: Deglutiamus eum sicut infernus uiuentem, & integrum quasi descendentem in lacum, sed tua sapientia sic pro nobis percussit maxillas illorum, ut quo magis illi sauirent, hoc magis inualesceret sermo Euangelicus. Circumit & hodie noster ille aduersarius tanquam leo rugiens, quaerens quem deuoret, sed tu domine contriuiti dentes illius. Acuit & hodie dentes suos in nos Iudaei, sed contritos, sic, ut maledicere possint, mordere non possint. Acuiunt & haeretici, sed in uanum, te cuncta uertente in profectum ecclesiae tuae. Aperit tartarus os suum, ut absorbeat inuocantes nomen Iesu, sed frustra, quoniam ille dixit, nec portas inferorum praualituras aduersus fiduciam Euangelicam. Solida petra est Christus, & petra est quisquis in Christo est: hanc contriuiti dentes commolere non possunt. Quemadmodum autem mala bestiae dentibus potissimum occidit, uel uelut leones & ursi, nonnulla & letale uenenum ferunt in dentibus: ita reperitur & homines, quorum dentes sunt illis, arma & sagittae, & quorum lingua gladius acutus, & sub quorum labijs latet uenenum aspidis insanabile. Haec nimirum est illa generatio, non ex deo profecta, sed ex diabolo, quae iuxta testimonium Solomonis, pro dentibus habet gladios, et comendit molaribus suis, ut comedat inopes de terra, et pauperes ex hominibus. Sed tu domine

Non timebo milia populi

Saluum me fac deus meus

Quoniam tu percussisti os meum

tu domine per Christū prestisti quod olim tuo nomine promiserat prophetia: Deus conteret dentes eorum in ore ipsorum, malas leonū confringet dominus. Rursus alibi: Super aspidē & basiliscū ambulabis & conculcabis leonē et draconē. Quondam impiū conciliū frendebat dentibus in Stephanū famulum tuū, sed cōtritis. Non enim poterat resistere sapientia & spiritui qui loquebatur. Idem cēsis apostolis denunciauerūt, ne predicarent nomen Iesu. Nimirū hoc erat stringere dentes in apostolos, sed audiūt: An magis obedirendū sit hominibus q̄ deo, uos iudicate. Qui falsis criminibus impetunt innoxios, qui cōuicijs incessunt pios, qui ad impietate sollicitant simplices, dentes suos acuiunt in illos. Sic & olim satanas, dicens Christo: Hęc omnia tibi dabo, si procidens adoraueris me: dentes uenenatos acuit in illum, sed ille cōminuit dentes illius, dicens: Scriptū est, dominū deum tuū adorabis, & illi soli seruiēs. Accusantes illū apud Annā & Caiphā, similiter et apud Pilatū uarijs criminibus, strinxerūt dentes suos in eum. Quum aduersus illū uociferarentur: Tolle tolle, crucifige crucifige: dētes habebant pro iaculis, quibus illum occidere poterunt, uincere non poterūt. Quum aduersus pendente, clamarent: Dixit se filium dei, descendat nunc de cruce: ueneno tinctis dentibus cōmordebant illū, sed domini patientia cōtriti sunt dentes illorum. Quir igitur metuamus illos, qui simili modo dentes suos contritos stringunt in ecclesiam tuam dicentes: Non est salus ipsi in deo eius: Imō dominū est salus, extra quem pereunt etiā qui salui uidentur, & in quo salui sunt, etiā qui uidētur inire. Si dicerent, non est ulla spes salutis ex uobis, non ex natura uiribus, non ex lege Moisaica, non ex humana philosophia, non ex meritis hominū, fateremur ac desponderemus animū. Nunc autē quoniam dicunt: non est salus in deo, magna fiducia respondemus illis: Domini est salus. Quir uos minitāmini exitiū, qui nec perdere potestis quenquā nec seruare? Solus deus potest occiso corpore mittere animā in gehennam. Solus potest etiā ab ipsis inferis reuocare animā. Quir alijs minatur exitiū, qui sibi nō possunt esse salutē: Hęc potestare sibi uindicabat Pilatus: An nescis, inquit, quod habeo potestatem occidendi te, et rursus potestatem seruandū te? Quid aliud poterat Pilatus, q̄ occidere corpus, nec hoc poterat, nisi tuo permissu, citra cuius uoluntate ne passerulus quidē cadit in terrā. Non est spes salutis in homine. Maledictus enim qui cōfidit in homine. Non est spes salutis in dijs gentiū, nō in principibus terrę, nō in angelis, nō in sanctis. Tu domine solus potes, quod per os prophetę tui prędicās. Videte quod ego sum solus, et nō est alius deus pręter me. Ego occidam, & ego uiuere faciā: percutiā & ego sanabo, & nō est qui de manu mea possit eruere. Qui sibi seruatores esse uolunt, pereunt in aternū: qui in alio spem salutis collocant q̄ in te, alii deū sibi fingunt, quū nō sit nisi unus deus, & idem uerę salutis autor. Est enim falsa salus, quę pertrahit in extremū exitiū. Abnegata ueritate, quā nos docuit filius tuus, seruasse uitā corporis, nihilo secius paulo post interituri, uera pernicies est. Ceterum quos tu seruandos susceperis, hos nulla creatura potest perdere. Iam hoc tui muneris est domine deus, quod tibi fidimus, quod non aliunde pendemus, q̄ ex tua uoluntate, quod ex animo dicimus, domini est salus. Tu quemadmodū cōcepisti, benedic populo tuo. Maledicant nobis hostes, modo tu benedicās. Nihil moramur humanas benedictiones, quę seducūt corda simpliciū, quū laudatur peccator in desiderijs animę suę, & iniquus benedicatur. Talibus benedictionibus tu maledicis. Semper erūt qui cōducant Balaam, ut maledicat populo tuo, sed filius tuus pronunciauit eos fore beatos, quibus maledixerint homines propter ipsum. Dauid patēter tulit maledicta Semei, nos etiā maledicentib, benedicimus, male precantib, beneprecamur, pro deuouētib, nos, oramus, filij tui et exemplū & doctrinā sequētes, ut tua benedictio semper foueat populū tuū. Da ut semper simus populus tuus, & cōfidimus nō de futurā benedictionē tuam. Nos interim uicissim benedicimus nomini sancto tuo, quod est benedictū in omnia secula, donec audierimus illā extremā tuā benedictionē, ex ore benedicti filij tui Iesu: Venite benedicti patris mei, possidete regnū, quod uobis paratū est ab origine mūdi. Habes specimē mi Viandale, sed extēporale. Si displicebit, nihil me fefellerit. Hoc expectabā. Sed tamē interim uelis nolts, probabis obsequium meum. Bene uale, cum his qui syncriter amant dominum Iesum. Basileę quinto Calend. Mart. Anno à Christo nato, M D XXIIII

Domini est salus.

IN PSALMVM TERTIVM PARAPHRASEOS Des. Erasmi Rot. finis.

R. P. IOANNI EPISCOPO LINCOLNIENSI in Anglia Erasmus Rot. S. D.



Nte complures annos primus omnium Caleij me cōhortatus es, integerrime pręsul, ut in Psalmorum opus æderem commentarios, nec uero delinens frequentibus epistolis eandem occinere cantilenam. Exorti sunt deinde, quum eruditi quidam, tum etiā principes qui idem flagitarent. Quibus dum uideo excusationem meam, licet mea sententia iustissimam, nō probari, subinde conatus sum introspicere sacratissimum hoc diuini spiritus adytum: uerum id tantem, aut aliō auocarunt occupationes, aut religio quędam ac ueneratio maiestatis ab ingressu deterruit. In primum psalmum olim ceu pręsulsi, in secundū iustum addidi commentarium, in tertium tentauit paraphrasim: nunc in quartum mitto concionem, nullum non mouens lapidem, si quā forte succedat. Nec adhuc usq̄ mihi satisfacio. Paraphrasim uix recipit huius operis natura, & tamē in tanta commentariorum turba lectior esset alia qua tractationis nouitate retinendus. Pergam, si tu gustum huius conatus probaris, & si conantem tuis apud deum precibus iuueris. Bene uale. Basileę nonis Ianuarijs An. M D XXV.

IN QVARTVM PSALMVM. CVM INVOCAREM, CONCIO DES. ERAS. ROT.



Vo plus habet difficultatis psalmi pręsentis explanatio fratres in domino charissimi, hoc intentius oportet animum aduertere, ne simul & uobis pereat fructus tam desiderabilis, & mihi sumatur inanis in docendo opera. Contemnit paululum laboris in amouendo nucis amaro cortice, durō que putamine, quo fruamini nucleo. Multo magis hic contemnetis paululum in attendendo studij, quo saluberrimo simul & iucundissimo cibo reficiantur animi uestri, quem uobis prębebit hic psalmus. Adesse dignabitur utriq̄ nostrum spiritus ille, quo fuit afflatus qui psalmum hunc ædificauit, si modo nos promptam animi uoluntatem pręstiterimus. In titulo uos non diu torquebimus, nam & hic uariis fertur. A septuaginta uidetur additus hic titulus: In finem in hymnis psalmus Dauid. Diuus Hieronymus hebræorum autoritatem sequutus, hunc pręfixit uictori, siue ad uictoriam in canticis psalmus Dauid. Sunt codices qui incerto autore, habet hunc titulum: In finem psalmus cantici Dauid. Quum auditis in finē, expectate sensum aliquem sanctiorē & abstrusum qui nobis Christi mysterium aperiat. Nam is est legis totius finis, hoc est perfectio. Quum auditis uictoris aut uictorię nomen, expectate mysterium mortis Christi, qua deuicit & oppressit satanę tyrannidem, & cuius pręsidio nos quoq̄ uictores euadimus, quoties oppugnamur à Satana. Quum auditis, psalmum cantici, cogitate spirituales musicę genus, quo uehementer delectatur rex noster Dauid uidelicet dominus Iesus, dum quod ore profitemur, factis & uita pręstamus. Psalmus enim organo canitur, ut tradunt, canticum uocis modulatio est. Deus autem magis glorificatur pia uita Christianorum q̄ laudibus aut hymnis illorum. Perfecta erit melodia, si utrunq̄ iungatur alteri. Si bona uita pręcedit canticum laudis, rectissimus ordo est, & domini referens exemplum, qui cepit facere & docere. Si contra, canticum erit psalmi, proxime laudis musica. Ceterum ubi canticū auditur, nec auditur psalterium, non delectatur hac musica deus, sed obturans aures dicit. Quare tu enarras iustitias meas? Apud Hebræos religiosa erat musica, sacręq̄ peragendis adhibebatur, atq̄ huius præcipuum studium apparet fuisse regi Dauid, qui non solum cantores instituit, qui uarijs organorum generibus canerent dominum, uerum etiam ipse non putauit indignum regia maiestate saltare, simul & canere ante arcem domini. Atq̄ hæc quidem apud illos per figuram agebantur. Nobis danda est opera ut in ea musica certemus, quę delectat aures dei. Socrates comperit summam esse musicam philosophiam. Nos intelligamus deo gratissimam esse musicam, quū nulla in parte uita nostra dissonat à præceptis ipsius, quū oratio nostra cū uita concordat, cū suauissimum

Exordium ab attentione.

Docilitas

Tituli mysterium.

Transitio.

mum fraternæ concordie concentu, nulla dissidiorum aut opinionum turbat dissonantia, quum lyra querula deplorat admissum, quum cymbalis benesonantibus gratias agimus, quum tuba libere personat sermonē Euangelicum. Hęc est musica qua pellitur spiritus malus, quo Saul agitabatur, hac conciliatur spiritus dei bonus, quemadmodum in libris regum de Heliseo legimus. Hęcienus de titulo, nunc ad psalmū. De cuius historico sensu nihil attingā, uel quia ne de hoc quidem conuenit inter scriptores, uel quia nō magno opere facit ad fructum pietatis, quē in presentia quærimus. Hieronymus arbitratur iuxta sensum historicum, non posse applicari ad Dauid. Alij diuersum sentiunt. Et inter quos conuenit ad Dauid iuxta literam pertinere, inter hos non conuenit de argumento historiae. Nos omisis his quæ plus habent contentionis quam fructus, tantum bifariam psalmum hunc uobis exponemus. Primum quomodo competat in Christum huius psalmi prophetia. Deinde quomodo pertineat ad omnia Christi membra, hoc est Christi corpus, quod est ecclesia. D. Augustinus putat hunc sermonem esse Christi post resurrectionem. Arnobius mauult eiusdem esse, sed pendens in cruce, quæ sententia mihi uidetur uero propior. Illic enim sacerdos secundum ordinem Melchisedech, seipsum holocaustū offerens deo patri, pro nobis intercessit, & exauditus est pro sui reuerentia. In hoc igitur sensu, quadruplex personarum discrimen oportet intueri, Christi, et huic adherentū, patris & impiorū, qui nondum agnouerunt Christum. Auscultemus igitur diligenter qui Christi morte sumus redempti, quid Pontifex noster pro nobis orauit, quo magis adnitamur, ne frustra pro nobis orauerit. Susceperat in se pontifex noster grauissimam sarcinam, uel delicta totius humani generis mala, quo nos ab omnibus malis liberaret. Versus itaq; ad amicos suos qui crediderant quidem, sed eorum animos mors ipsius deiecerat, gratulatur sibi, quod a patre sit exauditus, qui filij sui mortem acceptam habere dignaretur, pro totius humani generis salute. Hoc erat quod semper sitauerat, pro hoc crebro patrem interpellarat. Cum inuocarem, inquit, exaudiuit me deus, & autor & iudex iusticie meæ, qui nouit me solum esse immunem ab omnibus peccatis, & ideo sic uisum est illius bonitati, per unius innocentis mortem, mihi credentibus conferre iusticiam. A Iudæis quidē ac Pilato condemnatus sum, inter maleficos pendeo, probris impetor undiq; sed homines iudicant secundum faciem. Deus qui intuetur corda, solum nouit iusticiam meam, & ideo non restiti qui me persequuntur, sed deo commisi causam animæ meæ. Hęc ad amicos suos. Hinc uersus ad patrem addit. In tribulatione dilatasti mihi. Gratias agit patri cœlesti quod in tantis afflictionibus undiq; prementibus, & corpus & animam, solum indulsit solatium. Nulla erat in domino pars corporis, non plena cruciatus, manus & pedes clauis pertuderant, perfossum erat latus ferro, Caput afflixerant spinæ & arundo, faciem alapæ sputaquæ contaminarant, carnē uniuersam flagra uulnerarant, omnes artus distentis neruis, grauissimo dolore tenēbantur, oculi uidebant subfannantes pharisæos, & mouentes capita sua, aures audiebant: Vah qui destruis templum dei. Alios saluos fecit, seipsum non potest saluum facere. Hęc erāt ipsa cruce tristiora. Torquebat cor sanguine destitutum sitis morte durior, & porrectum est acetum ac uinum myrrhatum, ne palatū & lingua carerēt suo cruciatu. Sanctissimam illius animam multa discruciabant peccata totius mundi, pro quibus unus dabat pœnas. Quid autem grauius impiæ conscientie carnificina? Hanc totam in se transtulerat. Exulcerabat multorum incredulitas, pro quibus hęc frustra patiebatur. Susceperat enim infirmitates nostras, & dolores nostros iple portauit iuxta Esaia uaticinium. Hic erat hircus emissarius, in cuius caput pater imposuerat peccata non solum populi Israelitici, sed omnium regionum ac seculorum. Itaq; uere circūdederunt illum totum dolores mortis, & undiq; graui premebatur anxietate, sed in tanta afflictione qua maior nulla esse potuit, pater cœlestis non destituit filiū suum, sed imploranti subsidium, impartijt solatium bonæ spei. Mala constringebant undiquaque, undiq; pungebant, undique uulnerabant, & urgebat extremum malorum desperatio. Sed in hac, inquit, tanta anxietate tu domine dilatasti mihi. Dedisti tolerantiam, confirmasti spem bonā, ut animus esset capax afflictionum, quamlibet multarum, quamlibet grauium. Lata spes præbita est, uidelicet non solum ipsum reuicturum ad immortalitatem, non solum Israelitas qui credidissent in ipsum fore saluos, uerum etiam per omnes mundi plagas, quicumque profiterentur nomen crucifixi, salutem æternam assequuturos. Hanc fiduciam

*Cum inuocarem.**In tribulatione dilatasti mihi.*

fiduciam illi præbet pater, quum loquitur in psalmo secundo. Postula à me & dabo tibi gentes hereditatem, & possessionem tuā terminos terræ. Inuocauit, postulauit, quod erat promissum, & confirmata est latissima spes, quæ solatium attulit in tantis malis undique circūallantibus agnum immaculatum. Erat tum abiectionissimus omnium uiroꝝ, nō habens speciem neq; decorem, uermis erat & nō homo, opprobrium hominum, & abiectionis plebis, & tamen hunc nullus exaudisset inuocantem præter patrem, nec ille quem inuocauit nisi solum patrem, & ille exaudiuit inuocantem, qui solus potest omnibus præsidijs humanis destitutos, primum confirmare bona spe in afflictionibus, deinde temporarias afflictiones uertere in gaudium sempiternū. Nimirum hoc est quod dicit psalmus 21. Timent eum omne semen Israël, quoniam non spreuit, neq; despexit deprecationem pauperis. Nec auertit faciem suam à me, & cum clamarem ad eum exaudiuit me. Hic erat ille pro nobis factus pauper anxius qui coram domino pro omnibus effudit preces suas psal. 102. Domine exaudi orationem meam, & clamor meus ad te ueniat. Vultis uidere nostra causa constrictum angustijs dominum? Ego, inquit, sum uermis & non homo, opprobriū hominum, & abiectionis plebis. Vultis uidere dilatatum? Quum exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me. Constrictus erat in forma serui flagris cæsus, & cruci affixus, dilatatus gloria resurrectionis. Contrahamur & nos cum ipso per afflictionem carnis, ut dilatetur per illum uiuificatione spiritus. Sequitur: Miserere mei deus, & exaudi orationem meam. Moveri poterat hoc loco questio, quomodo hæc precatio miserere mei, cōpetat in personam Christi, qui nihil habebat miserandum; deinde qui cōsistat, ut qui modo egisset gratias, sibiq; gratulatus esset, quod exauditus esset, quod dilatata spe exhilaratus esset, rursus miserabiliter ploret, miserere mei, & exaudi orationem meam. Sed mirū uideri non debet, si clamat miserere mei, qui pro tot miseris orabat, qui miserias omnium nostrum in se receperat. Ille exauditus gratias agit, ac mox iterum clamat, ut nos doceat, nunquam esse cessandum ab orando. Semper agenda gratia deo, pro his quæ dedit, semper imploranda est illius misericordia, ut quod dedit tueatur, quod largitus est augeat, ut quod promisit in hac uita præstet ac perficiat in futuro seculo. Hęc quum orasset, nō expectato responso, sermonem suum uertit ad impios, nondum illustratos luce fidei, quod genus erāt Iudæi, qui condemnarunt, ignorantes dei iusticiam, Iesum, dum suam iusticiam tuentur. Cuiusmodi erāt gentes, quæ muta saxa pro dijs colebant, atq; his immolabant uictimas, in quibus nihil erat præsidij. Hos omnes misericors dominus cupit respicere, & amplecti paratam dei misericordiam, quam ipsis exorarat, clamans, miserere mei. Qui crediderint, iam facti sunt filij dei, per fidem & baptismum insiti Christo, proinde qui nondum crederant, eos appellat filios hominum, qui referentes terrenum Adam, nihil sapiunt nisi terrena, cor habentes defixum in rebus humilibus ac sordidis, nec erigentes animos in cœlum ubi uera felicitas est, fiduciam ponentes non in deo, sed in simulacris, sed in umbris rerum. Charitas immensa domini cupiebat omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem ueritatis uenire, & ideo magno affectu clamat ad hos. O filij Adæ, quum non properatis ut efficiamini filij dei, quamdiu cor habebitis depressum ac degrauiatum amore rerum humilium, quum gratis offerantur bona cœlestia: Quum ostensa ueritate, tamen ultro diligitis uanitatem? Exhibetur uobis lux illa cœlestis, & uos Iudæi adhuc mordicus tenetis umbras ac figuras legis: patefacta est cognitio ueri dei, ueræq; religionis, & uos gentes adhuc quæritis inania deorum simulacra: Tot seculis deus tolerauit ignorantiam uestram, nunc posteaquam lux uenit in mundum, quum ultro diligitis noctem ignorantie, & non potius amplectimini solem exorientem, qui discutiet uana rerum simulacra? Quis usque adeo demens est, ut quum profert se dies, omnia gratissima luce perfundens, fugiat in speluncam atram, ueluti noctem in die quæritans? Quis lumen si deur uidere requirit pristinae cæcitatatis tenebras? Quam profunda cæcitas erat, hominem colere pro deo. Sed crassioris est cæcitatatis, boues, simias, crocodilos, serpentes, dracones, pro numinibus uenerari. Proximæ cæcitatatis est, lunam, solem, ac stellas, corpora in usum hominum à deo condita, pro dijs adorare. Verum omnium crassissimus morbus est, cepas, lignū, lapides, æs, imagines hominum arte confictas adorare in quibus nec sensus est uel uis, nec uita. Atq; hæc nox tot annorū milibus totum orbem occupat. Quid hoc est aliud quæ querere mendacium? Vanitatis erat, & edere soli aut lunæ inesse numen aliquod

quum ex illis potius agnoscendus esset uerus deus, eorum corporum conditor. Erroris erat hæc adorare, priusquam Euangelica tuba per uniuersum orbem personuerat, non esse adorandum nisi unum deum patrem, filium, & spiritum sanctum. Sed deploratæ cuiusdam infelicitatis est animi morti deuoti, post auditam Euangelij tubam, adhuc incendere thura ligno & lapidi dicere, serua me. Mendacium erat miserabile, credere mortuos homines uerti in deos, uerum miserabilior est cæcitas, mendacium, ubi non est, querere, hoc est menti sibi ipsi, & fingere præstigiū quo uolens fallatur. Est huius uitæ uanitas iuxta ecclesiasten. quam homo non potest effugere. Est uanitas iuxta Paulum, cui omnis creatura subiecta est non uolens, ceterum eam a deo non diligit, ut ingemiscat ac parturiat, expectans reuelationem filiorum dei. Perniciosa uanitas est, quam quis diligit. Item mendacium est quoddam humanæ naturæ concretum, de quo legitur, Omnis homo mendax. Sed perniciosum mendacium est quod queritur, quod accersitur, quod adamatur. Equidem arbitrator totum hunc uersiculum, qui tribus articulis constat, quorum primus notat graues corde, secundus diligentes uanitatē, tertius quærentes mendacium, ad utrumque populū, Iudæorum uidelicet & gentium pertinere. Quum Christus uenisset, qui erat ueritas, tamen erant in utroque qui diligerent uanitatem, & quærent mendacium, quemadmodum sunt hodie quoque. Corpus habere graue, commune est omnium mortalium. Corpus quod corrumpitur aggrauat animam, ac terrenum domicilium deprimit sensum multa cogitantem. Hoc onere grauatus Paulus etiam ipse clamat. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Idem Corinthiis scribens, ingemiscit grauatus terrestri domicilio, superinducens cupiens domicilio cœlesti. Quamquam & hæc sarcinam nobis detrahet resurrectio, quum pro terreno ac animali corpore, quod ueluti semen terræ creditum est, nascetur spirituale. Sed interim miserum est habere cor graue. Habebant autem Iudæi, qui literæ affixi, non poterant erigere cor ad sensum spiritualem, qui in Christo nihil perspicere poterant nisi quod carnalibus cernebat oculis. Tale cor ex parte habebant & discipuli domini, priusquam spiritus ille cœlestis eximeret illis hoc terrenum, & infereret cor subuolans ad cœlestia. Graue cor habebant & græci philosophi, qui totam aciem dirigebant in res conditas, de substantiis à materia separatis, uix ceu per nebulam aliquid perspicere ualuerunt. Multo minus de simplicissima dei natura, & si quid de hac somniant aliqui, nimitum ex rebus mirabiliter conditis coniectantes opificem, tamen ab hac luce degrauiati deum utrumque cognitum, non coluerunt ut deum, qui quum sit mens æterna, pura mēte colitur, sed turpiter uiuentes gloriam dei uerterunt in simulacrum hominis, nimirum hoc est quod scribit Paulus Romanis. Euanuerunt in cogitationibus suis, & obscurati sunt insipientes eorum. Qui ebrii sunt, inquit alibi, nocte ebrii sunt; posteaque per Christum emicuit lux Euangelij, iam nox processerat, dies appropinquabat, itaque decebat abijcere facta tenebrarum, & induere arma lucis. Nec tamen desunt qui ex uespertina crapula iam dudum exorto sole tamen oculos habent grauatos, in clara luce cęcutientes. At leuior est corporis crapula, quæ somno decoquitur. Infelix est cordis crapula, quæ non perinde facile discutit potest. Ab hac igitur deterret discipulos suos dominus apud Lucam euangelistam. Videte ne grauentur corda uestra crapula, & ebrietate, & curis huius uitæ, subitusque uobis ingruat dies ille. Hæc crapula multis annorum milibus degrauiat corda mortalium, non gentium tantum sed & Iudæorum, qui subinde relapsi sunt ad cultum simulacrorum. Porro quod hic dicitur uanitas, græcis est *ματαιότης*, quæ uox magis significat superuacaneum quod quæ frustra sit, alioqui Latinis uanum dicitur, quod est inane, uerique uacuum. Et uanum dicitur qui falsa iactat. Simulacra uero uanitates appellari, multis scripturæ locis declarari potest. Quod enim est in libro Regum 3. prouocantes dominum deum Israel in uanitatibus suis, græce est *ἐν ματαιότησι*. Rursus apud Hieremiam, me ad iracundiam concitauerunt in sculptilibus suis, & in uanitatibus alienis, græce est, *ἐν ματαιότητι*. Rursus in Actis apostolicis cap. 14. Barnabas & Paulus cultum falsorum deorum, uanitatis nomine signant, annunciantes, inquit, uobis ab his uanis conuerti, græcis est, *ἀπὸ τούτων τῶν ματαιότητων*. Non solum igitur impium erat quod faciebant gentes, uerum etiam superuacaneum. Quid enim tam frustraneum esse potest, quam si quis occlamet statuæ, quæ non audit, si quis incendat thymiamam saxo, quod olfactu caret quam offerre donaria simulacro quod non uidet, inferre cibos ari, quod non sapit

uitam

uitam suam ac suorum comittere simulacro quod non uiuit, præsidium poscere à lapide qui sibi non potest esse præsidium, nec erigere se si quis desiciat loco, nec tueri se si quis comitatur. Iam mihi cogita quam profunda sit animi crapula, quum uideas cædi materiem, effigiarum truncum in imaginem quamcumque uoluerit artifex, quum uideas ex eiusdem ligni reliquijs, coqui cibos, quod reliquum est, ubi manibus humanis fuerit affixum in templo, habere pro deo. Videlicet hæc est illa crapula, quam describit Esaias cap. 29. Obsupecitate & admiramini, fluctuate & uacillate, inebriamini & non à uino, mouemini, & non ab ebrietate. Apud eundem prophetam cap. 44. eleganter depingitur hæc temulentia uanitatatis. Has tenebras a deo dilexerunt gentes, ut earum amore multis annis Christi præcones, omni malorum genere persequuti sint, & adeo ueterem errorem non reliquerunt, ut nouas etiam superstitiones ultro sibi commenti sint, an non hoc est querere mendacium? Parum erat colere patrios deos, quicquid erat apud peregrinas nationes falsorum numinum inuenerunt in suam ciuitatem. Aderat deus uerus, & ab hoc cauerit, quæsiere sibi falsos deos. Similiter & Iudæi dilexerunt uanitatem, & quæsiuerunt mendacium. Superua canea res est litera, si desit spiritus. Inanis res est umbra, si non teneas corpus. Inutilis est imago, si desit ueritas, & tamen Iudæi adhuc mordicus tenent sabbatismos, circumcisionem, delictum ciborum, uictimas, & alias hoc genus legis figuras, quas Christus per illas designatas, posteaquam aduenit, fecit superuacaneas. Adhuc pendunt à prophetarum promissis, quum is exhibitus sit, quem illi promiserant, uerum Messiam abnegant, & alium quemdam imaginariū expectant, quum non sit alius. An non hoc est querere mendacium? Ac nos quidem hoc debemus euangelio quod ab infans maiorum nostrorum religionibus liberati sumus, quod deum uerum agnoscimus, ac profiteamur, utinam liberi simus & ab animorum simulacris, & à dijs spiritualibus. Etenim quod quisque deo præfert, hoc sibi deum facit. Adhuc simulacris immolant, qui uentri, qui libidini, qui auaritiæ seruiunt, quam Paulus appellat cultum simulacrorum. Ad Iudæorum gentem adhuc cogitur clamare Christus, quod clamabat in cruce. Filij hominum usque quo graui corde, ut quid diligitis uanitatem umbrarum legis, quum per Euangelium exhibita sit ueritas, quum queritis mendacem Messiam, quum uerus Messias, iuxta prophetarum oracula, uobis tam euidenter sit exhibitus? Illud offendiculum fuit Iudæis, quod uenit humilis, quod damnatus est, quod subactus in cruce, quod mortuus, quod sepultus. At illi magnificum quædam regem expectabant. Verum ita defectum, ita iuxta mundam redactum in nihilum, dominus exaltauit ac dedit illi nomen, quod est supra omne nomen. Hoc quoniam incredibile uidebatur, adiecit. Et scitote. Si creditis intelligitis, si non creditis, tamen non potestis ignorare, quod deus mirificauit sanctum suum. Vidistis obscurari solem, uidistis contremiscere terram, uidistis aperiri monumeta, uidistis dissilire saxa, uidistis scindi uelut repli. A deo potens fuit illius infirmitas, a deo gloriosa fuit illius ignominia. Vos quidem reiecit hunc lapidem, sed deus hunc extulit, & iussit esse lapidem angularem. Hoc est quod dicit psalmus. Et scitote quoniam mirificauit dominus sanctum suum. Si quidem & alibi dicit. A domino factum est hoc, & est mirabile in oculis nostris. Quis crederet per mortem unius, uel tam parari omnibus? Quis crederet per crucis ignominiam, opprimi tyrannidem Satanæ, Quis crederet omnium pharisæorum, scribarum, pontificum, populi, principum conatus in diuersum uertendos esse? Quem illi coniurati, summa uis contendebant exitio tradere, per hunc deus salutem contulit uniuerso mortalium generi. Cuius nomen illi putabant proflus abolitum ex hominum memoria, huius gloriam deus illustrauit super gloriam angelorum & hominum. Ad huius nomen aperiunt caput, inclinant ceruices, flectunt genua, summi orbis monarchæ. Hoc nomen adorant angelicæ turme. Ad huius nominis inuocatio, ne reuiuiscunt mortui, contremiscunt demones, torquentur ac fugiunt noxii spiritus. Quod latinus interpres dixit mirificauit, græce est *θαυμάσιον*, hoc est, admirandum ac suspiciendum reddidit. Hic mundus si quem uult alijs suspiciendum reddere, uestit illum auro, gemmis ornat ac torquibus, imponit equo magnifico, addit titulos, statuas satellitum, tubas, confessus. Si quem uelit referre in numerum diuorum, præstigijs, ac fictis fabulis imponit rudi populo. At longe diuersa ratione deus rex cœli ac terræ suspiciendum reddidit sanctum suum. Habet & hic mundus sanctos suos, habet & pharisæicus ordo sanctos suos, sed deus habet unicum sanctum suum, quem nulla peccati labes affecit, quem sancti-

Et scitote q. m. d.

ficauit ac misit in mundum, ut per illum sanctificaretur omnes, qui profiterentur gloriam suam nomen eius. Quod autem dicit scitote, potest uel confirmantis esse uel exprobrantis. Sic apostoli excutientes puluerem de pedibus in eos, qui non receperant Euangelium. Veruntamen, inquit, scitote peruenisse ad uos regnum dei. Ira dominus ad Iudaeos incredulos, uos quidem me omni genere probrorum affecistis, uerum illud scitote, quod uobis omnia in diuersum molientibus, pater glorificat filium suum. Si gloriae meae splendor agnoscitis, est unde seruemini: si non agnoscitis, est unde uramini. Vestra malicia deus uertet in gloriam filij sui, & uelitis nolitis, intelligetis, non esse consilium hominum, quod ualeat aduersus consilium dei: non esse potentiam hominum, quae quicquam possit aduersus potentiam dei. Quod uult efficit, & nouo consilio uobis inscurabili perficit quod decreuit. Habetis prophetas, quibus noluit credere, nunc ipsa res discruciat oculos uestrorum, & lapis in quo seruari poteratis, uersus est uobis in lapidem offensionis, & in petram scandali. Vos reiectistis sanctum domini, sed interim non solum quinque ciuitates Aegypti, uerum etiam uniuersae per orbem nationes adorant nomen crucifixi. Crux illa quae gentibus ridicula quaedam res ac stulta uidebatur, quae Iudaeis erat scandalo, nunc superat omnium regum insignia. Sequitur: Dominus exaudiet me dum clamauero ad eum. Et hoc Christo peculiare, gloriam omnem ad patrem autorem referre, quo magis nos, si quid est laudis in factis nostris, non uindicemus nobis gloriam, sed deo laudem omnem transcribamus. Vos quidem, inquit, obliuiscitis, & obliuiscitis monumentum ne resurgam, sed quemadmodum Ionas clamauit de uentre Ceti, & redditus est praeter omnium expectationem uiuus, ita me quoque clamantem ab inferis exaudiet dominus, ac tertio die suscitabit ad uitam. Semper enim pater audit filium, & quicquid uult filius, idem uult pater. Non implorabo Moysi, aut aliud humanum auxilium, solum deus suscitabit mortuos. Et si fuerit anima mea in profundo tartari, tamen illinc intendet clamorem suum, ut perueniat ad aures patris. Prophetas autem Baal, qui clamant, ne reuiuifcat impostor ille, ne fiant posteriora peiora prioribus, serua nobis templum hoc, serua uictimam, serua sacerdotium, ac dignitatem hanc, deus non exaudiet: factis est quod audit uos Pilatus clamantes, tolle hunc, tolle hunc, crucifige, crucifige, & ueniat sanguis eius super nos, & super filios nostros. Et non habemus regem nisi Caesarem. Haec uoces ideo sunt exaudita, quo uel sic sciretis, quod dominus glorificauit sanctum suum, quem uos studuistis afficere ignominia. Solus enim ille uere gloriosus est, quem glorificat deus. A gentes quidem ad quas prophetarum ac legis promissa non peruenierunt, Euangelio credentes amplectuntur dominum, a patre sanctificatum ac glorificatum, & in cruce illius gloriantes absque legis onere, iustitiam ac sanctimoniam consequuntur. Solum Iudaei quibus erat promissus Christus indignantur, nec ferunt hanc salutem gentibus omnibus esse communicatam, maluntque carere salute, quam eam habere cum circumcisis communem, non intelligentes deum non delectari circumcissione corporis, sed cordis, & omnes habere pro filiis Abrahae, qui fidem imitantur Abrahae. Huiusmodi Iudaeorum inuidiam dominus increpat dicens. Irascimini & nolite peccare, quae dicitis in cordibus uestris, in cubilibus compungimini. Quid, inquit, irasceris inuide Iudae? an tibi aliquid decedit de promissis, quod dei benignitas totum orbem complectitur? isthaec ira pene grauius peccatum est, quam quod me suffixisti cruci, et te ipsum perdis, dum inuides proximo, abnegas patrem, dum non credis illius filio. Si placet irasci, sic irascere, ut non pecces. Irascere peccatis tuis, & amplectere misericordiam. Quid tibi frustra blandiris uelut iusto, & incircumcisos abominaris, uelut immundos? Nullum reperi a peccatis immunem. Quid mihi iactas opera tua? quid exprobras gentibus uitam impiam & impuram? ex fide salus est, non ex operibus. Si uis salubriter irasci, imitare gentium iram, his deus coepit esse propicius posteaque ipsi sibi coeperunt irasci per uitae prioris poenitentiam. Praeter alia uitia quibus mades Iudae etiam iustitiae tuae sunt inquinatissima. Impura sunt ieiunia tua, prophanae uictimae, impij sabbatismi. Non ista iam quaerit dominus, animi puritatem requirit, quae nascitur ex fide sincera & charitate non ficta. Age poenitentiam, irascere peccatis tuis, ac desine peccatis tuis addere peccatum omnium grauissimum incredulitatem obstinatam. Quae dicitis ore, etiam dicite in cordibus uestris, ne semper de uobis queri cogatur deus: populus hic me labijs honorat, cor autem eorum longe est a me. Item in psalmis de uobis querela textitur. Et dilexerunt eum in ore suo, &

Dominus exaudiet me etc.

Irascimini & nolite pecc.

lingua

lingua sua mentiti sunt ei, cor autem eorum non erat rectum cum eo, nec fideles habiti sunt in testamento eius. Ore canitis prophetas, & eum quem prophetae denunciant auersamini. Mordicus tenetis legem Moysi, & me quem unum tota lex annunciant contentis. Adoratis patrem deum, & blasphemias iactis in eius filium: ore gloriamini de circumcissione carnis, & mentem habetis incircumcisam. Dicitis uos seruare sabbatum domini, dum quiescitis corpore. Ista sunt hominum sabbata, sabbatum domini est animus habere tranquillum ab omni tumultu uitiorum, hoc sabbatum assidue uiolatis. Crebris lotionibus utentes, iactatis mundiciam uestram, quum intus corda uestra plena sint omni spurcicie. Ore tenetis litteram legis, & spiritum legis abnegatis. Clamatis templum domini, templum domini, & ecclesiam quae uerum domini templum est, execramini. Quousque mihi sic mentimini: Iudaei uocamini, hoc est confitentes, & nulli pertinacius obstrepunt euangelice ueritati. Quam diu discrepabit os a corde? Tandem aliquando sit sincera & integra uestra professio. Intelligite legem spiritualiter, iam incipietis in cordibus dicere, quod ore loquimini: iam incipietis uobis ipsis irasci, agnoscentes cecitatem uestram. Nolite desperare salutem, quod crucifixi sitis filium dei, fuit error admixtus uestro sceleri. Deus non uult mortem peccatorum, sed ut conuertantur & uiuant. Quamquam haec non incongruenter, & ad gentes posita commo dant. Apud hos philosophi multa praedicabant de deo optimo maximoque, quem describebant sacrum, immentum, omnipotentem, omnia moderantem, omnia sciens, infusum per omnia, & tamen a nullo comprehensum, nec tamen hunc ut deum glorificauerunt, sed res conditas maluerunt colere, quam omnium conditorem. Multa differebant de summo bono, de habitu usque uirtutis, de honesto per se expetendo, & tamen uita non respondebat orationi. Quin & Poetae multa tradiderunt de praemijs eorum, qui hic innocenter pie que uiuissent, de cruciatibus aeternis impiorum, de pijs euentis ad immortalitatem, & tamen sic uiuerunt, quasi nihil horum crederent quae loquebantur. Et his igitur recte dicitur: Quae dicitis, dicite in cordibus uestris, dicite ex animo, & agnita ueritate, pudeat impietatis: agnita uera iustitia, poeniteat iniustitiae. Apud deum nullum est discrimen, inter Graecum & Scytham: nec submouet a salute quamlibet enormis criminum magnitudo. Agnoscite uestrum malum, fide promissis Euangelij, & accipietis gratis oblata salutem. Grauis est in deum contumelia, daemones & saxa ipsi praetulerunt. Grandis est impietas, seruatorem adegisse in crucem. Verum omnium malorum obliuionem pollicetur, si modo resipiscatis. Nec requirit ut hanc culpam multis holocaustis expietis. Imolata est uictima pro peccatis omnium, tantum agnoscite uestrum peccatum: delinite iactare uestram iustitiam, & accipite dei gratiam, hoc fiet si in cubilibus uestris compungimini. Quid adhuc obambulatis in plateis ac foribus pharisae? lurida facie, prolixis precibus, magnificis stolis, latis phylacterijs, sanctimoniam uenditans populo? Relinquit publicum, ubi captatur aura popularis, intra cubile tuum, inspicite legis interioris sensum, uidebis nihil a Prophetis de Christo praedictum, quod a me non sit expletum. Mox excute conscientiam tuam, & agnita malicia tua commoueat poenitentia. Ista breuis animi perturbatio, pariet tibi perennem animi tranquillitatem. Male nunc acquiescis in lege non intellecta, ac tibi falso iustus uideris earum rerum obseruatione, quae non praestant ueram iustitiam. Neque enim sanguis hircorum aut uitulorum emundat conscientiam a peccatis. Ista uictimae tantum umbram habebant uerae purificationis. Sequitur itaque. Sacrificate sacrificium iustitiae & sperate in domino. Tempus est ut cessent umbrae, posteaquam uenit corpus, posthac alij uictimis placandus est Deus. Nec alias hostias iam deus requirit a uobis, quam a gentibus. Arbitror autem & hunc sermonem ad utrumque populum pertinere, tam gentium quam Iudaeorum. Neuter enim immolabat sacrificia iustitiae. Porro sacrificium iustitiae potest bifariam accipi, uel quod iuste fiat ac legitime, uel quod iustum reddat sacrificantem. Ac gentium quidem sacrificia adeo non iustificabant, ut impios potius ac impuros redderent, nimium plena non modo superstitutionis, uerum etiam impietatis. Quid enim magis impium, quam maculare proprios liberos, quod fecisse legitur Agamemnon, quodque ex publica consuetudine fiebat apud Aethiopes, ac Scythas. Iam quid iniustius, quam honorem soli deo debitum, tribuere daemonebus, hominibus, bestijs, cepis, ac mutis statuis? At Iudaei quidem deo uictimas immolabant, & tamen nec illa iustitiae sacrificia dici poterant, primum quod per illa non

In cubilibus

Sacrificatio sacrificij iustitiae

ditus, quicquid habet boni, non sibi vindicat, sed auctori dominoque suo transcribit omnia, gratias agens etiam in afflictionibus: nec uitam expetit, nec mortem horret, confidens se protectore deo, cui se consecrauit, non posse perire; siue uiuat, siue moriatur, semper illud Pauli uersans in animo: Siue uiuimus, siue morimur, domini sumus. Porro sobrie, pie, iusteque uiuere, in Christo Iesu, est sacrificare sacrificium iustitiae, quae admodum ante docuimus ex Esaia. Nemo potest id facere, nisi speret in domino. Sumamus exemplum e rebus infimis. Oenopola lucri causa, uisat uinum mille modis, & uenenum magno uendit proximo suo pro uino. A credarguenti conscientiae dicit, cogor hoc facere, alioqui non possum alere familiam, non erit unde placem creditores. Quid huic respondendum est? O bone tantum sacrificia sacrificium iustitiae, & spera in domino, quod deest censui, supple frugalitate: magnū enim uectigal parsimonia est. Ne quo modo fraudes proximum tuum, in potius subleua, quum res exigit, quod reliquum est per mitte domino. Non deserere, nisi tu deseris ipsi fidere. Quod de Oenopola dictum est, potest ad omne genus opificum ac negociatorum accommodari, in quorum singulis dictum mirum, quantum sit fraudis & in iustitiae, quantum non esset, si uere sperarent in domino. Est aliquis in consilio principis, uidet & doler multos innocentes opprimi, multa statui contra fas piūque, cuperet obistere, sed deterret alia cogitatio. Si quid liberius tentes aduersus animum principis, submo ueberis ab officio. An non ista est cogitatio diffidentis deo? Tu tantū sacrificia sacrificium iustitiae, & spera in domino. Illi sacrificia unde speras praemium, quod si non reperitur in hac uita, tanto copiosius rependetur in futura. Itidem in omni uita genere, multa undique cooriantur, quae depellant a iustitia, sed qui confidit in domino, sicut mons Sion, non commouebitur, & qui conlisterit in solida petra, quae est Christus Iesus, nulla tempestate deici poterit. Quum Esaia damnalet uictimas impuras, & ingratas domino, & ostendisset sacrificia iustitiae subiicit. Et uenite & arguite me dicit dominus. Non recusat argui per fidem, nisi praestiterit quod promissit. Quid uero promissit? Si quis quid hic ipsius causa neglexerit, uel commodi uel incommodi, promissit cen tuplum in hoc seculo, & uitam aeternam in futuro. His promissis qui certo credit, nulla occasione depelletur a sacrificio iustitiae. Quoniam autem per pauci sunt, qui uere credunt, ideo sequitur: Multi dicunt quis ostendit nobis bona? per pusillum est grex confidentium domino, si conseratur ad multitudinem diffidentium, & tamen huic pusillo gregi speranti in domino, dicitur est, nolite timere, uestrum est enim regnū caelorum. Timere, diffidere est. Timuit Petrus, & coepit mergi. Iudaei non credebant promissis dei, nisi signo uisibili exhibito oculis. Graeci qui sapientiae humanae studio tenebantur, non credebant, nisi quod humanis rationibus probaretur. Eoque mundum esse conditum non credidit Aristoteles, & anima superesset corpori, imò quid omnino esset anima dubitauit. Gedeon non sisus est angeli promissis, nisi posteaquam ignis emicans e petra consumeret carnes, & azymos panes, subitoque ex oculis euauisset, qui ignem elicerat. Ac ne sic quidem ausus est cum Madianitis committere, nisi gemino uelleris signo confirmatus. Iudaei postulabant a domino signū aliquod ostendit caelitus. Thomas non credidit apostolis nisi suis oculis uidisset, suis digitis contrectasset, quae illi referebant. At qui uera fides nihil moratur rationes humanas, quae fidei robur labefactant magis. Confidit futurum, quicquid promittit scriptura diuina: non argutans ac disputans, an implicet, ut aiunt, contradictionem, quod promissum est, tantum dicit omnipotens est qui promissit, & uerax est, nec se ipsum potest abnegare. Multi dicunt, etiam inter eos qui Christianae fidei titulo gloriantur, quis ostendit nobis bona? uidere uolunt, sentire uolunt, quod audiunt, nec quicquam credunt, nisi quod cernunt oculis, quod tenent manibus. An non audimus has uoces inter Christianos? Quid hic habeam scio, quid post habiturus sim nescio. Agricola factio in terram semine, expectat speras prouentum, & credit terrae, & nos diffidimus promittenti deo, nisi protinus exhibeat, quod promittit.

Esa. 28 Apud Esaia clamatur dominus, qui crediderit, ne festinet. Et iuxta Paulum: Spes quae uideatur, non est spes. Nam fides est substantia rerum sperandarum, argumentum non apparentium. Dominus in Euangelio beatos pronunciat, qui non uiderunt, & crediderunt. Et psalmus secundus dicit beatos omnes, qui confidunt in domino. Atque his congruens apostolus, spe, inquit, salui facti sumus, sed quoniam quod non uidemus, speramus, per patientiam expectamus. Similiter Ioannes Apostolus in epistola prima: Charissimi, inquit, nunc

nunc filij dei sumus, & nondum apparuit, quod erimus, scimus quod quum apparuerit, similes ei erimus, quoniam uidebimus eum, sicut est. Et omnis qui habet hanc spem in eo, sanctificat seipsum, sanctificat se sicut & ille sanctus est. Quid est sanctificare seipsum? quid aliud, quam sacrificare sacrificium iustitiae, ita interim similes reddimur illi, qui se pro nobis sacrificauit. Qui per fidem facti sunt filij dei, sic referunt parentis imaginem, uidelicet innocentia uitae, nec ante tempus exigunt plenitudinem promissorum, contenti arrabone. Uident interim oculis fidei, licet per speculum et in enigmate, donec ueniat quod perfectum est. Carnis oculi non uident, nisi quod propius ad motum est. Fides etiam illa uidet, quae procul absunt, quae reposita sunt, & nondum apparēt. Proinde Ioannes apostolus. Omnis, inquit, qui peccat, non uidet deum, nec cognouit eum. Quare non uidet? quia caret luce fidei, uersans in tenebris peccatorum. Abique fide, nulla est salus. Siquidem haec est uita aeterna, ut cognoscamus patrem esse solum uerum deum, & quem misit Iesum Christum. At quomodo cognoscemus illum, nisi uiderimus oculis fidei? Nobis sit interim satis, sic uidere, sic contrectare promissa. Habet enim fides non solum oculos suos, sed habet & manus. Contemplatione cernimus, sensu mentis arcano quodammodo contrectamus. Hic est arrabo, spiritus qui diffusus est in corda filiorum. Cetera signa non faciunt certam spem. Vidit Pharaon horrida prodigia, nec credidit. Viderunt Iudaei Christum quotidie tot eadem miracula, ac nihilo secius diffidebant. Verū ubi qui propter iustitiam expilatur, conuertitur in uincula, caeditur, affligitur, occiditur, tamen in medijs malis sentit animum futurae felicitatis spe exultantem, certissimum habet signum, quod ipsa sibi suppeditat fides. Fides autem est donum dei, quae profligatis peccatorum tenebris, illustrat mentem nostram. De hoc dono Christus gratias agens patri, & suo & ecclesiae suae nomine dicit: Signatum est super nos lumen uultus tui domine. Qui diffidunt Euangelij promissis, quorum maxima turba est, dicunt: Quis ostendit nobis bona, pro malis quae patimur? Multae sunt afflictiones iustorum, eas uidemus, sentimus, palpamus. Sed ubi bona quae promittuntur? Vidimus interire corpus, redigi in cinerem. Resurrectionem promissam audimus, non uidemus. Itaque comici lenonis sententiam, si non uerbis, certe factis efferunt: Nos spe precio non emimus. Si homo diffidat homini, mirū non est. Omnis enim homo mendax, qui si quid etiam optima fide promissit, saepenumero non potest praestare, quod recepit. Et tamen homo fidit homini, si in contractu intercesserit stipulatio, si fidei iussio, si arrabo, si testes, si syngrapha, si pignus, si foedus. Haec omnia quum multo copiosius praestiterit deus, nobisque multo certius cauerit, tamē tam certo promissori diffidimus. Credimus homini, qui iam semel atque iterum bona fide fecit, quod pollicitus est: & non credimus deo, qui nihil non praestitit, quod ante tot annorum milia pollicitus est per prophetas: Solū hoc quod superest de iudicio, de quo resurrectione, non credimus. Habemus syngrapham scripturam diuinam. In ea sunt sexcenta capita, in quibus pollicitatoris fides ad unguem exhibita est, quae de ceteris dubitamus: Habemus tot milia testium, cum ex ueteri, tum ex nouo testamento, & in alijs pactis credimus quatuor aut ad summum septem testibus, hic non credimus tot milibus? Dicit tibi Christus: Quicquid dederis huic egeno, mihi imputa, et reddā hic centuplum, mox uitā aeternā. Respondes, si dederō, quis mihi reddet? unde uiuet uxor & liberi? Aditur foenerator, postulat pecunia reddenda in annum tertium, accipis syngrapham, & non dicis quis mihi reddet unde alam familiam? Qui cautissimus est, accipit pignus, anteque numerat. Verū quae multos nos nouimus quibus imposuerunt pignora. Soli deo, qui filium unicum dedit nobis pignus, qui addidit arrabonem spiritus, qui praestitit omnia, quae per prophetas promiserat, alioqui incredibilia: qui praesens tot miraculis astruxit fidem promissis, qui tot milia testium produxit, qui tam diris cruciatibus, tanta perpetuanda mortis alacritate praebere testimonium Christo, non possumus credere, semper clamantes, quis ostendit nobis bona? Facebant a nobis fratres haec uerba diffidentium, sed cum capite nostro potius agamus gratias deo dicentes: Signatum est super nos lumen uultus tui domine. Multi sunt uocati, sed pauci electi. In eos quos eligere dignatus est, effudit lumen uultus sui. Felices quibus hoc lumen affulserit. Admiranda res est sol, at hunc deus iubet oriri malis pariter ac bonis: ceterum lumen uultus sui non ostendit, nisi quos peculiariter elegit. Sol huius mundi uultum habet, quem ubi protulit uidetur ab omnibus percipit. At Deus uultum habet non omnibus aequalem, uidebunt hunc qui in eum compunxerunt

1. Cor. 13

Ioan. 3

Signatum est super nos

compunxerunt, & exanimabuntur, Videbunt hunc iusti, & stabunt in magna constantia. Talis erit olim iudex uisitorum, & mortuorum, & nunc per fidē illucescit cordibus electorum, auertens uultū ab his, qui diligunt hunc mundū. Videte autē quot modis illuxerit animis nostris, ne quid liceat prætendere nostris peccatis. Addidit homini cōditō lumē ingenij, quo perspiceret quid esset fugiendū, quid expetendū. Id quē esset per inobedientiam obscuratum, reliquit tamen scintillam, ueluti seminarium quoddā reuocandæ lucis. Illuxit nobis in hac mundi fabrica mirifice cōdita. Illuxit per legem & prophetas: illuxit per filium in terras missum, qui lux erat mundi: illuxit per sacros libros, illuxit per miracula, illuxit per apostolos & martyres, illucescit etiam hodie per donū fidei, & afflatum spiritus sui. Vultus dei fauor est dei, quem Paulus gratiam uocat. Hoc lumen non solum aperuit nobis, uerum etiam signauit. Quod autem latinus uertit signauit, non est *εὐφροσύνη*, quod suspicari uidetur diuus Augustinus, qui hic annotat, tanquā denarius signatur regis imagine, sed *εὐφροσύνη*, quemadmodum nauigantibus in uasto pelago, cymosura signum est cursus: aut quemadmodum lumē procul ostensum ē turri, designat quem portū debeant petere, qui nocte obscura nauigant. Idquē opponitur incredulorum murmuri, quis ostendit nobis bona: Fides ostendit immortalitatis portum, resurrectio præstat. Nautæ non raro falluntur suo signo. Hoc signum lucis, quod per fidem & sacras literas nobis extulit deus, neminem potest fallere. Annotauit enim hoc Hieronymus, alijque literarum Hebraicarum periti, uocem eius linguæ sonare quasi dicas, leua signum, siue uexillum. Nam & in bellis extollitur signū, quod in tumultu sequantur milites. Atque his signis non raro falluntur, & in exitium pellicuntur & milites & nautæ. Signum autem quod suis extulit deus, citra ullum errorē omnes perducit ad salutē. Huius signi typum habebat columna ignea, quæ Israelitis per desertam tendentibus, ad terram promissam dux erat nocturnæ protectio nis, quum interdū præcederet columna nubis. Habet & nostrum signū lucem in tenebris opinionum, & aduersitatum, habet nubem refrigerantē ab amore rerū, iuxta mundū prosperarū. Idem datū est signum serpentis arietis, quod pro cetero serpente sublatum est, quo ferret omnibus conspicuū. Qui uertebant oculos ad signū erectum, satiabantur à mortuiferis, qui nō uertebant, peribant. Præstat hoc donū dei, ut eō uertamus oculos, quem admodū docet præceptor noster Iesus: Nemo uenit ad me, nisi pater meus attraxerit eum. Datum est & tribus magis signū, quo perducerentur ad cunabula Iesu. Hoc signū nō apparuit scribis, nec Herodi. Quare nō apparuit: quia nō habebant oculos illuminatos per lucem fidei. Quare nō apparuit: quia signum erat sublatū in altū, & illi oculos habebant defixos in terrā. Metuebat Herodes ne depelleretur à regno terreno: metuebant pontifices & pharisæi, ne periret ipsorum quæstus, & regnum. O die cæcos oculos. Quomodo tales uiderent signū, & cæcis ostensum: Ideo Simeon ille senex, cui tā caligabant oculi corporis, sed uigebat acies fidei, de signo hoc uaticinatus est: Hic positus est in ruina, & in resurrectionem multorum in Israel, & in signum, cui contradicetur. Qui nam erant illi multi: maxima pars Iudæorum, qui dicebant, quis ostendit nobis bona: quosque offendebat miracula Christi. Lux uenit in mundū & homines dilexerunt magis tenebras quā lucem. Quoniam autē Iudæi noluerunt uidere signū erectum, factum est lumē ad reuelationē gentium, ac iuxta Zachariæ uaticinium: Visitauit nos, qui procul eramus, oriens ex alto. Deus lux est, huius filius dominus Iesus, lumen est à lumine profectū: ueritas lumen est æternū, nunquā occidens in sese. Verum ut hoc lumen uideamus, opus est alio lumine, quod auferat tenebras animi nostri peccatis occæcati, ne nobis usui ueniat, quod usui uenit Iudæis, qui uidentes nō uidebant, quia quod uidebant nō credebant, quemadmodū habet Psal. 35. Quoniam apud te est fons uitæ, & in lumine tuo uidebimus lumē. Nisi prius aspexerit nos deus, fieri nō potest, ut ipsum uideamus. Quis ille pro sua misericordia, uultum fleuit ad nos, tum illuminatur & excitantur oculi nostræ mentis, ut uicissim intendantur in illum. Vnde frequenter in mysticis literis orant sancti deum, ut faciem suam deflectat ad ipsos. Ita psal. 83. Protector noster aspice deus, & respice in faciem Christi tui. Rursum psal. 88. Domine in lumine uultus ambulabunt, & in nomine tuo exultabunt. Item psal. 31. Intellectum tibi dabo, & instruā in uia hac qua ambulabis, firmabo super te oculos meos. Rursum psal. 43. Non enim in gladio suo possiderunt terrā, et brachium eorū non saluauit eos, sed dextera tua & brachium tuum, & illuminatio uultus tui. Nox adfert trepidationem, lux disciuit nocturnos

nocturnos metus, & addit fiduciam, unde psal. uigesimo sexto. Dominus illuminatio mea, & salus mea, quem timebo. Gratulatur & psal. 117. Deus dominus & illuxit nobis. Orat psal. 66. Deus misereatur nostri & benedicat nobis, illuminet uultum suum super nos & misereatur nostri. Quemadmodum autem sol nubilus & obducus, contristat omnia, serenus exhilarat uniuersa, ita deus duas habet facies, nubilam ac serenam, quarum alteram orant sancti ut auertat, alteram deprecantur ne auertat. Sic enim clamat propheta psal. duodecimo. Vt quo domine obliuisceris me in finem, usque quo auertis faciem tuam à me. Item psal. uigesimo nono: Auertisti faciem tuam à me, & factus sum cōturbatus. Item psal. 43. Quare faciem tuam auertisti, obliuisceris inopiā nostrā, & tribulationis nostræ. Iterum psal. 118. sic orat propheta: Faciem tuam illumina super seruum tuum, & doce me iustificationes tuas. Clamat & psal. 79. Ostende faciem tuam & salui erimus. Idem orat alijs locis pluribus, quā ut hic sint referendi. Quin & ipse dominus hoc pollicetur Paralip. 2. cap. 3. Pius enim & clemens est dominus deus uester, & non auertet faciem suam à uobis, si reuersi fueritis ad eum. Habet etiam alterā ut dixi faciem, quā in firmitas humana ferre non possit: hæc est facies iustitiæ & uindictæ, de qua meminit psal. 67. Sic pereant peccatores à facie dei, & iusti epulentur, & exultent in cōspectu dei. Nimirum hic est aspectus misericordiarum, qui nobis facit spem ueniæ, ac mox sequitur de impijs. Et turbabuntur à facie eius. Hanc faciem Hieremias appellat faciem iræ ac furoris, & conticuerunt, inquit, arua pacis, & facie iræ furoris domini. Horret hanc dei faciem & psalmographus: Ante faciem frigoris eius quis sustinebit: Rursus alibi: Auerte faciem tuam à peccatis meis. Nec populus Israeliticus poterat intendere in hanc faciem, ac ne uocem quidem eius ferre. Itaque quum uenisset tempus euangelicæ gratiæ, deus sumpsit aliam faciem, quā & ferre possimus & amare. Sumpsit humanam speciem, ut seruaret omnes, ne periret quisquam. Gratia condonauit omnium omnia peccata, per fiduciam in filium suum Iesum. Sed ut ad rē, Deus iuxta naturam incorpoream nullam habet faciem, quā huc aut illuc deflectat, quæque nunc hilaris sit ac placida, nunc torua, ac turbida, sed ex æquo perspicit omnia, tum bona tum mala, non solum præsentia, uerum etiam præterita ac futura: tamen iuxta tropum scripturæ diuinæ, respicere dicitur quum fauet, auertere faciem quum subducit suam misericordiam, quod ubi fit, nos grauis, ac terrificus inuadit horror. Facit hoc nonnunquā offensus peccatis nostris, nonnunquā etiam à pijs ad tempus auertit faciem suam, ut agnoscant, quā nihil possint ex sese, nisi perpetuo dei fauore fulciantur. Auertat faciem tuam à Petro, quum abiuraret dominū suum, sed iterum flexit ad illum faciem suam Iesus, quum cepit amare flere. Ergo quum esset inter mortales omnes summa desperatio salutis, gentes teneret adeo crassa dei ignorantia, ut saxa muta pro dijs colerent; item apud Iudæos litteræ legis affixos corrupta essent omnia, pariterque nox erroris ac uitiorum occupasset uniuersos, deus misertus nostri, extulit signum clementiæ suæ, ostendit omnibus uexillum euangelij, suspēdit filium suum, qui est imago dei inuisibilis, in sublimi cruce, in quem quisquis per fidem intenderet oculos pectoris, liberaretur ab omni uirulentia peccatorum. Per hoc signum discussit gentium ignorantiam, dissipulit Mosaicæ legis umbras, & euangelicæ lucis gratiam effudit in orbem uniuersum. Dominus in monte crucifixus est, pependit in sublimi, quo signum esset omnibus conspicuum. Hoc est quod ipse dicit in euangelio: Cum esset tatus suero à terra, omnia traham ad me. Hoc erat quod ardēter sitiebat, clamās, uenite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam uos. Iudæi gratiæ lucem studebant abscondere, & in angulum protrudere, iactantes nō esse salutem nisi circuncisis. At deus signum suum uoluit esse illustre, & cōspicuum uniuerso terrarum orbi, quemadmodum ad Titum scribit Paulus: Apparuit gratia dei, & seruatoris nostri omnibus hominibus, erudiēs nos. Quod latinus interpres uertit, apparuit, apostolus græce dixit *εὐφροσύνη*, hoc est illuxit, siue illustris facia est. Ac mox commemoratis tenebris, quæ totum mundum occupant, ostendit exortum lucis. Eratus, inquit, aliquando & nos insipientes, & increduli, errantes, seruientes desiderijs, & uoluptatibus uarijs, in malicia, & in uicia agentes, odibiles, odientes inuicem. Auditis noctem & desperationē salutis. Nunc attendite sublatum signum bonæ spei. Cum autem benignitas, & humanitas apparuit seruatoris nostri dei, nō ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos, sed secundum misericordiam suam saluos nos fecit, per lauacrum regenerationis, & renouationis spiritus sancti, quem

Hier. 25

Psal. 147

Luc. 2

effudit in nos abunde per Iesum Christum seruatore nostrum, ut iustificati gratia ipsius, hæredes simus secundum spem uitæ æternæ. Et hic rursus, apparuit, græce est *ἐπιεικής*, quemadmodum modo subnotabamus, cæterum quod interpres uertit, benignitas, Paulus dixit *ἡπιότης*, quæ opponitur austeritati, & quod Latinus dixit humanitas, græce est *φιλανθρωπία*, quæ uox sonat fauorem ac beneuolentiam erga genus humanum. Quid hoc signo amabilius? Quid hac facie dei desiderabilius? At ne quisquam diffidat huic signo, subiicit apostolus: Fidelis sermo. Quoniam autem, ut dixi, dominus Iesus, pro sua in nos charitate, incredibili ardore sitiebat humani generis salutem, iuxta quod ipse loquitur in euangelio: Ignem ueni ut mitterem in terram, & quam uolo ut accendatur, gratias agit patri, quod morte sua multis esset paraturus uitam æternam. Dedisti, inquit, læticiam in corde meo. Videbat dominus etiam quæ uentura essent, & iam datum putat, quod impetratum est; dedisti læticiam in corde meo. Pater tradidit in mortē filium suū, & pro omnibus tradidit illum. Idem dedit læticiam in cor filij, quoniā autor & fons est totius salutis. Quid ni læticiam in corde senserit optimus ille pastor, pro salute generis humani, quum unicam ouem pastor homo, repertam cum gaudio imponat humeris, ac reportet ad causas, quum mulier de reperta drachma sic gaudeat, quum super uno peccatore recepto, tatum sit gaudium angelis dei? Quo maior est charitas, hoc uberius est læticia: quo charius redimitur, quod perierat, hoc tenerius amamus quod receptum est. Si Paulus apostolus tatum gaudium perferit in corde, ob paucos conuersos ad euangelium, ut uelut ebrius læticia, sepe gessit ac gloriatur, sicut ad Philippenses. Fratres, inquit, mei charissimi, & desideratissimi, gaudium meum, & corona mea, sic fate in domino charissimi. Similiter ad Thessalonicenses: Quæ est enim nostra spes, aut gaudium, aut corona gloriæ? nõnne uos, ante dōminum Iesum Christū estis in aduentu eius? uos enim estis gloria nostra, & gaudium. Per hanc gloriam, ceu per rem sacram, iurat alicubi. Hanc gloriam, hoc gaudium, omnes illius spirant epistolæ, quum interim ob euāgelium tot malis affligeretur, uinculis, carceribus, flagris, bestijs, lapidationibus, naufragijs, fame, siti, nuditate, periculis undequaq; intentatis, insidijs fratrum, opprobrijs, laboribus, curis. Ergo si Pauli cor sensit ex paucorum hominum salute tantam læticiam, quantum existimamus illud fuisse gaudium, quod in corde perferit dominus, quod habebat totum igni charitatis accensum? Sic apud Lucā priusquam uenisset tempus peragendi sacrificij, legitur exultasse in spiritu, gratulans de salute credentium. In ipsa, inquit, hora exultauit in spiritu sancto & dixit: Confiteor tibi domine pater cæli & terræ, quod abscondisti hæc a sapientibus, & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Etiam pater, quoniam sic placuit ante te, omnia mihi tradita sunt à patre meo. Quod euangelista uocat spiritum, psalmographus appellat cor, nec ut arbitror caret emphasi quod dictū est, dedisti in corde meo; corpus enim totum deditum erat cruciatibus. Et tamen hanc cordis læticiam, nec ipsa mors potuit auferre. Huius gaudij communicationem pollicitus est apud Ioannem. Iterum autem uidebo uos, & gaudebit cor uestrū, & gaudium uestrū nemo tollet à uobis. Hoc igitur est uerum, solidū & perpetuū gaudium, quod in medijs etiam huius mundi tumultibus, dat pater cœlestis. Subiicit propheta tātū gaudij causam. A fructu frumētī uini, & olei sui multiplicati sunt. Pater domini nostri fuit agricola, quemadmodum ipse testatur in euangelio. Ipse erat granum frumētī, quod mortuum ac terræ cōditum, copiosum fructum attulit. Ipse erat granum sinapis, quod quum sit minimū inter olera, tamē excreuit in arborem, late porrectis ramis, ut uolucres sub his nidularentur. Erat uitis uera, quæ per uniuersum orbem porrexit palmitum suorum propagines. Agricola magno desiderio expectat prouentum suæ segetis uineq; cupit quod plantatum, ac seminatum est, quā copiosissimo cum fœnore prouenire, supputans dies messis. Huius messis auidissimus dominus, uidelicet nunquam à patre dissentiens, loquitur apud Lucam: Messis quidem multa, operarij uero pauci: rogate dominum messis: ut mittat operarios in messem suam. Et apud Ioannem iubet oculos dessecti ad regiones, quod iam albescunt segetes, & falcem quodammodo flagrant. Ante mortem domini Iesu, parcus ac malignus erat Euangelij prouentus, quando quidem nec fratres ipsius credebant illi. Cæterum ab eo tempore, quo prouenit semen iactum in terram bonam, quo uitis cœpit dilatare palmites suos, in omnes mundi plagas, multiplicati sunt credentes. Nam ad primam Petri concionem; accesserunt horreis ecclesiæ, tria fermē hominū milia.

Et in

Et in Actis apostolicis, subinde repetitur, creuisse multitudinem credentium. Atq; intra paucos annos, per homines humiles, & idiotas, eosq; non multos, religio Christi per omnes mūdi regiones propagata est, quæ post, nescio quibus de causis, rursus in angustū contrahi cœpit. Quod nos legimus, à fructu frumētī, alij legunt, à tempore frumētī, nec ad sensum magni refert, siue fructum dicas suo tempore prouenientem, siue tempus legitimum suos fructus adferens. Flabebat hoc mysterium sua tempora. Multis seculis adumbratū est, multis seculis promissum est oraculis prophetarū. At ubi uenit plenitudo temporis, ac deus per filium & apostolos misit semen suum, surgere cœpit ubiq; gentiū copiosissima messis euangelici frumētī, uberrima copia uini, quod nobis fundit uitis euangelica. De oleo quod addiderunt septuaginta, & retinet usus ecclesiasticus, apud Hebræos nulla mentio est. Vnde acciderit nescio, certe nõ arbitror contemnendū, quod autoritas septuaginta nobis tradidit, quod tam multis seculis usus ecclesiæ comprobauit. Nec mihi displicet ueterum interpretatio, quorum est Arnobius, qui frumentū & uinum referunt ad communionem corporis & sanguinis domini, oleum ad sacrum chrisma, quo cōsecramur in baptismo, unde & Christi dicimur. Nolite tangere Christos meos. Quamdiu res agebatur circūcisionibus, lotionibus frigidis, delectu ciborum, lanienis pecudum, pauci profelyti sese iungebant Iudæorum religioni, quorum pleriq; deteriores reddebantur, q̄ accesserant. Verum ubi uenit ille, qui nos tinxit igni spiritus sancti, ac iuxta Ioannem, unctio docere cœpit nos de omnibus, ubi seges euangelicæ doctrinæ late sic creuit, ubi multum euangelicæ charitatis efferbuit in animis hominum, multiplicati sunt Christi cultores. Quoc̄ magis obstitit Iudæorum ac principum seueritas, hoc latius sese fundebat euangelij prouentus. Multiplicati sunt igitur non armis, non bellis, non opibus, sed in medijs persequutionibus replebantur gaudio, & spiritu sancto. Hoc oleum nesciebant hypocrite tristes, qui offuscabant facies suas: hoc multum biberant apostoli, quum populo uiderentur temulenti, loquentes uarijs linguis in publico. Hoc frumento saginabantur, qui crediderant apostolis, per singulas domos frangētib; panem in memoriam domini. Sic enim legis actorum cap. 2. Erant autem perseverantes in doctrina apostolorū, & communicatione fractionis panis & orationibus. Ac mox, quotidie perdurantes unanimitè in templo, & frangentes circa domos panes, sumebant cibum cum exultatione, & simplicitate cordis. Hoc erat symbolum militum Christi, hic erat commeatus, hæc erant præsidia surgentis ecclesiæ. Fractione panis fœderabantur, doctrina euangelica pascebantur, oratione pugnabāt. Sic inter mundi tumultus, increuit ille populus cœlestis. Porro quod annotauit Augustinus de pronomine, sui, quasi per hoc discretum sit frumentum dei, à frumento hominum, uinum dei, à uino hominum, oleum dei, ab oleo hominum, nõ huc pertinet ut excludatur interpretatio ueterum, de pane, & calice consecrato, sed ut aperiat locus ipsius interpretationi, quam solus ipse cōmentus est, argute magis, q̄ solide, de quo mox non nihil attingemus. Quis enim uereamur nostrum dicere, quod nobis donauit deus, qui totum filium nobis largitus est, simul cum illo donaturus omnia, si filij membra sumus. Hic est panis filiorum, unde nihil datur canibus. Et hunc panem quotidie petimus à patre, dicentes: Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Neq; uero sit impium, aut absurdum, sermonem Euangelicum interpretari panem & uinum, unde multiplicantur discipuli, quum apud Ioannem sexto, ipse dominus sese prædicet esse panem uitæ ac post rixam carnalium, subiicit: Amen dico uobis, nisi manducaueritis carnem filij hominis, non habebitis uitam in uobis. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet uitam æternam, & ego resuscitabo eum in nouissimo die. Caro enim mea, uere est cibus, & sanguis meus uere est potus. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in illo. Hunc locum uetustissimi doctorū interpretati sunt, de sermone ueritatis. Christus est autem ipsa ueritas, & sermo patris. Sequitur enim ego loquutus sum uobis, spiritus & uita sunt. Sed sunt quidam ex uobis qui non credunt. Ex his colligitur hunc panem, & hunc potum, non conferre uitam, nisi ijs, qui sumunt spiritualiter, hoc est qui credūt scripturæ sacræ. Deceuit autem numerus carnalium Iudæorum, creuit numerus spiritualium, qui comedunt uerum panem, qui de cœlo descendit: qui bibunt Christi sanguinē, qui confert uitā animæ; qui unguuntur oleo spirituali, quod in

afflictionibus huius uitæ dat gaudium ineffabile, nec unquam auferendum. Habebant Iudæi suum manna, quo gloriabantur, habebant panes propositionis, quibus non licebat uesci, nisi sacerdotibus: habebant oleum, certis ritibus confectum, quo non licebat abuti in usus prophanos, & capitale erat imitari præscriptam consecutionem. Christiani habent oleum multo sacratius, & omnibus commune: habent panem, & uinum, quæ conferunt uitam æternam, nec ulli negantur, modo non desit quo sumat, hoc est fides, aut spes fidei. Qui comedit corpus domini indigne, iudicium sibi comedit, qui audit sermonem domini, neque credit, accersit sibi grauiorem damnationem. Comedit Iudas, & post buccellam panis, in troiuit in eum saranas. Audierunt pharisæi, & offensi sunt, usque ad molitionem crucis. Apostoli uero qui prius apud Iudæos erant pauci, apud gentes multiplicati, postea quæ etiam super illos descendit spiritus sanctus, quia sermonem euangelicum promptis animis receperunt, hoc est panem cœlestem comederunt, & domini sanguinem biberunt, iam repleti spiritu sancto, cum iungi gaudio uiuere cœperunt, magna cordis alacritate perpetentes, quicquid infligebatur pro nomine domini Iesu Christi.

In pace in idipsum dormiam

Hanc ecclesiæ suæ frequentiam, opulentiā, & hilaritatem quoniam dominus uidebat per mortem suam impetrandam à patre, consummatis omnibus, quæ ad hoc sacrificium pertinebant, uolens ac sponte deposuit animam, certus de resurrectione, non tantum sua, uerum etiam omnium, qui credituri essent euangelicæ doctrinæ.

In pace, inquit, in idipsum dormiam & requiescam. Quoniam tu domine singulariter in spe, constituisti me. In pace, & in idipsum perinde sonat, quasi dicas: in pace & concordia, ut intelligas summam conscientiæ tranquillitatem, ac fiduciam. Non est pax impijs, Christus autem morte sua pacificauit omnia quæ in cœlis, & quæ in terris: neque solum hominem reconciliauit deo, uerum etiam omnes totius orbis nationes Christiana cōcordia confœderauit, Iudæos, Græcos, Latinos, Scythas, & Indos, antea tot legibus, tot ritibus, tot morum & ingeniorum uarietatibus dissidentes. Omnes enim reddidit unum in se. Dormiam, inquit, quia mox reuicturus: & requiescam uidelicet in sepulchro agam sabbatum, dominicum diem mea resurrectione cōsecraturus. Legitur deus egisse sabbatum die septimo, posteaquam mundum hunc absoluerat, per filium autem condiderat mundum. Idem per eundem instaurauit quod condiderat. Peractis omnibus, quæ pertinebant ad redimendum genus humanum, egit & ipse sabbatum suum, requiescens in sepulchro. Multis somnus etiam irrequietus est, ob insomniorum phantasmata. At dominus non tantum dormiuit, sed requieuit etiam, quum animam haberet nullius mali sibi conscientiam, nihil hæsitantem de promissis diuinis. Etenim qui dubia spe metuque torquetur, aut non capiunt somnum, aut somnum habet parum requieter. Et ideo subiicit: Quoniam tu domine singulariter in spe, constituisti me. Pater tradiderat filium suum in manus impiorum, & fecerunt in eum quæcunque uoluerunt, usque ad crucis ignominiam, neque quicquam ab illis omissum est, quo prorsus abolerent illius memoriam: sed immolata uictima, per quam reconciliare uolebat genus humanum, semouit illum ab oculis ac manibus illorum, hoc est enim quod dicit singulariter *καταμόνας*. i. seorsum. Conditus est enim dominus in monumento nouo, in quo nemo fuerat positus, & solus erat inter mortuos liber, quem mors quidem absorbit, sed quoniam in eum nullum habebat ius, coacta est prædā reuomere, & capta est dum captat escam quæ sub cibo corporis humani tegebat chalybē diuinæ naturæ. Dominus qui prius pateretur ad omnes humanas iniurias se præbuit, non legitur à resurrectione cuiquam apparuisse aut contrectatus esse præterquam ab his quos selegerat à mundo. Itaque semotus ac separatus est à mundo, & nunc quoque requiescit liber ab omnibus malorum afflictionibus: requiescit autem in spe quam illi pater certissimam fecit, uidelicet futurum, ut quemadmodum ipse sublatus ab huius mundi malis fruitur immortalitatis gloria, ita membra quoque sua subducta à collusione mundi colligat olim ad eiuſdem immortalitatis consortium. Nec est oscitater prætereunda sermonis Emphasis. Quod enim latinus uertit constituisti, septuaginta ex Hebræi sermonis proprietate uertitur *καταμόνας*, id est habitare fecisti siue domicilium dedisti. Dicat aliquis, quid congruentia est spei cum domicilio? Si quid oritur periculi, domus cuique tutissimum est refugium: & si quis cupit cetera de tranquillitate uiuere, domi se oblectat tutus ab hymbribus ac uentis, reliquisque cœlesti iniurijs, tutus à bestijs ac populū tumultu. A tot malis quibus hic mundus affligit Ecclesiam domini

Quoniam tu domine singulariter

domini, sola spes resurrectionis tutissimum est suffugium. In hac spe, quam solus pater dare potest, requiescit caput nostrum, expectans tempus ut omnes suos ad eandem quietem femoueat. Habetis optimi fratres alterum sensum, iuxta quem psalmum hunc accommodauimus ad Christum caput & huius corpus ecclesiæ, tametsi nonnulla sunt inſperſa, quæ ad sensum moralem pertinent, quem nunc uobis quanta poterimus breuitate reddemus. Nihil hætenus arbitror esse dictum quod non magno opere pertineat ad omnium nostrum salutem, uerum quæ nunc dicuntur sumus hoc attentius sunt à uobis accipienda, quo propius ad unumquemque nostrum, & ad quotidianam uitam pertinebunt institutionem. Quapropter oro uos ut si qui sunt inter uos qui dormitarunt hætenus nunc expergiscantur, qui uigilant nunc alacrius aduigilent. Rursus igitur ab initio personæ subijciendæ sunt oculis. Ac primum in sublimi collocandus est deus speciator ac moderator omnium, quæ geruntur in terris, nec refert an hic illius filium colloces, cui pater dedit omnem potestatem in cœlo iuxta atque in terra. Deinde non refert an in ædita specula colloces Dauid prophetam, aut quamuis aliam mentem per fidem subduciam à rebus humilibus ac terrenis: iamque spe & desiderio uersantem in cœlis, sed interim in medio pensilem, ut nunc oculos attollat sursum desiderio uitæ cœlestis, nunc rursus impellente charitate fraterna oculos demittat in terras. Atque in terris pone caliginem densissimam, uariosque tumultus: in summo ubi sedet deus lucem ineffabilem, quæ nihil habeat admixtum caliginis: in medio, sublustre quiddam ac temperatum, quod si cōferas ad ima, serenus dies uideri possit, si ad summa, noctem diucas, sed talem qualis esse solet, iam sub exortum auroræ rareſcentibus tenebris & albescente cœlo. Habet unusquisque nostrum crucem suam, ea est carnis mortificatio, hoc est omnium humanorum affectuum. In hanc qui sublatus est minus patitur terrenæ caliginis, sed cœlo ut inus cupit altius euolare. Addantur huic crucifixo sodales, hoc est qui canentem auscultent, & sibi gratulantur uictissimè adgratulentur. His ita digestis in animis uestris ad sensum Ethicum accingemur. Titulus, ut diximus, meminit Dauid. Is Christum typum gessit. Dauid autem sonat fortem manū. Talem oportet esse qui uelit psalmum deo gratum canere, qui uelit in his canticis reportare uictoriam, qui uictor in finem, hoc est ad speratum immortalitatis brabeum cupiat peruenire. Vbi uictoria merito fit, ibi intelligitur esse certamen. Habebant Ethnici musicorum certamina, in quibus qui uicisset inanè applausum multitudinis ac brabeum uile ferebat. At non est huius musicæ certamen parum serium inter Christianos, neque leuia aut ludicra petuntur præmia. Proposita est immortalitas si quis cantico uicerit. Corpus hoc cum suis affectibus organum est, hoc si per afflictiones rite pulsatum fuerit, si per spiritum carnis mortificatorem bene temperatum, melodiam reddet auribus Christi gratissimam. In hoc certamine quisquis perseuerat usque in finem, hic saluus erit, poteritque cum Paulo dicere: Bonum certamen certauit, cursum consummaui, fidem seruaui. In reliquum reposita est mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi dominus in illo die, iustus iudex, non solum autem mihi, sed & his qui diligunt aduentum eius. Auditis ago nothetam huius musicæ certaminis. Iudex est sed iustus, non fraudat quemque pro merito suo præmio. Nec ducitur studio personarum, quod frequenter usu uenit in certaminibus quibus canitur hominibus: ubi iudex uel fallitur uel corrumpitur. Ethnici canebant hominibus, & humanum ferebant præmium, Iudæi canebant deo. Multis in locis hortantur nos psalmi mystici ad cantandum, ad psallendum, ad iubilandum, sed deo. Simus igitur & nos Iudæi, quo psalmum cantemus domino. Iudæus dicitur confitens. Qui non confitetur se peccatorem, qui non confitetur quicquid habet boni, se totum debere misericordiam diuinam, non est uerus Iudæus, nec psalmum canit domino. Multi philosophi durissime tractant corpus suum, quidam etiam uolentes se tradiderunt exitio, sed quoniam per hæc uenabantur humanam gloriam, nec spectabant unicum illum scopum, qui est dominus Iesus, non cantabant domino. Item pharisæi Ietunijs macerabant corpus suum, decidebant de facultatibus suis decimas in subsidium pauperum, orabant prolixè, tamen quoniam hinc sibi laudem uendicabant, non canebant domino, sed hominibus, & ideo petuntur præmium audient ab Agonotheta: Amē dico uobis recepistis mercedem uestram. Nos qui didicimus ex euangelicis & Apostolicis literis, quod palmitem nihil possint sine uite, quod non sumus idonei qui uel cogitemus aliquid ex nobis, quod non ex operibus nostris, sed ex fide gratiaque salutem assequamur, confiteamur domino, quoniam bonus, & illius misericordiam

Sensus moralis

2. Tim. 4

cantemus in aeternum, dicamusque illi in beneficiis cum psalmista: Ut cantet tibi gloria mea & non compungar. Nemo sibi intus canat. Apendium illum Citharcedum è prophanis adagijs referens, in negotio pietatis. Nemo canat hominibus, deo canamus psalmum: nostrum, ut ab illo feramus primum aeternae uitae. Non solum apud Iudaeos, uerum etiam apud gentes musica sacris adhibebatur. Quale est sacrificium nostrum, talis esse debet & musica. Sacrificium est rationale, huic congruit similis musica, confessio criminum, preces, gratiarum actio, tam in aduersis quam in prosperis. Haec tenus de titulo, nunc ad psalmum. Etiam si me non fugit inter recentiores quosdam hebraissantes esse rixam de scrupulis tituli & argumeto psalmi. Quae si cui cordi est excutere, est unde petat. Nos malumus persequi quae propius faciunt ad studium pietatis. Admonuimus alias primum psalmum uideri praefationem totius operis. Victor aut uictoriae nomen additum est in coplurium psalmorum titulis, in quibus canuntur domino gratiae, quod aduersus insultus affligentium suis tulit auxilium. Sunt & alij qui tametsi dissimili sunt titulo, tamen non dissimili sunt argumeto, quibus omnibus erudimur, aduersus omnia mala tutissimum esse praesidium cum fiducia implorare auxilium dei. Etenim psalmus secundus à querimonia incipit. Quare fremuerunt gentes, hanc habens clausula: Beati omnes qui confidunt in domino. Querulum est exordium tertij: Domine quid multiplicati sunt: &c. Finis ostendit in domino esse praesidium. Domini est salus, & super populum tuum benedictio tua. Quintus exorditur ab imploratione. Verba mea auribus percipe domine, clausula declarat auxilium unde sit: Domine ut scuto bonae uoluntatis tuae coronasti nos. Et huius psalmi titulus meminit uictoris quae ad modum & sextus, cuius initium habet implorationem auxilij, finis declarat à deo contigisse uictoria aduersus inimicos. Conuertatur, inquit, & erubescat ualde uelociter. Idem deprehendit in plerisque psalmis, si cui uacabit obseruare. Haec eo pertinent ut penitus infigatur animis nostris, in omnibus afflictionibus non alio confugiendum quam ad opem diuinam, in quo quisque fiduciam suam collocarit, certam uictoria reportabit ex hostibus suis. Haec est enim uictoria quae uincit mundum, fides nostra. Proinde quum ingressus huius psalmi habeat implorationem auxilij, finis ostendit uictoriam ex fide contingere. Quonia tu domine singulariter in spe, constituisti me. Multae quidem afflictiones iustorum, & quicumque uolunt pie uiuere in Christo Iesu, non possunt effugere quin in hoc mundo persecutionem patiantur, at non est quod quisquam despondeat animum, fortior est unus protector nostrus deus, quam omnes aduersarij. Tantum in illo colloceamus fiduciam praesidium, & illius opem assidue imploremus. Quid respectas humana praesidia, qui semel te deo consecrasti? Quis desperans tui confugis ad laqueum? Quis ab improbatu artibus, aut daemonebus flagitas opem in rebus dubijs? quemadmodum Saul per Phytionissam exiuit Samuel. Quid expendis tua merita? Quis metiris uires tuas? Istud tantum spectas, quam bonus, quam potens sit qui te tuendum suscepit. Atque ut intelligas paratum auxilium, non dixit: Postquam inuocassem exaudiuit, sed inuocantem exaudiuit, quemadmodum ex Hebraica ueritate transtulit Diuus Hieronymus, septuaginta uerterunt *εὐχόμενος* quasi nondum peracto sermone implorantis, praesto fuerit auxilium dei. Non enim exigit ab orante multiloquium gentium, aut Pharisaeorum, sed fiduciam. Quisquis autem implorat opem, agnoscit simul & imbecillitatem suam, & dei bonitatem. Nihil implorat Euangelicus ille Pharisaeus domini iudicio posthabuit publicano, tantum commemorat sua benefacta. Publicanus procul stans clamat miserere mei peccatoris, & exauditus est. Nec ita magni refert ad sententiam utrum haec dicantur Deo, quemadmodum ex Hebraica ueritate transtulit Diuus Hieronymus: Exaudisti me Deus iustitiae meae, an sodalibus pijs, an simul & pijs & impijs. Nec satis liquet quamobrem septuaginta personam mutandam esse duxerint. Si placet persona secunda, erit gratiarum actio pro subsidio celeriter impartito: si tertia, erit gratulatio, quae gaudium animi communicet amicis. Decet enim inter sanctos & gaudium & moerorem esse communem, ut uerum sit quod scribit Paulus: Quum dolet unum membrum, simul dolent omnia membra: quum gloriatur unum membrum, pariter gloriantur & cetera membra. Quod si haec ad impios etiam referantur, erit exhortatio ad inuocandum dominum: Inuocauit & exauditus sum: Concipite & uos bonam fiduciam exemplo meo, inuocate & exaudie mini. Habet autem haec gratiarum actio triplicem utilitatem. Primum uetur id quod acceptum est, dum

dum agnoscit cui debeat quod accepit. Indignus enim est ut diu fruatur dono dei, qui si benedictus eius boni laudem, quae tota debetur auctori deo: deinde qui deo gratias agit, iam beneficium retulit. Nec enim homo potest alia ratione rependere uices deo, nisi praedicandis illius erga se beneficijs: nec deus aliud premium à nobis postulat quam sacrificium laudis quo gaudet honorificari. Postremo petax est ista gratiarum actio. Egenus quum diu pro beneficio ueteri gratias agit, nouum flagitat. Homines hac gratiarum actione nonnunquam grauantur, at deus qui diues est in omnes, & cuius benignitas largiendo non potest exhauriri: gaudet praedicatione suorum beneficiorum ad largiorem beneficentiam prouocari. Hoc enim uere est quod Graecorum proverbio dicitur *τὸν ἰσχυρὸν εἰς πρῶτον*. Est autem illud Christianae charitatis, apud omnes de praedicare diuinam erga se bonitatem, quo & inuocatio ex mutua consolatione crescat spirituale gaudium, quae gratia Paulus desiderio uidebatur uidendi Romanos, ut ex communicatione fidei quam illis donarat, deus, mutua consolatione confirmarentur utrorumque animi. Praeterea fiat, ut à pluribus agantur gratiae deo. ~~Impijs loquens, qui abiecit spe contabescunt in malis suis, & non uident deum qui debent petere malorum remedium. Ita Paulus ad Titum: Eramus enim & nos aliquando insipientes & increduli, errantes, seruientes desiderijs. Et mox ostendit unde uenisset beneficium: cum autem benignitas & humanitas &c. Idem ad Timotheum: Qui prius blasphemus fui & persequutor, & contumeliosus, sed misericordiam dei consequutus sum. Quae sunt philosophi rationem qua quis seipsum citra iactantiam possit laudare. Haec est certissima uia, ut si quid mali sit ascribamus nobis, si quid obringat bonum, tribuamus laudati numinis, semper illud Paulus: ~~deus est qui me in hoc mundo seruauit. In domino laudat quidem seipsum, qui se laudat cuius dona commemorat modo, ne futurus hypocriteos uitiet hanc praedicationem. Qui praesidio dei uicit temulentiae uicium, uulter apud intemperantes compotores praedicabit. Antehac mihi non uidebar uiuere, nisi cotinuis ac uino indulsissem, nunc inuocato domino mentem hanc consequutus sum, ut nihil mihi dulcius sobrietate, nec ab ulla re magis abhorreat animus quam a temulentia. Antehac credebam esse difficillimum abstinere à iurando, nunc adiutus gratia dei sentio nihil esse facilius quam non iurare. Quondam nihil aequae fastidiebam quam sacrorum uoluminum lectionem, totus addictus Poetarum fabulis, nunc huc auxilio dei profeci, ut nihil habeam dulcius quam in literis sacris uersari. Olim gaudebam & obtracere quibuslibet & alios obtracantes audire, nunc assiduis precibus hoc impetraui, ut nullum uitium magis detester, quam obtracationem. Quondam arbitrabar non posse fieri ut ab adulterijs ac fornicationibus mihi temperare, inuocauit dominum, & quod uidebatur impossibile, ille reddidit facillimum: quod uidebatur amarum reddidit suauem, adeo ut nunc exhorreat animus ea quae dudum uidebantur esse iucunda, mihi gratuler hanc libertatem, qui à tam furiosis dominis effugerim. Cum uitio auaritia & ambitionis mihi diu grauis ac periculosa lucta fuit. Collocauit spem omnem in domino, desijit torqueri talibus curis. Qui meruit tolli in crucem domini, & cui contigit per spiritum mortificatio membrorum terrenorum, huiusmodi sermonibus celebrata beneficentia dei liberatoris, debet & alios ad spem eiusdem libertatis accendere. Leuius quidem est momentum in rebus corporum aut extraneis, sed tamen hic quoque non oportet silere beneficium inuocati dei. Qui seruati sunt ex morbo, praedicant artes magicas. Qui feliciter pugnarunt in acie, praedicant gladios fortunatos & industria. Tu qui seruatus es implorato Christi praesidio, quis taces gloriam seruatoris tui? Dic passim apud omnes: Cum inuocare dominum, exaudiuit me, ut qui ante confugiebam ad sacrilegos, magos, incantatores, discam ad dei praesidium confugere: qui siue liberat à periculo, siue non liberat, tamen inuocatus seruat, quum illi plerumque fallat, ac tum maxime perdat quum seruari uidentur. Non arbitror simplices admodum reprehendendos, qui in periculis inuocant Christophorum, Georgium, Antonium, aut Nicolaum, modo serio canant hunc psalmum, cum inuocarem, exaudiuit me dominus. Nullus enim sanctus praeter unicum illum, auctor est huiusmodi beneficiorum, sed ipsi seruati dei praesidio, gratulantur & nobis eodem praesidio seruandis, nec pudet eos hunc psalmum nobiscum canere, quem Christus nobis praecinuuit. Inuocauerunt, dilatati sunt, optant omnium salutem, requiescunt in spe filiorum dei, expectantes in resurrectione promissum immortalitatis premium. Didicimus in nobis nihil esse praesidij, didicimus aliunde praesidium inuocandum~~~~

Deus iustitiae
meae

in carcere. Ecce anxietas. Sed inuocato domino, liberatur per angelum. Apostoli caduntur uirgis, magna anxietas, sed ibant gaudentes à conspectu consilij. Stephanus undique premebatur à lapidantibus, sed uidet celos apertos. In quanta angustia quanta dilatatio. Iam si repetamus exempla ueteris instrumenti, comperimus omnes pios multis afflictionibus exercitos fuisse, sed horum nulli defuisse consolationem, quoniam non aliunde petebant auxilium quam à deo. Ioseph afflictus est, coniectus in lacum, sed hinc deus euegit ad summam gloriam. In summis angustijs uersabatur Ionas quum deuoratus esset à ceto. Sed è belug uentre clamauit ad dominum, & dilatauit angustias dominus. In quantas angustias erant coniecti pueri tres, in fornacem ardentem immisi, uerum è media fornace clamant ad dominum, & dilatauit sese flamma sic ut innocuis spacium esset inambulandi. Daniel in lacum leonum demissus in summa uite desperatione uersabatur, uerum hinc etiam inuocauit dominum & angustia uersa est in latitudinem. Non uereor ne uobis sim futurus ratio si pergam recensere piorum hominum exempla, qui uere cecinerunt hunc psalmum: Cum inuocarem, exaudisti me deus iusticiae meae, in tribulatione dilatasti mihi, sed non arbitror terendum esse tempus his commemorandis, quae uel tenetis ipsi, uel facile potestis è sacrorum uoluminum lectione, perdiscere. Illud admonebo charitatem uestram, non semper iuxta carnem dilatari piorum hominum angustias. Liberatus est à carcere Petrus, sed Ioannes Baptista in carcere decollatus est. Philippis Paulus uirgis celsus, detrusus est in angustum carcerem, adhibitus est custos sollicitus qui pedes etiam strinxerat ligno. Quid his angustias esse potest angustius? Sed praesto erat inuocantibus qui dilataret has angustias. Sic enim legimus Actorum decimo sexto: Media autem nocte Paulus & Silas adorantes laudabant deum. Et statim aperta sunt omnia ostia, & uniuersorum uincula soluta sunt. Quam multi reges non habent tantum amplitudinis in suo regno, quam isti in carcere. Sed ut hic soluta sunt illi uincula, ita non sunt soluta quibus illum alligauerat tribunus Hierosolymae, nec retusus est gladius, qui secuit ceruicem Pauli, nec soluta est crux, quae Petrum astrinxerat. Huiusmodi solatia perpetua non sunt, sed adhibentur pro tempore, quoties expedit hominum salutem. Certe spiritualis illa dilatatio nunquam deest, si quis plena fiducia peccatoris inuocet deum iustitiae suae. Hinc est quod cum huius mundi diuites uideamus in medijs opibus ac uoluptatibus anxios nonnunquam ac trepidos, qui spem suam uere collocarunt in deo, persistunt alacres in ipsis tormentis ac mortibus. Imò nunquam adest uberior consolatio spiritus, quam cum homo destitutus omnibus humanis praesidijs, totum se tradit deo. Non torquebo charitatem uestram omnibus scrupulis quibus se torquent qui sermonis Hebraici sectantur apices. Nulla enim est lingua, quae plus habet ambiguitatum, aut in qua facilior sit lapsus, aut in qua magis uarietate interpretes. Illud tantum admonebo quod Hieronymus ex Hebraica ueritate uerterit dilatasti mihi, atque ita constanter citant Latini scriptores, itaque canit usus ecclesiasticus, quum apud Graecos legatur ἐλάττωσάν με. Hanc lectionis uarietatem dubium non est ex scribarum incuria profecta, non agnoscentium sermonis Hebraici tropum, quo dicitur: Dilatauit mihi, pro eo quod erat latitudinem fecit mihi. Quam haud magno sensu discrimine fit siue legamus dilatasti mihi, siue legamus dilatasti me. Dilatat nobis deus, quum ereptus ab angustia rerum, solatio reficitur animus. Dilatat nos, quum urgente rerum aduersitate, impartit amplitudinem spiritus, ut omnes afflictiones cum gaudio suscipiamus, scientes quod solidum ac perpetuum gaudium nobis pareatur, huiusmodi leuibus ac momentaneis afflictionibus. Angustum uas etiam modicis rebus impositis dirumpitur. Amplum uas etiam si magnas imponas sarcinas, tamen multarum rerum capax est. Ita angustus animus quem non dilatauit gratia dei, quamlibet leui rerum aduersitate deijcitur, quem si dilataret fides spes & charitas, clamaret in medijs afflictionibus cum Paulo: Quis nos separabit à charitate Christi? tribulatio, an angustia, an fames, an nuditas, an periculum, an persecutio, an gladius? Nec illud mihi uideatur indignum pia curiositate, quum constat per dilatationem significari refocillationem et exhilarationem afflictivae mentis, quum hic tropus magis placuerit spiritui sancto, quam uulgaris loquendi forma, exhilarasti me aut refocillasti me. Frequenter ipsa sermonis nouitas excutit nobis socordiam, & excitat dormitantes ut simus attentum. Nonnunquam idem facit sermonis absurditas, quod ad speciem attinet. Si dixisset in tribulatione iustificasti me, nullus haesisset in sententia, nunc gemina metaphora cogit inquirere quid lateat arcanam significationem.

Roma. 8

significationis, & illis quam alias tribulationem uertunt, alias pressuram, nec minus recte uerteretur afflictio siue anxietas, sic pertinet ad corpus, ut communis etiam usus non raro transferat ad animum. At animum dilatari qui recreatur, uix quisquam dicit, quum corpus hominis usitate dilatari dicatur. Proinde in hoc adhibita est uerbi nouitas, ut ex re nota perspiciamus, quibus modis hilarescat animus in nobis contractus. Frigus & moror contrahit corpus nostrum. Calor & hilaritas dilatat, eoque qui ringuntur contrahunt frontem, adducunt supercilium, & qui dolore discruciantur, macerantur & contabescunt. Contra qui gaudent, dicuntur exporrigere frontem, & corpore fiunt habitiore. Eandem ob causam in adulescentibus quum explicat se calor natius, corpus grandescit ac distenditur. rursus in senibus deficiente calore, omnia membra contrahuntur, ipsa etiam uox fit exiliior. Similiter hyemis rigor omnia contrahit, ueris tepor exhilarat ac dilatat uniuersa. Nec alia ob causam hilarior est iuuentus, senectus tristis. Animus enim illigatus corpori iuxta naturam, uelut nolit corporis affectionibus commouetur, quem admodum uicissim affectiones animi redundant in corpus, quod notauit & Solomon: Animus gaudens aetatem floridam facit: spiritus tristis exicat ossa. Caterum ad corporis uigorem aut exitium plurimum habent momenti spiritus, si medicis credimus, qui coarctati & inclusi tabefaciunt corpus, moderate sparsi agitatiq; uegerant, subito effusi mortem praesentem adferunt. Neque desunt apud historicos exempla, quae docent quosdam subito & inspirato gaudio fuisse exanimatos, quum nouum non sit homines animi morore sensim extabescere. Causam reddunt quod gaudium aperiat spirituum meatus, moror occludat. Itaque fieri, ut gaudio immodico plus satis dilatatis meatibus, semel euolent spiritus, subitamq; mortem adferant: contra coarctati spiritus & inclusi, paulatim enecent hominem. Quod in corporibus hominum facit lethargus, hoc in animis eorum in quibus refrigit charitas, facit auaritia. Quamquam est calor intemperans qui phrenesim adducat. Talis est animus accensus igne gehennae qui fratri molitur exitium. Talis est lingua iuxta Iacobum eodem inflammata igni, quae maledicit immerenti proximo. Nolter ignis charitas est, quae iuxta Paulum non peccat. Huius calor dilatat animos angustos & contractos, inuidia, odio, metu paupertatis, persecutionis, & mortis, quem admodum scribit Paulus Romanis. Gloriamur, inquit, in tribulationibus, scientes quod tribulatio patientiam operatur, patientia uero probationem, probatio uero spem, spes autem non confundit, quia charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis. Vbi tribulatio est, ibi angustia sit necesse est. Caterum diffusio, latitudinis uox est. Quicquid terrenum ac corporale est, angustum est, quicquid spirituale, coeleste, latius patet. Inter omnia mundi elementa terrae corpus est angustissimum, aqua huic circumfusa latius se spargit, & hac etiam latius aer, quae & ipsum amplitudine sua uincit ignis, mox inter orbis coelestes ut quisque longissime semotus est à terra, hoc latissimo spatio diffusus est. Itidem si res animi cum rebus corporis conferas, quanto latiora sunt ea quae pertinent ad animam: Quam immanis est quod oculis animi contuemur praesens quae corporeis cernimus oculis? Quam angustum est huius uitae spatium si spectes immortalitatem animae: Sed rursus quae angustum est quod habet homo maxime corporeum, si conferatur ad amplitudinem diuini spiritus, qui dilatat angustias nostras. Proinde qui cupit hanc amplitudinem, subducatur se quantum potest à rebus terrenis, submoueat sese à corpore, conscendat in excelsam crucem, quo caelo fiat uicinior. Iam praeter corporales angustias quas pijs hic mundus infligit, nulla grauior est, quam mentis sibi male conscitae. Neque uero locus hic solum eos consolatur, qui propter iustitiam affliguntur, uerum etiam animos poenitentia grauatos, ac metu diuiniae uindictae contractos in spem erigit, qui si non habent iustitiam suam, habent tamen deum iustitiae suae. Timore poenae contrahimur, & hoc initium sapientiae, charitate diffundimur. Sic expedit contrahi per poenitentiam, ut postquam charitas foris pepulit timorem, feliciter dilatemur libertate spiritus. Tristitia seculi mortem operatur, at tristitia quae secundum deum est, salutem stabilem operatur. Contraxerat Paulus morore Corinthios, dum incestum iubet tradi Satanae. At non poenitet huius inflictae anxietatis, quam mox dilatauit charitas. Ita, inquit, ut è contrario magis donetis & consolemini, ne forte abundantiore tristitia absorbeat qui eiusmodi est: Vnde dilatatio: unde nisi à charitate: Confirmetis (inquit) in illum charitatem. In peccatis afflictio est & angustia, quem admodum testatur & Paulus scribens Romanis. His autem qui ex contentione, & qui non

qui non acquiescunt ueritati, credunt autem iniquitati, ira & indignatio, tribulatio & angustia in omnem animum hominis operantis malum. At si excusserit peccatorum laqueos & ad charitatis officia sese uertat, iam audi latitudinē: Gloria & honor & pax omni operanti bonum. Similiter & in psalmo. 118. dicit peccatis obnoxius: tribulatio & angustia inuenerunt me. Sed mox sequitur amplitudo: Mandata tua, meditatio mea est. Non seruat mandata dei, nisi qui deum diligit. Vultis autem audire, quanta sit amplitudo mentis quam ampliavit charitas: Attendite quid apud Ioannem dicit dominus noster Iesus: Si quis diligit me, sermonem meum seruabit, & pater meus diliget eum, & ad eum uenietus & mansionem apud eum faciemus. Et Paulus cum alijs locis aliquot, tum ad Romanos 8. docet & spiritum dei inhabitare mentem piorum. Cogitate quod amplum sit illius peccatoris domicilium, quod sufficit excipiendo patri & filio & spiritui sancto. Rursus Iudeorum angustiam indicat alias: Sermo, inquit, meus non capit in uobis. Magnam angustiam faciunt in animis hominum, studium pecuniarum, amor uoluptatum, cupiditas honorum, odium & liuor erga proximum, ut hic nullus sit locus excipiendo sermonis Euangelici semini. Quisquis in carne est, angustijs coarctatur, uerum ubi spiritus est, ibi spatiosa libertas. Corpus uacuum spiritu frigore contrahitur & exarescit, ita mens quae non habet spiritum dei, coarctatur in angustum. Harum rerum uices sunt. Mortificata carne, uiuit spiritus: uiuente carne, moritur spiritus. Ita Paulus: Si enim secundum carnem uiueritis, moriemini. Si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, uiuetis. Palmes qui non alitur succo uitae, amputantur, & arescit, at qui manserit in uite semper latius se profert, fructum plurimum adferens. Palmes aridus ac uehementer contractus est, qui nec amico laboranti fame manū porrigit. Caeterum quos ampliavit succus gratiae diuinæ, quos dilatauit fraterna charitas, beneficii sunt erga omnes, maxime tamen erga domesticos fidei. Quin et illud animaduertendum in literis sacris, inueniri laudatam, ac rursus damnatam amplitudinem, item contractionem laudatam ac rursus damnatam, quemadmodum attigimus. Multa corpora turgent uitiolis humoribus, contra, quaedam laeto succo uegeta sunt & torosa. Audite uitiolam obelitam. Sic habet canticum Mosi: Incrassatus est dilectus meus, incrassatus, impii, guatus, dilatatus. Male dilatatus est, quem rerum mundanarum successus reddidit arrogantia tumidum. E diuerso bene contractus est, qui per poenitentiam admissorum exaruit à timore domini. Sic contractus erat anxius ille pauper qui loquitur psal. 101. Ossa mea sicut cremum aruerunt, percussus sum ut foenum, & aruit cor meum, quia oblitus sum comedere panem meum. Et apud Ezechielem feliciter aruerant ossa sibi displicentium, quae spiritu dei reuiuiscunt. Sic bonus medicus inanit & exhaurit corpus, atque adeo propemodum occidit, subductis humoribus noxijs, ut post felice succo distendatur. Sunt gigantes quos odit dominus, de quibus testificatur psalmus 32. Et gigas non saluabitur in multitudine uirtutis suae, & Goliath ingentem suisque uiribus fidem interfecit Dauid. Ex diuerso laudatur in psal. 8. mirabilis ille gigas modestia minimus in regno caelorum, uirtute diuina maximus, qui exultauit ad currendum uiam, & à summo caelo egressus eius. Tales gigantes amat Dominus qui pedibus contingant terram, quum oculos & cor habeant in caelo, iuxta illud Euangelicum, ubi thesaurus tuus, ibi & cor tuum. Magna est horum gigantum proceritas, sed eorundem summa est humilitas. Est cor altum execrabile deo, de quo psalmus: Domine non est exaltatum cor meum, neque elati sunt oculi mei. Rursus est cor altum, ad quod accedit deus ut exaltetur. At cor habebat feliciter dilatatum qui dicebat 118. Viam mandatorum cucurri, cum dilatasti cor meum. Sunt paruuli quos dilexit & complexus est Iesus, ad quorum modulum iubet contrahi huius mundi gigantes, si uelint ingredi regnum caelorum, ac nasci denuo. Angusta est porta, qua intratur in hoc regnum. Non recipit camelos opibus & honoribus onustos. Angusta est uia quae ducit ad uitam. Per hanc enim non incedunt nisi uehementer contracti. At rursus sunt paruuli quos Petrus uult in Christo grandescere: Sicut modo geniti infantes, rationabiles & sine dolo lac concupiscite, ut in eo crescatis in salutem. Nec Paulus fert istos qui semper paruuli sunt, scribens in hunc modum Ephesijs: donec occurramus omnes in unitate fidei & agnitionem filij dei, in uirum perfectum, in mensuram aetatis plenitudinis Christi, ut iam non simus paruuli fluctuantes, & circumferamur omni uento doctrine. Tales erant paruuli Corinthijs quibus ita scribit. Tanquam paruuli in Christo lac uobis potum dedi non escam, nondum enim

enim poteratis, sed ne nunc quidem potestis. Tales erant paruuli Galatae quibus ita blanditur. ^{Cap. 4} Filioli mei quos iterum parturio, donec formetur Christus in uobis. Hoc genus paruulos obiurgat epistola scripta ad Hebraeos. Qui nunquam recedunt ab elementis exordij sermonum dei, nec unquam proficiunt ad solidum cibum perfectioris iusticiae. Et tamen idem apostolus iubet eos esse paruulos malicia, quos animo uult esse uiros ac robustos, atque ipse factus est paruulus modestia & fraterna charitate contrahens semet ad paruulorum imbecillitatem, quemadmodum scribit Thessalonicensibus. ^{1. Thess. 2} Facti sumus paruuli in medio uestrum, tanquam si mulier foueat filios suos. Sed ut redeamus ad paruulos, quales uereor ne nimium multi sint in uobis dilectissimi, uidendum est unde sit in multis tanta angustia. Non tacuit hoc apostolus deplorans Corinthios tam diu manere in infantia: Adhuc enim carnales estis. Caro igitur reddit angustos, spiritus ampliatur. Vbi spiritus, ibi charitas, ubi charitas, ibi foras pellitur timor, ubi non est timor, ibi libertas est, ubi libertas est, ibi nihil est quod angat. Qui nihil mirantur nisi quae uident in hoc mundo, carnales sunt & magna animi laborant angustia: qui in rebus corporalibus ponit pietatem, in carne est & miserabili distringitur anxietate, ne gustaueris, ne tetigeris, ne contrectaueris. Si qui sunt inter uos, qui ab his angustijs in quibus puerorum more misere trepidare solent, ubi nihil erat periculi, profecerunt ad libertatem spiritus, intelligunt quid dicam. Qui fruuntur hac spiritus amplitudine ferant interim imbecillitatem paruulorum, donec & illi proficiant ad eam libertatem, usque ad mensuram Christi, eisque precemur quod Paulus precatur Ephesijs, ut pater caelestis secundum diuitias gloriae suae det eis uirtutem, ut corroboretur per spiritum sanctum in interiori homine, utque per fidem inhabitet in eis Christus, sintque in charitate radicati & fundati, ut cum omnibus sanctis comprehendere possint quae sit longitudo & latitudo, sublimitas & profunditas. Scire etiam supereminentem scientiae charitatem Christi, ut impleantur in omnem plenitudinem dei. Necessariae sunt humanae constitutiones, sed infirmis, utiles sunt caeremoniae, sed paruulis. Grande scamus omnes in Christo. Maledictus enim puer centum annorum, qui semper requirit lac, ac praemansum cibum, qui semper constringendus est fascijs, gestandus uulnis, qui semper exanimatur ad inania terriculamenta. Benedictus autem in latitudine Gad iuxta Mosi uaticinium. Tunc Abraham praebuit splendidum conuiuium, quum ablactatus est Isaac. At infelices Iudaei, qui in hunc usque diem lugunt lac literarum, nunquam exuunt infantiam. Nos autem qui pueri sumus Isaac, qui spiritualium pater est, non desinimus fodere puteos, donec contemptis ac depulsis Philisteis, reperiamus uenam spiritus salientem in uitam aeternam. Quam ubi repperisset Isaac imposuit nomen ei loco, latitudo: Nunc enim, inquit, dilatauit nos dominus, & fecit crescere super terram. Amplissima est diuina sapientia, quae non est animalis, sed spiritualis, eoque cor requirit amplum & capax. Nec enim intrat in animam maleuolam, nec habitat in corpore subdito peccatis. Vbi maleuolentia est, ibi charitas non est, ubi charitas non est, ibi angustia est. Idcirco deus qui Solomoni dedit suam sapientiam, eidem dedit & cordis latitudinem. Sic enim legimus 3. Reg. ca. 4. Dedit quoque deus sapientiam Solomoni, & prudentiam multam nimis, & latitudinem cordis. Quibus de nugis quam atroces rixas uidemus inter istos, qui terrena turgent sapientia, quam Iacobus diabolicam appellat: Vnde idem: Nimium ab angustia cordis, quod non ampliavit spiritus dei. Animalis sapientia tam angusta est, ut amicis etiam inuideat, quum sapientia quae uenit à supernis, cor hominis ampliatur, usque ad dilectionem inimicorum, ad benedicendum maledicentibus, ad benefaciendum malefacientibus. Videlicet hoc est quod ait Iacobus, plena misericordia & fructibus bonis, his enim rebus ad omnes se dilatat Christiana charitas. Charitas ignis est, sapientia lux est. Nihil autem latius aut celerius uim suam propagat quam ignis, nec ulla res benignius se communicat omnibus quam lux. Deus charitas est, idem & pater luminum. Et spiritus domini impleuit orbem terrarum. Et hic elementaris spiritus, qui terrae circumfunditur, per ipsas aquas, perque terrae uenas omnines infusus est. Haec obiter commemoro, ut intelligatis scripturae tropis significari spirituales amplitudinem, ac damnari angustiam. Illud habent peculiare res spirituales, quod ex contrarijs gignantur contraria, quodque eadem res gignat contraria, quanquam & huius generis exempla nonnulla reperiuntur in rebus corporum, uelut quum ex amaro pharmaco nascitur iucunda salus: quum idem sol ceram liquefacit & lutum indurat, quum

quum idem ignis soluit plumbum, et indurat testam, idem fulmen liquefacit es intacta terra, quum aqua infusa cæteris feruentibus extinguit incendium, infusa calci suscitatur incendium, quum magnes uno latere attrahit chalybem, altero depellit. Sic Christi spiritus ac diuina charitas, eundem hominem, & laxat & contrahit, mollit ac durat, erigit ac deijcit, laxat ad benefaciendum omnibus, contrahit ad cautionem, ne quem offendat, mollit ad uindictam, durat ad patientiam, erigit ad contemptum eorum qui obliuiscunt Euangelio, deijcit ad obsequendum omnibus amore Christi. Accipite Paulum ampliatus & contractum hac charitate: Et factus sum Iudæis, tanquam Iudæus, ut Iudæos lucrarem: his qui sub lege sunt, quasi sub lege essem, cum ipse non essem sub lege, ut eos qui sub lege erant lucrificerem. His qui sine lege erant, tanquam qui sine lege essem, cum sine lege dei non essem, sed in lege essem Christi, ut lucrificerem eos qui sine lege erant. Factus sum infirmis infirmus, ut infirmos lucrificerem. Omnibus omnia factus sum, ut omnes facerem saluos, omnia autem factio propter Euangelium, ut particeps eius efficiar. Quid amplius dici potest, quam omnibus omnia factus sum? Quid contractius quam omnium me seruum fecit: Rursum quid laxius? Omnia uestra sunt, uos autem Christi, Christus autem dei. Et regnum dei non est esca & potus. E contrario quid contractius quam illud? Bonum est non comedere carnem, & non bibere uinum, neque in quo frater tuus offenditur, aut scandalizatur, aut infirmatur. Quid Paulo durius, quam ait? Certus sum enim, quod neque mors, neque uita, neque angeli, neque principatus, neque uirtutes, neque infantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura aliqua poterit nos separare à charitate dei, quæ est in Christo Iesu domino nostro. Quid eodem mollius? quum scribit Galatis, qui defecerant: Fratres, obsecro uos, nihil me læsistis. Rursum ad Romanos de Iudæis, quos habebant infensissimos: Optabam ego ipse anathema esse à Christo pro fratribus meis, qui sunt cognati mei secundum carnem, qui sunt Israelitæ. Quid eodem erectius? quum in Actis alloquitur Elymam magum, intentis in eum oculis, ac plenus spiritu sancto: O plene omni dolo, & omni fallacia, fili diaboli, inimice omnis iusticiæ, non desinis inuertere uias domini rectas, & ecce nunc manus domini super te, & eris cæcus, non uidentem solem, usque ad tempus. Item ad Corinthios: An experimentum queritis in habitantis in me Christi? Rursum ad Timotheum, quæ contractus est quum ait, se primum omnium peccatorum. At mox quæ erectus, quum addit: de Alexandro & Hymenæo, quos tradidit Satanæ ut discant non blasphemare. Jam quid demissius? quum quod Paulus ita scribit Romanis: Obsecro uos fratres per misericordiam dei, ut exhibeatis corpora uestra hostiam uiuentem &c. Item ad Corinthios: Obsecramus pro Christo reconciliati mini deo. Vererem autem auditores optimi, ne iam dudum uidear latius euagatus delatitudine differens, ni considerem uestros animos sic amplos esse per charitatem dei, ut hoc dispendium boni consulatis. Verum ut ad reliqua psalmi redeamus, postea quæ didicimus, certum, ac uelox à deo præsidium esse paratum omnibus, qui inuocant ipsum: si quis nostrum conscientiam habet peccatorum laqueis intricatam, si quis rebus aduersis, hoc est egestate, morbo, aut persecutione malorum premitur, si quis adhuc carnalis est, ac rerum uisibilium angustijs stringitur, inuocet cum fiducia dominum, ut ampliatus spiritu charitatis gratias agat illius bonitati, canens illud psal. 7. Et eduxit me in latitudinem, saluum me fecit, quoniam uoluit me. Sequitur, miserere mei, & exaudi orationem meam. Diuus Augustinus mouet hic questionem, quomodo hoc & quod ante dixit, dilatasti mihi, congruat in personam Iesu Christi, quasi aliquando fuerit à deo desertus, ut accipi possit temporario præsidio subleuatus: aut aliquid in illo fuerit miserabile, ut clamare debuerit, miserere mei. Nec mihi displicet huius nodi solutio, quam adducit Augustinus, ut hic sermo referatur ad membra Christi, in quibus esurit & reficitur, affligitur & subleuatur. Nec tamen absurdum est, si pressus tantis malis corporis, oret, ut morte liberetur, ac resurrectione lætificetur, non quod diffideret, nisi inuocasset, sed ut nos doceret in afflictionibus deum sollicitare precibus. Ne illud quidem arbitror impium, si quis dicat anxietas in anima Christi fuisse, quas ad tempus sentiret, & quibus post liberaretur. Quemadmodum tædium ac mororem quem sentit imminente mortis tempore, non senserat antea, & ab eo mox subleuatus est. Nam apud Lucam legitur adfuisse angelus domini qui confortaret illum. Nihil autem obstat quo minus miser uocetur, qui dira patitur, licet immeritus: certe miseria dicitur

omnis afflictio, quæ sibi immerentem premens. Quoniam autem hæc uita perpetuis tristitia ac lætorum uicibus obnoxia, nec unquam uacat à periculis, nec omnino sine peccato peragitur, ut semper agenda sunt gratiæ deo, pro his quæ nobis immittit, ita semper clamandum, miserere mei. Omne dei beneficium erga nos misericordia dei dicitur, quoniam gratis nobis subleuandis impenditur. Ac nonnunquam tum maxime miseretur, quum immittit aspera. In his imploranda misericordia, quo sumus tolerantes. In lætis itidem imploranda misericordia, ne corrumpamur. Et aduersitas rerum, & prosperitas nobis æque periculosa est, nisi adsit dei misericordia. At uulgus hominum non clamat, miserere mei, nisi cum tristibus premitur: nec pharisaicus homo qui sibi uidetur iustus, clamat miserere mei, sed tantum gratias agit. At qui uere Christianus est: ut semper agit gratias pro omnibus, ita semper adiungit nouam implorationem, intelligens, primum esse tuendum quod datum est, ne auferatur à focordibus, deinde proficiendum usque ad ampliora, at neutrum absque præsidio diuinæ misericordiae possumus. Itaque quod hic uidemus factum, ut gratiarum actioni protinus succedat clamor, deprehendimus & in alijs psalmis, uelut in cantico graduum: Ad dominum quum tribularer clamaui, & exaudivit me. Liberatus & exauditus, mox denuo clamat: Domine libera animam meam, à labijs iniquis, & à lingua dolosa. Ille longe miserissimus est, qui credit sibi non opus esse dei misericordia. Qua si semper egemus, semper implorandum auribus dei, miserere mei, exaudi: ueluti qui multis simul malis affligitur, senio, morbo, scabie, paupere, nunquam non suspirat, & si mitiges unum malum, urget aliud. Sed talium importunis implorationibus nonnunquam fatigantur homines, deus gaudet à suis audire cationem hanc lamentabilem, miserere mei, donec ueniat tempus illud, de quo Ioannes meminit in Apocalypsi: Et absterget deus omnem lachrymam ab oculis eorum, & mors ultra non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit ultra, quoniam prima abierunt. Arbitror & illud animaduertendum, quod dum clamat miserere mei, nihil explicat, quod uelit sibi præstari. Est enim hoc simplicissimæ erga dei misericordiam fiducia, nihil illi præscribere, sed totos nos illius uoluntati committere. Nouit enim ille melius nobis, quid expediat ad salutem.

Est illud Christianæ pietatis, ubi misericordia dei prouectus sis ad aliquem felicitatis gradum, non auersari, nec fastidire miseros, qui carnis cupiditatibus immeriti, nesciunt aspirare ad cœlestia bona, sed fraterno affectu ad meliora prouocare. Decet enim ut qui dei misericordiam in se expertus est, misericordiam conferat & in conseruos suos. Obsecra, mone, doce, hortare, argue, increpa, oportune, importune. Si corrigitur, lucrificasti fratrem tuum: sin minus liberasti animam tuam, quod in te est præstitisti. Itaque sequitur: Filij hominum usquequo graui corde? quare diligitis uanitatem & queritis mendacium? Quod septuaginta uerterunt, filij hominum, Hieronymus ex Hebraico fonte, uertit filij uiri: & quod illi usquequo graui corde, hic uertit, usquequo inclyti mei, ignominiose diligitis uanitatem. Sunt qui uertunt, usquequo gloria siue honor meus opprobrium, diligitis uanitatem, & queritis mendacium? Ac rursum hic alia dissensio. Quidam uirum interpretantur Abraham tanquam excellentem quandam Heroam, cuius nomine gloriabantur Israelitæ. Semen Abraham sumus, neque cuiquam seruiuimus unquam. Alij uirum accipiunt Adam. Ceterum ad sensum quem adferunt Hebræi, magis congruit, ut in nomine uiri intelligamus Abraham, cuius nomen apud Hebræos erat celeberrimum, quemadmodum apud Græcos Cecropis, apud Latinos, Scipionis, ut qui hinc genus ducerent, pro heroibus habentur. Itaque qui timebant animo quod genus ducerent ab Abraham, hos uocant septuaginta βαρβαροφίους, hoc est graui cordes, quemadmodum dicimus misericordes. Magnæque autoritatis, unde suspicor & uulgo nunc dici Barones, qui generis ac uirtutum autoritate cæteris præminent. Itaque dominus in Euangelijs exprobrat Iudæis, quod quum sese iactarent nomine patris Abraham, tamen ab eius factis longe degenerarent, sed potius referrent patrem diabolum, & mendacem, & homicidam, quum illi resisterent ueritati, et innocenti molirentur exitium. Huius igitur lectionis sensus erit. Quam diu perseuerabitis in uestra incredulitate Israelitæ: quam diu quum iactetis uos nominibus patriarcharum, degenerabitis ab illorum fide & pietate, dedecorantes maiorum uestrorum gloriam, pro rebus ad salutem æternam pertinentibus, diligentes uanitatem, proque ueritate quærentes mendacium: Alterius lectionis, filij uiri, usquequo gloria mea opprobrium &c. sensus hic

erit: Filij Abrahæ, quæ dicitur de honestabit nomen meum inter gentes gloriam meam uertentes in ignominiam: Dicimini populus electus, uocamini filij dei, at qui ex uestra impia uita, conuicijs afficior inter gentes, qui talem putant esse deum, qualis est populus. Vana est tituli gloria, nisi adsit uita pietas: mendacium est dici filios dei, quum factis ipsi declaretis uos esse filios diaboli. Ceterum quod olim dominus noster exprobrauit Iudæis incredulis, hoc iure nunc quoque potest exprobrari Christianis, Euangelij, apostolorum & Christi nomine gloriantibus, quum tota uita dissideat à titulo. Magnificus titulus est dici filios dei, fratres & cohæredes Iesu Christi, sed huius tituli gloriam nobis uertimus in ignominiam, si tota uita pugnat cum professione. Ac per nos quodammodo infamatur gloriosum dei patris ac filij nomen. Quid enim dicunt impij, conspicientes huius nominis proceres, & celeriores prope modum idololatriæ: tales habet filios deus: tales habet discipulos et fratres Iesus Christus: Quin & ipsum Euangelium uocatur in odium, & in contemptum ob impuram uitam eorum, qui se faciunt Euangelij titulo. Audimus etiam nunc passim iactari Christum, spiritum, Euangelium, fidem, uerbum dei, si mores, si uitam inspicias multorum, heu quæ omnia pugnant cum splendidis illis titulis. Quum inter eos qui his titulis se maxime uentitant, comperimus attentos ad rem, fraudatores, luxu ac libidine perditos, calumniatores, detractores, uirulentos, mendaces, amantes sui, uacuos omni bono affectu, impatientes omnis iniuriæ, uindictæ, elatos, nonne multos audimus dicere, ualeat hoc Euangelium, quod tale genus hominum nobis inuehit in mundum: Quin potius Euangelium habentes in ore, uita factisque commendamus Euangelium, quemadmodum Paulus glorificauit Euangelium suum: At blasphemia quidem est, ex hominum moribus aestimare Euangelium, sed tamen huic blasphemie dant occasionem, qui dicitis profiterentur Euangelium, factis pugnant cum Euangelio. Tales merito obiurgari uir pius, ac uere Euangelicus. O filij excelsi, quamdiu male uiuendo de honestabitis uestram professionem: uanitas est dici, quod non sitis: mendacium est querere gloriam nominis, & tota uita pugnat cum nomine; hypocrisis est, uenari laudem ex titulis, quum facia discerepant à titulis: habere semper in ore, quod procul absit ab animo. Nec quenquam uestrum mouere debet tanta lectionis uarietas, Dubitari non potest, quin simplex & unum sit, quod dicente spiritu sancto scripsit psalmographus, & tamen hanc uarietatem, quæ per scribas & interpretes accidit, permisit deus in sacris uoluminibus, ut hac quoque difficultate excitetur nostra solcordia. Nullo salutis periculo aberratur à germano sensu scripturæ, modo quod accipitur, congruat cum pietate & ueritate: nec est leuis utilitas studij nostri, si quod interpretamur non faciat ad præsentem locum, modo faciat ad bonam uitam, & cum alijs scripturæ locis consentiat. Neque uero sumam hic anxiam operam excutiendi, quæ lectio sit maxime probanda. Grauis est apud me Hieronymi autoritas, neque leuis est autoritas Septuaginta, præsertim quum hæc tot seculis publicus usus ecclesiæ, tum apud Græcos, tum apud Latinos cõprobarit. Siue legimus, filij uiri, sentientes filios Adæ: siue filij hominum, utrunque uocabulum est extenuas dignitatē. Etenim modestiæ causa, se dominus in Euangelij appellat filium hominis, quum Iudæi iactarent Abraham, Iacob, Dauid, aliosque patriarchas, quorum tum apud ipsos uenerabilis erat memoria. Et Paulus quum ait, nunquid secundum hominem hæc dico, & si adhuc hominibus placerem, Christi seruus non essem, rursum: Nonne carnales estis, & secundum hominem ambulatis, ac mox: Nonne homines estis: huic quiddam indicat, & quod procul absit à uero perfecto. Cuiusmodi cum multi sint inter nos, existimet unusquisque nostrum hunc uersiculum ad septinere. Baptizati estis, si uideam Euangelicam professi estis, per quam efficiuntur filij dei, qui non ex sanguinibus, neque ex uoluntate carnis, nec ex uoluntate uiri, sed denuo cœlitus nati sunt, per spiritum regenerantem ac nouantem hominem, induistis dominum Iesum Christum, in huius corpus insiti estis, & uos post hæc nihil aliud adhuc estis, quam filij hominum. Quando proficietis ad sublimiora? Quamdiu nihil aliud sapietis, quam carnem, quam terram? Est leuitas cordis damnata in sacris literis. Qui cito credit, leuis est corde ut docet ecclesiasticus. Tale cor habent qui fluctuant ac circumferuntur quolibet uento doctrinæ, de quibus loquitur alius psalmus: Cor eorum uanum est. Sic est quædam probata cordis grauitas, quæ saburra ueritatis Euangelicæ constabit animum, ne uarijs humanarum opinionum auris huc illuc fluctuet. Tale cor habebat Paulus, qui negat habendam fidem etiam

Eccle. 19

etiam angelo, si diuersum adferret Euangelium. Itidem est probata quædam cordis leuitas. Tale cor habebant, de quibus legimus apud Esaiam: Qui sunt isti qui ut nubes uolant, & quasi columbæ ad fenestras suas: Tale cor habent aquilæ, cum congregantur ubicumque fuerit corpus, atque illuc quotidie subuolant affectu, ubi Christus est in dextra dei sedens. Tale cor exigit à populo sacerdos aggressurus mysteria, dicens: Surfum corda, & responderetur, ad dominum. Vtinam hoc uere responderi possit ab omnibus charissimè. Plumbea corda, quæ conscientie sarcina grauantur, non possunt subuolare ad dominum. Terrena corda, quoniam grauantur curis huius uitæ, nec alas habent, non possunt in altum tolli. Sola corda ignea, sola aerea, hoc est spiritalia, subuolant in altum. His longe dissimiles sunt isti grauicordes, quos hoc uersu exhortatur propheta, ut abiectis sordidissimis & humilibus curis sumant alas, eoque subuolent ubi uera quies est animorum. Qui peccatis onusti sunt, nullum faciunt peccandi finem, uitæ correctionem usque proferentes, donec ueniat super uos uita dies. Qui iactant huius mundi falsa bona, honores, opes, uoluptates, non solum his immorantur, uerum etiam immoriuntur, semper solliciti, semper tristes: quum interim qui his rebus contemptis ad æterna sustulerunt animos, uiuant alacres spe, semper in domino gaudentes, iugiter pfallentes domino in cordibus suis hymnis, & canticis spiritalibus. Quisquis uestrum cor habet dilatatum dono dei, ne desinat clamare ad istos, qui cor adhuc habent graue. Quousque corde graui, spiritus cœlestibus, hærebitis terrenis? Quousque pro necessarijs, diligitis uanitatē, pro ueris bonis, queritis mendacium? Quid interit inter uanitatem ac mendacium, superius paucis attigimus. Vanis frustramur, mendacio fallimur. Quæret aliquis quid interit diligeret & querere. Diligimus oblata, querimus quæ quum non adsint experimus. Diligimus, quibus oblectatur animus. Querimus, quæ nobis studio aliunde accersimus. Ac mundus quidem uarijs rerum illecebris blanditur, oculis nostris ostentat, ceu rem egregiam formam, uires, iuuentutem, opulentiam, nobilitatem, auctoritatem, prosperam ualetudinem, uoluptatem, longæuitatem, eruditionem, sapientiam, gloriam. Rursum è diuerso obijcit oculis nostris uaria terriculamentorum genera, senectutem, imbecillitatem, paupertatem, aduersam ualetudinem, ignobilitatem, contemptum, imperitiam, cruciatum, mortem, ignominiam. Hæc omnia uana sunt rerum ludibria, quæ si quis non recte iudicans, putat esse uere amplectenda ut bona, aut uere horrenda ut mala, in blandis amplectendis diligit uanitatem, in alteris expauescendis conturbatur uanitate, qui male diligit, idem male oderit necesse est. Atque ex hoc fonte nascitur omnis humana uitæ pernicietas, quum corrupto iudicio, aut pro bonis ducimus, quæ bona non sunt, pro malis quæ mala non sunt, aut præpostero iudicio, pluris illa facimus quam oportet. Ex iudicio corrupto, nascuntur affectus infani, quemadmodum corrupto palato pro salubribus experimus mortifera, sicut ut qui prius diligebamus uanitatem, iam queramus mendacium. Non iam loquor tantum de his quæ uulgus etiam fatetur esse uana, quod genus sunt, saltationes, choreæ, gesttulationes, ioci, facetiæ: quicquid agit in hac uita uanitas est, imò totus homo quantus est uanitas est, si conferatur ad deum, ac res diuinas, quæ uere sunt. In uanis tumultuabatur & Martha, quum unum esset necessarium; eam partem, uicem bonam, delegerat Maria, sedens ad pedes Iesu, & audiens sermonem illius. Maria sedens, mens est ab omnibus carnis affectibus requieta. Alij sedent ad pedes Aristotelis, Auerrois, Bartholi, & Baldi, sed felix discipulus, qui sedet ad pedes Iesu, auscultans quid loquatur æterna ueritas. Nec enim iam diligeret poterit hominum uanitates, quem semel occuparit amor ueri summique boni. Hoc solum nobis diligendum est, solum querendum & expetendum: cætera omnia, quæ huc nihil conducunt, uana sunt: quæ promittunt felicitatem aliunde, quam ex hoc uno, mendacia sunt. Vidit hoc sapiens Ecclesiastes, clamans omnia quæ geruntur in uita mortalium, meram esse uanitatem, hoc uno excepto, ut timeamus deum ac mandata illius obseruemus. At unde tantum uanitatis in uita Christianorum, qui ueritatem profitentur Euangelicam? Quantis tumultibus undique plena sunt omnia? Negociamur, nauigamus, belligeramur, facimus fœdera, & icterumpimus, iungimus matrimonia, gignimus liberos, scribimus hæredes, emimus agros ac uendimus, conciliamus amicitias, ædificamus ac demolimur, radimur, ungimur, induimus cucullam, exercemur uarijs artibus, magnis impedij ac sudoribus ambimus titulum utriusque iuris, aut Theologi. Sunt qui mitram ac pedum malint. His curis discrucia-

mus animū nostrū, in his cōfenesimus, in his tot annos rem omnium preciosissimam nec reparabilem perdimus. Posteaq̄ tam adest dies mortis, postq̄ adeundum est tribunal illud, ubi uanis locus non est, sed ueris agitur, ibi fero uelut experrecti deprehendimus, omnia fuisse uana rerum simulachra, quæ nobis per somnium illuserant. Dicit aliquis, an ista non sunt curanda Christianis, quæ pro uanis commemoras? Sunt in his quæ curanda quidem sunt, sed ex necessitate, sed leuiter, sed ita, ut scias esse negligenda, quoties iacturam adferunt illius boni, quod solum est expetendū. Id cuiusmodi sit, rectius nos docuit ipse Paulus: Tempus, inquit, breue est, reliquum est, ut qui habent uxores, sint tanq̄ non habentes, & qui flent, tanq̄ non flentes, & qui gaudent, tanquā non gaudentes, & qui emunt, tanquā non possidentes, et qui utuntur hoc mundo, tanq̄ non utantur, preterit enim figura huius mundi. Hoc est perpeti uanitatē huius uitæ, nō diligere, hoc est, uti hoc mundo, non etiam frui. Vanitatem indicat Paulus, quum ait figura. Iudæi tenebant figuras, quas adhuc mordicus tenent pro ueris. Ut gemina lex est, carnalis, & spiritalis, ita geminus est mundus. Hic mundus in quo uersamur, uanitatibus undiq̄ scætet. Sequetur alius mundus, in quo sublati ludibrijs, omnia patebunt, ibi quū de uerbo otioso sit reddenda ratio, quid dicent, qui sic adamarunt philosophiam Aristotelis, mathematicas argutias, sophistarum tricas, mitras & coronas, ut de eo quod solum per omnem uitam erat agendum uix unq̄ uacauerit cogitare? In hoc iudicio quid referet, rex fueris an agricola, monachus an auriga, philosophus an idiotar? Hoc unum spectabitur, an totam felicitatis tuæ spem collocaris in domino, an illius præceptis toto pectore inhæseris. Ex aspectu nascitur amor, iuxta Græcorum prouerbium. Proinde periculum est etiam uidere uanitates huius mundi, quam ob causam orat psalter: Auerte oculos meos, ne uideant uanitates, in uia tua uiuifica me. Ingerunt se nobis undiq̄ uanitates, nec est in potestate hominis ab his auertere oculos, ni deus auertat, & ad suam auocet uitam. Vidit Eua quod bonum esset lignum ad uescendum, & pulchrum oculis, aspectuq̄ delectabile, tulit de fructu illius & comedit deditq̄ uiro suo, qui comedit, & aperti sunt oculi amborum. Vidit & dedit uanitatē, simulq̄ quæsiuit mendacium, quod promiserat serpens. Non moriemini, sed eritis sicut dii. Hæc est omnium malorum origo, uidisse uanitatē & amasse. Quomodo autē dicitur aperti oculi, quum antea legantur uidisse? Viderant sed per somnium, experrecti certumq̄ uigilantes deprehendunt se delusos inanibus rerū phantasmatis. Itaq̄ pro thesauro, reperiunt carbones, pro ueris bonis, uanas rerum imagines. Vidit Dauid Bersabeam, uidit uanitatē, & amauit. Mox quæsiuit mendacium, & per dolum occiso marito, sperabat fore clam & impune quod moliebatur. Comperit postea sibi mentitam esse uoluptatem quam dilexerat. Si Eua auertisset oculos à uanitate, & deflexisset in uiam domini, non fuisset nobis autor mortis. Pulchrum erat pomum, sed occurrere debebat præceptum domini: De ligno scientiæ boni & mali ne comedas, in quacunque enim die comederis ex eo, morte morieris. Itidem si Dauid conspecta muliere, diuertisset oculos ad uiam dei, quæ monet ne quis concupiscat uxorem proximi, non audisset sententiam mortis, nec breuem uoluptatem tot lachrymis, tot malis, tanta ignominia redemisset. Nam illecebræ mundi non solum mentiuntur nobis in seculo futuro, uerum etiam in hac interim uita: In futuro seculo dicent omnes, qui hic sprete ueritate quæsiere mendacium. Quid nobis profuit superbia, aut diuitiarum iactantia, quid contulit nobis? Transierunt omnia illa tanquā umbra, & tanquā nuncius præcurrens, & tanq̄ nauis quæ pertransit fluctuantem aquam, cuius cum præterierit, non est uestigium inuenire, neq̄ semitam carinæ illius in fluctibus &c. Sic nobis etiam hic mentitur ambitio, sic auaritia, sic libido, quemadmodum esca mentitur pisci. O te felicem, si tantum prædiorum possideris, si tale munus apud principem obtinueris, si tali puella fueris poritus. Vbi contigit quod blandiebatur, in quantam malorum et curarum nassam sentimus nos irretitos: Homini qui semel atq̄ iterū dedit uerba, postea nō habemus fidem, quantumuis blandiatur, & ab his rerū ludibrijs rotis decepti, tamen aspiciamus, amamus, quærimus, nosq̄ deludendos ultro præbemus. Præterit ueritas, huic ignoscitur socordia; effluit adolescentia, tū magis etiam amplectimur uanitatē. Accedit inuentus, nec desinimus quærere mendacium, obrepit senectus, nec respicimus, pulsat mors, nec relinquimus somnia mendacissima. An non his optimo iure uersus hic occinitur: Filij hominum usquequo graui corde, quare diligitis

diligitis uanitatē, & quæritis mendacium: Hoc loco interponitur *διὰ ψαλμῶν*, de qua uoce mirum quid Augustinus dubitet, Græca ne sit an Hebraica, quum constet quod Hebraicus est Sela, à septuaginta Symmacho & Theodotione uersum esse *διὰ ψαλμῶν*, ab uno Aquila *ἐξ*, id est, semper. Quoniam autē inter scriptores mira uarietas est opinionū, quid sit Sela, alijs suspicantibus esse silentium, psalmi concentum dirimens, cui contrarium sit *ἐν ψαλμῶν*, alijs contra notam esse psalmi continuandū, alijs Sela, signaculū esse musici cuiusdam toni, alijs hoc addito signo designari perpetuam & immobilē sententiā ueritatem, alijs item alias coniecturas in medium adferentibus, quarum unaquaq̄ quomodo uel reselli possit, uel probari non discutam in præsentia, ne charitatem uestram onerem sermone, primum per se inamœno, deinde nimium proluxo. Mihi uero proximum uidetur, tale quiddam fuisse in Hebræorum canticis, quale deprehendimus fuisse in ueterū comœdijs, in quibus recitatis diuerbijs accinebatur tibijs certum modulationis genus, sic ut ex ipsis modis populus agnosceret genus sententiæ, grauis ne esset an iocosa, quo quod dictum esset, animis auditorū infingeretur, simulq̄ excitaretur applausus & acclamatio. Itaq̄ quoties Sela dirimit nobis psalmum, insignamus animo quod dictum est, atq̄ eandem sententiam iterumq̄ atq̄ iterum nobis modulemur donec penitus infederit affectibus. Dicit sibi quisq̄ quem adhuc tenet uanitas & mendacium, usquequo graui corde, quare diligitis uanitatē, & quæritis mendacium? Quando temet explicabis à curarum inanum laqueis? Inuoca dominum, & dilatabitur cor tuum, dic illi miserere mei, donec exaudiat clamor tuum. Verum dum animus afflatus mystico cantico meditatur abicere uanitates, ac repudiare mendacium, longe diuersam cantionem occinit illi caro. Si opes, si dignitatem, si delicias abieceris, quid futurum est te abiecius, aut miserius? Talis futurus es, qualis ille, aut ille, quo quid esse potest despectius aut afficius? Hæc enim est fors uolentium pie uiuere in Christo Iesu, ignominia, egestas, exilium, carcer, mors deniq̄. Itaq̄ caro dicit Episcopo aut Abbati, qui multa milita numerat annui prouetus, qui multo satellitio stipatur, qui superat regum luxum, ac delicias, si meditetur animum à uanis ad uera bona conuertere. Quid facis? An tibi placet uita Apostolorum, an uis esse Bernardus, Hilario aut Antonius? Huic pestifera cantioni respondet animus in se deiectissimus, in Christo sublimis ac splendidus: Et scitote, quod mirabilem reddidit dominus sanctum suum. Non eget dominus anulis, stemmatis, palatijs, camelis, aut equis, aut aulico famulitio, ut admirabilem reddat sanctum suum, pro ridiculis delicijs, multa aloë tinctis, impertit perenne gaudium puræ conscientia, armat illum fide aduersus omnes mūdi satanæq̄ insulius, exhilarat spe, ornât dotibus spiritualibus, proq̄ fallaci gloria, sempiterna gloria & honore nunq̄ auferendo coronat eum. Nimirum hoc est quod mirantur filij hominū, in his qui uere renati sunt in Christo. Vnde illi in tā tenui re, tanta in pauperes liberalitas? unde tam fortis opum contemptus? unde in tam crebris uigilijs ac ieiunijs, in tantis laboribus tanta alacritas? Vnde nullis præsidijs instructo, tam imperterritus animus? Sic nimirum etiam in hac uita, mirabiles reddit dominus sanctos suos, quos ipse sanctificauit. Potentibus huius mundi ut multa possideant, plura tamen desunt. Qui uere sanctus est, in procinctu habet omnia. Dicit mundus, unde habes omnia, destitutus ab omnibus? Magna fiducia respōdet sanctus, dominus exaudiet me, quum clama uero ad eum. Habeo dominum omnipotentem, qui nusq̄ non audit, & quicquid opus est, imploratus suppeditat. Ex me nihil habeo, tanto magis confido, quod meum præsidium sit in tuto collocatum. Huius mundi principes, in multos annos parant sua præsidia, proceres qui pendēt ab his, ni sibi prospexerint, sæpe frustra implorant opem sui principis. At qui totius salutis præsidium collocauit in deo, paratum habet auxilium ad omnia, tatum clamat affectu, & exauditur. Clamorem animi nemo potest impedire. Priusquam succurrat Cæsar, multis ueredarijs, multis diplomatis est opus, & interim sæpe perit qui postulat suppetias, quæ ut ueniant, non semper seruant flagitatorum. Sanctus hic fidum ac paratum habet præsidium à domino, qui fecit cœlum & terram. Plus habet, qui dominum habet unde quicquid opus est accipit, quàm qui multorum Crætorum opes possidet. Innumera sunt pharmaca medicorum, infinitæ mixturæ, uerum quis non eum medicum existimet feliciorum, cui sit unica panacea, aut quinta quam uocant essentia? Ueterū fabulis proditū est de cornu copiam, unde petebatur omnia. At sanctus hic uerū habet copiarum cornu, unde nihil frustra pe-

Et scitote quomodo mirificauit dominus sanctum suum

quod admonent quidam sonare uocem Hebraeam, nisi quod contremiscit, quibus haec
 ter ira commouetur. Nam impotēs ira duo gignit in homine, pallorem ac tremorem; pal-
 lorem ob sanguinem confluentem circa cor, tremorem ob cōcitas spiritus, quod idem
 in nobis efficit uehēmens metus. Nulla autem ira uehementior, quam qua peccator agno-
 scēs turpitudinem suam, totus efferuescit in semetipsum, adeo ut quidam ad laqueum aut
 praecipitium currant. Nullus item metus grauior, quam quum peccator considerata ma-
 gnitudine criminum, horret dei iustitiam, ac commeritam uindictam. Dicit itaq; iustus:
 Quid in me fremitis? contremiscite in uobis, agnoscentes infelicitatem uestram, & cōuer-
 si, desinite peccare. Quae dicitis in cordibus uestris, in cubilibus uestris cōpungimini. Ad-
 monet Augustinus, subaudito uerbo supplendam orationem. Quae dicitis, dicite in cor-
 dibus uestris. Et sane reperitur hic sermōnis tropus in sacris literis. Tale est illud Pauli ad
 Romanos: Nō enim qui in manifesto Iudaeus est, neq; que in manifesto in carne est circū-
 cisio. Subaudiendū enim, neq; enim is Iudaeus est, qui in manifesto Iudaeus est. Et tamen
 hic potest accipi sensus, ut nihil subaudiatur. Quae irati dicitis in cordibus uestris, de his in
 cubilibus uestris compungimini. Ne sequamini quod suggerit primus impetus irae, sed
 quod suadet ratio, posteaquam rem apud uos seorsum expenderitis, quod in cubilibus fi-
 eri consuevit. Caterum quod S. Augustinus admonet pro compungimini legi posse ape-
 rimini, quod Graecus codex habeat, κατανύχθητε, aut exemplar habuit mendosum, aut de-
 ceptus est similitudine uocis κατανύχθητε. Nam hoc ab ἀνοίγω uenit, illud à νύχτω. Diuus
 Hieronymus uersum hunc sic uertit, ex Hebraeorum fontibus. Irascimini & nolite pecca-
 re, loquimini in cordibus uestris, super cubilia uestra & tacete. Dubium non est, quin hic
 loqui, positum sit pro cogitare. Qui rei ueritatem secum expendit, cū corde suo loquitur.
 Et qui hoc agunt, abdunt sese in secretum cubiculi, ubi silent animorū tumultus, per quos
 non licet quod uerum est dispicere. Nam Hebraei frequenter silentium appellāt quietem.
 His atq; alijs hoc genus scrupis, quando non ita multū ad sensum habent momenti, non
 torqueo uestros animos, sed potius quod instituerā absoluam. Quam multos audimus
 ita loquentes, ubi laudatur plorum integritas, utinā deus faceret me illis similes. Dixit tale
 quiddam & Balaam. In initijs sacrorum, quam multi tundunt pectus suum, subinde cla-
 mantes, miserere mihi misero peccatori. Quam multi dicunt sacerdoti, confiteor, peccauī,
 sed dicunt ore tantum, dicunt ex frigida consuetudine. Dicant in cordibus, compungan-
 tur in cubilibus, dicant sibi, dicant deo, qui uidet, audit, in abscondito. In publico raro ue-
 rum dicunt homines. Qui uere precari uult patrem coelestem, abdit sese in cubiculum: ita
 quem uere poenitet anteaetā uitae, compungitur in cubiculo. Opinor autē uos hic agno-
 scere tropum prophetici sermōnis. Non enim locus significatur, sed intus cordis affe-
 ctus. Est quidem cor abditissima pars hominis, quasiq; conclauē corporis, ubi secretiora
 reponuntur, uerum est aliquid & corde secretius, quod hic cubile uocat, alioqui cor ipsum
 uarios habet recessus ac specus, & inueniuntur qui duplex habent cor, loquētes in corde
 & corde. Verum is demum uere compungitur, qui compungitur in cubili cordis sui, ubi
 deo loquitur nō hominibus. Dixit Dauid, peccauī domino, & misericordiam consequu-
 tus est. Dixit Saul, peccauī, quia prauaricatus sum sermōne domini, nec auditus est, quo-
 niā nō dixit in corde suo, non cōpunctus est in cubili suo, quemadmodū Dauid. Irascun-
 tur igitur & peccant, qui uidentes proximum à turpi uita cōuersum ad pietatis studium,
 non solum ipsi non corrigunt uitam suam exemplo commoti, quemadmodum oportuit,
 sed cui gratulari debebant, indignantur, & quem amulari debebant, eum conantur ad re-
 lictam turpitudinem retrahere, & inde fiunt sceleratiores, unde poterāt sanari. Porro qui
 commouentur quidem ac sibi displicent exemplo proximi non nihil compuncti, sed mox
 relabuntur in pristinum affectum, hi quod dicunt, non dicunt ex corde, nec in cubilibus
 suis compunguntur. Rursus huic uersui subiicitur signū Sela, de quo diximus, admonens
 nos, hanc sententiam non esse leuiter praetereundam. Utinam spiritus coelestis motis ani-
 mi nostri fidibus eiusmodi concitet harmoniam, ut penitus omnium nostrum mentibus
 inhaereat, nec unquam excidat semel infixata: quādo quidem in hoc sita est felicitas nostra,
 ut salubriter irascamur uitijs nostris, & fraternae correctioni gratulemur: ut confiteamur
 nostram iniustitiam, ac dei misericordiam imploremus, sed confiteamur in cordibus nos-
 tris, & compungamur, sed in cubilibus nostris. Nihil moratur dominus mutatā uellem,
 aut

aut attenuatum uultum, cor intus contritum & afflicum intuetur. Nemo nostrum est,
 quin habeat quor sibi irascatur, quor secum in corde rixetur, quor in cubili suo cōpunga-
 tur, ne putemus haec ad eos tantum pertinere, quorum uita magnis ac manifestis criminibus
 infamis est. In q̄ multis quotidie labimur, q̄ multa praetermittimus oscitantes, quae si
 cūlisset operari, quot modis imperfectum est hoc ipsum, quod recte gerimus. Quod si qui
 sunt inter uos ob grauium criminum cōscientiam graui corde, qui haecenus dilexerūt ua-
 nitatem & quæsierunt mendacium, si commoti huius psalmi harmonia, coeperunt irasci
 sibi, si loqui in cordibus suis, si compungi in cubilibus suis, attēti audiant quod sequitur,
 ut sciāt quibus rebus perfici ualeat quod cceptum est. Sacrificate sacrificiū iustitiae. Olim
 holocaustis placabatur deus. De his sacrificijs intelligi poterat hic uersiculus, nisi
 addidisset sacrificiū iustitiae. Quid autem sit sacrificiū iustitiae beatus Augustinus bifari-
 am interpretatur, uno modo de poenitentia, per quam homo sibi totus displicens, immo-
 rat se ipsum in holocaustum domino, de quo sacrificio loquitur psal. 50. Sacrificiū deo
 spiritus contribulatus. Quor autem hoc sacrificiū iustitiae dicatur, reddit hanc causam,
 quod nihil esse possit iustius, quā ut suis quisq; peccatis irascatur, potius quā alienis,
 ac de se uindictam sumat potius quā de alijs. Recte quidē haec Augustinus, mea quidē
 sententia, nisi quod iustius est, ut qui uidet fratrem ad nouitatem uitae conuersum, laudet
 in illo donum dei, & sic agnoscat maliciam suam, ita enim deo tribuerit quod illi debetur,
 & sibi sumet quod debetur peccatori, hoc est tribulatio & angustia. Nihil autem iniusti-
 us, quā si quis peccatis undiq; madens, efferat sese quasi iustus sit, ac dei misericordia
 non egeat, & proximo indignetur, qui se retulerit ad frugem meliorem. Altero modo sic
 interpretatur, ut sacrificiū iustitiae sentiamus esse opera iusta, quae sunt post poenitentiam,
 am, quemadmodum in Euangelio Ioannes baptista Iudaeos ad baptismū cōfluentes hor-
 tuatur, ut faciant fructus dignos poenitentiae. Posteaquā enim excisa est arbor mala, & con-
 dita est arbor bona, par est ut pro malis fructibus, proferat fructus bonos. Fructus mali
 sunt opera carnis, opera bona sunt fructus spiritus. Irasci primus est gradus ad homicidi-
 um, dicere conuiciū, gradus est propior, iam ira certa concepta destinare in animo qui-
 bus modis occidendus sit quem odisti, proximum est homicidio. Iudaeorum sacrificiū
 erat mactatio petuadis. Christianorum sacrificiū est, mactare ueterem hominem, cum
 actibus suis. Primum igitur peccator accensus mutati fratris exemplo irascitur sibi. Iram
 sequitur iurgium, quum sibi displicens loquitur in corde, mox concipit certum proposi-
 tum occidēdi ueterem hominem, eum iugulatum poenitentia, sepelit in baptismo, iamq;
 nouum hominem pro uetere renatū imponit in altare fidei, diuino igni hoc est spiritu san-
 cto comprehendendum. Per baptismum enim ac fidei professionem abluebatur peccata,
 per spiritum sanctum unicuiq; iuxta mensuram fidei distribuebantur dona bene operan-
 di, quemadmodum Paulus eleganter docet, prioris ad Cor. epist. cap. 12. In mutanda uita
 duo sunt, relinquere quod eras, & incipere hoc esse quod nō eras. Itaq; suspicatur sanctus
 Augustinus hoc loco additū diapsalma non aliud significare quā quod physicis est pri-
 uatio, hoc est transitum quendam ab eo, quod esse desinit, ad id quod incipit. Hoc tamen
 uir ille modestissimus ut coniecturam, non ut sententiam proponit his utens uerbis. Nam
 & interpositum diapsalma non absurde fortassis insinuat, etiam transitum de uita ueteri
 ad uitam nouam. Atq; utinam hanc modestiam imitentur omnes qui sacras literas inter-
 pretantur. Audite aliud modestiae argumentum, ut extin cto, inquit, uel infirmato per poe-
 nitentiam ueteri homine. Non ausus est dicere, quod dixit Paulus: Mortificate mem-
 bra uestra quae sunt super terram, quod in hac uita nullus inueniatur planē mortuus pec-
 cato. Haec Augustinus hauserat ex aflatu philosophiae mundanae, quae conatus est ad scri-
 pturā diuinā sensum accommodare. Contra Stoicos ubiq; fortiter pugnat, qui defende-
 bant in sapientia cōsuetudinem. Eiusdē afflatus sunt, quae mox subnectit, gradum struens ad ea
 quae sequuntur. Multi dicunt quis ostendit nobis bona, de bonis internis, quae sola dili-
 genda sunt, quum ceteris sit ad necessitatem utendum, non ad gaudium perfrueudum.
 Quamquam fateor ea quae à Peripateticis ac Stoicis differuntur de gradibus ac discrimi-
 ne bonorum, non absurde differi, tamen congruētius arbitror sacras literas exponi per sa-
 cras literas, ne degeneremus à spiritu diuino, ad humanū ingenium. Paulus apostolus ubiq;
 clamat hominē non ex operibus iustificari, sed ex fide. Quamq; uera fides ociosa non est,
 sed

sed per dilectionem operatur. Quod si nostra opera mala sunt, arguit fidem insynceram esse. Proinde sacrificant sacrificium iustitiae, qui diffisi suis uiribus, suae sapientiae, suis factis, toto pectore fidunt promissis diuinis, nihil haesitantes, aut disputantes de praemio; quemadmodum Abraham quum accepisset promissionem a deo, quod esset futurus pater multarum gentium, quodq; per ipsius posteritatem, gentes omnes consequerentur benedictione, postea iussus mactare filium unicum Isaac, in quo solo spes erat posteritatis, non haesitauit, apud sese murmurans, ubi promissum si hunc iugularor? sciens & ueracem & omnipotentem esse qui promiserat. Ita qui fidem hauserunt euangelicam, primum credunt sibi redditam innocentiam per mortem Iesu Christi, haec est una iustitiae pars. Verum quoniam non satis est uacare culpa, nisi succedant fructus bonorum operum, quae fides per dilectionem operatur, post gratis datam innocentiam, quae sit abolitis peccatis, rursum obtemur sacrificare sacrificium iustitiae, proferentes in proximum ex fide fructus bonorum operum, quae tum sacrificamus deo, quum inde nobis nihil arrogamus, quod ex dei largitate proficiantur omnia. Id quale sit quo planius explicem, arborem frugiferam considerate. Radix fides est, ea se ualida rectaq; stirpe subrigit in deum. Mox charitas dilatat ramos in utilitatem proximi, uelut inuitans omnes ut decerpant quod natum est. Et adeo se demittit arbor in usum hominum, ut nonnunquam ramis pomorum pondere grauatis contingat terram. Itaq; radici debetur, quicquid producit arbor, etiam si fructuum suauitas arguit radicem bono succo plenam. Porro quoniam nostra radix, donum est dei, & donum gratuitum, quicquid hinc nascitur diuinae benignitati debet acceptum ferri, atq; hoc ipsum est sacrificare sacrificium iustitiae, non uindicare nobis, quod nostrum non est, nec fraudare deum laude gloriaq; debita. Itaq; nec philosophi qui sibi pollicentur summum bonum ex naturae uiribus, sacrificant sacrificium iustitiae, nec Pharisei qui suis meritis attribuunt laudem iustitiae. Quicquid enim ex fide non est, peccatum est autore Paulo

Et sperate in domino

um est fides, imo paucorum est uera fides, tunc multi dicunt, quis ostendit nobis bona? Ita Petrus adhuc carnalis: Domine ecce reliquimus omnia & sequuti sumus te, quid ergo dabis nobis? Non sacrificant sacrificium iustitiae, qui pensatis meritis ac praemio uelut ex pari agunt cum deo. Non colitur gratis deus, & tamen non ideo colendus est ut auferamus mercedem, sed quoniam ipse suapte natura dignus est qui colatur ab omnibus. Quisquis recte colit deum, habet deum, quid autem non habet qui deum habet? An is exiguum habet praemium? Sic loquitur in Genesi ad Abraham patrem omnium deo fidentium: Noli timere Abraham, ego protector tuus, & merces tua magna nimis. Sed qui dicunt, quis ostendit nobis bona? non sat habent audire promissa, uidere uolunt quod audiunt. Hanc fidem oculatam uocant, quum id creditur, quod mox exhibetur. Itaq; iuxta sensum hunc, hic sermo pertinet ad eos qui diffidunt promissis dei. Nam potest & ad eos referri, qui desperant uitae correctionem, uel ob peccatorum multitudinem ac magnitudinem, uel ob inueteratam peccandi consuetudinem. Hi dicunt cum Cain, maius est peccatum nostrum, quam ut ueniam mereamur. Item illud Hieremiae: Recessimus non ueniemus ultra ad te. Qui diffidunt promissis dicunt, non ueniet dominus, nec erit ullum discrimen inter iustum, & iniustum a morte corporis. Et hi qui colunt dominum, quare potiores sunt nobis? Non eximuntur a publicis malis, fulmina, naufragia, terrae motus, pestilentias, famem, bella, morbos, senium aequae patiuntur atq; nos. Imo nulli uiuunt afflictiores his, qui se tradiderunt deo

deo. Aduersus has impias uoces magna fiducia respondet iustus, certam esse spem omnibus, si modo cordis oculos erigant ad signum diuinae clementiae, quod omnibus sublatum est. Qua de re quoniam ante satis copiose dictum est, non operabo ueltras aures isdem repetendis, tantum admonendi estis, ut quae dicta sunt, infigatis animis uestris, conceptaq; spe ueniae de misericordia dei, ne dubitetis tollere crucem domini, quae licet habeat amaritudinem suam ob poenitentiam malorum, tamen habet eadem dulcedinem suam ob doloris succedentem laeticiam, quemadmodum ex amaro pharmaco nascitur perpetuum gaudium restituta sanitatis. Accipite cum fiducia iugum domini, quoniam longe suauius est, quam iugum huius mundi. Gustate quod suauis est dominus, & scitebimini beatum quibus quis sperat in eo. Paulus in medijs afflictionibus clamat: Repletus sum consolatione, superabundo gaudio in omni tribulatione nostra. Hoc gaudium infundit animis piorum spiritus Iesu Christi, qui nobis datur uelut arrabo promissae felicitatis in resurrectione iustorum. Mouebit fortasse uos subito mutatus numerus. Signatum est super nos, & dedisti laeticiam in corde meo. Omnibus erectum est signum, sed non omnibus datur laetitia. Ergo solus qui oculos fidei intenderat in hoc signum, dicit: Dedisti laeticiam in corde meo. Datur hic mundus suam laeticiam, sed temporariam; datur enim in auribus, datur in palato, datur in gula, datur in uentre, & in his quae uentri subnecluntur, datur in uestibus, & adificijs; at solus dominus datur in corde. Arcanum est gaudium, & ideo non potest ab hominibus eripi. Qui nunc male gaudent cum hoc mundo, amplectantur salutarem poenitentiae dolorem, ut cum hanc laeticiam senserint in corde suo, audeant sperare laeticiam uitae coelestis, quae quum sit inaccessibilis etiam finem nescit. Fluitus laeticiae qui gustum ceperit, non inuidebit mundo, sua gaudia, sed clamabit cum Petro, domine quod ibimus, uerba uitae habes. Ac rursum: Bonum est nos hic esse, faciamus hic tria tabernacula. Hic enim requiescit animus piorum, quum interim qui mundum secantur, longe alijs in rebus quaerant solatium. A fructu, inquit, frumenti, uini & olei sui multiplicati sunt. Sequar enim interim S. Augustini commentum, ut hic uersus pertinet, non ad pios, sed ad impios, qui diligunt uanitatem & quaerunt mendacium. Caterorum animantium unum quodq; quum id contigit, quod appetit natura, conquiescit nec aliud desiderat. Solius hominis animus in hac uita nunquam acquiescit, quia nondum contigit illud summum bonum, quo solo potest animus hominis expleri. Caterum qui quietem petunt a bonis huius mundi, quo maiore studio id faciunt, hoc longius absunt a uera quiete, sed grauioribus curis inuoluuntur. Etenim, quum scopus honesti sit simplex, uariis tamen error est ab hoc deflectentium. Itaq; fit ut tentatis omnibus, quae specie magni boni blandiuntur, dum animi sentiunt his omnibus fieri irrequietorem, semper cogantur dicere, quis ostendit nobis bona? Dum enim querunt multa bona quae uere bona non sunt, aberrant ab uno illo, quod uere bonum est, ac solum tranquillum esse potest hominis animi. Nam haec bona, quae sensibus corporis percipiuntur, praeterquam quod nec explent animum, quamuis a uide fruentis, sed usq; sitim sui ipso usu prouocant, multis amaritudinibus infecta sunt, ut si subducas rationem, longe plus aloes ibi comperias quam mellis. Ergo posteaq; animus per omnia uagatus, nihil aliud deprehendit in humanarum rerum praesidijs, quam uanitatem & afflictionem spiritus, tandem fessus colligit sese ad simplicitatem, ac diffusus omnibus huius mundi bonis simulq; contemptis omnibus malis, per fidem Euangelicam totum se tradit deo, iamq; in uno quietem inuenit, quam in multis inuenire non poterat. Itaq; quod hic dicit multiplicati sunt, non significatur ubertas bonorum, sed distractio curarum. Nam & Graeca uox *πληθυνον* declarat non ampliatas res, sed ipsos homines creuisse numero. Quemadmodum autem miserum est unum corpus in multa membra disseccari, ita miserum est animum sic in uarias curas distrahi, ut non unus animus sibi constans, sed plures animi uideri possint. Et ideo Paulus mulierem quae nupsit uiro, diuisam appellat, quod non liceat totam uacare domino, sed in obsequium mariti, liberorumq; cura distrahat, quum uirgo tota semper adhaereat domino, nec ab eo uarijs curis abstrahatur. Nec dissimile est quod Martham legimus in multa distractam, quum unum esset necessarium. Vnum illud pro multis elegerat Maria, & ideo sedet non ambulat, & quiescit ad pedes domini. Augustinus huc etiam illud adfert ex libro sapientiae: Corpus quod corrumpitur aggrauat animam, & deprimat terrena habitatio sensum multa cogitantem. Frumentum autem uinum & oleum intelligi uult, non solum haec

A fructu frumenti uini & olei

quæ nominantur, sed omnium rerum temporalium copiam, quibus hoc est peculiare, ut animum possidentis & amantis miseris curis discerpant, itaq; obstant, quo minus impleri possit, quod eodem in libro præcipitur: Sentite de domino in bonitate, & in simplicitate cordis quærte illum. Declarat hoc ipsum Evangelica parabola de semine, quod à spinis suffocatum est. Spinas autem ipse dominus interpretatur diuitias uarijs ac molestis curis obnoxias. Fides autem resecat huiusmodi multiplices curas, & hominē simplicitati reditum colligit in deum. Quoniam autem maxima pars hominum distrahitur his rebus, quæ pertinent ad splendorem aut commoditatem uitæ, in quibus primas tenent diuitiæ, quæ largiri putantur omnia, ideo sub harum nomine potissimum significatur omnia, quæ curis inanibus mentem amouent ab eo, quod solum amandum est, ueluti psalmo centesimo quadragesimo tertio. Promptuaría eorum plena, oues eorum fetosæ &c. psalmus ita clauditur, beatum dixerunt populum cui hæc sunt, beatus populus cuius dominus deus eius. Multa itaq; nõ beant hominem, sed distrahunt, at deus qui unus est, solus beatus. Item psal. 72. Ecce ipsi peccatores & abundantes in seculo, obtinuerunt diuitias. Rursum Paulus scribens Timotheo, copiose declarat hanc erum nosam multiplicationem, in quam incidunt homines, quum distulsi diuino præsidio, confugiunt ad præsidia mundi, existimantes quæstum esse pietatem. Est autem quæstus magnus pietas cum sufficientia. Nihil enim intulimus in hunc mundum, haud dubium quia nec auferre quid possumus. Habentes autem alimenta, & quibus tegamur, his contenti sumus. Nã qui uolunt diuites fieri incidunt in tentationē, & in laqueum diaboli, & desideria multa & nocua, quæ mergunt hominem in interitum & perditionem. Radix enim omnium malorum est cupiditas, quam quidam appetentes errauerunt à fide, & inferuerunt se doloribus multis. Tu autem o homo dei hæc fuge. Qui terrena appetit, multitudinem appetit, & ideo distrahitur in multa, & inuoluitur doloribus multis, quoniam aberrat à fide, quæ nos à multis in unum colligit, sed hæc fugit homo dei, qui fidens uni, negligit illa multa. Simplex est ueritas, ab hac quilibet aberrarit, in multa distrahitur. Hoc erat quod Paulus mettebat Corinthijs: Despondit, inquitens, uos uni uiro, uirginem castam exhibere Christo, timeo autem, ne sicut serpens de cepit Euam astutia sua, ita corrumpantur sensus uestri, & excidant à simplicitate, quæ est in Christo Iesu. Christus ueritas est, unde qui excidit, iam simplex esse desijt. Quemadmodum autem sponsa tota pendet à sponso potenti, ita quid opus est ut anima Christiana, quæ sponsum habet omnipotentem, ab uno discedat, & in uarias sollicitudines distrahat? Itaq; qui spiritualis est, & in se ipso sentit esse boni gustum quod quæsiuit, dicit, dedisti lætitiã in corde meo. At isti multi, qui multis distrahantur, nec unquam fatiantur, semper dicunt, quis ostēdit nobis bonã? Cũq; iam contigit affatim quod amauerunt in hoc mundo, dicunt cũ Evangelico diuite, qui cogitans de dilatandis horreis, loquitur sibi: Anima habes multa bona posita in annos plurimos, requiesce, comede, bibe, epulare. Quoniam autem stultus ille maluit sperare in incerto diuitiarum, q̃ in promissis euāgelicis, non inuenit requiē, quã sibi promittebat. Hęc nimirũ erat illa multiplicitas à fructu frumētũ uini & olei, sicut horrea essent angusta rerum copiarũ. Habebat multa bona, sed uno carebat, quod solum adfert quietem animi, non in hac quidem uita perfectam, sed in futuro perficiendam. Hoc bonum qui gustauerit, fidens domino, in pace in id ipsum dormit ac requiescit, uidelicet alienatus à sensu rerum temporalium, & oblitus omnium quæ sunt huius mundi, conquiescit in terra spe rerum æternarum. Est enim somnus imago quadam mortis. Pro hac animi quiete, quam mundus dare non poterat, propheta gratias agit deo, cuius gratia semouerit ipsum à multitudine ac turba nascentium rerum ac morientium, ac singulariter, hoc est simplicitati redditum seposuerit, tribuens illi tutam ac tranquillam sedem, non alibi quã in spe quietis æternæ. Iuxta sensum hunc diuus Augustinus totum hunc Psalmum interpretatur confessionum suarum libro nono. Psalmos enim legit catechumenus, cum Alypio catechumeno, hoc uero psalmo singulariter se commotum fuisse scribit. Et alias libenter philosophatur, de homine qui rerum temporalium amore distulit in multa, per fidem in unum redigitur. Atq; hæc quidem omnia pie sanè dicuntur ab optimo uiro, uerum an hic sit germanus huius psalmi sensus incertum est. Optandum quidem esset necubi dilaberetur intellectus noster ab eo sensu quem diuinus ille spiritus recondidit in arcanis literis, uerum quoniam hoc huic uita datum nõ est, certe

certe proximi est, ut si quid erremus, feliciter erremus. Mihi non constat an hic errauerit Augustinus, sed si errauit, errauit catechumenus, & feliciter errauit, hoc somnio transformatus ad meliora. Vtinam similiter erremus omnes, ut sic interpretates hunc psalmum, auersemur huius mundi uanitatem, & colligamur in id ipsum, hoc est in simplicitatem fidei. Nos his omisissis persequemur sensum à ueteribus nobis traditum, sed interim deprecantes, ut si quid ab illis etiã aberratũ est, dignetur Iesu spiritus aperire mysterium, quod hæcenus distulit. Potest enim ille spiritus amator humilium, aperire paruulis quod magnis celatum esse uoluit. Est enim ea sacrarum scripturarum, uelut inexhaustæ uenæ fecunditas, ut semper eruatur aliquid, nec unquam desit, quod scruteris. Igitur quod diuus Augustinus retulit ad carnales, nos referamus, ut cœpimus, ad spirituales. A fructu frumētũ uini & olei sui multiplicati sunt, quæ uerba si accommodentur ad Euangelij prouentum, qui sacrificijs Iudæorum abolitis per uniuersum terrarum orbem dilatatus est, communionem facti panis & calicis domini, & unctione spiritus, nihil est difficultatis. Verum hoc nunc agimus, quomodo sensus horum uerborum ad perpetuum omnium Christianorum profectum queat accommodari. Id quanquam ante tentauimus obiter, tamē nunc fusius & crassius conabimur explicare. In huius mundi bonis communitio quam hic multiplicationem uocat, parit inuidiam. Auidus negociator optaret quæstum esse apud paucos, & ideo redimit monopolia. Qui ambiunt sponfam oderunt procorum multitudinem. Qui se uendit professione philosophiæ, dolent esse plures, qui laudantur eodem titulo. At rerum spiritualium longe diuersa natura est. Quisquis harum aliquam portionem consequutus est, dolet non omnibus esse commune quod habet, pro se quidem agit gratias, sed interim gaudet uinci à pluribus. Agit itaq; gratias uir pius, quod in desperatis rebus humanis erectum sit omnibus signum bonæ spei dicens: Signatum est super nos lumen uultus tui domine. Mox uidens hoc signum multis fuisse saluti, gratatur ac dicit, dedisti lætitiã in corde meo. Nam uera charitas magis gaudet de cõuersione peccatorum, quã de sua salute. Perinde igitur ac si quis interrogasset, unde ista cordis tui læticia? Respondet: A fructu frumētũ uini, & olei sui multiplicati sunt. Nec arbitror prætereundum, quod Hebræus dixerit in tempore siue à tempore, quorum illud uertit Hieronymus, alterum legit Augustinus, pro quo septuaginta transtulerunt, à fructu. Equidē existimo significari fructum suo tempore redditum, quo sensu psalmo primo beatus uir cõferatur ligno plantato iuxta decursus aquarum, quod fructum suum dat in tempore suo. Habet spiritualis in Christo generatio suos uelut ætatum gradus, ac profectus, habet infantiam, quæ laete conuocetur, nondum patiens solidi cibi. Interim paruuli sumus in Christo, donec uenerit tempus quo panē doctrinæ perfectioris iam corroboratur animus noster, quo uino charitatis hilarescit cor. Nihil enim amanti difficile, sed amor cõdulcat omnia. Ex fide roboretur ac firmata est animi. Nam panis ille uiuus & efficax fide sumitur. Fidei iuncta est charitas quæ sobriam adfert ebrietatem, usq; ad uitæ quoq; cõtemptum; uinum autem exhilarat cor iuxta psalmum altum, & oleum exhilarat faciē. Huius uini uis facit, ut in medijs afflictionibus spirituali gaudio gestiat animus. Oleum facit, ut quamuis multis degraui curis, tamen erga proximum comes simus, & affabiles. Non mirum si Iudæorum animi macilentisunt & exucii, exiles & imbecilles, quum hordeum adhuc arrodāt, si mœrent, quum adhuc bibant aquam, quam Agar accepit in solatium peregrinationis, si parum comes sunt erga proximum, quum exterminent facies suas hypocrisis, nec habeant oleum quo faciem exhilarent. Nos qui uestimur pane filiorum, qui bibimus mustum efficax, in quos effusum est oleum gaudij spiritualis, debemus esse fortes aduersus huius mundi mala, ac tales quales in epistola describit Ioannes: Scribo uobis iuuenes, quia sermo dei in uobis manet & fortes estis, & uicistis malignum; simus in nobis spe gaudentes, erga proximum cum hilaritate benefici, talem enim datorem diligit deus. Ieiunent Iudæi, qui frumentum euangelicæ doctrinæ respuunt, qui bibunt aquam insipida literæ, nos habemus panem longe præstantiorem manna, qui de celo descendit, ac præstat immortalitatem. Nos inebriamur ab ubertate domus dei, quibus per Iesum aqua uersa est in uinum optimum, & habemus uitam ueram, hoc est frumentum & uinum de quo loquitur Zacharias: Quid enim bonum eius est, & quid pulchrum eius, nisi frumentum electorum, & uinum germians uirginis. Electi sunt iuuenes in Christo, grandes & robusti, qui tenent

2. TIM. 3

sanam doctrinam & utilem ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum ad erudien-
 dum in iustitia, ut perfectus sit homo dei, ad omne opus bonum instructus. Virgines au-
 tem quas gignit hoc uinum, sunt incorruptae mentes quae semper canentes canticum no-
 uum, sequuntur agnum quocumque ierit, de quibus meminit psalmus quadragesimus quar-
 tus: Adducentur regi uirgines post eam, proximae eius afferentur tibi, adferentur in iustitia,
 & exultatione. Qui fieri potest ut non gaudeant filij sponsi, qui nunquam a suis diuelli-
 iuxta sensum communem uinum non conuenit uirginibus, nec gignit uirgines, sed magis
 corrumpit uirgines. At uinum quod reconditum est in cellis sponsi nostri, quo largius bi-
 bitur hoc reddit castiores. Gustarat hoc uinum, quae loquitur in canticis: Introduxit me
 rex in cellam uinariam, ordinauit in me charitatem. Sunt autem & inter Christiani no-
 minis professores, qui quoniam semper pascuntur paleis & siliquis caeremoniarum, & a-
 quam habent litera, semper manent imbecilles ac tristes. Ac uereor ne quod Paulus obij-
 cit Corinthijs, nobis quoque dici possit: Ideo multi in uobis inualidi & aegroti, & dormi-
 unt multi, quod dum indigne sumunt de pane dominici corporis, & indigne bibunt de
 poculo dominici sanguinis, pro robore imbecillitatem, pro uita mortem accersunt sibi.
 Probet igitur unusquisque se ipsum, & sic de pane illo edat, de calice bibat, quo uegetus
 & alacer euadat in Christo. Eadem de causa fit, ut multi quum quotidie legant, audiant,
 cantent sacras literas, tamen nec corroborantur spiritu, nec incalescunt uino charitatis,
 sed perpetuo ieiuni manent ac tristes, quia quod labijs degustant, non auide deorant,
 non traiciunt in animi uiscera. Edamus omnes hoc frumentum, bibamus hoc uinum
 sicut oportet, ut & ipsi cum propheta possimus dicere: A fructu frumenti uini & olei sui
 multiplicati sunt. Nec obstat huic sensui, quod nunc tanta sit paucitas uere Christiano-
 rum, quae iam pridem decreuit, & hodie magis ac magis indies uidetur decrescere. Si spe-
 cies pusillum gregem unde coepit religio Christiana, mox supputes per orbem terra-
 rum tot examina martyrum, uirginum, & confessorum, intelliges unumquemque pi-
 um hominem non absurde dicere: A fructu frumenti & olei sui multiplicati sunt. Pauci sunt
 si conferantur ad turbam eorum qui dicunt, quis ostendit nobis bona? sed tamen satis
 increuerunt, quam quisquam potuisset credere. Nec dubito, quin sit in orbe quibus me-
 rito gratulemur plures quam nouit uulgus. Latitant enim in medijs paleis grana Iesu Chri-
 sti. Haec multitudo, quae ex parujs inijs nata, inter tumultus persequentium tot iam se-
 culis quotidie propagatur, declarat certam esse fidem Euangelicorum promissorum, quae
 pijs interim gustantur, ceterum apparebunt in aduentu domini. Tanta igitur sanctorum
 multitudine confirmatus unusquisque nostrum dicere potest: In pace in idipsum dormi-
 am & requiescam. Porro quod beatus Augustinus annotauit de addito pronomine, sui,
 quasi distinguatur panis qui de caelo descendit, a pane humano, & uinum dei, de quo scri-
 ptum est psalmo trigesimo quinto. Inebriabuntur ab ubertate domus tuae, a uino hominum
 in quo est luxuria, & oleum dei de quo scriptum est: Vixisti eum oleo laetitiae, pro confor-
 tibus ipsius, ab oleo de quo loquitur alius psalmus: Oleum peccatoris non impinguet ca-
 put meum, ut fateor erudite pieque dici, ita non congruunt ad hunc sensum, quem persequi-
 mur. Omnes petimus quotidie panem a patre caelesti, qui nos uegetos reddat in Christo,
 quotidie petimus multa diuini spiritus. Pronomen autem sui distinguit annonam spiritua-
 lem, ab annona huius mundi. Habet hic mundus suum prouentum, primum fallacem, de
 inde non exhilarantem animam. Qui se deo totos dederunt, habent aliud annonae genus
 unde quotidie multiplicantur, & multiplicabuntur usque ad consummationem mundi. To-
 ta autem haec multitudo unum corpus in Christo Iesu, ex multis conflatur in unum com-
 munionem corporis & sanguinis dominici, quemadmodum ad Corinthios scribens docet
 Paulus: Calix benedictionis quem benedicimus nonne communicatio sanguinis domini
 est? panis quem frangimus nonne communicatio corporis domini est? quia unus panis,
 unum corpus multi sumus, omnes qui de uno pane, & de uno calice participamus. Nec ab-
 surdum est quod eadem res nos plures reddit & unum. In corpore naturali membra grandescere
 possunt, numero nihil potest accedere. In corpore mystico secus est, quod hoc magis sit
 unum quo pluribus membris sit numerosius. Significant hoc ipsa sacramenta, quibus foede-
 ramur. Granum a grano separare potes, uerum ubi ex multis granis commolitis ac maceratis
 coijt panis, non potes aliud ab alio discernere. Sic uua ab uua licet separare, ubi ex multis
 uuis

1. COR. 10

uis confluit uinum, non est quod separet. Hoc & de oleo dici potest, quod ex multis bac-
 cis in idem confluit. Omnes eodem oleo sumus uncti, siue reges, siue plebei, siue serui, siue
 liberi, siue docti, siue indocti, siue Graeci, siue Barbari, siue uiri, siue foeminae, omnes ex eo
 dem pane uescimur, de eodem poculo bibimus. Respondeat charissimi, respondeat uita
 nostra, sacramentis nostris. Qui eodem unguentur oleo, eodem uescuntur frumento, idem
 bibunt uinum, idem sentiant, idem credant, idem agant, sicut decet eiusdem corporis mem-
 bra. Quid profunt sacramenta foederis, si non adsit animorum coniunctio? Quorsum au-
 tem attinet hic deplorare, quod saepe deploratum est a nobis, sic tot seculis Christianos in-
 ter se bellis, odijs, iurgijs, opinionibus conficiari, ut nec Turcae crudelius, nec ferae inimi-
 citijs? Atque horum dissidiorum, nec modus est nec finis. Et tamen in uobis inuenimus
 Christiani, ac Turcae inuicem inuicem. Sed facessant querimoniae quo psalmum ablo-
 mus. Is qui uere pascitur frumento doctrinae sacrae, quum bibat uinum, quum comedat
 scuit diuina sapientia, qui uere unctus est oleo spiritualis laetitiae, is perseverans in ecclesie
 concordia, nulli molitur malum, sed de bonorum profectu gratulas, ac malorum iniurias
 negligens, dicit: In pace in idipsum dormiam & requiescam. Quod latinus interpres red-
 dit in idipsum, Graece est *ἐν τῷ αὐτῷ*, quod alias reddere solet in unum. Idque nonnun-
 quam refertur ad locum, in quem eundem plures conueniunt, quemadmodum primi Co-
 rinthiorum undecimo. Conuenientibus uobis in unum. Item Actuum secundo. Erant
 omnes pariter in eodem loco, quod est, *ἐν τῷ αὐτῷ*, uertit in eodem loco. Nonnunquam per-
 tinet ad consensum animorum, uelut Roma. duodecimo. Id ipsum in inuicem sentientes
ἐν τῷ αὐτῷ. Rursum psalmo centesimotrigesimo secundo: Ecce quam bonum & quam iocun-
 dum habitare fratres in unum, *ἐν τῷ αὐτῷ*. Quanquam ille ipse multorum communis lo-
 cus, concordiae symbolum est. Nunc illud tantum restat, quod attigimus ante, repetendo
 uestris animis infigere, non sine causa bis idem dictum: In pace, & in concordia. Quicumque
 Christianus uelit feliciter obdormiscere, necesse est ut habeat geminam pacem, alteram cum
 deo, alteram cum ecclesia siue cum proximis. Peccata serunt inimicitiam inter deum, & ho-
 mines. Hanc abolens Christus, facit pacem. Haec est pax quam mundus dare non potest,
 sed potius dirimit, eadem est quam Paulus toties precatur suis, gratia & pax a Deo patre
 & Iesu Christo domino nostro. Haec pax non est impijs, quantumuis clament pax, pax.
 Quisquis enim est impius, bellum habet cum deo, pacem cum Belial. Nullum autem foe-
 dus intercedere potest inter Deum & Belial. Quoniam autem summus & aeternus con-
 sensus est inter Christum & patrem, quoniam unum sunt, non potest idem esse cum pa-
 tre, qui non sit idem cum filio. Orat hoc Christus apud Ioannem decimosextimo: Pater
 sancte serua eos in nomine tuo quos dedisti mihi, ut sint unum, sicut & nos. Pacem ha-
 bet cum deo, qui totam uoluntatem suam submittit uoluntati diuinae. Quid autem uelit
 ille declarauit praecipis suis, & si quid in his aut alijs in rebus extiterit, quod noster intel-
 lectus non assequatur, uelut quum affligimur aduersis, non apparente causa quum affliga-
 mur, semper dicamus, fiat uoluntas domini, hoc est in pace, cui adharet in idipsum. Pax
 ad nos uenit, ut autem accedat in idipsum, necesse est ut inter nos congregemur in unam
 ecclesiam, uelut in domum omnium qui Christi sunt communem, deinde singularem fra-
 ter cum fratre pacem habeat: Et haec inter se natura cohaerent. Nam qui potest habere in-
 multatem cum filio, qui pacem habet cum patre? aut qui potest habere pacem cum capi-
 te, qui bellum civile habet cum membro capitis? Neque cum deo neque cum filio & spiritu
 sancto pacem habet, cui conuenit cum peccato, neque cum ecclesia, quod est Christi cor-
 pus pacem habent schismatum & haeresium autores, neque cum proximo, qui uindictas &
 amantes sui, non queunt ferre proximorum infirmitatem. Christus plus exigit a nobis,
 ut diligamus & inimicos. Diligere plus est quam habere pacem. Itaque soli obdormiscunt
 in pace & in idipsum, qui bellum habent cum peccato, et qui nulli mortalium male uolunt,
 sed omnibus bene cupiunt, quod in ipsis est. Nec ullam in hac uita quietem inueniunt ani-
 mo suo, nisi qui sic obdormierint. Sic mortuum erat corpus Abrahae, & Sarae iam desie-
 rant uiuere muliebria, quum pareret Isaac, hoc est gaudium quiete conscientiae. Mors haec
 affectuum est, non corporis. Hic sensus quum locum habeat in omni uita Christianorum,
 tamen in morte praecipuum huius quietis specimen aditur, illic enim extrema lucta est car-
 nis & spiritus. Mortem autem somnum uocari in sacris literis, clarius est, quam ut doceri
 debet

debeat. Et hominis somnus, imago quaedam est mortis, ut saepe iam dictum est, & ideo pax animi & quies rerum dicitur ab ingeniosissimo poeta. Et spiritus in Apocalypsi beatos appellat mortuos, qui in domino moriuntur, ut requiescant a laboribus suis. Mortem hanc gratia Paulus optavit, ut requiem haberet cum Christo. Ob hanc mortis ac somni similitudinem, psalmus hic ex ecclesiae consuetudine, canitur ante somnum, ut tanto melius carni possit sub mortem, quam gentes aeternum somnum uocant, nobis reuiscitur longus fortasse recte dicitur, aeternus dici non potest. In hoc articulo potissimum apparet quis sit sanctus quem mirificavit dominus.

~~Quoniam tu domine singulariter in spe constituisti me. Hanc animi securitatem solus deus homini praestare potest, qui solus suscitatur mortuos, quique sibi fidentibus pollicitus est uitam aeternam. Non hoc praestant hominum protestationes, hominum bullae, stultaque pollicitationes quorundam occlamantium morituris; Bono animo morere, ego hanc animam oppignero pro anima tua. Neque uero pugnat haec inter se, in idipsum, & ueritas, hoc est singulariter siue seorsum. Nam hoc ipsum est seponi a procella, quae uentura est in ipsi, obdormiscere in communione sanctorum. Neque haec solitudo excludit societatem felicium, sed semouet a contagio periculorum, malorum. Quam diu uersamur in hoc mundo, saepe periclitatur quies nostra quam habemus in domino. Ceterum ubi semouerit ille nos ab hoc mundo, iam ab omnibus malis tui securus dormimus & requiescimus in spe filiorum dei. Huius spei certitudinem tribus uerbis expressit spiritus sanctus, primum quum attente designat spei autorem, dicens: tu domine, deinde adiungens singulariter, significans procul abfuturum omne periculum, postremo quum ait κατ' οὐρανους id est habitare fecisti, siue domicilium dedisti. Nam hoc uerbo frequenter arcanæ literæ significant stabilem ac nullo casu labefactandam securitatem, uelut illud: Domine quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis requiescet in monte sancto tuo? Sic & Moses Deuter. 33. Israel habitabit confidenter & solus. Similiter & apud Hieremiam stabilem quietem promittit Israelitis: Et habitare eos faciam confidenter, & erunt mihi in populum, & ego ero eis in deum. Qui sedem habet quiescit, qui sedem habet semotam ab incurfu hostium, is habitat confidenter. Non est hic securitas perfecta animæ, quam diu uersamur in huius corpusculi tabernaculo, quod ubi reliquerint piorum animæ, tum demum incipiunt habitare confidenter, in tutissimo domicilio, quod illis parauit Deus. Ibi quietem beatam agunt, erepta uitæ malis, quemadmodum legimus: uisi sunt oculis insipientium mori, illi autem sunt in pace, & spes illorum immortalitate plena est. Non dum quidem est absoluta piarum animarum felicitas, desiderant enim superuestiri corpusculo quod deposuerunt, sed hoc desiderio non torquentur conuiescentes in spe, quam habent a deo certissimam. Talis est mors eorum, qui uete confidunt in domino, uere beata, uere preciosa in conspectu domini, quum longe diuersa mors sit eorum, qui spem suam posuerunt in hoc mundo. Sed iam tempus est, ut sermonem prolixum epilogo breui claudamus. Vnicus hic Psalmus quamlibet breuis, sufficeret nobis ad salutem obtinendam, si quod legimus intelligamus, & quod intelligimus factis praestemus. Exemplar habemus Christum in Cruce pendentem, inuocantem, exauditum, dilatatum, rursus interpellantem pro nobis, exhortantem omnes ad amorem rerum caelestium, ad poenitentiam~~

Quoniam tu domine singulariter in

maledamati mundi, ad spem ueniam, ad ambienda dona spiritus, ad quietem conscientiae ex mortificata carne, ad praemium immortalitatis. Haec singuli nostrum sequentes afflictionibus pressi, peccatis grauati, cum summa fiducia clamemus ad dominum charissimum, totam animam nostram causam illi tradentes, & ab illo dilatabitur cor nostrum. Experti gustum bonitatis illius, agnoscamus gratiam illius erga nos beneficentiam, nec desinamus clamare, miserere mei, donec senserimus in nobis confirmari & crescere donum dei. Quumque nobis ille dilatauerit cor, ut par sit ferendis afflictionibus, quum erexerit animam, ut contemptis terrenis aspiret ad caelestia, praedicemus apud alios diuinam erga nos beneficentiam, quo possimus & alios ad spem uitae melioris accendere. Sic autem praedicemus dei dona, ut nobis inde nihil arrogemus, sed tamen ostendamus eandem dei bonitatem omnibus patere, si cum fiducia petant ab eo auxilium. Quumque iam coeperunt per poenitentiam immutari, hos hortatu nostro confirmemus, ut post certum odium peccatorum animo conceptum caueant ne reuoluantur in uolubrum carnis, unde semel per dei misericordiam sunt exempti, sed ambulantes iam in nouitate uitae, exerceant opera iustitiae, praemium benefactorum sperantes, non ab hominibus, sed a domino, nihil commoti uocibus carnalium, qui dicunt, quis ostendit nobis bonam? Sed potius confirmari luce promissionis Evangelicae, & arrabone spiritus, semper gaudeant gaudio spirituali, semperque proficiant in melius, donec confirmati pane doctrinae caelestis, exhilarati uino charitatis aeternae, fortiter resistant satanae, iugiter gaudio purae conscientiae perfruantur, subleuantur interim cum omni mansuetudine & alacritate proximorum imbecillitate, ut dum uenerit supremus huius uitae dies, cum certissima spe resurrectionis, hinc migremus ad domum, qui nobis hoc per prophetas promisit, qui quod promisit in sese exhibuit, qui promissorum quae supersunt pignus tantum suis imperit spiritum sanctum, omnia copiosius praestaturus quam uel intelligere possimus, per quem nobis hic quies & gaudium, ipsi cum patre & spiritu sancto gloria sine fine. Amen.

maledamati mundi, ad spem ueniam, ad ambienda dona spiritus, ad quietem conscientiae ex mortificata carne, ad praemium immortalitatis. Haec singuli nostrum sequentes afflictionibus pressi, peccatis grauati, cum summa fiducia clamemus ad dominum charissimum, totam animam nostram causam illi tradentes, & ab illo dilatabitur cor nostrum. Experti gustum bonitatis illius, agnoscamus gratiam illius erga nos beneficentiam, nec desinamus clamare, miserere mei, donec senserimus in nobis confirmari & crescere donum dei. Quumque nobis ille dilatauerit cor, ut par sit ferendis afflictionibus, quum erexerit animam, ut contemptis terrenis aspiret ad caelestia, praedicemus apud alios diuinam erga nos beneficentiam, quo possimus & alios ad spem uitae melioris accendere. Sic autem praedicemus dei dona, ut nobis inde nihil arrogemus, sed tamen ostendamus eandem dei bonitatem omnibus patere, si cum fiducia petant ab eo auxilium. Quumque iam coeperunt per poenitentiam immutari, hos hortatu nostro confirmemus, ut post certum odium peccatorum animo conceptum caueant ne reuoluantur in uolubrum carnis, unde semel per dei misericordiam sunt exempti, sed ambulantes iam in nouitate uitae, exerceant opera iustitiae, praemium benefactorum sperantes, non ab hominibus, sed a domino, nihil commoti uocibus carnalium, qui dicunt, quis ostendit nobis bonam? Sed potius confirmari luce promissionis Evangelicae, & arrabone spiritus, semper gaudeant gaudio spirituali, semperque proficiant in melius, donec confirmati pane doctrinae caelestis, exhilarati uino charitatis aeternae, fortiter resistant satanae, iugiter gaudio purae conscientiae perfruantur, subleuantur interim cum omni mansuetudine & alacritate proximorum imbecillitate, ut dum uenerit supremus huius uitae dies, cum certissima spe resurrectionis, hinc migremus ad domum, qui nobis hoc per prophetas promisit, qui quod promisit in sese exhibuit, qui promissorum quae supersunt pignus tantum suis imperit spiritum sanctum, omnia copiosius praestaturus quam uel intelligere possimus, per quem nobis hic quies & gaudium, ipsi cum patre & spiritu sancto gloria sine fine. Amen.

CONCIONIS IN PSALMVM QVARTVM PER
Des. Erasnum Roterdamum, Finis.

DE PURITATE ECCLESIAE CHRISTIANAE PER DES. ERASMV ROT. AD
Christophorum Eschenueldium Telonen
Poppardiensem.



Christus Matthaeum a telonio seuocauit ad Euangelium, tu Christophore Christum & Euangelium in ipsum telonium induxisti, qui sic terreni principis negocium geris, ut inter prophanas syngraphas semper sit aliquid libellorum, qui mentem tuam ad caelestem philosophiam instruant, quo uere sis pheronymus, hoc est, factis nomini tuo respondens, nec iam sis Chryphoros, ut sunt istius ordinis plerique, sed Christophorus. Plurimum enim abes a quorundam opinione, qui putant nusquam esse Christum nisi in monasterijs, quum ille sit magis omnium communis, quam sol iste, pariter lucens uniuerso mundo. Et in aulis principum, & in castris militum, & in triremibus nauarum Christo locus est, si adsit pius animus. Me uero quum in Christo, non tantum supra meritum, sed prope etiam supra modum diligas, tamen charitati tuae non est satis, quod amore mutuo tecum paria facio, uis apud te extare proprium ac perpetuum aliquod nostrae amicitiae pignus, quo Erasnum tibi praesentem singas, et absentis desiderium leues: Id fieri posse significas, si psalmum aliquem cum nostra enarratione ad te mitam, Non libuit excusare, primum homini tam amico, dein rem piam iuxta ac facile postulati. Tu puta tibi non chartaceum munus ex Erasmi paupere supellectile, sed preciosam gemmam e mundo sancti spiritus esse missam, quam non gestes digito, sed in corde recondas. An tu psalmum designaris non satis memini. Nam epistola tua latet in aceruo, itaque quem fors obtulit arripui. Vale. Basileae vi. Calend. Febr. Anno a natali

M D XXXVI.

x 4 Enarratio

ENARRATIO PSALMI XIII. DOMINE QVIS HABITABIT,
qui est de puritate tabernaculis, siue ecclesie Christianae,
per Des. Erasmus Rot.



Domine quis habitabit in tabernaculo tuo. Quum unica sit uia ad salutem ac uitam aeternam, nosse deum, & illius parere iussis, Propheta superiore psalmo deplorauit hominum plusquam cecam amentiam, inter quos tam pauci reperirentur, qui conditoris ac redemptoris obuiam, & omnibus expositam misericordiam amplecterentur, sed plerique corrupti suis cupiditatibus, adeo deducti essent in reprobum sensum, ut in corde suo dicerent, non est deus; atque ex fonte impietatis deo persuasionis scatebat omne maleficiorum genus erga proximum. Namque enim proximum amare potest ex animo, qui deum non diligit. Nullus autem uere diligit proximum, nisi qui eum propter deum diligit. Ex fide uelut e radice nascuntur opera charitatis. Proinde quisquis in corde sibi loquens dicit, non est deus, quoniam cor habet pessime corruptum, unde procedit oratio cum alicuiusmodi, nihil exhalat in proximum, nisi spurciciem sepulchrorum, nisi fraudes ac uenenum aspidum, quod alius psalmus appellat insanabile; procedit conuiciorum improbitas, procedit obrektionis amarulentia; & ab his exordijs peruenitur ad libidinem effundendi sanguinis, quae supremam est odij meta, quemadmodum dixit beatus Ioannes: Qui odit fratrem suum homicida est. Quamquam autem non semper occidit qui odit, tamen dum obsequens irae suae studet laedere proximum ad homicidium operatur, & quod in ipso est, homicida est. Quemadmodum autem iuxta Ioannis testimonium, pijs hominibus nullum est gaudium uehementius, quam quum conspiciantur quam plurimos homines ad agnitionem ueritatis uenire, ac per uiam euangelicam ueritatis incedere; ita nullus est dolor acerbius, quam dum considerant in plerisque mortalibus tam crassam ignorantiam, tantum benignissimi dei contemptum, tam nullam in proximos charitatem, contra in tam paucis relucere uerae fidei ueracemque charitatis uestigia. Neque enim Epicurei tantum in corde suo dicunt, non est deus, sed quod sine graui suspitione dici non potest, innumeros reperias inter Christianos, qui in corde suo dicunt, non est deus; atque utinam non sint qui uoces tam impias Christiani inter Christianos euomant. Verum ut eiusmodi portenta mittamus, uulgatiora tangamus. Quibus nulla cura est rerum spiritualium, sed toti terrenis commodis inhiant, diuitijs, honoribus, luxui, caeterisque uoluptatibus, atque haec per fas nefasque uel per uirum uel rapinis, ac latrocinijs, uel maleficis artibus consecantur: his comparatis sibi uidentur felices: his amissis, & deum & diuos conuicij incessunt, an non hi quoque uidentur in corde suo dicere, non est deus; ore deum profitentur, factis autem negant: alium autem tanta est turba, contra uere timendum deum tanta raritas, ut Propheta deum faciat de caelo prospicientem, an omnino sit ullus intelligens aut requirens deum. Cumque e sublimi lustraret oculis uniuersum hominum genus, nullum reperit praeter unum, qui est Christus Iesus, cui tamen computatur, quicumque per fidem & charitatem unum cum illo facti sunt. Nullus enim ab orbe condito placuit deo, nisi qui fiduciam collocauit in dei gratuita misericordia per Christum omnibus oblata. Quamquam enim sub lege naturae nonnulli seruati sunt, multi sub lege Moyse, pluri sub lege euangelica, tamen nulli legi proprie debetur salus, sed tantum dei misericordiae per Christum. Ab ipsis mundi primordijs erat ecclesia iustorum Christi corpus, erat euangelium, hoc est diuinitus reuelata remissio peccatorum, ex gratuita dei misericordia propter Christum, erat & gratia quae per fidem purificabat corda, licet & per Christum incarnatum, & per apostolorum praedicationem uel latius diffusa sit tunc clarius effluerit: ac iam tum erat uerum, quod toties inculcat beatus Paulus, ueram iustitiam nulli contingere per legem aut opera legis, sed per fiduciam erga Christum. Sed non omnium erat fides, qua gratiam oblatam amplectimur: quemadmodum & hodie tametsi pluri sunt, qui fidem ore profitentur, per pauci tamen sunt qui ueram gerunt in corde: per pauci sunt inquam, si conferantur cum ijs, qui uel ab euangelio sunt alieni, uel animo pharisaico complectuntur euangelium. Hanc paucitatem uidit ac deplorauit Elias, citante Paulo, Domine quis credidit sermonibus nostris: Et quod Christus adhuc in terris uersans, dixit suis: Nolite timere pusillus grex, uestrum est enim regnum caelorum: potest &

potest & hodie dici de his, qui fiduciam omnem uere fixerunt in Christum, quamquam in his ipsis etiam paucis, infirma, inchoata, & imperfecta sunt omnia, ne dicam impura.

Propheta igitur ubi deplorauit tantam innocentium paucitatem, tantam impiorum & iniustorum turbam: simulque perspexit non esse spem salutis, nisi in tabernaculo dei & in monte sancto, quae est ecclesia: in qua nemini datur requies, nisi per fidem inferatur corpori Christi, qui clamat in Euangelio: Venite ad me omnes qui laboratis, et onerati estis, & ego reficiam uos; reputans hominum impuritatem, quum eximia puritas requiratur ad hoc, ut idem fias cum Christo, & cum illo uerferis in domo dei, trepidus ac sollicitus clamat ad patrem. Domine quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis requiescet in monte sancto tuo. Iuxta sensum infimum, tabernaculum quod iussu dei fecerat Moyses, erat Hierosolymis in monte Sion, donec Solomon rursus ex oraculo dei eodem in loco construeret illud praedives, augustum, ac celebre templum & prophanis quoque gentibus uenerabile. Ibidem erat regia Davidis. Sicut autem Iudaei de Abraham & Davide gloriabantur, quorum se posteros esse iactabant, ita sibi placebant de urbe Hierosolyma, per quam ut rem sacram iurabant, quemadmodum ex Euangelio colligitur, tuebant de templo & altari, unde illa prophetica exprobratio. Templum domini, templum domini, templum domini &c. Illic credebant habitare deum, illic putabant adorandum, illic deprecandum, illic placandum hostijs, illic petendam legem, ibi propitiatorium, unde deus promebat oracula. Ibi tabulae sculpturae digito dei, illic Aaronis uirga, & arca testamenti, sacra mensa, urna mannae, cherubim, illic sanctum sanctorum, in quod nulli patebat ingressus, praeterquam uni pontifici, nec id nisi semel in anno. Hinc tumor & supercilium genti Iudaicae, omniumque reliquarum nationum despectus. Denique tanta erat apud illos templi religio, ut pro atrocissimo blasphemiae crimine Christo sit obiectum quod dixisset, Soluite templum hoc, & in triduo excitabo illud: teste significans, sese a Iudaeis occidendum, & intra triduum reuicturum. Proinde mea quidem sententia, psalmus hic, iuxta sensum grammaticum, peculiarius ad Leuitas ac sacerdotes pertinet, quorum erat habitare in tabernaculo cui ministrabant, & in templo requiescere. Ab his autem requirebatur summa puritas, & eximia quaedam sanctimoniam, sed quam Iudaeorum uulgius externis caeremonijs consistere putabat. Huc spectabat illa religiosa capitis, manuum, atque etiam uestium consuetudo, crebrae lotiones. Sacerdotibus enim non licebat interesse funeri, non tangere morticinum, non uesci prophanis panibus, non uisere uxores ac liberos, non efferre pedem in templo, distaxat his diebus, per quos sacris operabatur, ne quid impuritatis alicunde contraherent. Caeterum hac omnia nihil aliud erant quam umbrae ac typi rerum longe praestantiorum. Verus etiam David noster, cui promissum est regnum ad extremos orbis terminos proferendum, simulque cum sole & luna duraturum, cuique data est omnis potestas in caelo & in terra, Christus est, non unctus sacerdotum oleo, sed caelesti gratia delibutus, praecumctis filijs hominum. Eius regia est ecclesia, quam ipse dominus interdum appellat regnum caelorum: Imperium est, libertas spiritus: Tabernaculum est, creditum ex omni natione congregatio: Hierosolyma est, illa ciuitas mystica, quam uidit Ioannes, Apoc. 21. e uiuis lapidibus constructam, lapide angulari Christo: Mons sanctus, est euangelicae doctrinae sublimitas, atque inuiolabilis ueritas, cui templi innititur structura, de quo meminit & alius psalmus, Qui confidit in domino, sicut mons Sion: non commouebitur in aeternum, qui habitat in Hierusalem. Propheta igitur spiritualibus oculis contemplanis stupendam maiestatem, & sanctimoniam ecclesiae, quam illi typi designabant, & cuius gloria illa omnia, quae Iudaeis uidebantur admodum gloriosa, obscurabantur, ac iuxta Pauli interpretationem, reddebantur in gloria: Simulque perspiciens nullum esse mortaliem, qui purus in domo Dei posset uersari, & hostiam Deo gratam offerre, ad patrem caelestem conuersus clamat. Domine quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis requiescet in monte sancto tuo. Veri dei notitia in angustum orbis angulum contracta est, caeterae nationes pro deo colunt ligna ac lapides, sacrificant demonijs, ad quorum libidinem ceu bubali naribus pertrahuntur in omne flagitiorum genus: & in hac ipsa gente, quam tibi selegisti, quam tot prodigijs ad agnitionem tuae maiestatis excitasti, tot beneficijs ad amorem tui prouocasti, tot praecceptis ac mandatis circumuallasti, tot Prophetis erudisti, nullus est qui te diuinae colat. Deum unum habent in ore, in corde multos habent deos, dum alius seruit irae, inuidiae

inuidiæ, ac vindictæ, alius avaritiæ, alius ambitioni ac superbiæ. Et qui sibi videntur egre gie iusti ob legis obseruationem, id quod est caput legis non obseruant. Quis enim diligit te ex toto corde suo, et ex tota anima sua, & ex totis uiribus suis, & proximum tanquam seipsum; itaque lex tua quum sit per se bona, cedit eis in malum, nec te placati reddit, sed magis iritat, nec reos absoluit, sed traducit. Bona pars colit te mandatis hominum, aut certe caeremonijs, obambulant in templo tuo, maculant hostias, excitant suffitum, offerunt donaria: at tu, quem totus mundus non capit, nequaquam includeris ædificijs humana manu factis, nec moraris istos adoratores, qui te intra parietes fabricorum arte structos adorant: sed quum ipse sis spiritus ac summa ueritas, requiris ueros adoratores, qui te adorent in spiritu & ueritate. Sabbata nostra ac Neomenias odit anima tua, sacrificium & pro peccato non postulas, Nec tu bonorum nostrorum egres, de tuo tibi sacrificamus, sed detestaris eorum uicinas, quorum manus sanguine plenæ sunt. Sanguis hircorum aut uitulorum non potest quatenus purgare à peccatis. Tu perfectus es, & perfecta requiris. Lex autem nihil ad perfectum adducit. Iam ut homo sacerdos immolatis pecudibus, aut auiibus, aut similia oleo consperfa, expiet peccatum synagogæ, aut principis, aut plebei cuiuspiam, quis erit ille Pontifex tam purus ab omni crimine: ut ipse non habeat necesse ullo expiari sacrificio, & hostiã afferat tam efficacem, ut expiet omnia totius humani generis peccata. Tota enim natura mortalium, ab ipsa usque radice, penitus infecta est uicio primorum parentum. Vnde deo te fastidite uetera, requiris noua omnia, nouas templum, nouas legem, nouas ritus ac sacerdotium: sed quis erit ille sacerdos tam immaculatus, tam acceptus, ut te iratum omnibus propitiet? Quis habitabit in hoc nouo tabernaculo tuo, quod est cœlis uenit? Quis habitabit in monte sancto tuo, ad quem nullus inquinatus potest accedere? Quis offeret hoc locustum tam efficacem, ut uere purificet corda mortalium? Huic prophete solitudinidominus respondet, Nihil eorum quæ dixisti refello, uera prædicas, nouum instituo tabernaculum, nouam requiro uictimam, nam ueterum iam dudum satur sum, nouum dabo sacerdotem, non de terra terrenum, sed de cœlo cœlestem, qui innouet omnem creaturam, non qui per uices imolet, sed qui unico sacrificio maneat sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech: Eum tibi depingam. Ambulabit in terris inter homines, sed solus absque omni macula, uersabitur cum peccatoribus, sed ut eos iustificet: operabitur iustitiam totum. Veniet ad illum ille calumniator princeps huius mundi, nec in eo inueniet quicquam. Qui loquitur ueritatem loquetur in corde suo, erit enim ipsa ueritas: nec dolum committet lingua sua, ueritatem in se, nihil enim loquetur, nisi quod a me iussus erit loqui; nec impijs adularitur, nec pios uanis promissis laetabit, pollicebitur remissionem peccatorum per fiduciam in ipsum, & præ agit i. l. f. stabit ueram, pollicebitur resurrectionem ac uitam æternam, & a deo non faciet proximo suo malum, ut animam suam et pro inimicis impendat, & pro his me interximo s. m. pellet, à quibus occidetur: ueniet enim non perditurus sed seruaturus, non iudicaturus Et opprobrium sed reconciliaturus: nec opprobrium accipiet aduersus proximos suos, qui moriens pro n. a. a. p. f. crudelissimis interfectis clamabit: pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt ac diabolus fratrum accusatorem prosterneret, mutumque reddet delecto chirographo per Ad nihilum quod uniuersis hominibus intentabat criminationem. Et quum ille pro sua malitia, per deductus c. i. quam inuidet hominum salutem, aduersus sacerdotem meum omnes suas armabit copias, Timentes autem omnes expediet artes, omnes intentabit machinas: tamen nihil proficiet, sed conteretur, rem dom. glo. & ad nihilum redigetur, nec aliud efficiet impiorum scelerata, nisi ut quem magnis sed irritis conatibus extinctum, ac penitus est memoria hominum abolitum cupiebant, eius uicioriam & gloriam magis illustrent, sibi uero nihil aliud acquirant, quam æternam ignominiam & exitium grauius. Siquidem meus ille sacerdos, quem nouo templo, nouoque regno præficiam, per mortem deinceps mortis autor est, & per crucis ignominiam speciosissimum aget triumphum de spiritibus aduersarijs. Atque huius gloriæ participes faciet omnes, qui timentes offendere patrem, auscultabunt filio meo dilecto, in quo uno sic mihi complacebitum erit, ut nihil omnino sit quod offendant. Tanta insuper futurus est apud me tum gratia tum autoritate, ut nihil illi sim negaturus. Vera interim gloria est, uicisse mundum, uicisse carnem, uicisse satanam. Sed quemadmodum filij mei gloria apud homines quodammodo latebit, dum serui, pauperis humilis ac peccatoris speciem geret, dum probrijs afficietur.

afficietur, accusabitur, damnabitur, & in crucem agetur: ita & timentium deum gloria per infirmitatem carnis ac uarias afflictiones, aut profusus latebit apud homines, aut certe obsecrabitur. Cæterum quum ille damnatus & inter latrones crucifixus, denuo ueniet in maiestate sua cum angelorum innumeris milibus, una cum omnibus pijs in uitam resuscitatus: & qui socij fuerant afflictionum, gloria pariter confortes erunt, tum impij uidebunt in quem compunxerant, uidebunt eos quos conculcauerunt, & pro ludibrio habuerunt; solis obscurare fulgorem, ipsi fero deplorabunt amentiam suam. Hæc attingere uisum est, quod uideam & ex ueteribus quosdam totum hunc psalmum ad Christi personam accedimodasse, in quam satis quadrant quæ hactenus dicta sunt: sed minus congruere uidentur ea quæ sequuntur. Qui iurat proximo suo & non decipit, Qui pecuniam suam non dedit ad usuram, & munera super innocentes non accepit. Neque enim magna laus est, non fecisse quæ sine graui crimine committi non possunt, quod genus sunt, periurio fallere, usuris augere rem, corrumpi muneribus ad damnandum, aut falso testimonio grauandum innocentem: hæc qui faciebant, etiam apud gentes habebantur scelerosi, & legibus puniebantur: qui non faciebant, nihil ferebant præmij, quo de rebus bene merentes solent honorari. In Christum uero nihil cõpetit, nisi quod est summæ perfectionis, & quod omnia legis præcepta superat. Obstrepit & altera quæstio, quum in describendo Christo magis hæc uita commemorat, quæ cætera quæ pariter damnat lex: uerbi gratia, Qui non furatur, qui non occidit, non mœchatur. Vterque scrupulus urget, etiam si præsentem locum non ad Christi personam, sed uel ad ecclesiæ ministros, uel ad unum quodlibet ecclesiæ membrum attemperemus. Harum difficultatum explicatio fortasse requirit sublimius ingenium, & in mysticis literis exercitatus: pro mea tamen exiguitate, quod mihi uidentur in medijs proferam hæc quidam lege, ne cuiquam sit præclusa uia si quid habeat melius adferendi. Scriptura uarijs modis nos instruit ad pietatem, interdum seruat naturæ ordinem, primum à uitijs reuocans, mox ad uirtutes exhortans. Si quidem natura prius est dedidit mala, proximum ad bona proficere: quemadmodum natura prius est imperfectum & ut Apostolus uocat, animal male, deinde perfectum & spirituale. Hunc ordinem seruat spiritus, quum ait, Declina à malo, & fac bonum: inquire pacem & persequere eam. Consimilem in modum Esaias. Aufer te malum cogitationum uestrarum ab oculis meis. Quiescite agere peruersæ, discite benefacere, Mox subnectit præcepta charitatis, subuenite inopi, iudicate pupillo, defendite uiduam: Sic et in euangelica parabola, prius emundatur domus, post ornari iubetur. Mündicijs, hoc est, innocentia contingit per fidem & baptismum, ornamenta per opera bona. Tale est illud Pauli, Abijciamus opera tenebrarum, & induamur arma lucis. Item Colossis. Nunc igitur deponite & uos omnia, iram, &c. Hic ordo nonnunquam inuertitur, uidelicet quum prius præcipiuntur quæ perfecti sunt, post uentantur cum illis pugnantia, quod genus est illud Pauli. Sicut in die honeste ambulemus, non in comessationibus & ebrietatibus, non in cubilibus & impudicitijs, non in cõtentione & amulatione. Neque raro miscetur hæc, uelut in uerbis domini, Benedicite persequentibus uos, benedicite & nolite maledicere. Interdum sola bona præcipiuntur: exempli causa, Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, &c. Et proximum tuum sicut teipsum. Malorum prohibitio magis cõuenit duris ac rebellibus: bonorum præceptio congruit obedientibus, & sponte ad pietatem accensis. His rationibus scriptura consulit omnium salutem, ut perfecti habeant quo proficiant, infirmi & obliuosi quo reuocentur & admoneantur. Mira est humanæ mentis ruditas ac tarditas: eorum decalogus qui crasso ac rebellis populo dabatur, tria tantum habet præcepta iubentia quæ sunt honesta, cætera prohibent scelera. Non occides, non furaberis, non mœchaberis, &c. Quoties autem utraq; miscentur, posset aliquid uideri superuacaneum, nisi nostra infirmitas & obliuio postularet tales inculcationes: Alioqui quum dominus dixisset, benedicite persequentibus uos, quid opus erat addere, benedicite & nolite maledicere, nisi ut mandatum hoc altius infigeret animis discipulorum. Vtraque itaque in utriusque intelliguntur, Veluti quum scriptura iubet, Deum amari super omnia, et proximum sicut nos ipsos, nimirum uetat omnia quæ pugnant cum dilectione dei & proximi, ea uero sunt innumera. Rursum quum lex dicit, Non occides, recte præcepit omnia charitatis officia quibus iuuare proximum possumus. Item quum dicit, Non mœchaberis, præcipit omnia quæ seruant pudicitiam, sobrietatem, labores, ieiunia, deprecationes, &c. Cæterum quæ latent, populus rudior non intelligit.

intelligit, idcirco quæ cōpendio rectiusq; dicta sunt propheta; Christus & apostoli nobis aperuerunt. In hoc igitur psalmo, ordine præposito primū summa perfectæ pietatis proponitur, mox ob rudiores nominatim explicantur, quæ præpositæ imagini aduersantur. Etenim quum dicit, Qui ingreditur sine macula, & operatur iustitiam: uniuersam perfectam quæ iustitiam complexus est, Qui ingreditur sine macula nihil admittit uitij, qui operatur iustitiam, nihil prætermittit officij. Ad hanc intelligentiam non est frigida laus, quæ negatur Christus non egisse dolum in lingua sua: intelligimus enim hunc esse unū, in cuius omnibus uerbis, hoc est in tota scriptura canonica citra illum erroris neuū uiget æterna & irrefutabilis ueritas. Quum negatur proximo fecisse malum, accipimus totam illius uitam ac mortem ad omnium salutē fuisse paratam. Quum negatur opprobriū accepisse aduersus proximos, discimus illum pro impijs quocq; ac scelerolis apud patrem intercessisse. Quum negatur periurio fefellisse proximum, admonemur quicquid unq; Christus per Prophetas pollicitus est, per eos enim loquebatur, summa fide præstitisse. Pollicitus est ingētia, & uix ullo humano ingenio credibilia. Deū uenturū in carne, morte sua redempturū genus humanum, se intra tridū reuicturum, ascensurū in cœlū, cum maiestate rediturum ad iudicandum uiuos & mortuos, suos ad uitam reuocatos, ad beatam immortalitatem assumpturum. Horum pleraq; iam exhibuit, nec dubium est, quin quod superest, eadem fide sit exhibiturus. Quum prædicatur quod pecuniam suam non dedit ad uisuram, accipimus illum fuisse purissimum ab omnibus terrenis cupiditatibus, qui gratis benefecit omnibus, nihil inde captans uel emolumentū, uel imperij, uel gloriæ: donabat gratis, sanabat gratis, redemit gratis, ac totum se suaq; nobis impendit gratis: ipse in hoc mundo non habebat ubi caput suum reclinaret, professus est regnum suū non esse de hoc mundo, non quarebat gloriam suam, sed patris. Munera uero in tantum nō recepit aduersus innocentes, ut ipse pro redimendis nocētibus sese dedit precium, sua morte pro eis dependens, ut reconciliatos ad uitam adduceret æternam. Hæc ut maxima sunt, ita solus ille perfectissime præstitit, & ideo non commouendus est in æternum. Iesus enim Christus, ut ait Apostolus heri & hodie, ipse est in secula. Tantum ad priorem quæstionē, quæ scripturam lectori poterat inijcere, quasi hæc elogia parum digna uiderentur Christo. Dissoluenta est paucis & altera, quæ propheta his tantum criminibus Christum liberat, quum fuerit pariter ab omnibus criminibus immunis. Mihi propheta ut detur his notis apte dicit scire uisum Christi personam à cæteris omnibus, sed in una Christi persona plures inerat personæ, regis, sacerdotis, prophetæ, iudicis, doctoris. In rege, qui possit alligare fortem, & ingressus domum diripere uasa illius, potētia requirebatur humana, atque etiam angelica, maior. Hinc illud, Ad nihilum deductus est in conspectu eius malignus. In sacerdote, qui solus expiaret omnium maculas, requirebatur admiranda quedam mundiciæ, quæ nescio an in ullo hominum sit reperta: omnes enim nascimur filij iræ, & iuxta Dauidis professionem in peccatis concipimur: solus dei filius, in utero uirginis absque carnali commercio uenit, ac matris integritatem suo ingressu non uiolauit, sed consecrauit.

Qualis autem erat illius conceptio ac natiuitas, talis fuit omnis uita: id notat propheta quum ait, Et operatur iustitiam. Nullus autem unquam fuit sacerdos, cuius conceptio & natiuitas caruerit omni macula, aut cuius uita fuerit undiquaq; incontaminata. Aaron summus ac primus omnium sacerdos, sic prodijt à matre, ut egeret circūcisione, neq; leuiter offendit deum populi obsequēs furorū in uitulo aureo. Heli peccauit indulgentia erga filios suos. Zachariæ patri Baptistæ imputata est incredulitas, pro qua adempto ad tempus linguæ usu pœnas dedit: Sed quid hos commemoro, ipsa lex arguit neminē, caruisse delicto, quæ præscribit hostiam, quam sacerdos pro suo delicto offerat. Omittam hinc mentionem pseudoprophetarū: inter laudatos Prophetas nullus unquam fuit ab omni uero purus, quādoquidem Esaias opus habuit uiuo carbone qui purificaret ipsius labia, Nullus quem nihil lateret, nec semper aderat spiritus propheticus, & si aderat, nō suggerebat omnia. Queritur enim propheta quidam: Dominus cœlauit me uerbo hoc. Omnibus datum est prophetiæ donum ad mensuram fidei, in uno Christo habitauit omnis plenitudo diuinitatis corporaliter: nec admonitus est somnio aut uisione, sed à patre secum detulit perfectissimam omnium præteritorum, præsentium ac futurorum scientiam. Huc pertinet illud: loquutus est ueritatem in corde suo, nec egit dolum in lingua sua. In iudice speratur

clatur causarum plena cognitio, integritas, ac mens incorrupta. Dominus in euangelio de se pronunciat: Pater non iudicat quenq;, sed omne iudicium dedit filio: & in Symbolo prædicatur uenturus ut iudicet uiuos ac mortuos. Solus ille uere iudicat, qui non iudicat secundum faciem, sed penitus intuetur corda, neque nouit personarum discrimen, sed retribuit unicuique prout gessit in corpore: & iuxta sermonem euangelicum, qui in illa suprema cognitione pristinae familiaritatis, & externorum operum cōmemoratione conabuntur iudicis fauorem inflectere, audituri sunt. Amen dico uobis, non noui uos. Eadem fere requiruntur in doctore, quæ in Propheta: nam & propheta doctor est, quemadmodū qui rex est, idem iudex est. In doctore requiritur sapientia, fides, autoritas, & uita cum doctrina consentiens: In uno Christo fuit omnis plenitudo diuinæ sapientiæ, idem erat fidelis ille & prudens dispensator mysteriorum cœlestium, qui de thesauro suo proferebat noua & uetera. Quod autem ad autoritatem attinet, de nullo unquam dictū est absolute, ipsum audite, nisi de Christo, cuius omnia uerba spiritus erāt et uita. Itaq; propheta potissimum ea crimina commemorat, quibus obnoxia solent esse personæ, quas omnes diximus in uno Christo contineri: ut mundus uniuersus intelligeret, tandem unum hominem uenturum, qui præstaret Regem innoxium, sacerdotem omni ex parte purum, Prophetam in omnibus ueracem, doctorem nihil alios docentem, quod ipse factis non præstaret, iudicem incorruptum, ut nihil iam sit quod extra Christum oporteat in hac uita quærere. Nō est necesse referre quod omnibus notum est, quantum malorum reges quidam ob potentiam ac ferociam inferant mortalibus, dum exactioibus iniustis expilant populum, leges ac uas uiolant, iniustas præscribunt, bella iniusta excitant, delatoribus ac lycophantibus præbent aures, faciunt in innoxios, accepta pecunia magistratus committunt indignis. Sileamus illaudatos principes & sacerdotes, quorum ingens est numerus, Quam magnificis scripturæ testimonij ornatus est Moyses, huic tamen obiectum est impietatis crimen, quod sitiente populo non glorificasset deum, eoque non illi datum ingredi terram repromissam, ut cunctis iam excusetur quod Aegyptium occiderit. Nec leuis macula fuit in Aaron, quod populo deos gentium flagitanti obsecundarit. Nōnne Dauid, de quo extat præclarum oraculi testimonium, inueni uirum secundum cor meum, flagitium cum crudelitate, adulterium cum homicidio coniunxit? Idem dictus est uir sanguinarius, & indignus iudicatus est qui extrueret templum domino. Egregium scripturæ testimonium tulit Salomon etiam nūdū adolescens, sed quot criminibus eam gloriam obfuscauit. Duo ex imis dixi, reliquos, ne fiam proluxor, non commemoro, At noster ille Dauid, ac uerus rex Sion, quum imperium haberet sempiternum & illabefactibile, tamē iuxta Zach. 9 charitatis uaticinium uenit non contra nos, sed nobis, non uiolentus sed iustus, nec oppressor populi sed seruator, nec ob ferociam metuendus, sed mitis ac placidus sedens in alia. Nam ut proferantur alij quamlibet laudati, & iusticiæ ornati elogijs, tamen ad Christi collari peccatores fiunt omnes, Nemo non conceptus est in iniquitatibus (de uirgine matre nihil pronuncio) nemo non natus est filius iræ, nemo non circumfert cōcupiscentiam humanæ naturæ penitus infixam, ut iam nulla macula uitæ contaminari: uerum hæc non prosequar longius, satis est in præsentia admonuisse, ea uitia nominata, quibus apud Iudæos, ea personæ complures fuerunt obnoxia, quas omnes in uno Christo ueneramus. Illud annotandum, huius psalmi argumentum non abhorre à superioris argumento. Siquidem quum illic commemorasset, quam undiq; corruptum esset humanum genus, quam quæ deus omnia conclusisset sub peccatum, ut omnium misereretur: simulq; reputans ad tantam dei iram placandam, nec legem sufficere, quæ magis exasperabat iram, nec ulla hostias à Mose præscriptas: sed opus esse nouo rege diuinitus potente, qui fatanæ tyrannidem discuteret, nouo sacerdote, qui expers omnis macula, ut uitam longe efficacior offerret, quam erat sanguis pecudum: nec talem uideret in uniuerso hominum genere, ad deum conuersus exclamat, quis dabit ex Sion salutare Israel: & audit, Cum auerterit dominus captiuitatem plebis suæ, exultabit Iacob & lætabitur Israel. In monte Sion ut diximus, & tabernaculum erat, & regia: utroque nomine designatur ecclesia, quæ & regnum cœlorum dicitur: in quam quicumq; cooptati sunt, Beati Petri testimonio, gens sancta dicitur, & regale sacerdotium. Sed quæ fuit illa captiuitas, quæ non finit Israelitas exultare & lætari? Nam id quidem temporis populus Hebræorum nulli seruebat;

culas, alioqui nō quotidie clamarent ad patrem, remitte nobis debita nostra, sicut & nos remittimus debitorib. nostris. Quis est qui nō frequenter offendit deum: aut quis est qui non aliquando cōtristat proximum: uerū huiusmodi maculas in illis cōtegit niueum uel lūs agni uere immaculati, Iesu Christi: nihil enim dānationis est ijs qui sunt in Christo Iesu. Non in cubilib. inquit Apostolus, & impudicitijs, nō in commestationib. & ebrietatibus, audis maculas: sed induimini dominū Iesum Christū, audis operimētum macularū humanæ naturæ. Ex nobis ipsis maculosi sumus at in Christo immaculati, si tamen in illo permaneamus. Et psalmista beatos pronūciat, quorū tecta sunt peccata, & quib. nō imputauit dominus peccatū. Prædicatur & charitas operiens multitudinē peccatorū. Loquor nūc de culpis, quæ per humanā infirmitatē uitari nō possunt. Nam impudicitia, ebrietas & cōmestatio, similiaq; crimina, semel quidē operiuntur in baptismo, ceterū cū agni immaculati uellere nō cōgruūt. Quisquis letale facinus admisit, candidā uestē quā in baptismo accepit, abiicit, et atrā diaboli uestē induit. Quāq; in quib. fidei uigor manet, facilius redit ad pristinā innocentia, nō per baptismū, sed per pœnitentiā: quod nī respiciat, tamēsi uersari uideatur in tabernaculo, ob catholicæ fidei professionē, et sacramentorū cōmunionem, ~~non tamen~~ Iustus igitur qui habitat in tabernaculo dei, et cōquiescit in mōte sancto eius, posteaq; reliquit Aegyptū, nō cessat, sed prælucente igni diuino, semper immaculatus ad perfectiora ambulat, donec perueniat ad illam stabilē et incōcussam felicitatē, quæ terræ promissæ typo designata est. Innocētiæ est nemi nē ledere, charitatis est omnib. prodesse. Eoq; subijciuntur. Et operatur iusticia. Frequenter in scripturis iusticia sic usurpatur, nō ut sit una uirtutū moralū pars, distincta à prudētia, fortitudine et tēperantia, sed ut accipiatur pro quibuslibet beneficijs. Omnium, inquit, iusticia rū eius nō recordabor: et apud Esaiā. Et anteibit faciē tuā iusticia tua: quū paulo ante recē fuisset officia charitatis in proximū, Frange esuriētī panē tuū, &c. Tota Christi uita quid aliud fuit, q̄ semper exposita in omnes homines beneficētia. Decet autē eū qui Christū induit quæ admodū illius summā innocentia, ita et summā illius beneficentiā pro uirib. imitari: sicut admonet beatus Paulus, Qui dicit se in Christo manere, debet sicut ille ambulare, & ipse ambulare. Summā totius pietatis uno uersu cōplexus, descendit ad uirtutū species ac uirtutū nomina. Qui loquitur ueritatē in corde suo. Qui nō egit doli in lingua sua. Maxima uel honorū uel malorū operū pars lingua peragitur. Habet autē & ipsa mens linguam suā, qua sibi deoq; loquitur. Ex corde procedit uita et mors, plurimum igitur refert quid quisq; loquat̄ secū in corde suo. Neq; enim potest uera loqui proximo qui sibi mētūtur in corde, uera dico nō illa tantū, quæ pugnat cū falsis, sed quæ simpliciter, sincere et ex animo dicitur. Pharisei quū Christo dicūt, Magister, scimus q̄ in ueritate doces, et perionā nō accipis, nō dicebat̄ falsa, uera tamē nō loquebātur, quonia doloſa mente loquebantur. Et Dauus in prophana comœdia, uera dicēdo fallit, quod est mentiēdi genus sceleratissimū. hoc pacto multi sibi loquuntur in corde blandientes uicijs suis, sed reclamāte interrim cōscientia: mendaciū autē prodit mors imminēs, tū enim discruciat̄, fatēturq; quod antea nō sint ueritatē loquuti in corde, sed sibi blādiloquijs fuerint assentati. Id frequenter usu uenit ijs, qui diplomatib. impetrauerūt omnib. cōmissorū remissionē, aut honorū fraude, furtis, rapinisq; partorū, iustificationē uti uocant. At qui sine fūco ueritatē loquuntur in corde, etiā quū mortis periculū urget, pristinā obtinet fiducia. Insuper qui dixit in corde suo, nō est deus, perniciosum mendaciū sibi loquebatur: Itidē hæretici qui sibi persuadent falsa dogmata, & ex his sibi mentis tranquillitatē pollicentur, mendaciū sibi loquuntur: breuiter omnes qui sibi promittūt felicitatē quandam in hac uita, nō loquuntur ueritatē in corde suo. Sibi mentiebatur diues ille euāgelicus: anima habes multa bona, fruere in dies multos: quū eadē nocte coactus sit animā reddere. Quisquis recte sentit de dogmatib. fidei, in corde suo loquitur ueritatē, quisquis agnoscit se suis uiribus nihil posse, sed totum præsidium esse à gratuita dei misericordia: quisquis agnoscit peccatū suū, & sincero affectu implorat domini misericordiā, ueritatē loquitur in corde suo. Qui falsa loquitur in corde suo, seipsum fallit: qui doli gerit in lingua, fallit proximum. Rursus qui ueritatē loquitur in corde suo, sibi ipsi prodest, qui linguā habet omnis doli expertē, proximum edificat, alterū ex altero cōsequitur. Qui sibi mētūtur in corde, quomodo uera loquet̄ proximo. Quæ admodū aut hoc hemistichio, qui ueritatē loquitur in corde suo excluditur omnis error, omnis

omnis peruersa opinio, omnis improba cogitatio, atq; etiā ociosa, uanū enim est quicquid oculum est, atq; e diuerso intelligitur omnis opinio pia, omnis affectus purus & incorruptus: ita hac particula excluditur omnis sermo, qui proximum ledit. Fraus est quicquid animē damnum adferit: excluditur autē, ut dixi, et otiosus, quicquid enim nō prodest nocet. Dominus præcipit ut sermo noster sit, est, & nō non: hoc est, ut nō affirmemus quicq; nisi uerū, nec negemus quicq; nisi falsum. Et Paulus admonet ut sermo noster sit cū gratia facile conditus: idem præcipit ne quē mendacio fallamus, sed ueritatem loquamur inter nos inuicē, & erga omnes. Si Christianæ sinceritatis est nec ethnicos fallere doloſo sermone, an non pudendum est nobis Christianis, inter quos tam rari sunt, qui uere ex animo loquuntur proximo. An nō omnia cōmercia uulgi fraudibus, dolis ac mēdacijs plena sunt? Quotusquisq; est, qui non uel exigui lucelli gratia imponit proximo. Nec fecit proximo suo malū. Plurima perniciosi lingua peragitur, à lingua uenitur ad male facta, quorum lingua ueluti sēna est & cōciliatrix. Est tamē aliquid intra linguæ fraudē cōsistere. Obtreſtati proximo, lingua etiā uulnerasti, ne addas maleficiū, quod manib. reliquis uel mēbris peragitur. Diluta laus uideretur, nō fecisse proximo malū sed ut prius admonui, e cōtrarijs cōtraria sunt intelligēda. Iustus qui dicitur non fecisse proximo suo malū: intelligitur omni officiorum genere inuuisse proximum. Nam proximo malefecit, quisquis cū opus fuit, & licuit, nō fecit bene. Quem admodū et lingua doli cōmittitur, quoties quū charitas exigit officium, ea nō fungitur suo officio: uerbi gratia, audis proximum calūnia traduci & obtreſtatis, doli cōmissit̄ lingua. Vides amicum errantē, nec admones, doli lingua cōmissus est, & nō loquēdo fraudē loqueris. Cōsimiliter uides proximum iniuria lædi, nec opitularis quū possis, iniuriā facis proximo. Item uides fratrem egestate discruciarī, nec eū subleuas quū tibi unde id facias suppetat, nō subueniēdo spoliasti proximum: quod tibi super est, illi debebat̄, quem urget inopia. Furtū & rapina est, quod nō faciendo facis. Vide an non congruat huic sensui quod sequitur. Et opprobriū nō accepit aduersus proximos suos, tu tibi uideris innocēs quod alijs probriū ac labē aspergentib. proximo cōquiescis: at iustus nō solum ipse non afficit quenq; probro, sed non admittit aut dissimulat, si quis innoxius probro afficiat. Qui fratrem probro affectū tacitus dissimulat, ipse probro afficit. Probro autem afficitur nō is modo, qui conuicio incelsitur, aut ignominia aspergitur, uerū etiam quisquis ad peccandum sollicitatur. Qui inuitant ad temulentiam, ingens probriū molitur amico: & qui inuitantē non arguit, si sit oportunū, & inuocatū non reuocat, probrum accepit aduersus proximum. Qui uirginē sollicitat ad impudicitia magnā parat ignominia. Hic qui sollicitantē nō admonet, & puellæ periclitati non cōsulit, probriū accipit aduersus proximum, seq; alieni criminis consortē facit. Interea forsitan alicui ueniet in mentē, quū uita hominū plena sit ad uitia sollicitantiū, si iustus tentet omnes admonere, nihil aliud acturus est, sibiq; capitalē cōstabit inuidia. Interdū personæ qualitas excusat silentiū. Nō peccat filius adoleſcēs, si parentē nō arguat, aut puer senio obticeſcat, aut si plebeius et humilis principē nō arguat. Interdū & locus excusat silentiū. Veluti concionantē in tēplis nemo reprehendit: & apud multos admonere, citius irritet peccantē, q̄ corrigat, præsertim si in eo numero adsint personæ, apud quas nō expedit delinquentis autoritatē diminui, ueluti si adsint liberi, aut subditi. Hanc admonēdi moderationē docet et euāgelica philosophia, ut prima admonitio careat testib. secunda duos tantū aut tres admittat, tertia demū defertur ad ecclesiā. In genere, quādo cunq; nulla affulget spes correctionis, silere phas est. Nōnunq; preces idē efficiunt quod obiurgatio aut admonitio. Illud arguendi genus concessum est omnib. si quis uultus tristitia significet, sibi nō probari quæ sūt aut quæ dicuntur. Contra faciunt qui fronte hilarī audīt obtreſtantē, qui applaudūt obſcœnis fabulis, qui arident abieſte blandientib. aut scurriliter mordentibus. Ab his morib. plurimū abhorret iustus. Sepit aures suas spinis, ne audiat uerba obtreſtantū proximo. Multi delectantur obtreſtationib. & aliorū uituperationem suā laudē esse ducunt. Apud hos delatores sunt in precio, quos auersatur ac detestatur iustus. Ad nihilum, inquit, deducit̄ est in cōspectu eius malignus. Extremū contēptus est aliquem pro nihilo ducere. Malignus autē est & inuidus, qui non fert honestam proximi famā, sed illi quacūq; potest labē aspergit. Is uarijs modis ad nihilū deducitur, uel quū aperte contēnitur, uel quū à maledicentiā cōpeſcitur, uel quū salutari admonitionē ab eo morbo reuocat. Feliciter deducitur ad nihilum.

qui ex maledico fit benedictus, ex vituperone laudator, ex inuidio cādidus. Iustus autē quoniam nouit quāta uitae pestis sit obreclator, nullo eū dignatur honore, sed fugit horretque. Venenū, inquit, aspidū sub labijs eorū, dētes eorū arma et sagitte lingua eorū gladius acutus. Os eorū maledictione & amaritudine plēnū est, Vinū eorū fel draconū. Quid talis bestia formidabilis? Si quādo blāditur, fel draconū pro uino porrigit. Si tantū afflat, uirus afflat. Si mordet, dentes sagitte sunt ueneno tincte. Si lingua impetit, gladio perimit, Si ducit labia, uenenū aspidū effundit, imo uirus aspidum ueneno nocētius. Aspīdis morsus corpus tantū interimit, hoc uenenū necat animā eorū; territus propheta clamat, Domine libera animā meā a labijs iniquis, & a lingua dolosa. Anīmē timet, non corpori. Aspīs autē & si necat morsu, mortē tamē adfert lenem, minimeque cruciabilem. Confopitur enim qui morsus est, & adeo nullo cruciatu, ut etiā cū nōnullo sensu uoluptatis emoriatur. At cruciellissima mors est quā adfert Sycophanta. Huius uenenum fit praesentius, si beneuolentiae specie dissimuletur. Sunt enim qui corā blandiunt, apud alios clam effundunt in tale uirus, pacti silentiū, quod imprudēter ab alijs exigūt, quū ipsi silere non queant. Narrant uni, rursus uni, ac toties uni ut iam nemo nesciat, ac susurrus clancularius erumpat in rumorem populi. Vix ullo seculo uitium hoc sauiūt impotentius quā nostrō. Obreclator nū plena sunt omnia, nec ulli libelli leguntur auditi, quī maledicentia scatent. Iamque facundia laudē auferunt, qui quaelibet in quemlibet opprobria iaculari non uerētur. At tales iustus pro abiectissimis ducit, sed eos habet in precio qui timent dominum. Quisquis enim timet dominum, non afficit probro eum pro quo dominus est mortuus, uerum quae dubia sunt, in meliorem interpretatur partē, quae recte candide laudat, quae manifestiora sunt quā ut excusari possint, eleuat tamen, si non alio colore, certe tentationis magnitudine, si similis, inquit, tentatio nobis incidisset, grauiora cōmississemus. Sequitur qui iurat proximo suo, & non decipit. Detestabile scelus est periurio fallere, quo uicio carere non admōdum magnifica laus uideatur; uerum hoc sermone cōmendatur fides in promissis omnibus, sine qua dissoluitur omnis humanae uitae societas. Et hodie quidem infames habentur qui de periurio conuicti fuerint. At si quis discusso consuetudinis uelamine, rem propius intueatur, reperiet Christianorum uitam undique periurijs refertā. Iurat Abbas monachis, Monachi iurant abbati: iurat episcopus clericis, Clerici uicissim episcopo: iurat princeps populo, populus uicissim principi: iurat qui magistratū suscipit: & olim qui consulatum suscipiebat, iureiurando addebat horrendā execrationē, me meosque deuoueo si quid scis fefellerō: iurat iudex ac testis, iurat theologus doctoris autoritatē suscipiens, iurat denique notarius, ac lignorum mensor, ne persequar omnia. I nunc & excute mihi, quae singuli iureiurando profiteantur, simulque examina an praesent omnia quae polliciti sunt, uere orne cōperias multa periuriorum examina. Sed assuetudo facit, ut haec pro periurijs nō habeantur, tantū qui abiurat depositū, aut debitā pecuniā, periclitatur de periurio. Iam ut non intercedat iusiurandū, quisquis functionē aliquam suscipit, tacite iurat proximo, quā nisi bona fide gesserit, nō est omnino purus a periurio: ueluti qui suscipit legationē aut causae defensionē, aut iuuenturē literis ac morib. instituendā, tacito iureiurando semet obligat, uidelicet ipsa negocij suscepiōe, quod bona cōmittitur fide. Qui pactus mercedē domū recipit extruendā, & si nō exprimat iusiurandum, tacita tamē religione obstrictus est. Qui uelut suscipit faciendā, aurifex qui poculū suscipit fabricandum, auriga nauatae qui merces suscipit deportandas, si fraudē cōmittit, periuriū furto copulat, tamen si nō intercessit haec uerborū formula, iuras te bona fide usurū, iuro. Nec refert an addat, me meosque deuoueo. Iam seipsum deuouit, qui scis fraudauit proximum. Scio molitorū furacitatē et aurigarū aliena uina exhaurientū, iam olim in iocū abijisse, sed eos iocos nō agnosceret iudex. In Christianis autē tantā oportet esse synceritatē, ut simplex promissio iusiurandi pōdis habeat. Nec proximo tantū prestandū est si quid iures, uerum etiā hostib. et a nostra religione alienis, modo ne scelus sit quod promissisti. Sequitur. Qui pecuniā suam nō dedit ad usurā. Sub uetere lege detestabile crimē erat, si Iudeus Iudaeo mutuū dedisset, ultra sortē aliquid recepturus. Nam cū alienigenis concessum erat usura uti. Inter Christianos uero, quos oportet arctiorib. amicitiae uinculis inter se cōnexos esse quā olim erāt Iudei, execrabile quidē uocabulū est usura, sed utinā res ipsa perinde sit abomināda. Ethnicis etiā philosophis usura res uisa est detestāda, quod praeter naturā sit, ut pecuniā pecuniā pariat. At per-

ter illud usurae genus, quae aperta facie est quod dicitur, quot sunt hodie contractus, quae stus, et artes tā affines usurae, ut nōnunquam sint sceleratiores. Has potissimum adhibemus, quū proximum urget necessitas, in quo casu uel gratis erat subleuandus. Eget colonus, redimitur exigua summa, ut quotannis tantū frumētū admetiatur, qualiscunq; fuerit agrorū proventus aut quantum eunq; frumentū precii. Quū timetur malignus annona prouentus, aut quum urget rerum necessariarū inopia, qui frumentū habet reconditū, intēdunt precium. Qui mutuo dat mille florenos in moneta argentea, ut ex pacto recipiat aureos, qui ut ferē sit, pluris aestimatur, an non manifeste committit usuram? A qua non multum absunt, qui procurant, uel minui, uel intendi nummorū aestimationē, ut hinc pariant emolumentū. Ne illi quidē qui creditores adigunt, ut accepta truncata summa dent syngraphā sibi plene satisfactū, ab usurae crimine sunt immunes. Verū has usurarias technas in praesentia nō persequar. Sunt enim innumera, a quibus omnibus purum esse oportet eū, qui uelit habitare in tabernaculo dei. Iam si libet, possumus hunc locū iuxta sensum moralem latius interpretari. Omne dei donum, quo licet iuuare proximum, pecuniā est. Exempli gratia: Huius data est gratia linguae, illi data est eruditio, & recte iudicandi facultas, alij data est dexteritas quaedam gubernandi, alius ualeat cōsilio, alius autoritate apud plebē aut principes. Qui dore a deo concessa gratis iuuat proximum, laudandus est hoc elogio, qui pecuniā suā non dedit ad usurā. Sed hic occurrit scrupulus, quum in euāgelio damnetur seruus qui pecuniā sibi creditam non dederat ad usurā, qui conuenit ut hic laudetur, qui non dederit ad usurā. Nihil ista pugnat. Dominus amat usurā, quae ipsi lucrum adfert: odit usuram, quam seruus sibi uedicat. Qui ex dono linguae sibi gloriam & emolumentū colligit, iure damnatur: ad eū enim lucrū pertinet, qui sortem dedit. At qui sic dispensat uerbū dei, ut ad illius amorē multi inflammentur, & in his glorificetur deus, laudabilem exercet usuram. Similiter de ceteris dicēdum est, iustus autē qui omnia dei dona cōuertit in utilitatem proximi, quoniam agnoscit eam ipsam facultatē qua prodest alijs, esse diuine munificentiae, conatur quidem pro uirili domini pecuniā bene collocare, sed ut nihil inde sibi laudis aut humani cōmodi ueniat, uerū omne lucrū illi deferat qui sortē credidit. Dices, gratis igitur laborandum, & non dignus est operarius mercede sua: Imō neminem manet copiosior merces, quae qui dei dona gratis impertit alijs. Benignū habet debitore quiscunq; deo seruerat. Porro quod apostolus ait, dignus est operarius mercede sua, nō his dictum est, qui dona dei dispensant, sed qui dispensatione iuuantur: horū est impertire sua carnalia, a quibus accipiunt bona spiritualia. Fidelis autem dispensator accipiet quidē ab ijs de quibus bene meritus est, nō omnia tamen, nec passim, nec ab omnibus: non exiget ceu debitū, sed a domino, cuius negotium gerit, mercedē expectabit. Quemadmodū beatus Paulus ab alijs ulro oblata nonnunquam accepisse credendus est: a Corinthijs non accepit: a nemine prorsus legitur aliquid postulasse. Nemo minus gratis bene meretur de proximo, quā qui gratis illi benefacit. Iam & illud quod sequitur, uidetur exigua laudis esse. Qui muñera super innocentes nō accepit. Etiam apud ethnicos detestabilis erat, qui mercede corruptus condemnasset infontem, aut qui accepta pecuniā falso testimonio grauasset innocentem, aut si patronus emolumentū causa aduersus eum quem sciebat innocentem defendisset nocentem. Iurabat enim actor de calumnia, patronus de fide. Quod tamen utinam non tam frequenter deprehenderetur inter Christianos. Verum haec sententia latius patet. Munus accipit aduersus innocentem, quiscunq; alicuius commodi gratia non subleuat innocentem quum possit. Verbi gratia: Si uides iniuria affici proximum, & in gratiam huius aut illius dissimulas, munus accipis aduersus innocentem. Qui sic cogitat, si huic patrocinator, is qui hunc urget quum haec fuerit in me beneficus, contrahet munus, iam hoc emolumentū quod solitus est accipere, fit munus aduersus innocentem acceptum. Qui facit haec, non commouebitur in aeternum. Qui facit, inquit, non qui loquitur. Auertatur deus eos a quibus labijs tantum honoratur. Pharisaeus qui probe tenebat quod esset maximum mandatum in lege, audit a domino, hoc fac & uiues. Qui facit haec, quae haec: Ingredi sine macula, operari iustitiam, loqui ueritatē in corde, ceteraque omnia quae recensuit. Cohærent enim omnia, & si quid desit, uitiata sunt uniuersa. Qui tandem fructus ista praestanti: non commouebitur in aeternum: Quorum uerborum duplex potest esse sensus: Nūquam commouebitur, aut si ad tempus cōmoueat, nō cōmouebitur

in aeternū, sed à lapsu resurget, et cum deo redibit in gratiam. Sicut qui in domino cōfidit, non pudebit in aeternum, licet ad tempus pudeat apud homines: ita qui digne uersatur in tabernaculo, & requiescit in monte sancto domini, non cōmouebitur in aeternū, quem admōdū & alius psalmus testatur. Qui cōfidit in domino, sicut mons Sion, nō cōmouebitur, qui habitat in Hierusalem. Vrbs, inquit Esaiās, fortitudinis nostrae Sion, Saluator ponetur in ea murus & antemurale. Haec una ciuitas est de qua pronūciāuit dominus. Et portae inferi nō praeualebunt aduersus eam. Damnatur autem hoc psalmo omnis dei cultus externus, qui cum uera mentis pietate coniunctus non est, omnisq; cognitio aut eruditio quae cum moribus inquinatis coniuncta est. Tractat hanc sententiam Hieremias capite septimo. Sra, inquit, in porta domus domini, & praedica ibi uerbum istud. Dic, Audite uerbum domini omnis Iuda, qui ingredimini per portas has, ut adoretis dominum, haec dicit dominus exercituum deus Israel. Bonas facite uias uestras, & studia uestra, & habitabo uobiscum in loco isto. Nolite confidere in uerbis mendacij dicentes, templū domini, templum domini, templum domini. Quoniam si benedixeritis uias uestras, & studia uestra, si feceritis iudiciū inter uirum & proximū eius, aduenae & pupillo & uiduae non feceritis calumniā, nec sanguinem innocentem effuderitis in loco hoc, & post deos alienos, non abieritis in malum uobismetipsis, habitabo uobiscum in loco isto, in terra quam dedi patribus uestris à seculo & usq; in seculum. Et paulo post: Nunquid spelunca latronum facta est domus ista, in qua inuocatum est nomen meum in oculis uestris? Vides ut in his, quemadmodum & in consequentibus, dominus magno stomacho indignatur, qui in templo templiq; cultibus fiduciam habebant, quum mētem ac uitam haberent secleribus inquinatam: tales enim nō purificat templum, sed ipsi potius templum polluunt. Apertius & acrius tractat hunc eundem locum Esaiās capite 1. apud quem deus hunc in modum destomachatur aduersus eos, qui tēplū ritibus ipsum colebant, quum alio qui polute uiuerent: Quōd mihi multitudinem uictimarum uestrarū plenus sum, Holocausta arietum & adipem pinguium & sanguinem uitulorum et agnorum & hircorū nolui, quum uentretis ante conspectum meum, quis quae siuit haec de manibus uestris, ut ambularetis in atrijs meis? Ne offeratis ultra sacrificium frustra. Incensum abominatio est mihi. Neomeniam & sabbatum & festiuitates alias non feram, iniqui sunt coetus uestri. Calēdas uestras & solennitates uestras odit anima mea, facta sunt mihi molestia: & c. Nōne poterat ad ista respondere populus crassus ac deo rebellis? Quid tibi accidit domine? nunc dicis: Quis quae siuit haec de manibus uestris? quum lex quam nobis per Moſen dedisti, haec omnia tā accurate praescribat, & obseruantibus promittat ingentia bona, uiolantibus comminatur mortem. Nunc incensum abominatio est tibi, quod prius dixisti odorem suauitatis: Nunc festos dies odit anima tua, quibus antea gaudebas interesse: unde ista tanta mutatio in eo qui solus manet incommutabilis? Quid deus responsurus est obmurmuranti populo: ego quidē sum immutabilis, sed uos non obseruatis ea quae precepi, neq; enim istos cultus ita praescripsi, ut in eis collocaretis summam spem aut iustitiae fiduciam, sed ut partim essent signa quibus admōneremini, partim adminicula quibus prouerheremini ad ueram pietatem: quae si desit, reliqua sunt inania, mihiq; adeo non placēt, ut magis ad iracundiam prouocent. Lex spiritualis est, & cum animi puritate opera charitatis exigit: quae nisi adiungantur, quantumuis seruetur cultus externus, uiolata est lex, & hypocritis est quicquid agitis. Quid igitur est, inquit, quod in primis à nobis requirit? Lauamini, inquit, mundi estote. Hoc nimirum est quod psalmus dicit: Qui ingreditur sine macula, auferet malum cogitationum uestrarum ab oculis meis, Idem ait psalmus hic: Qui loquitur ueritatem in corde suo. Quarite iudiciū, subuenite oppresso, iudicate pupillo, defendite uiduam: Hoc psalmus, qui operatur iustitiam. Apud eundem prophetam capite 58. idem populus obmurmurat deo dicēs. Quare ieiunauimus, & nō aspexisti, humiliuimus animas nostras, & nescisti: Sed quid audit à domino: Nunquid est tale ieiunium quod elegi, per diem affligere hominem animam suam, Nunquid cōtorquere quasi circulum caput suum, & sacco & cinerem sternere? nunquid istud uocatis ieiunium, & diem acceptabilem domino: Quid tandem erit gratum deo in externis operibus, si displicet ieiunium in sacco & cinere celebratum? An non tali ieiunio Ninuitae, Achab, alijq; permulti iram domini uerterunt in misericordiam? Non displicet deo ieiunium, sed ita demum placet, si accedat

cedat animi puritas cum officijs charitatis, Eoq; sequitur: Dissolue colligationes impietatis, solue fasciculos deprimentes, dimitte eos qui confracti sunt liberos, & omne onus dirumpere. Frange esurienti panem tuum, & egenos uagosq; induc in domum tuam. Quum uideris nudum, operi eum, & carnem tuam ne despexeris: Tunc erumpet quasi mane lumen tuum, & sanitas tua citius orientur, & anteibit faciem tuam iustitia tua, & gloria domini colliget te, tunc inuocabis, & dominus exaudiet, clamabis, & dicit tibi: Ecce adsum, quia misericors sum dominus deus tuus. Eam sententiā propheta pluribus uerbis profertur. Dominus misericors est, & ideo misericordiae sacrificio potissimū delectatur. Huc hortatur Christus in euāgelio: Estote perfecti, sicut & pater uester perfectus est. Quōd perfectus: de omnibus citra discrimen benemerendo. Qui solē, inquit, suum facit oriri super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Idē cū propheta consentiens: Ite, inquit, & discite, quid sit, misericordiam uolo & non sacrificiū. Misericordiae uox omnia charitatis officia cōplectitur. Vnde, & quōd iubentur ire, ut hoc discant: à superstitione ad uerā pietatem, à litera legis ad spiritum. Num igitur deo ingrati est offerre sacrificia? Nequaquam, sed despicit uictimas iunctas à misericordia, & approbrat cultus à lege praescriptos negligi, si proximi egestas postulet opem praesentem. Sabbatum, inquit, propter hominem institutum est, non homo propter sabbatum conditus est. Quanquā nec illa charitatis in proximum officia deo grata sunt, nisi proficiantur à mente sincera, hoc est, cum fide sinceraq; dilectione Dei & proximi propter deum. Fides praestat ut credas te deo impendere, quicquid proximo impenderis, & ab illo uno expectes beneficiorum tuorum mercedem. Charitas praestat, ut libenter & alacriter subuenias proximo. Quod si gloriam humanam spectes, aut temporarium emolumentum ad te rediturum, iam non est misericordia sed negotiatio. Atq; haec quidem potissimum ad Iudaeos pertinent, qui ferē in rebus externis iustitiam collocabant, & apud homines magis quam apud deum pietatis opinio nem captabant, quorum superstitionem frequenter in euāgelio redarguit dominus. Sed etiam atq; etiam uidendum est, num & ad nos pertineant, qui tamen si nō immolamus pedes, habemus tamen cultus ac ritus miram pietatis specie praeserentes, quibus nonnulli fortasse confidunt, neglecta mentis puritate. Quidam magno sumptu exornant templa, instituunt altaria, extruunt monasteria, nec interim reddunt egentī proximo quod debent, nec restitunt male parta, nec mutant inquinatam uitam, & tamen interim sibi placendos, quasi deum magno demeruerint beneficio, curantq; sese in templis pingēdos ac sculpendos, additis nominū titulis: uereor ne his quoq; dicat deus, Quis quae siuit haec de manibus uestris, ut ambularetis in atrijs meis, ut templum arasq; meas uestris titulis & imaginibus occuparetis? Alius se pietatis colophonem assequutum credit, si cēsum suppeditet nullis certo loco, statiq; diebus celebrādis: alius ut matutinū sacrū fistulis & musicorum uocibus decantetur Virginī matri, atq; ut eidem sub uesperam decantētur laudes modulatissimis harmonijs cantorum & organorum, atq; etiā tubarum, quum aliās psalmodiae canticis ac precationibus frequentes in tēplis resonent. Haec si fiant non purificatis mentibus, ac adiuncta misericordia, nōne periculum est ne audiant: Et cum clamaueritis ad me non exaudiam uos? Quid igitur? Negligemus cultum externum? Nequaquam: sed eum à superstitione ad pietatem, ab immodicis ac superfluis impendijs ad Christianā modestiam redigemus. Tum in primis curandum erit, ut hoc sacrificiorum genus, quo deus praecipue delectatur, adhibeatur. Quae sunt illa? Mens per fidem & innocentiam immaculata, per charitatem exposita ad benemerendum de omnibus. Haec, inquit dominus, oportet facere, & illa non omittere. Quae sunt quae oportet facere iuxta psalmi uocē. Qui facit haec, quae per se nos commendant deo, etiam si citra culpā nostram caetera non accedant. Exempli causa: Ieiunium indixit ecclesia, seruas, sed interim non tēperas à uoluptatibus, ab iracundia, sed solito pronior es ad uindictam: ingratiū est ieiunium tuum deo, qui tibi occlamat: Nūquid istud est ieiunium quod elegi: praetermissisti quod oportuit facere, & fecisti quod oportuit nō omittere. Missam celebras, sed simultatē geris cū proximo, scilicet ingratum esse deo tuum sacrificium. Clamas ad deum, misericordiam, misericordiam, misericordiam, ipse nullam fratri tuo misericordiam praestas. Oras ut te liberet à periculo, quum tu proximo periclitatī neq; opē. Proinde quotquot Christi nomē profitemur, & huius mēbra cēseri uolumus, ut digne in tabernaculo illius cōmoremur, ut in mōte sancto eius

eius requiem inueniamus, abijciamus omnem maliciam, & ut in illius cōspectu ingrediamur sine macula, concordēs in ueritate atq; unanimes. Non enim abest macula, ubi adest discordia; nec est in corde ueritas, ubi est opinio uarietas; nec est in lingua sinceritas, ubi est doctrina diuersitas. Tum ei qui seipsum pro nobis obtulit, quotidie uictimas ipsi gratas offeramus, ut uere simus uerum sacerdotium: simulq; cum diabolo fortiter pugnemus, ut uere simus regale genus. Seruemus nos puros ob omnibus carnis inquinamētis, ut simus gens sancta. Agnosce Christiane dignitatem tuam, ac sume superbiam, non quæ sitam meritis, ut ait ille, sed donatam cœlitus, ac tua sublimitate indigna proculca. Tibi loquor ac fullo quisquis in Christo renatus es rex es, sacerdos es, sanctus es. Vincere diabolum, uere regium est, mortificare mēbra quæ sunt super terram uere sacerdotale est. Nullo crimine uiolari uere sanctū est. Sancta iureconsultis dicuntur, quæ uiolare capital est, ut monia, portæ urbium, senatus & similia, Sacra quæ numini cupiam consecrata sunt. Religio sancta, à quibus uiolandis metu quodam abstinemus, quod genus sunt defunctorum monumenta. At hæc simul omnia in te competūt ò Christiane. Simul cum Christo sepultus es in baptismo, ac mundo mortuus es: Religionem uiolas, si mundo tradas dissipandū sepulchrum tuum. Sanctæ trinitati consecratus es, templum spiritus sancti factus es. Qui templum, ait Paulus, dei uiolat, hunc disperdet deus. Violatur autem omnibus inquinamentis quæ detestatur spiritus amator puritatis. Calcearius es aut fullo, non uiolatur pellium foridibus, aut sapone, sed superbia, impudicitia, ira, auaritia similibusq; mentis immundicijs prophanatur. Quibus debetur religio, ijs debetur solitudo & quietes. Quæ consecrata sunt, ea nefas est in alios usus accommodare: Quæ sancta sunt, ea uiolare crimen est, proinde irreligiose facit, qui Christo conspuitur ac mundo mortuus, totus in mundanas curas distrahitur, nec sinit animū sua quiete frui: Omnia membra nostra, imò totus homo semel Christo cōsecratus est. Itaq; sacrilegium committit, quicumq; uel corporis organis, uel animi uiribus in aliud abutitur, quam ad domini gloriam, ac proximi utilitatē. Empi, inquit Apostolus, estis precio, & non estis uestri. Et rursus. Tollam igitur membra Christi, & faciam membra meretricis: Inter sacra uero & sancta nō multum discriminis ponit scriptura. Quicquid olim in templo Solomonis gerebatur, aut hodie quoq; geritur exterius ritibus, in unoquoq; nostrū spiritualiter agitur, & hoc præstantius atq; efficacius, quia spiritualiter, quia intus in præstantissima hominis parte, quia diuinitus. Nobis omnibus dicitur quod dictum est sacerdotibus, sancti estote quoniam ego sanctus sum dominus deus uester. Consecrabatur non tantum Aaron ipse, sed & uestes, & omnia templi uasa. Ex his nemo exitebat tā temerarius, qui auderet aliquid ad domesticos usus applicare; quanto religiosius cauendum nobis, ne quid ex his quæ diuino cultui consecrata sunt in usum non dico prophanum sed in turpem rapiamus. Vasa templi nostri sunt omnia mēbra nostra, omnes animi uires: Vestes sunt actiones nostræ quibus ornatur ad dei gloriam. Miraris templum candido extructum marmore, gemmis & auro resurgens: Tu templum es preciosius. Religiose uersaris in templo quod episcopus unctioe consecrauit: Tu sacratior es. Non es unctus oleo sacerdotali. Quid tunc? Ne Christum quidem unquam Mosatico unguento fuit unctus, quum sit rex Regum, & sacerdos in æternū. Non tibi uertex ac manus unctæ sunt oleo quod à pharmacopolis conficitur, sed totus delibutus es sanguine ægni immaculati Iesu Christi. Feliciter unctus est, qui cor habet unctum unctioe spiritus. Tamen nec externa unctio tibi deest. Unctus es in baptismo, unctus in sacramento confirmationis, illic ad sacerdotium, hic ad prælium. Olim simplicia qua tingebantur. Christus addidit patrum autoritas. Clamat per prophetam dominus: Nolite tangerē Christos meos, hoc est unctos meos. Et Ioannes dicit: unctio eius docebit uos de omnibus, non sacerdotibus tantū loquens, sed omnibus Christo initiatis. Videat igitur unusquisq; nostrum ut in templo suo purus pura, castus casta peragat sacrificia. Quæ inquit? Qui libidinis æstus in se restinxit, egregium hircum deo maculauit, simulq; hosti satanæ letale uulnus infixit. Qui inuidiæ motus excussit ab animo, gratam hostiam obtulit. Qui irā effere uescenrem compressit, leonem immolauit. Qui stultitiam & ignorantiam abiecit, ouem maculauit. Qui in afflictionibus se totum submittit uoluntati diuinæ, gratissimum obtulit holocaustum. Qui petulantiam cohibet, uitulum immolat. Qui fraudulentiam abijcit, simplicitatem

citatem assumit, uulpem immolat. Qui luxum sobrietate corrigit, porcum maculauit. Qui ineptam garrulitatem dediscit, picam sacrificauit: quādoquidem in hoc sacrificio genere nullum non animalium offertur, siue quæ uicij cuiuspiā typum gerunt, siue quæ uirtutis tenent imaginem. Veluti qui caste uiuit cum legitima coniuge, par turturū immolat domino: qui gemit desiderio uitæ cœlestis, & simplicitatem amplectitur in omnibus, par columbarum obtulit: Oportet enim & uitia deuicta, & uirtutes partas offerre domino, sine cuius præsidio nec hoc nec illud possumus. Qui sic agit uitam, ut homines uidentes illius opera bona, glorificēt patrem qui in cœlis est, suauissimum illi thymiana incendit. Quæadmodum scribit beatus Paulus, bonus odor sumus deo in omni loco. Quin & pura deprecationes & gratiarum actiones suffitum reddunt, deo quouis thure, & myrrha & galbano gratiorē. Est sacrificium laudis, quo deus amat honorificari. Et sacrificium iustitiæ, quod a nobis requirit. Est sacrificium misericordiæ, quo domini misericordiam prouocamus. Qui ob Christum subleuat egenes, ignoscit delinquenti, haudquaquam uile donarium obtulit domino. Quod si iuxta apostolicam admonitionē, assidue hymnis & canticis spiritualibus psallamus in cordibus nostris domino, mel odia hæc uincer omnia musicorum organa. His igitur hostijs, huiusmodi suffitibus, huiusmodi donarijs, talibus canticis, assidue sacrificemus domino, pariter illius præsidio cum satana belligerantes, ut ab hoc tabernaculo trāseramur in cœleste tabernaculum, simul regnaturi cum Christo, cui gloria & gratiarum actio in omne æuum, Amen.

Peroratio.

En habes Christophore, uir in Christo Charissime, quod petisti, pignus amicitia nostra, perquam exile, sanè quod ad meam opellam attinet, Sed dedi sapienti occasionem, ut hat sapientior: Tu enim pro tui ingenij felicitate, nostro commentariolo excitatus, ex prophetae uerbis sublimiora cogitabis. Dominus te seruet in columem, cum optima coniuge dulcissimisque liberis: Datum Basileæ postridie Calendas Ian. Anno à natali Christi. M. D. XXXVI.

CLARISSIMO ANGLIAE BARONI D. THOMAE ROCHE/
fordo Des. Erasmus Roterodamus S. D.



xtimæ cuiusdam mentis euidens specimen iam olim dedisti uir clarissime, quod non satis ornatus tibi uidebaris maiorum imaginibus, stemmatis, torquibus aureis & anulis, quæ tu quum pro uetusta gentis tuæ nobilitate, tum pro moribus genere dignis merito gestas, nisi & animum preciosiore quadam catena ex honestissimis philosophiæ disciplinis uelut anlis contexta, decorasses. Nunc impensius etiam gratulor tuæ felicitati, quod homini potenti, laico, & auilico, perspiciam etiam sacras literas esse cordi, teq; nobilis illius margaritæ desiderio teneri, quo lubentius morem gessi sanctissimæ uoluntati tuæ, psalmumq; quem designaras, trariam enarraui, q̄ feliciter, tuum facio iudicium. Ipse certe non mediocre huius opelle fructum cepi, quod inter tractandum haud uulgarem animo uoluptatem solatiumq; persenti. Si tuo quoq; animo perinde placuerit, mihi gratulor, qui paruierim. Sin quæ displicent non grauaberis indicare, tibi gratias agam, qui me doctiorem reddideris. Scripsit in hunc psalmum Diuus Hieronymus, sed suo more breuiter, breuius etiam Arnobius: beatus Augustinus non enarrauit, sed notulas tantum breuissimas addidit, quod in memoriae subsidium, opinor, solet dicitur apud populum, ac demiror quo casu commentarius intercederet. Cassiodorum non habebam, nec solet ille multum adferre momenti.

Itaq; magna ex parte res erat meo, quod aiunt, Marte gerenda, quam si quid bene cessit, uni Christo debetur in solidum. Nunc psalmum accipe.

In Psalmum

IN PSALMVM XXII. DOMINVS

REGIT ME, ENARRATIO TRIPLEX PER DES.
Erasmm Roterodamum.

ADFERO psalmum charissimi, uerbis quidem astrictum, sed ingenti spiritalium gaudiorum fruge exuberantem. Si uersus numeretis, breuis est: si gaudia quae pollicetur aestimetis, aeterna sunt, nec modum habentia, nec finem. Colligat dominus corda uestra in unum, ut attente audiat, dilatet spiritum uestrum, ut mysteriorum capaces esse possitis. Inscritbitur ipsi Dauid. De pascuis loquitur psalmus, & agnoscitis clarissimum uaticinium Ezechielis trigesimo quarto, de pastore illo unico ac singulari Dauid, qui domini gregem ab omnibus hostium contumelijs ereptum, pasceret in latissimis omnium genere frugum exuberantibus pascuis. Habet in rege Dauid loci non nihil historiae ueritas: a grege uenit ad regnum, ex pastore ouium factus est pastor hominum: fuit uir dictus secundum cor dei, sed mysterij plenitudo quadrat in nostrum, Dauid, manu fortem, & Goliath in populum deiferoci entis interfectorem, qui solus oues suas potenter eripuit, & ereptas fide liter tuetur a tyrannide satanae, neque quisquam potest rapere de manibus illius. Hic est dominus Iesus Christus uinum ac uerum ecclesiae caput, redemptor misericors, gubernator sapiens, protector inuictus, cui data est omnis potestas in caelo & in terra, cuius regni non erit finis, cui gloria, honos, & imperium in omne aeuum, Amen. Alioqui rex Dauid licet in multis Christi figuram gesserit, tamen unam modo Iudaicae gentis portionem tenuit, nec perpetuo fuit uir iuxta cor dei, quum occiso Uria, & stuprata Betabea, adulterium homicidio iunxerit. Rursus in dicto populi censu dominum grauerit offenderit, nec semper potuerit populum suum ab hostibus protegere. At in Christo perpetuum fuit ac uerissimum patris testamentum: hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacitum est. Historiam itaque si uideatur missam facientes, praesertim quum titulus nullum indicet certum argumentum, ad quod hic psalmus iuxta literalem sensum pertineat, allegoriam exponere tētabimus, si pariter & uestrae preces nobis diuini spiritus opere impetrauerint, & alacris ac uigilans attentio mihi differendi studium excitauerit. Habet hoc rhetorum ars, ut qui dicit, auditor e bene uolulum reddat, docilem & attentum. Verum hic oportet hoc officium esse mutuū. Nulla enim res magis adiuuat doctentem, quam auditor alacris, intentus, ac discendi auidus. Per uos igitur dominus me disertum reddere dignabitur. Primum illud forte requirit aliquis, quo pacto congruat, ut quum in priore psalmo, quae ipse dominus in ligno pendens recitauit, & recitando prophetiam exhibens exposuit, commemoretur tristitia mortis & crucis, hic repente sit tanta gaudiorum exultatio. Mihi sane uidetur ordo pulchre congruens, eo quod Christi mors fons sit omnis laetitiae nostrae, illi acceptum ferimus quicquid bonorum in hoc psalmo commemoratur. Per mortem iter est ad uitam, per crucis afflictionem iter est ad nunquam finienda gaudia. Nouit optime charitas uestra, quoties ab historico seu grammatico sensu recessum est, quadrifariam exponi scripturam mysticam, ueluti proprie quadret in Christum tanquam ecclesiae caput, uel in mysticum illius corpus, quod est ecclesia, uel de utroque mixtum, uel de utroque distinctum. De utroque distinctum quum totus prophetae sermo proprie accommodatur capiti, & ite proprie accommodatur corpori: de utroque mixtum quoties aliqua scripturae pars ita quadrat in Christum, ut ad corpus non queat adaptari, aliqua sic congruit corpori, ut de capite non possit uere predicari. Quamquam & ecclesiae uocabulum accipit distinctionem: nunc enim ecclesiae uox nobis declarat promiscuam Christi nominem multitudinem, quae hic interim in terris, iuxta Euangelicam sagem parabolam, indiscrete trahit bonos ac malos, donec in fine seculi, illius angeli qui solus intuetur corda mortalium separat pios ab impijs. Interdum ecclesia declarat illam unice dilectam sponfam, quae non habet maculam neque rugam, quam nos fide credimus, non oculis certimus, sed solus ille nouit eam, qui purificat eam. Atque haec uox rursus eam interdum congregationem declarat, quae iam triumphat in caelis, interdum hanc quae diuisa est, corpore uersans in terris, animo uersans in caelis, ubi est Hierosolyma mater piorum omnium, uerba perfectaeque pacis contemplatrix. Nonnunquam scripturae sermo ad utramque mixtum pertinet.

Psalmus ad
Christum ut ec
clesiae caput
proprie ac
commodatus

pertinet. Haec est charissimi beatae scripturae fecunditas, quae simul & lacte alit paruulos, & ualidore cibo uegetat adultos, & sublimiore doctrina nutrit perfectos. Vanam enim habet inexhaustam, quo penetres altius, hoc admirabiliores opes ostentat. Non tales sunt Philosophorum literae, non Poetarum libri, non humanae leges, quanquam & haec pro sua portione qualicumque conferunt utilitatem: haec quaecumque ex parte eam contempleris, copiosa fruge exuberat. Allegorias in diuinis literis ridere impietas est: eas religiose perscrutari, fructus est: errare si absit temeritas ac sensus impius, periculosum non est. Durius esse fateor, sic scripturam praesentem ad Christum accommodare, ut interpretationem a corpore femoueam, sed tamen hoc fauente domino conabimur. Superior psalmus crucis acerbiter depingit, ac certaminis difficultatem ponit ob oculos: eoque uerba quaedam insunt, quae propemodum desperantis ac magnitudine malorum fatiscantis uideri queant, uelut illa: Deus meus deus meus, quum me deseruisti: Longe a salute mea uerba delictorum meorum. Et: Ego sum uermis & non homo, opprobrium hominum & abiectio plebis. Et: Sicut aqua effusus sum. Et: Aruit tanquam testa uirtus mea. Quanquam is quoque psalmus ita desinit, ut ostendat Christi uictoriam. Et anima, inquit, mea illi uiuet, & semen meum seruiet ipsi. Ad hunc itaque finem pulchre congruit hic psalmus, ostendens peracta cum satana conflictatione, tuta tranquillaque nobis esse omnia. Nec enim sibi, sed nobis uicit pastor noster. Ergo Christus iuxta naturam hominis assumptam, uictoriam omnem patri tribuens ita loquitur: [Dominus regit siue pascit me,] cuius autoritate functionem hanc obeo, cuiusque protectum sum inuictus, & eiusdem uirtute nihil omittitur eorum quae prophetarum oraculis de me promissa sunt. In loco pascuae ibi me collocauit: locus pascuae est ecclesia, ad hanc missus est Christus, ut expleret humani generis redemptionem. Quum anima, inquit, mea esset tristis usque ad mortem, ille missis angelis refecit eam consolatione caelestium: quum esurirem & sitirem hominum salutem, ille propitius refocillauit animam meam, nimirum hoc per meam doctrinam ac mortem tribuens omnibus meis, quod uehementer esuriebam ac sitiebam. Nam haec me sitis torquebat, quum ad fontem fessus dicerem Samaritanae: Da mihi bibere: haec erat quae me in cruce coegit exclamare, sitio. Sola haec aqua ad quam me pater enutrit, refrigerare poterat sitis ardo: rem. Reconciliatus est pater, diruit maceriam, patefecit caelum in me credentibus, & conuertit animam meam, aut ut Hebraei legunt, refecit animam meam, conuertit a dolore crucis, ad gaudium de redemptione per crucem. Deduxit hac spe refectum super semitas iustitiae, dum angustam Euangelicam iustitiae uiam solus citra lapsum perambulo, nihil omitterens eorum quae mihi mandata pater, neque quicquam omnino loquens extra delegatum munus. Opera patris faciebam, & sermo quem loquebar non erat meus, sed patris cuius nomine legatum agebam, eius in omnibus querens gloriam a quo fueram missus. Illius igitur ductu consummaui legem, implens omnem iustitiam, nec mihi quicquam metuendum putauit uel ab impijs hominibus, uel a daemonibus. Vixi inter mortuos, mors autem peccatum est, uolens ad hunc mortem crucis, anima mea descendit ad inferos, tamen nulla malorum species terruit eam, quoniam tu semper mecum eras, nec unquam illam diuino presidio destitisti. Circumderunt me dolores mortis, sed moriendo mortem deuici. Descendi ad inferorum regnum, aperuit tartarus os suum, sed meae luci cesserunt aeternae tenebrae. Dissici portas adamantinas, uectes ferreos confregi, tyrannum in uincula conieci, & abducta praeda triumphabundus ad superos redi. Haec nulla uis humana poterat, sed tu Deus eras in filio mundum reconcilians tibi, tua uirtute, tuo ductu, tuis auspicijs gestum est quicquid gestum est. Tibi regnum asserui, tuo presidio fretus hostem deuici, tua erat uirga. Nam uirga directionis uirga regni tui: tuus erat baculus quo contudi caput draconis. Haec mihi non solum tribuere fiduciam, sed in medijs etiam afflictionibus fuisse solatio, ut non solum fortiter, uerum etiam alacriter omnia perpeterer. Insultabant ueluti uictor pharisaei: Vah qui destruis templum Dei, si filius Dei est descendat nunc de cruce: Satanas adornabat triumphum, sed tu mihi parabas triumphale conuiuium, dum animam meam reducis ab inferis, dum corpus excitas e sepulchro, dum emissio spiritu tuo mundum sub tuas leges mittis, dum subuertis idola, & omnem daemonum impium cultum uertis in religiosum tui nominis honorem, denique crucis ignominiam mutas in summam gloriam. Haec uictorialem mensam mihi parasti aduersus eos, qui me meosque affligunt, ut uide-

Deduxit me
super semitas

Propter nos
men suum

Nam et si an
bulauero in
medio umb.

Quoniam tu
mecum es

Virga tua
ba. tu. ipsa me
consolata sunt.

Posuisti in
co
spectu meo

ant eum quem extinctum optabant, cuius nomen abolitum putabant, exaltatum supra omnem mundi sublimitatem, gloria immortalitatis & honore sempiterno coronatum. Absterxisti pater crucis tristitiam, moerorem mortis uertisti in gaudium resurrectionis. Caput meum antea purulentis consputum, colaphis turgidum, spinis coronatum, non habens speciem neque decorem, oleo laticiae impinguaisti, & calicem quem mihi tradideras ebibendum, ebibi: nec is fuit inefficax, sed praeclarus, illustris, ac potens: multo enim inebriaui, usque ad facultatum, cognatorum, uerberum, ignium, ungarum, postremo uitae contemptum. Non enim habebat aquam literae, quam ante mortem meam habebant Iudaei, sed uinum nouum ac mustum spiritus. Habet & Babylon calicem suum, habent Philosophi suum calicem, sed hanc ebrietatem solus praestat calix tuus. Nec intra me constitit haec tua benignitas o pater, sed eam ecclesiae sponsae meae, cui calicem tuum ebibi, uoluisti esse perpetuam. Praeuenit me tua benignitas, eadem comitata est redemptionis munus ex tua delegatione peragentem, eadem subsequetur in membris meis usque ad consummationem seculi: ut habitem non in templo Hierosolymis extructio manibus, sed in domo domini, in domo uiuis constructa lapidibus, nullis cessura tempestatibus, in qua una exaudis preces undecunque terrarum ad te clamantium: Haec est illa domus, quam sibi aedificauit sapientia tua, haec est quam unam petij, quam unam requisii, ut in ea inhabitem omnibus diebus uitae meae, & in longitudine dierum, hoc est in aeternum. Nihil enim longum quod aliquando finem habet. Moses habitauit in tabernaculo tuo, sed quoniam seruus erat non habitauit in aeternum, quoniam synagoga cessit ecclesiae: solus enim filius in domo manet in aeternum. Deliciae meae sunt esse cum filiis hominum, desiderat caput corpus suum collectis in unum membris omnibus integrum, ut posteaquam tibi subiecero omnia, regnumque tranquillum ac pacatum tradidero, tum totus ac perfectus epuler in domo caelesti, laudans nomen tuum in secula infinita, Amen. Habetis totam psalmi seriem ad Christi personam accommodatam, nec arbitror hic quicquam impropie dici, si modo memineritis, quicquid in Christo ut homine fuit, diuinae fuisse benignitatis, quam scriptura nonnunquam appellat misericordiam. Rursus quicquid in illo fuit iuxta diuinam essentiam, a patre profectum esse non dono sed natura, ut summa patri tribuatur autoritas, qui solus sic fons est omnium ut ipse sit a nemine. In mysticis enim scripturis pater mandat, filius operatur, iuxta illud: Fiat lux, & facta est: per filium enim fecit & secula, teste Paulo. Ergo fiat, uox est patris ad filium: & facta est lux, uox est prophetae de filio. Quanquam haec autoritas nec aequalitatem personarum imminuit, nec operationem separat. Nunc si postulat hoc charitas uestra, simili breuitate psalmum eundem ad Christi corpus ecclesiam applicemus. Ea quanquam longe lateque per orbem terrarum diffusa est, tamen quoniam per eundem spiritum, charitate conglutinatur in unum, perinde quasi sit unus homo loquitur. Nam plus est unum esse quam unus. Quemadmodum si mille corpora eadem uegetet anima, non mille futuri sunt homines, sed unus homo, quoniam eodem spiritu animantur omnia domicilia: ita quicunque eodem Christi spiritu uiuunt agunturque, unam quodammodo personam constituunt. Sicuti fuere philosophis rerum generibus conflatum, mundum hunc uniuersum, tam uarijs atque etiam pugnantibus rerum generibus conflatum, cum omnibus quae complectitur non esse nisi unicum animal, non ob aliam causam nisi quod existimarent unica anima animari, licet ea quemadmodum & nostra in corporis membris, pro uarietate materiae, diuersis modis operetur, uelut in stomacho non intelligit, in manu non uidet, in lingua non olfacit, in unguibus & capillis non sentit, & in alijs atque alijs partibus sensum habet acriorem ac obtusiorē. Hoc exemplum adduxi, non approbans sententiam, sed similitudine demonstrans, quo pacto possumus uniuersam ecclesiam uelut unum hominem contemplari. Hic igitur ex tot millibus unus, sibi de misericordia domini, deque capitis sui beneficijs gratulans ita loquitur. [Dominus regit me, et nihil mihi deerit.] Quod nos uulgo legimus, regit, d. Hieronymus ex Hebraica ueritate transtulit pascit, quae uox reperitur & apud Augustinum, neutra tamen proprie exprimit Graeci uerbi sensum, ποιμαίνω. Nam pascit etiam qui quomodoocumque alit, & regit nauim qui clauo assidet, sed ποιμαίνω proprie congruit pastori, qui gregem curat. Variū est autē pastoris officium, colligere gregem dissipatū, prouidere de laetis salutaribusque pascuis, reuocare aberrantes, mederi morbidis, excubias agere aduersus fures, armatum

tum esse aduersus luporum insulsum, ducere ac reducere: haec omnia, & si quod aliud est si diu nec ignaui pastoris officium, significat Graecis ποιμαίνω. Quis est igitur iste grex tam unanimitis, ut quum sint innumerabiles, & quidem per omnes mundi plagas dilecti, tamen uno ore loquantur omnes? Nimirum ille qui dicit in alio psalmo: Nos autem populus tuus, & oves pascuae tuae. Quod est ouile? Quod aliud quam ecclesia, quae est domus dei? Quis pastor ille & idem dominus, neque enim mercenarius est? Iesus Christus, caput, redemptor, & gubernator sponsae suae charissimae. Caput est sponsae, quoniam huius spiritu uiuit illa. Dominus, quoniam illam e satanae tyrannide sanguinis sui precio redemit. Gubernator, quoniam ipse dixit: Ego uobiscum sum usque ad consummationem seculi. Hic grex olim dissipatus erat, partim seruiens praedoni diabolo, & illius arbitrio ad omne genus impietatis abducebatur, usque ad hominum mortalium, serpentum, botum, simiarum, aliorumque brutorum animantium, denique lignorum ac saxorum cultum: partim sub pharisaeis ac fallacibus prophetis, litera legis, & humanis constitutionibus premebatur, male curatus interim ac morbidus. Habebat lupos pro pastoribus, philosophos superciliosos, reges idololatrias, legum conditores prophanos, scribas, pharisaeos, & pseudopphetas, magistros errorum, stulta sapientiae doctores, & irreligiosae religionis antistites, de quibus dominus longam apud Ezechielem texit querimoniam, quod non gregem, sed seipsum pascerent, lac comedentes, lana sese uestientes, quod crassum erat maciantes, ceterum dominici gregis nullam habentes curam, quum nec quod infirmum erat confirmarent, nec quod aegrotum curarent, nec quod fractum alligarent, nec quod aberrarat reducerent, nec quod perierat requirerent, sed cum austeritate imperarent, tyrannidem exercentes in eos quos paterno affectu fouere debuerant. Horum negligentia factum est ut acciderent ea quae sequuntur inibi: Dispersae sunt oves, expositae sunt laniantae cunctis bestijs agri. Errauerunt in cunctis montibus, in omni colle excelso, & super omnem faciem terrae, quum dominos haberent multos, pastorem neminem. Haec indigne ferens clementissimus dominus, pollicetur se ipsum uenturum, ac erepturum oves suas tyrannide praedonum oppressas, opinionum sectis dissipatas, erraticas reducturum in terram suam, in montes Israel, iuxta riuos ut illic pascantur, & acquiescant in pascuis uberrimis; in herbis uirulentibus spiritualis ac caelestis philosophiae. Denique promittit se missurum seruum suum Dauid, insignem illum pastorem, qui ab ouibus uocatus est ad regnum, illum manu fortem, qui occiso Goliath populum dei liberauit ab ignominia, qui pro sua sapientia solus ueritatis certator iudicat inter arietes & hircos, inter pecus uegetum & macilentum, sanum & languidum, inter oves ueras, & ouillo uellere regentes lupum. Praestitit promissa deus, uenit pater in filio suo Dauid, hoc est domino Iesu Christo, reuocauit perditas oves domus Israel, liberauit eas a tyrannide pharisaeorum, a seruitute legis, abduxit a sterili & insipida litera, spiritus uiuos fontes aperuit, & per uniuersum orbem dissipatas, tot sectis, erroribus, constitutionibus, ac religionibus dissectas reduxit in unum ouile, & in eandem euangelij ueritatem, tot linguas, tot nationes confociauit. In omnem enim terram exiuit sonus illius. Ante erat tantum notus in Iudaea, sed audita uoce ueri pastoris concurrere coeperunt, a Scythijs, a Gaditanis, a Gottis, Hybernis, & Britanis, ab Indis & Aethiopijs, denique nullus fuit orbis angulus, unde non congregaret gregem suum optimus ille pastor, qui uitam suam impendit liberandis ouibus suis. Ante illum quotquot uenerant non per illum, & quotquot uenturi sunt, fuerunt futurique sunt fures ac latrones. Dominus non uenit nisi ut seruaret, unde & σωτήρ, hoc est seruator dictus est. Quid fur? Non uenit nisi ut seruetur, maciet, ac perdat. Auditis quod est in proverbio, lupum ouium custodē. Dura qui quod dixit ueritas, nemo patienter audit, fur & latro, sed non potest ut uanum rejici quod dixit ueritas. Quisquis horret conuicium uitae meritum, & quatenus abhorret a uerbis, eatenus abhorreat a factis. Quisquis episcopi munus gerit, honoris & emolumentum sui gratia, nihil sollicitus de grege domini, nec salubri doctrina pascens illum, sed uita magis impia sollicitans ad peccandum, non refert quibus titulis decoretur ab hominibus, dicatur ter quaterque reuerendissimus, clarissimus, & sanctissimus dominus, qui nec fallit, nec fallitur, exerte pronunciat, ille fur est & latro. Tales sunt qui cum austeritate imperant, nihil habentes praeter fulmen anathematis, carceres, bombardas, & fasciculos, doctrinae pabula non habent. At non item uerus ille pastor, sed quid? Fouet infirmas oves, humeris re-

ducit errantes, & iuxta uaticinium Esaia, non clamat, nec auditur uox eius foris, calamus quassatus non conterit, nec linum fumigans extinguit, nec est tristis neque turbulens, sed ueluti gallina sub alas congregat pullos ac fouet, ita ille colligit ac fouet oues suas. Videtis quam horrenda minetur dominus per Ezechielem malis pastoribus, quam atrociam denunciaret scribis & pharisaeis. Timeant qui pastores professi, lupos agunt, & ex lupis fiant arietes, & anteeant gregem dominicum, quo rationem possint ei reddere, qui oues suas requirit de manibus illorum. Nam sermo domini non potest esse irritus. Quod de malis Episcopis dictum est, idem de principibus sentiendum, qui sunt & ipsi pastores, quandoquidem ante tot annorum milia Agamemnonem Homerus pastorem populorum appellat. De regibus itaque qui sibi gerunt imperium, non Reipublicae commodis, nullus hominum auderet dicere, fures sunt & latrones, sed hoc ausus est dicere dominus, qui nec mentiri nouit, nec metuere quicquam. Quid autem lucrum sit, apud homines primum nomen, si res maneat apud deum? Sed ad bonum illum pastorem nostra recurrit oratio. Si placet contemplari misere dispersas dominicas oues, reputate cum animis uestris, quot in Iudaismo fuerint sectae, Pharisaeorum, Sadduceorum, Herodianorum, Essenororum, Samaritanorum: quot apud Gentes fuerint philosophorum haereses, beatitudinem quandam pariter pollicentium, & tamen in quarendo summi boni fonte adeo sententis uariantium, quum nulla uerum assequuta sit. Reputate religionum uel superstitiorum potius tam innumera, tam prodigiosa discrimina, uarios deos, uarios cultus, uarias leges, uarias de dijs fabulas. Reputate turbam humanarum constitutionum, tam apud Iudaeos quam apud Gentes. Nec minus dissentiebant Rabini, quam philosophi. Adde nunc regionum, linguarum, institutorum, ingeniorum, rituum & formarum immensam uarietatem. Saracenus aut Maurus Germano uix homo uidetur. Tartarum ferarum ritu fremere dicas, non humana uoce loqui. Quis tam immensam diuersitatem collegit in unum? Quis oues tam deploratas restituit? Bonus pastor sua uoce congregauit omnes. Protinus agnouerunt uocem ueri pastoris, qui ad illius ouile pertinebant. Pastores audierunt canentes angelos, & accurrerunt ad monstratum puerum. Magi audierunt pastorem per stellam aliquid significantem, & longinquo properarunt ad ouile. Herodes quoniam lupus erat non ouis, parabat Iamiam. Sacerdotes, scribae, & pharisaei, audientes non audiebant, uidentes non uidebant, uidentes dum interrogati a rege, probe respondent & uaticinijs ubi nasciturus esset Christus, uidentes dum docent, miracula audent clamant: audientes dum Mosen approbant, non audientes, dum eum de quo Moses loquutus erat, reijciunt, & crucifigunt. Ambulans Iesus iuxta mare Galileae, uelut obiter uocauit Simonem & Andream. Illi quoniam oues erant, protinus audierunt uocem pastoris. Quae fuit illa uox tam efficax? Venite post me. Quid praemij? Faciam ut sitis piscatores hominum. Non promisit praefecturas, non opes, non regnum, non honores. Nihil aliud promisit, quam onus Euangelij praedicandi. Et tamen ad hanc uocem, nihil contantes reliquerunt retia, sequuti sunt dominum, reliquerunt mare, subducentes sese a mundo, reliquerunt retia, renunciantes omnibus carnis cupiditatibus. Et in his erat Simon cui domi erat uxor & socrus, ad harum uoces surdus, solius pastoris uocem audiuit. Non oberrat hic pastor per terras ac maria, ut in pharisaicum rete pelliciat hospitem, sed aliquid quantum progressus, dicit Ioanni & Iacobo: Venite post me. Oues erant, agnouerunt uocem pastoris, & non tantum relictijs retibus unde familiam aiebant, uerum etiam patre cui debebant honorem, sequuti sunt cunctis affectibus potiore. Quis autem crederet Matthaeum esse ouem sedentem in teloneo? Pastoris uocem protinus audiuit. Quam uocem? Sequere me. Quid promisit? Non est opus oui promissis. Satis est audisse: Sequere me. Nam in hoc est ouium felicitas, ut pastorem sequantur, cui adherentibus nihil deesse potest. Oues uocabat, ut fierent pastores ouium, quia boni pastores esse non possunt, nisi sint oues, & sequantur pastorem Iesum. Petrus enim adhuc carnem ex parte sapiens, quum inciperet praere pastori suo, propitius esto tibi, non erit istud, audiit: Vade post me fatana, non sapiens ea quae dei sunt. Ouis erat Zachaeus, quamquam publicanorum princeps, quoniam mox ad uocem pastoris alacriter descendit a sterili ac superba sycomoro, & properauit ad fidem euangelicam. Sacerdotes autem pharisaei & scribae tot modis inuitati ad ouile, non audierunt uocem pastoris. Quare non agnouerunt? Quia non erant ex ouibus illius, sed

sed agnouerunt uocem pastoris sui fatana. Quid ille clamat? Venite post me, faciam uos diuites, honoratos, ac potentes. Nemo uenit ad Christum, nisi uocatus ab eo. Multos tamen ad se traxit, nulla uoce corporis, sed tantum appellatione tacita. Sic uocarat latronem in cruce. Multi uocem domini corporeis auribus audierunt, sed audientes non audierunt, quoniam non crediderunt. Nos audiamus intus, & relictijs affectibus mundi, toto pectore sequamur uocantem. Audiamus amici uocem illam congregatricem dispersarum ouium, & ad illum recurrat, si quis forte aberrauit. Clamat in Euangelio: Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam uos. Tollite iugum meum super uos, & discite a me, quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus uestris. Iugum enim meum suauis est, & onus meum leue. Simus & nos oues charissimi, & audiamus benignissimi pastoris uocem, nec obturemus aureis nostras. Nam & hodie clamat omnibus, uenite ad me. Simus pharisaeos, qui uentri suo seruiunt, non Iesu Christo, duces enim sunt caeci caecorum, ne simul cum illis incidamus in foueam: nec denuo simus oues errantes, sed adhaereamus, ad quem semel conuersi sumus, pastori & episcopo animarum nostrarum domino Iesu Christo, qui est benedictus in secula. Amen. Verum interim mihi contemplantur gregem dominicum, subit alia quaedam admiratio. Christus appellat gregem pusillum, quod dictum non solum ad illud tempus pertinet, quo dominus agebat in terris. Semper fuit, semper futura est ouium dominicarum magna paucitas, si ad reliquam turbam comparetur. Et beatus Paulus apostolus scribens Corinthijs, ait: Videte fratres uocationem uestram, non multi inter uos sapientes secundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles. Ouis est animal innocuum & imbellis, nec cornibus armatum, nec dentibus, nec calcibus, nec unguibus, nec ueneno munitum ad sui defensionem. Primus ille grex & gregis duces ex piscatoribus, idiotis, tenuibus, & ignotis selecti sunt, egestate, periculis, insidijs, afflictionibus, ludibrijs, tormentis & moribus semper exerciti sunt, nec unquam ista defunt uolentibus pie uiuere in Christo Iesu. Vnde igitur illa magnifica uox pusilli afflicti gregis, Nihil mihi deerit? Quis imperator, quis rex quamlibet opulentus ac potens auderet dicere, nihil mihi deerit? sed animosus etiam est dicere, nihil mihi deerit. Vnde tam animosa uox in tam raro tam humili ouium grege? Mirantur hoc, qui nihil nisi mundum sapiunt, nobis qui Christi mysterijs initiati sumus mirum uideri non debet. Animosa quaedam res & inuicta est fides, aduersus quam ne portae quidem inferorum praeualent. Nec haec est humana fiducia, quae plerumque fallit, sed est fiducia erga deum, quam ipse donat electis suis, ne demonum quidem malitiae potentiae uice cedentem, tantum abest ut hominum minas expauescat. Hinc nimirum animosus ille grex quamuis pusillus, quamuis contemptus & humilis, in medijs rerum tumultibus, in mortibus dicit, nihil mihi deerit. Quo fretus? Num numero? Nequaquam. Num astutia? Minime. Num opibus? Absit. Num armis & potentia? Nihil minus. Quo tandem igitur? Alij alijs, & singuli pluribus nituntur praesidijs, ego, inquit, simplex unica nitor ancora. Qua? Dominus pastor meus curam in se mei recepit, & ego me semel illi toto pectore tradidi. Is quoniam omnipotens est, & fons bonorum omnium, nihil metuo ne quid desit, quam diu ille adest, ad futurum autem promisit usque ad consummationem seculi. Haec est illa fides adamantina, cui Christus promisit clauis regni caelorum, & cui superstruxit ecclesiam suam, nullis uentorum turbibus, nullis undarum insultibus cessuram. Quot persecutionibus, quot schismatibus, quot haereticorum agminibus ab ipsis statim primordijs quatiebatur ecclesia, & hodie quatitur? Illa tamen confissa pastori suo non desinit laeta dicere: Dominus regit me, et nihil mihi deerit. A tali capite mihi flunt omnia quae uere bona sunt, & ad salutem necessaria. In loco pascuae ibi me collocauit, aut iuxta ueritatem Hebraicam, in pascuis herbarum ibi me acclinauit. Ad uerbum, ibi, reddat ex proprietate sermonis Hebraici. Nam & Septuaginta uerterunt, in loco herbae. Significat autem locum herbidum & pascuis aptum. Quod autem Hieronymus uertit, acclinauit, Septuaginta translulerunt *κατ' ὄψιν*, hoc est obumbravit, siue in tabernaculo posuit. Quoad per spineta philosophorum, per arenas steriles pharisaeorum oberrabant oues, non habebant ubi a carnis cupiditatibus acquiescerent. Solent autem et hoc prouidere pastores, ut in pascuis sit saltus, aut specus, aut tabernaculum, aut alloqui locus opacus quo se recipiant oues, ne solis aestu maciem ac morbum contrahant.

Esai. 42

Matth. 4

1. Pet. 2

1. Cor. 1

Cant. 1 Ac de tabernaculis quidem pastorum meminit Canticum canticorum, meminit & Esa-
 Esa. 4 ias. Aetius autem bifariam temperatur, umbraculis, & aqua uena uicina. Ergo quum in
 promptu sint herbida pascua, quid desiderare potest grex, aut quid obstat, quo minus dul-
 citer accubet? Aquas autem refectiois, iuxta sermonis Hebraici proprietatem dixit, pro
 Super aquas refectiois c. refectricibus, siue amoenis, quod & frigore reficiant lassum, & aspectu recreent oculos,
 & haustae sedent sitis molestiam. In pascuis igitur multa graminum ubertate uidentibus,
 sub umbra, iuxta placidas & amoenas aquas uerus ille pastor acclinauit oues suas, ubi iam
 liberae ab omni cupiditate rerum mundanarum tuto acquiescant, nec aliunde quaerant so-
 latium. Talla pascua non poterant ex sese inuenire, sed pastor oues suas prius errantes ed-
 direxit, ibi collocauit in umbra, ibi deduxit ad aquas animarum laborantium refectri-
 ces. Scio quosdam esse qui pascua locum interpretentur uitam beatam, ubi Christus ou-
 ues suas aqua baptismi purificatas acclinauit, non quidem re, sed tamen expectatione cer-
 tissima. Quae spes illos inter huius mortalitatis molestias sic pascit, ut hinc multum spiri-
 tualis roboris colligant, sic obumbrat, ut nulla carnis aestu concupiscentia: sic recreat
 reficitque ut ea quoque dulcia sint, quae uidentur amara nil nisi mundum sapientibus. Mun-
 dus habet uarios aestus, ambitionis, auaritia, libidinis, inuidiae: habet sua quoque pascua,
 sed sterilia, sed fordida, sed toxico pabulo letalia. Ab huiusmodi pascuis dominus abdu-
 xit gregem suum, quem electum semouit a mundo, ut iam mortificatis membris quae sunt
 super terram, conuersationem suam habeant in caelis, ibi cor habeant ubi thesaurus est,
 ibi solatium, ibi refrigerium experiuntur, quemadmodum praedixit pastor: In mundo
 tristitiam habebitis, in me pacem. Quicumque Christi spiritum hauserunt, licet carne re-
 ptent in terris, tamen animus eorum ignea charitate defecatus a terrenis contagijs non a-
 lio fertur quam in caelum. Spiritus enim igneus est, a deo profectus, is quemcumque trans-
 formauerit, eum a terris rapit ad caelestia, nimirum ad fontem suum. Hunc spiritum de-
 us in ecclesiam suam effudit abunde, siue ut Paulus Graece melius expressit *πλουσιος*, id
 est opulente. Qui Christi spiritum non habent, ait Paulus: non sunt eius, sed Christi grex
 Cant. 3 agitur spiritu Christi. Hanc Christi sponsam sursum tendentem mirantur in Canticis a-
 therei spiritus: Quae est ista quae ascendit per desertum sicut uirgula fumi, ex aromatibus
 myrrhae & thuris, & uniuersi pulueris pigmentarij? Contra animus illorum qui non agun-
 tur spiritu dei, sed spiritu huius mundi, non habitat in caelis, ubi nullum repositum thesau-
 rum. Sed ubi tandem? In uanis aurarijs, inque metallis reliquis, in cauernis ubi defossae sunt
 opes, hoc est *αυλη*, ut est in proverbio, *πλδτος*, in granarijs, in cellis uinarijs: breuiter
 aut infra terram habitant, aut certe ultra terram non subuolant. Tales ad ecclesiam non
 pertinent, sed ad synagogam satanae. Habet enim & hic corpus suum mysticum, habet spi-
 ritum suum. Quicquid igitur puritatis, quietis, gaudiorum ac bonorum est in illa caelesti
 Hierosolyma, hoc hic per fidem, spem, & charitatem quatenus licet fruuntur in terris, qui
 destinati sunt ad illius hereditatem. Nec absurdum cuiquam uideri debet, quod in illa coe-
 lesti beatitudine ponimus pastorem, pascua, tabernacula, & aquas refrigerantes. Concessa
 quidem est aliqua libertas in allegorijs explicandis, sed oportet id quod adfertur a diui-
 nis scripturis non abhorre. Pastorem, tabernaculum, & aquas illic esse declarat in A-
 Apoc. 7 pocalypsi beatus Ioannes: Hi sunt qui uenerunt de tribulatione magna, & lauerunt stolas
 suas, & dealbauerunt eas in sanguine agni. Ideo sunt ante thronum dei, & seruiunt ei
 die ac nocte in templo eius, & qui sedet in throno habitabit super illos. Non esurient neque
 sitient amplius, neque cadet super illos sol, neque ullus aestus, quoniam agnus qui in medio
 throni est reget siue pascet illos. Nam & illic Graece est *ποιμανης*, & deducet illos ad uitae
 fontes aquarum, & absterget deus omnem lachrymam ab oculis eorum. Illic itaque pascet
 illos sua praesentia, quos hic pascit fide & gratia. Illic refrigerabit illos perenni gloria,
 quos hic reficit arrabone spiritus. Hi bibunt de spiritali petra, quae pios per hoc seculi
 desertum comitatur ac reficit, bibunt de fluminibus quae profluunt de uentre pastoris a-
 Iohn. 4 quae uiuae, de qua meminit & Samaritanarum dominus, fiet in eo fons aqua uiuae, salientis in
 uitam aeternam. Concinit his psalmus 41. Quemadmodum desiderat ceruus ad fontes a-
 quarum, ita desiderat anima mea ad te deus. Quod fontes aquarum sunt ceruo uenenoato
 serpentium pabulo aestuanti, hoc deus est animae in hoc terreno corporis domicilio curis,
 afflictionibus, ac tentationibus lassescenti. Concordat psalmus 35. Quoniam apud te deus
 est fons

est fons uitae. De tabernaculis meminit psalmus 33. Quam dilecta tabernacula tua domi-
 ne uirtutum, concupiscit anima mea in arria domini. Rursus 45. Fluminis impetus laetifi-
 cat ciuitatem, sanctificauit tabernaculum suum altissimus. Auditis fluminis & tabernacu-
 limetionem. Porro quod aeternae uitae quietae felicitas paradisi nomine denotatur, in prom-
 ptu est ostendere. Ezechiel 28. prophetico spiritu afflatus alloquitur luciferum. In delicijs pa-
 radisi dei fuit. Et dominus de cruce latroniloquens, hodie, inquit, mecum eris in paradi-
 so, nimirum illam significans perennem beatitudinem, quae nulla molestia motuue ma-
 lorum contaminatur, cuius gustus quidam Paulo datus est, quum raptus esset in paradi-
 sum dei. Caterum ubi paradisus est, ibi nec defunt amoenae pascua, nec aquae uiuae, ut iam
 nec esuriant nec sitiant, nimirum saturatis omnibus desiderijs eius praesentia, qui fons
 est inexhaustus omnium quae uel homines, uel angeli possunt desiderare. Quemadmo-
 dum habet psalmus 35. Inebriabuntur ab ubertate domus tuae, & torrente uoluptatis tuae
 potabis eos. Sunt in diuinis literis & alia loca non pauca quibus doceri poterat in illa uita
 perenni non deesse pastorem, non pascua, non umbraculum, non aquas, quae uoces possunt
 & ad hanc ecclesiam accommodari, quod accidit in alijs plerisque. Nec id mirum uideri de-
 bet. Eadem enim est ecclesia, tantum hoc interest, quod illa iam peregit certamen suum,
 nec aliud expectat, quam corporum in terra dormientium resurrectionem, ac fratrum qui in
 terris adhuc militant accessioem; haec adhuc luctatur cum mundo, carne & satana, gna-
 uiter festinans ad caelestribus. Illa contempletur pastorem suum facie ad faciem sic
 uti est, haec cernit ueluti per speculum & in aenigmate. Illa perfecte possidet, quod huic ali-
 quo modo praestat pastor, pascua, tabernaculum, & aquas. Verum hic pastor regit oues,
 dum uel dirigit ne aberrant, uel ab errore reuocat, saginat pascuis, sed esurientes ac defe-
 cturas si detur pabulum, protegit umbra, sed aestuantes ac fatiscientes: recreat aquis sed si-
 stientes iustitiam, alioqui macie conficiendas. Agedum fratres oremus benignissimum pa-
 storem nostrum, ut nos in huius quoque sensus enarratione dirigere digneur, ut ex mysti-
 cae ueritatis intelligentia pascantur ac reficiantur animi nostri. Multiplex ac uaria res est
 error, & falsitas saepe pugnat cum falsitate: at simplex est ueritas, nec unquam ueritas cum ue-
 ritate pugnat. Ab errorum igitur innumeris ambagibus nos abduxit princeps ille pasto-
 rum, ac deduxit ad cognitionem ueritatis per Euangelium suum: abduxit nos a sterili li-
 tera legis Mosaicae, abduxit nos a siti fameque rerum temporalium, quae nunquam satiant ho-
 minis spiritum, sed magis excruciant, & inseruit nos corpori suo, ut illius spiritu uiuenti-
 bus nihil nobis deesset opum ac deliciarum spiritalium. Omnia uestra sunt, inquit Pau-
 lus, uos autem Christi: acclinauit nos in herbis ecclesiae pratis, aggregauit gregi suo niueo. 1. Cor. 3
 Ibi primum coepit animus noster a tumultu uitiorum & errorum conquiescere. Nam ex-
 tra septum ecclesiae non est pax: & acclinauit, in herbis salubribus doctrinae spiritalis,
 quae pabulum est animae, quemadmodum panis cibus est corporis, iuxta illud a domino
 relatum: Non in solo pane uiuit homo, sed in omni uerbo quod procedit de ore dei: dedit Matth. 4
 nobis pignus spiritus, ut mundo mortui, nullo rerum mundalium amore torqueremur; Luc. 4
 hoc erat tabernaculum defendens aestum concupiscentiae: deduxit ad aquas refectiois,
 hoc est ad fontem regenerationis, quo exuimus ueterem hominem cum actibus suis, & re-
 nascimur in nouum, qui secundum deum creatus est, in agnitionem dei secundum imagi-
 nem eius qui creauit illum. Si perpenderitis quam molesta sarcina prematur criminibus onu-
 stus, ac per hoc satanae mancipium ac gehennae haeres, si considerastis seram impiorum
 confessionem: lassati sumus in uia iniquitatis & perditionis, & ambulauimus uias diffici-
 les, & uiam domini ignorauimus: facile intelligetis quantum solatijs, quantum recreatio-
 nis praestiterit nobis, per catechismum & baptismi sacramentum inductos esse in unitatem Sap. 5
 ecclesiae, innocentia uiuentis, quae gratis accepit a pastore suo. In ea sunt tot munera sacra-
 mentorum, spiritali gratia saginantium animas: in ea sunt uaria dona spiritus, iuxta modum
 fidei cuiusque: in ea est simplicioris doctrinae lac, quo fouentur paruuli, in ea est cibus subli-
 mioris doctrine, quo grandescunt adulti: in ea denique paratum est poenitentiae remedium, quo re-
 stituatur, si quos forte diabolus semper obambulans ut leo rugiens, querensque quem deuoret,
 abripuit a gregis consortio. In primis inspirauit donum fidei, qua certo cognoscimus ea
 quae non uidentur: addidit donum spei, qua summa cum fiducia expectamus omnia no-
 bis a deo promissa: infudit donum charitatis, quae condulcat omnia quamlibet tristitia. Haec
 2 4 quum

quum ad hunc habeant modum dilectissimi, uidere an sine causa sibi gratuletur, non unus homo, sed unum tamē corpus uelut unus homo loquens, agatq; gratias pastoris suo: [Do-
 minus pascit me, & nihil mihi deerit, in loco pascuæ ibi me collocauit. Super aquas refe-
 ctionis educavit me] siue ut Hieronymus, enutriuit me; quod quanq̄ uidetur ad catechu-
 menos peculiarius pertinere, tamē ad omnes Christianos pertinet. Nullus enim eō pro-
 gressus est, ut nō habeat quō proficiat in hac uita. Nam sunt qui per aquas refectio-
 nis in-
 telligant doctrinā scripturarum, quæ uere paradīsus est, enutriens, uegetans, recreans pi-
 orum animas in hac miseriarum ualle laborantium. Illa nobis præluet in huius mundi
 tenebris tanq̄ lucerna lucis in caliginoso loco, donec dies elucescat in cordibus nostris, il-
 la nos spe cœlestium præmiorum consolatur in afflictionibus, teste Paulo: Quæcunq; scri-
 pta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt, ut per patientiam & consolationem scriptu-
 rarum spem habeamus. Hæc castigat errantes, refellit pertinaces, erudit & ad perfectio-
 nem euehit proficientes, quemadmodum scribit Paulus Timotheo: Omnis scriptura di-
 uinitus inspirata utilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendū, ad erudiendum
 in iustitiā, ut perfectus sit homo dei, ad omne opus bonum instructus. Postremo hæc ha-
 bet gladium ancipitem, penetrantem usq; ad dissectionem animæ & spiritus: hæc habet
 carnem & sanguinem domini, quo cibo si quis uescatur, quo potu si quis reficiatur, uiuet
 in æternum. Nam hoc iuxta præscorum enarrationem de sua doctrina potissimum dixit
 dominus: Caro mea uere est cibus, & sanguis meus uere est potus. Sermo enim hic uiuus
 est & efficax, etiam sepultos in uitam reuocans, ut legimus Ioannis 5: Mortui audient uo-
 cem filij dei: & qui audierint uiuent. Senserunt hanc refectioem Apostoli, nam à domi-
 no rogati, num & ipsi uellent abire: Domine, inquit, quō ibimus? Verba uitæ habes.
 Nec absurdum sit, si per herbida pascua & aquas refectioem res eadem intelligatur. Neq;
 enim id alienum est à consuetudine scripturarum, eandem sententiam uarijs rerum ima-
 ginib; quo penitus infigatur animo, denotare. Simus oues fratres charissimi, sequamur
 pastorem Iesum, qui deducet in agrum ecclesiæ compascuum, pascet herbis salubribus,
 deducet ad aquas purgatrices omnium macularum, largitricis sapientiæ cœlestis, conso-
 latrices afflictorum, recreatrices lassorum, aquas limpidas, aquas uiuas, aquas salientes in
 uitam æternam. Ad tales aquas nemo peruenit, nisi duce pastore nostro, nemo haurit nisi
 per illius spiritum, nemo refocillatur nisi hiberit. Hauriuntur fide, bibuntur affectu. Fru-
 stra queritur hæc aqua extra ecclesiæ unitatem. Tingi quis potest extra domum eccle-
 siæ, baptisimū fructus non contingit, nisi intra ecclesiam. Nec scripturæ Christi spiritu pro-
 ditæ, possunt recte intelligi nisi per eundem spiritum. At hic, ut olim in eodem cenacu-
 culo congregatis cœlitus uenit, ita fugit ab illis qui se subducunt ab huius domus contu-
 bernio. Extra hanc, aquam suam habent Iudæi, habent utrem aquæ quæ deficit in deser-
 to, habent puteum unde Agar utrunque sustentauit Ismaelem filium; hæc est litera le-
 gis inefficax, in qua continebantur Iudæi usq; ad tempus præfinitum; habent aquas Ma-
 rath, ob amaritudinem inutiles potui, quas nobis Christi crux uertit in dulcedinem; ha-
 bent ueteres sex hydrias aquæ plenas, quam nobis Christus per spiritum suum uertit in
 uinum optimum. Illi bibunt mortem, litera enim occidit, nos uitam æternam. Habent &
 hæretici cisternas suas dissipatas, quæ continere non ualent aquas. Eas non fodit Abra-
 ham, ac restituit Isaac noster, sed ipsi sibi foderunt. Habent hostes ecclesiæ torrentem su-
 perbia, unde dominus non patitur obrui suas oues, quemadmodum docet psalmus
 123. Cum irasceret furor eorum in nos, forsitan aqua absorbuisset nos, torrens trans-
 isset super animam nostram, forsitan transissent super animam nostram aquæ superbia.
 Sic enim iuxta ueritatem Hebraicam legit Hieronymus, quod torrentum instar intui-
 mescant ac ferociant superbi. Habent & philosophi uenas aquæ, sed partim mortife-
 ræ, partim insalubres, certe lutulentæ, multisq; erroribus turbidæ. Habent Poetæ fontes
 suos, sed in quibus interdum mares uertuntur in fœminas, quemadmodum de fonte Sal-
 maci narrant præscorum fabulæ. Delinit quidem aures blandus sirenum cantus, & uocū
 amœnitas, sed sententiarum mollities emascular animos: de his loquitur Poetis, quorum
 poemata lasciuam habent. Jam sunt & Philistæi, qui iniecta terra obruere conantur pute-
 os quos foderat Isaac. Qui sunt isti Philistæi? Qui cœlestem scripturam interpretatione
 uiolenta trahunt ad affectus humanos, sic eam interpretantes ut ueluti Iesū regula ad
 mores

mores nostros affleat, quum ad illam corrigi debeat uita nostra. Fortassis & hi Phi-
 listæi sunt, qui immodico admixtu prophana philosophiæ, & rationum humanarum ag-
 geribus non sinunt illam in sua puritate fluere. Sed subinde citatur philosophus, nec licet
 abunde argutus quibusdam sufficit. Plurimus in ore est Auerrois. Nec hic sufficit ambi-
 tionis nostra. Ad didimus tenebrosam quandam ac spinosam philosophiam. Sunt & lacu-
 nae doctorum, quorum libros secundum Canonicam scripturam recepit ecclesia, unde ne-
 mo uetatur bibere, si modo id faciat cum delectu. Nullus enim inter hos est, qui uitari o-
 mnem errorem, licet hoc humanæ imbecillitati cōdonetur. Sola scriptura Canonica fon-
 tes habet, unde tuto possis haurire, modo tibi ad sit ille, qui habet clauē Dauid, qui sic clau-
 dit ut nemo aperiat, sic aperit ut nemo claudat. Proinde si uere purgari, si uere refici uo-
 lumus amici, ne quæramus aquas extra ecclesiæ pascua, sed in hac manentes hauriamus
 aquas in gaudio de puteis Isaac, de fontibus seruatoris Iesu. Isaac gaudium interpretatur,
 Iesus salutis nomen est. Ex his fontib; fidelis haurit ecclesia Christi, in gaudio spiritus hau-
 rit gaudium salutis. Habet hic paradīsus fontem uberrimum, unde promanant flumina
 quatuor irrigantia uniuersam terrā. Habet aquas Iordanis, in quibus Naaman Syrus se-
 ptima mersione deposuit leprā, & exiit tam purus q̄ est paruulus; has eadem postea suo
 baptisimo nobis consecrauit dominus. Habet aquas Siloe, quæ uadunt cū silentio, nimis-
 rum spiritualis sapientiæ, quæ iuxta beati Iacobi testimonium, pacifica est & modesta. Hæc
 aspernantur hæretici pertinaces, hanc querantur humane sapientiæ persuasionem turgidi,
 hanc de calice Babylonis ebrii derident. Habet piscinam Siloe, quæ cæcus natus ablutis
 oculis profusus uisum recepit. Habet mare Christi sanguine rubens, in quo demergitur
 nigrorum criminum turba, et in libertatem euadit populus domini. Habet piscinam pro-
 pheta, quæ per angelum mota, sanat omne malorum genus. Habet torrentem à dextro
 templi latere profluentem, quem transit infans in Christo tinctis modo talis, hæc est aqua
 remissionis. Idem alibi profundior trāsitur tinctis gentibus, rursus alibi tam profundus est,
 ut uadum homini non habeat, Iudicia enim dei abyssus multa: Ut non inscite quidam di-
 xerit, scripturam esse fluuium, in quo ambulat ouis, narat elephantis. Omne animal ad
 quod uenerit huius torrentis aqua, iuxta eiusdem uaticinium, saluum est & uiuit, mori-
 turum si exierit ripam. In huius torrentis ripis utrinque sunt arbores frugifera, uidelicet
 utriusq; Testamenti doctores ac sancti, de quibus loquitur primus psalmus hunc Pro-
 pheta locum æmulatus: & erit tanquam lignum quod plantatum est secus decursus
 aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo, & folium eius non defluet, & omnia
 quæcunq; faciet prosperabuntur. Harum arborum fructus utiles sunt in cibum, & fron-
 des efficaces ad medicinam, quoniam non aluntur aquis qualibuscunq; sed ea duntaxat
 quæ profluit e sanctuario templi cœlestis. Hunc fluuium Iudæi non habent, sed aquas
 Mara iuxta quas nascuntur ficus, uerborū & figurarum folijs sese iactantes, sed nullum
 adferentes fructū, & ob id execrabiles domino, Qualis fuit & illa apud Lucā, cui dominus
 minatur succisione. Talis fucus adhuc perseuerat esse gens infelix Iudæorum, nec tot iam
 seculis stercoreata, tam diu lenitate domini tolerata, si forte tandem aliquando respiscat,
 quicquam adhuc profert præter frondes & folia legis. Iesus uero non esurit folia, sed dul-
 cisimū fidei fructum requirit in hominibus. Non potest autem arbor esse frugifera, nisi
 radix illius irrigetur aqua profluente de sanctuario spiritus. Sed pergamus contemplari
 fecundas aquas quas habet ecclesiæ paradīsus. Habet fluuium pacis, habet torrentē glo-
 riæ inundantem. De quo & alibi testatur Esaias: apparebit in Sion fluuius decurrēs, glo-
 riosus in terra sitienti. Habet torrentem uoluptatis ac deliciarū, quo piæ mentes inebriantur
 tur ad omnium rerum contemptum, quas admiratur mundus. Postremo ne quid desit
 ouibus, habet aquam nitro conditam, subamaram quidem illam, sed abstergendis crimi-
 num maculis efficacem, quam nobis commendat psalmus 5. Lauabo per singulas noctes
 lectum meum, & lacrimis meis stratum meum rigabo. Duplex enim aqua poenitentia:
 altera baptisimi, quæ gratis abluit omnia: altera reconciliationis, quæ uelut alter bapti-
 smus est, quæ purgat & ipsa quidem, sed non absq; nitri acrimonia. Siue igitur accipia-
 mus aquas refectioem, lauacrum regenerationis, siue doctrinam spiritualem, siue donum
 spiritus, quid his aquis effectum est? [Animam, inquit, meam cōuertit,] siue ut diuus Hie-
 ronymus, refecit, aut quod alijs magis arridet, restituit. Ne quid aures uestras offendat
 uocum

2. Pet. 8

Roman. 15

Tim. 5

Ioan. 6

Gen. 21

Exod. 15

Hier. 2

Gen. 26

Ezech. 47

Psal. 35

Matth. 21

Luc. 13

Esa. 66

Ez. 44

Psal. 35

uocum diuersitas, quum ea magis illustret sententiam quam obscurat. Gustatis ecclesie spiritualibus delicijs, iam ad ea quae prius dilexerat animus incipit nauseare, pro amaris ducens dulcia, pro stercore habens quae uidebantur preciosa, pro abiectissimis altimans quae uidebantur sublimia, & ab his auersus totus rapitur in amorem & admirationem caelestium, dicens illud e psalmis: Domine dilexi decorem domus tuae, & locum habitationis gloriae tuae. Discipuli quum adhuc carnem saperent, admirabantur structuram templi Hierosolymitani, uerum illud manibus factum, sordidum quoddam stabulum erat, si ad spiritualement domus dei structuram respicias, sed ea non uidetur nisi mundi cordis oculis, eo quod omnis Christi sponsae gloria intrinsecus sit. Nec est Graece simpliciter conuertit, sed *ἐπέστειλεν*, hoc est ad se uertit. Auertit ab inanibus rerum umbris, ad ipsam pulcherrimam ueritatem, hoc est ad summum bonum, quod est ipse pastor noster. Quod ubi conuertit, protinus incipiunt omnia uilescere. Natus enim animus illud inestimabile margaritum, non solum libenter abijcit omnia sua, sed uitam etiam uilem habet, modo illo potatur. Quod dico fratres, intelligunt hi quibus hoc donatum est, ut uiderint & gustarint quae suauis est dominus. Iam enim sentiunt quam miseri sint, qui ambitioni, libidini, luxui, auaritia, caeterisque uitijs seruiunt, quam contra beati omnes ad confidit in domino, & quibus dominus uere deus est. Ergo quisquis conuersus est ad deum, abunde refectus est, atque adeo restitutus. Vnde quomodo restitutus? A tenebris ad lucem. A morte in qua pro lapsus fuerat & suis & Adae peccatis, ad primam originem, & innocentiam in qua constitutus fuerat Adam ante lapsum, & felicitas restitutus per gratiam quam illic conditus fuerat per naturam. Effecit enim hoc dei misericordia, ut illius ruina pijs cessaret in lucrum, ad dei gloriam. Nec arbitror otiosum, quod non dictum est, conuertit me, sed conuertit animam meam. Corpus homo potest conuerrere, animam solus deus conuertit. Nec quicquam prodest baptismus, nihil eruditio, nihil Christianismi professio, nihil sacramentorum communio, nisi deus inuisibili gratia conuertit animam. Interdum anima pro humano affectu sumitur, qui nonnunquam ad carnem nonnunquam ad spiritum conuertitur, sed de hoc postea. Quid adhuc restat? Audi quod sequitur: [Deduxit me super semitas iustitiae.] Duplex est iustitia, prior est innocentia cui per fidem ac baptismum restituitur, altera est fidei per dilectionem operantis. In hoc enim renati sumus sacro lauacro, ut quemadmodum iuxta ueterem hominem & iuxta carnem uiuentes exhibuimus membra nostra, hoc est affectus nostros seruire iniustitiae super iniustitiam, ita postea induimus nouum hominem progrediamur in semitis domini de uirtute ad uirtutem donec occurramus in uirum perfectum, & in plenitudinem Christi Iesu. Semitas autem dixit duplicem ob causam, uel ob uiae compendium, uel angustiam, qui curribus, equis & sellis uehuntur, per latam incedunt uiam, quae ducit ad mortem, sed angusta est uia quae ducit ad uitam, & ideo angusta, quoniam a paucis teritur. Dominus autem legalium praeceptorum ambages contraxit in compendium, iuxta illud: Dominus uerbum abbreviatum conuincit super terram, declarans in una charitate legem uniuersam contineri. Fortassis ob id quoque maluit dicere semitas quam uias, quod strictior sit Euangelij quam legis disciplina. Plus enim a nobis exigitur quam ab illis, quia plus accepimus, eoque plus debemus. Vultis audire semitas Euangelicae iustitiae? Qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio. Qui dixerit fratri suo rhaca, reus erit consilio. Qui dixerit fratri suo fatue, reus erit gehennae ignis. Qui uiderit mulierem ad concupiscendum eam, adulterauit illam in corde suo. Ne quis repudiet uxorem, nisi ob stupri culpam. Nolite omnino iurare, neque per caelum, neque per terram. Qui plagam impigerit in maxillam dextram, praebat illi & alteram. Diligite inimicos uestros, benefacite his qui oderunt uos, orate pro persequentibus & calumnantibus uos. Aliaque permulta quae apud Matthaeum 5. & 6. capite tradidit dominus. Nec est quod uos terreat semitarum angustia considerantes uirium humanarum imbecillitatem. Dominus est qui per has semitas uos deducet, facilis erit uia quamlibet angusta dilatato corde. Nec enim trepidauit ille qui dixit: Viam mandatorum tuorum cucurridum dilatasti cor meum. Vbi spiritus domini, ibi libertas. Dilatata est nobis uia diminitis caeremonijs per quas trepidi incedebant Iudaei, & arcta est ad perfectionem pietatis. Iam ut currat psalmus, conferamus in epilogum pastoris nostri munificentias, abduxit a mundo, acclinauit in pascuis uberrimis, sanguine suo lauit nos a peccatis, refecit aqua

spiritus

spiritus, rapuit animam nostram ad desiderium aeternae uitae, deduxit nos per semitas bonorum operum. Quo tandem merito tantum in nos contulit beneficiorum: Quid boni nos gesseramus, quo officio demerueramus deum? Eramus natura filij irae, seruibamus idolis, & concupiscentijs nostris, sine lege, sine deo uiuebamus. Vnde igitur tam effusa pastoris in nos benignitas? Compendio responsum est, [propter nomen suum.] Quid est hoc, propter nomen suum? Haec omnia nobis praestitit gratuito, nihil meritis, ut per nos illustraretur apud omnes nominis ipsius gloria, & promissorum fides. Notam esse uoluit dominus misericordiam suam, ut confiteremur illi, quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia eius. Aufer mihi Iudaei iustitias operum tuorum, omnes peccauerant & egebant gloria dei. Hanc gloriam suam non dat alteri, nequam inde portionem tibi uindices. Quicquid ecclesiae suae praestitit Christus amici, totum est misericordiae: haecenus iustitia dici potest, quia quod largitus est promiserat. Nam & haec iustitiae species est, exhibere quod pollicitus sis. Haec autem particula, propter nomen suum, ad singula quae praecesserunt referenda est: Dominus regit me propter nomen suum, nihil mihi deesse patietur propter nomen suum. In loco pascuae me acclinauit propter nomen suum. Super aquas refecit me propter nomen suum. Animam meam conuertit, propter nomen suum. Deduxit me per semitas iustitiae, propter nomen suum, quicquid igitur & nos agimus boni, propter nomen illius non propter nomen nostrum agamus fratres. Agnoscamus quidem domini gratiam, sed ita ut illi nostra ancilletur industria. Porro qui sunt ingressi semitas domini rectas, eos manet afflictio, tēstatio, & persecutio malorum, in quibus satanas exerit uires suas. Hoc ut clarius perspicatis, recolite quid passus sit Abel, quid prophetae, quid Ioannes Baptista, quid ipse Christus, quid apostoli, quid martyres, denique quid hodie persequatur ille pusillus et humilis grex ab hostibus tum externis, tum internis, et tamen adhuc depelli non potuit a semitis iustitiae, nimirum fretus deductoris sui potentia, ad quem nunc uerbo sermone dicit: [Nam si ambulauero in medio umbrae mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es.] Christus ecclesiae suae lux est, ignorantia & peccatum umbra mortis est, hoc est caligo densissima, in qua regnat ille princeps tenebrarum. Christi sponsa per haec horrenda graditur in semitis iustitiae, properans ad aeternam felicitatem, nec tamen terretur. Vnde haec illi tam insignis animi fiducia? Non ab ipsius uiribus. Circumspicit enim, & dum in se nulla reperit praesidia, in sponsum suum se conijcit, hunc amplexa dicit: [Quoniam tu mecum es.] Vbi ille adest, ibi lumen, ibi iustitia est, ibi nihil potest princeps tenebrarum. Quonia qui pro nobis est, plus potest quam omnes aduersarij. Per has tenebras, per haec terribilia media interim incedit ecclesia, tuta pastoris sui ductu, iuxta promissum euangelicum, & portae inferorum non prauelebunt aduersus eam. Sed interim omni machinarum genere quatitur usque ad consummationem seculi, protectore tamen sponso superat omnem munitionem callidamque consilia, & uniuersam celsitudinem attolentem sese aduersus scientiam dei. In his tenebris olim uersabatur ecclesia, dum in Aegypto seruiret Pharaoni, sed quemadmodum Moses eduxit Israeliticum populum in desertum, ita Christus oues suas ab ignorantia dei, & densissima uitiorum caligine uocauit in admirabile lumen suum, & a diaboli tyrannide assertas, atque a mundo semotas recepit in suam tutelam, ut tam non timeant umbram mortis, quum pastor ille ueram illam mortem sua morte deiceret: non timet mundum, ei credens qui dixit: Confidite ego uici mundum. Non timet carnem rebellantem spiritui, quonia iam in carne quidem, sed non secundum carnem ambulat. Non timet rapinam facultatum, quae thesaurum suum recondidit in caelo: non timet mortem corporis, certam spem habens resurrectionis. Interea tamen sine fine tyrannus ille molitur recipere praedam abactam, explicat omnes artes, admouet omnes machinas, uertit sese in omnes formas, interim transfigurans sese in angelum lucis, ut ouem aliquam intercipiat, imo ut totum subuertat ouile. Vnde uerissime dictum est, uita piorum militiam esse super terram. Proinde necesse est, ut ecclesia semper progrediens per semitas iustitiae, militari more incedat, armis instructa, ordine composita, sobrietate uigilans, & ad excipiendum omnem hostium insultum parata. Sic incedentem horratur Paulus apostolus scribens Ephesijs. De caetero fratres confortamini in domino, & in potentia uirtutis eius, induite uos armaturam dei, ut possitis stare aduersus insidias diaboli, quonia non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principes & potestates, aduersus

2. Cor. 10

1. Pet. 2

Iob 7

Ephes. 6

aduersus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritalia nequitia in caelestibus. Propterea accipite armaturam dei, etc. Habent igitur & oues arma, potentia aduersus hostes tam multos, tam improbos, habent, sed potentia deo, ut cum Paulo dicere possint: *Philip. 4* Omnia possumus in eo qui nos corroborat. Propheta fortem uocæ dicit, quum ait: *Psal. 17* Dominus mihi adiutor, non timebo quid faciat mihi homo, sed auxit pastor ouibus suis fiduciam, ut dicant: Dominus mecum est, non timebo quid mihi faciant principes tenebrarum, Dominus illuminatio mea, & salus mea quem timebo; Dominus protector uitæ meæ, à quo trepidabor: Homines quibus cum hominibus bellum est, uarijs nituntur præsidijs, & uulpium in morem multiplicibus fidit artibus, ecclesia uelut Echinus unico tantum, sed certissimo præsidio nititur, Quoniam tu mecum es. Qui Christum habet, etiam apud in-
 feros tutus est: qui Christum perdidit, etiam si in cœlum ascendat, nihilo tutior futurus sit. Dixerit hic aliquis, quid opuserat tam laboriosa militiâ, quum pastor posset à quietis ouibus omne malum depellere? O homo tu quis es qui respondes deo? Certa est uictoria, sed sic Christus uoluit uincere, sic triumphare in suis, & ipsidem uestigijs uoluit suos eue-
 hi ad regni caelestis consortium, quibus ipse præcessit, Nostra est ex parte opera, sed illius est tota uictoriæ laus, à quo uenit omne quod possumus. Transibo ad ea quæ se-
 quuntur, si syllabæ unius emphasim paucis excussero, Nam: Ea connectit hunc uersicu-
 lum cum superioribus, pro qua tamen Hieronymus uertit, sed. Alius omittendum pu-
 rat. Neque tamen arbitror ociose additum à Septuaginta, nec uestræ pietati molestem esse debet has minutias obiter excuti, non ignaræ in diuinis literis, nec unum apicem irri-
 tum esse. Apud differendi magistros mutua reciprocaq; ratiocinatio est, dum nunc colligit efficiens ab effectis, nunc effecta ab efficiēte. Siue enim dicas, sol est supra terrâ, dies enim est: siue dicas, dies est, sol enim est supra terrâ, æque recta collectio est. Hoc in necessarijs, in probabilibus item: Hæc tabula præclara sit oportet, Apelles enim eam pinxit. Apelles pinxit hanc tabulam, egregia enim est. Vitatius tamen est, ut ex efficiente colligamus ef-
 fectum. Hic uero uidetur ex effectis probare causam efficientem. Multa dixerat antea, do-
 minus regit me, acclinauit me, refecit me, deduxit per semitas iustitiæ, & perinde quasi quispiam rogasset, quo tandem argumento doces te uera loqui? Respondit: Nam & si am-
 bulauero in medio umbræ mortis non timebo mala, quoniam meus pastor mecum est. Huius enim unius beneuolentia præstat hanc securitatem. Nec hoc ecclesia dicit percontan-
 tis, sed ipsi pastori, ueluti illum adhibens testem, quod nihil falsi loquuta sit. Nullus enim potest in trepidus ire per huius mundi discrimina, nisi gubernatus, refectus, ac deductus ab omnipotente pastore domino Iesu Christo. Nam ille nō potest abnegare semetipsum, ut fallat in promissis, nec ulla potestas superat omnipotentē. Iam nō minus arguta habet sententiâ quod legit beatus Hieronymus. Sed et si ambulauero in ualle umbræ mortis, etc. Sed & si, habet augendi emphasim, parū dixi quod pascat me, quod refecerit me, quod in semitâ iustitiæ deduxerit me, amplius quiddam præstitit, uidelicet ut per uias tuas incedam: nec solum eripuit me à potestate tenebrarum, sed tantū addidit robur, ut aduersus omnes tyranni assultus possim esse intrepida, pastore mei presentia, qui deiecit huius mundi prin-
 cipem, qui deuicit mundum, & nobis deuicit, & in nobis deuincit. Addam aliud æque mi-
 nutum, sed non inutile, Hic uersiculus referri potest ad totum hoc quod præcessit, quem admodum enarrauimus, potest & ad posteriorem superioris uersiculi particulam perti-
 nere, propter nomen suū. Hinc enim nascitur illa summa ecclesiæ fiducia, quod quicquid ipsi præstat, aut pollicitus est sponsum, non tributum est illius meritis, quæ aut nulla habet, aut si qua habet non agnoscit, aut si agnoscit, non agnoscit ut uel ex ipsa profecta, uel digna tantis beneficijs: sed quoniam benignus ille pastor propter nominis sui gloriam, hoc est ad illustrandam admirabilem illam suam erga genus hominum misericordiam, ele-
 ctis suis largitur omnia, non est periculum ne mutet sententiâ, quandoquidem ipsius quodammodo negotium agitur. Nomen illius manet in æternum. Quod est illud? Ego sum qui sum. Nec decreta sua, nec promissa sua mutare ualet. Verax est, & ubiq; iustiti-
 cari uult in sermonibus suis quum iudicatur. Oues autem suas elegit anteq; iaceret funda-
 menta mundi, ut essent sanctæ & immaculatæ in conspectu ipsius in charitate. Et ut alibi dicit idem Paulus: Quos præsciuit, eos & prædestinauit, quos prædestinauit, hos & uocauit, & quos uocauit, hos & iustificauit, quos autē iustificauit, hos & magnificauit. Hæc quum

Exod. 5

Eph. 8

Roman. 8

quum per sponsi spiritū sponsæ referata sint, fidenter dicit: Si detis pro nobis quis contra nos? Deus est qui iustificat, quis cōdemnet? Quis nos separabit à charitate Christi? Certa *ibidem* sum quia neq; mors, neq; uita, neq; angeli, neq; principatus, neq; uirtutes, neque instantia, neq; futura, neq; fortitudo, neq; altitudo, neq; profundū, neq; creatura alia poterit nos se-
 parare à charitate dei, quæ est in Christo Iesu domino nostro. Hoc est, non timebo mala, quoniam tu mecum es. Vnicū uere metuendū malū est, à Christo diuortium. Matrimonium est, sponsum se professus est, me in sponsam ascituit, conueni in manum, non potest dirimi coniugium, quia non potest mutari qui cōnexuit copulam. Ut autem sponsæ pudicæ est, totā pendere à sponso, ita pecoris ouilli est, totum à pastoris cura pēdere. Dicit itaq; grex fidelis pastoris suo: [Virga tua & baculus tuus, ipsa me consolata sunt]. Prima specie sermo uidetur subabsurdus: prata uirentia recreant fatigatum, & aquæ limpida reficiūt las-
 sum, at quid adferunt solarij uirga & baculus? Adferunt, & quidem plurimū aduersus la-
 trocinia demonū hoc molientiū, ut abducant gregem à semitis iustitiæ, in quibus quam-
 diu manent tuti sunt à prædonū insidijs. Non me fugit quosdā ueterū uirgā interpretari, correctionē domini, qui nonnunq; per afflictiones emendat ac reuocat ecclesiam suā, per baculum seueriorem castigationem, iuxta illud Solomonis: Qui parcit uirgæ, odit filium *Prou. 13* suum: qui uero diligit illum, instanter erudit. Quam sententiā Paulus ad Hebræos referēs: Quem diligit, inquit, dominus, castigat. Corripit autem omnem filium quē recipit. Item Sirach: Curua ceruicem filij in iuuetute, & unde latera eius dum infans est. Deniq; habet & Paulus uirgam qua minatur Corinthijs. Sunt qui sic edisserant, ecclesiæ uirgā esse quā *1. Cor. 4* minetur delinquenti, baculum esse quo subueniat poenitenti. Vtrancū sententiā ut fa-
 teor esse potam, ita non arbitror admodum huic quadrare loco. Non enim dixit, uirga mea & baculus meus: sed, uirga tua & baculus tuus. Cōcinnius erit, si maneamus in metapho-
 ra pastoris, & uirgam ac baculum pro eodem accipiamus, quod in scripturis rarum non est: aut si quid interest, uirgam accipiamus gratiam dirigentem pios per præcepta, ne ab-
 errēt à semitis iustitiæ, baculum quo depellat lupos & fures. Ipse grex ouillus nec uirgam habet ex sese, nec baculum, quem admodum nec olim apostoli, sed omnis fiducia est in di-
 rectione protectioneq; pastoris, qui dicit: Nolite esse solliciti quid edatis, aut quo uestiami-
 ni, tantum querite regnum dei, & hæc omnia adijcētur uobis. Et: Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam nō possunt occidere. Et: Nolite præmeditari quid aut quomodo loquamini. Et: Mihi uindicta est, ego retribuam. Qui uos spernit, me spernit. Hæc uir-
 ga pastoris Iesu, hic baculus solatio sunt gregi imbecilli aduersus terrores omnium malorū. Est enim uirga quæ depellit à recto tramite, & est baculus qui fractus innitēs per-
 forat. At non talis est uirga sponsi qua dirigit sponsam, nec talis baculus quo tuetur illam. *Esa. 56* Habet aduersarius ignea tela iuxta Paulum, hæc solus Christus potest suo baculo depel-
 lere. Hoc an non magnum interim militaris itineris solatium: Quam tenere charissimi do-
 minus Iesus amauit sponsam suam, ut nihil omisit, quæ ad illius tutelam, quæ ad refectio-
 nem, quæ ad solatium pertinent. Eximia sunt hæc quæ diximus, sed non his beneficijs cō-
 tenta fuit illius immensa charitas & inexhausta benignitas. Quid poterat addi? Addidit etiam in hac uita uelut ouationem, æterni triumphī quasi preludium siue proœmiū. Quid hoc est inquietis? Audiamus ipsam sponsam sua commemorantē gaudia. Parasti, inquit, in conspectu meo mensam aduersus eos qui affligunt me. In alterum admirabile solati-
 um. Parum erat per fidem & spiritum suum semper adesse sponsæ, quem admodum pro-
 miserat, sed parauit illi mensam uictoriatē, in qua suū ipsius corpus ministrat illi in cibum uitæ, apposuit poculum sanguinis unde biberet quoties uellet, ut hac quoq; inaudi-
 ta ratione corporaliter etiam, in sacramentis uisibilibus adesset ouibus suis. Eant nunc lu-
 daei, & de suo manna gloriantur, hic est uere panis qui de cœlo descendit, uitam & immor-
 talitatem dans omnibus digne sumentibus eum. Hic est calix inebriās gaudijs spiritali-
 bus, Huius conuiuij delicias ignorant, quos non regit cœlestis ille pastor, tantum oues sa-
 ginantur carne, & inebriantur sanguine agni immaculati, qui semetipsum obtulit, pro sa-
 lute earum, & illius sacrosanctū hauriunt sanguinem. Et tamen hæc mensa filiorū honori-
 fica, hoc epulum regale paratū est aduersus eos qui non desinūt affligere Christi gregem. Quare contra illos hæc mensa instructa est ad quam non admittuntur? Quia canes sunt, nec datur sanctū canibus. Ostenditur tamen illis, ut specient & intabescant uidentes deli-
 cias

cias, opes, triumphū, lætitiā, & concordiam Christo domino fideliter hæretium. Quid enim honorificentius, quæ ut homo cōmunionē carnis & sanguinis dominici fiat unū cum Christo, quemadmodum cibus ac potus corporalis transformatur in substantiā uescētis ac bibentis, quanquā hic potius qui uescuntur & bibunt transformantur in id quod sunt. Nec solum sunt unum cū Christo capite, sed eodem spiritu, eiusdem mentis particeps, unum fiunt inter sese: ut quemadmodum omnia membra constituunt unū corpus, ita caput & corpus unam quodammodo personā cōstituant. Quotiam autē pater, filius, & spiritus unum sunt, sit ineffabilis quædam unitas ut sit deus omnia in omnibus. Hoc triumphale conuiuīū spectant hostes ecclesiæ, & alij derident, alij inuidēt, alij nō credunt, sed interim cœlestibus epulis saturantur, exhilarantur, roborantur, & inebriantur oues. Hoc spectaculum ut est angelis reuerendum, ouibus salutiferum ac lætum, ita spiritus impijs formidabile est ac tremendum. Nihil enim magis horrent, quæ exultationē spiritualem concordie uoce canentiū laudem agni, qui fregit illorum tyrannidem, & oues suas eripuit de manibus luporum. Eat nunc mundus fallis honoribus tumidus, in sanis uoluptatibus cibus, et eos qui spretris inanibus, ac mox perituris bonis toto pectore cœlestibus inhiant, habeat pro miseris, afflictis & abiectis. Tali honore dignatur dominus quos mundus habet pro uermiculis, talibus delicijs exhilarat eos qui mundo ne uiuere quidem uidentur, iuxta illud: Propter te mortificamur tota die, æstimati sumus sicut oues occisionis. Hæc sunt spiritalia gaudia, quæ nec auris hominis audiuit, nec oculus hominis uidit, nec in cor hominis ascenderunt. Sunt enim angelorum delicia, nō hominum, hæc tamen etiam in hac uita præparauit deus diligentibus ipsū, quicquid naturā hominum transgressi in angelorum ac diuinitatis cōsortium uenire meruerunt. Hoc est centuplum quod eis promissit suis in hoc seculo, pignus æternæ uitæ, quæ continget in futuro. Eant nunc famelici, siticulosi, tristes, macilentī, atque aridi Iudæi, & mensam suam iacent, quā ideo sanctam putant, si non habeat carnem suillam aut anguillam, adorent panes suos propositionis quos attingere fas nō erat, nisi solis sacerdotibus, quanquā amisso sacerdotio simul & panes amiserunt. Iacent hostias suas mutarum pecudum, quas & ipsas amiserunt sublato templo, in quo solo iussit sunt immolare. Glorientur quod mensa fermentum nesciat, quum malitiæ fermentum habeant in pectore. Quid comedunt miseri? Quid bibunt? Arrodunt hordei tectorium insipidum & amarū, medullam non attingunt, quum quæ a suillis carnibus abhorreant iuxta carnem, tamen iuxta spiritum porcorum cibo pascuntur, fursure & siliquis. Eant gentes & suas mensas cum hac ecclesiæ mensa conferant. Quid illic edebatur? Caro brutorum animantium immolata dæmonijs. Quid bibebatur? Vinū, unde libabatur demonibus, qui uice cōuiuīarū aderant, ac non nidore, quod Poetæ fingunt, sed illorum in sania fruebantur, exitio pascebantur. Quæ cantica? Canitur Iupiter omnipotēs, adulter, incestus, pæderastes, ab ebrijs dicitur hymni boui Aegyptio, aut serpenti Aesculapio, aut morioni Baccho. Tam impijs, tam funestis mensis adhuc accūberemus charissimi nisi pastor noster dominus Iesus per suam misericordiā submouisset nos à mensa carnalium dæmoniorum, ad has epulas tam splendidas, ad hoc cœleste conuiuīū, cui præsidet pater cœlestis cum filio suo nobis donans omnia, cui accumbunt membra Christi, quam circūstant cū gaudio multo ac tremore spiritus angelici, ad quam ineffabili cœlestium ac terrestriū cōcentu celebratur agnus ille purissimus, qui conuiuas suos morte sua redemit, & eisdem corpore & sanguine suo uiuo pascit & exhilarat. Hanc ineffabilem ecclesiæ lætitiā sermo propheticus olei nomine designauit. [Impinguasti oleo caput meū.] Nam in præpositio, ex idiomate sermonis Hebræi nobis est superuacanea. Hoc uidelicet est illud oleum arcanæ lætitiæ, quo deus ultra sodales omnes unxerat speciosum forma præ filijs hominū. Habet & Epicurei sua unguenta, quibus delibuti porant usque ad craterā insanitæ. Hoc autem est oleum spiritus, quod solum uere lætifficat mentes hominum, hoc est unguentum quo uncti, bonus odor sunt deo in omni loco, odor uitæ adferens his qui Christo pastori parent, mortē his qui pereunt, hoc est susbus. Nam suillo pecori unguentū letale uenenū esse tradunt rerum naturalium scrutatores. Et in porcos cupiunt migrare demones, uelut in animal ipsi cognatū. Nec sues tam enecat amaracinū, quæ impijs spiritus cruciat fidelium in Christo concordia & spiritalis hilaritas. Cernebat hoc conuiuīū oculis prophetiis, qui præ admiratione clamat: Ecce quam bonum & quæ iucundum, habitare fratres

fratres in unum. Sicut unguentum in capite, quod descendit in barbam Aaron, quod descendit in oram uestimenti eius. Quemadmodum præcipua pars externi hominis caput est, ita præcipua pars interni hominis est spiritus. Spirituale cōuiuīum est, spirituale oleum est, spiritum hominis exhilarat. Iam ecclesiæ caput Christus est, in quo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. De cuius plenitudine accipiūt omnia membra ecclesiæ gratiam pro gratia. In eos igitur qui uere fratres sunt eodem conglutinati spiritu, & in eodem sensu eademque sententia simul habitant in ecclesiæ cœnaculo, descendit unguentum à capite Christo, primum demanās in barbam, in cuius barbam: Barbam Aaron summi sacerdotis. Olim reges & sacerdotes ungebatur oleo sacro, Christus utrumque fuit, Rex dum affert regnū deo patri, sacerdos dum seipsum immolat pro salute mundi. Hinc nimirū defluit in barbam, in apostolos ac martyres, qui uirtute spiritus roburati, & ut ita loquar, barbati, pro grege dominico mori nō timuerunt. Inde sparsus est odor Christi per uniuersum orbem, posteaque in extremas usque nationes peruenit odor Euangelij bonus, sues necans, credentes uiuificans. Hoc nimirum erat unguentum preciosum, quod alabastro fracta mulier Euangelica effudit in caput Iesu, quod secundum Ioannem effusum est & in pedes: & impleuit totam domum. Domus autem est ecclesiā. A fortissimis illis masculis defluxit usque ad oras uestimēti Iesu, hoc est usque ad infimū ecclesiæ membrum, & usque ad adolescentulas, quæ currunt attractæ odore unguentorum spiritalium, quemadmodum ipsa sponsa prædicauit in Cantico: Oleum effusum, nomen tuum, adolescentulæ diligunt te. Quæ sunt istæ adolescentulæ? Ille nimirum, quarū innumerabilem turbam alit rex ecclesiæ Solomō, spiritu suo fouens alensque, donec grandescant & iustū animi robur colligant. Nullus enim quantiuis infans ac paruulus arceatur ab hac mensa, modo sit insitus corpori Christi, quod est ecclesiā. Nec absurdū est idem dici uestem & corpus: quod enim corpus est animo, hoc uestis est corpori. In corpore habitat animus in ueste corpus. Extrema corporis pars est cutis, extrema uestimēti pars est fimbria. Olim corpus & sanguis domini dabatur infantibus baptismo renatis, & recte fiebat, quod tam multis annis fecit ecclesiā. Dabatur & neophytis, & hodie nulli negatur petenti, sit quantumlibet humilis, obscurus, pauper, idiota, si modo defluxit ad illum unguentum à capite Aaron nostri, recipitur in hoc conuiuīū. Hoc oleo qui uncti non sunt, ne contingant mensam domini, ne iudicium sibi edant & bibant, non diiudicantes corpus & sanguinem domini. Quo pacto conficiatur sacrum oleum magna religione docet Moyses, & is quidem typum gessit rerum spiritalium. Hoc autem oleum nemo conficit nisi deus, qui solus largitur spiritum sanctum, & capitale est, si quis hominum uelit hoc oleum conficere. Tentauit hoc Simō ille pecunia licitans donum spiritus, sed audiuit: Pecunia tua sit tecum in perditionem. Vtinam Simonis exemplum non superetur à tam multis. Quod in illo crimen fuit, nunc est consuetudo. Sed rite confectum oleum quid facit? Creat reges, consecrat sacerdotes, sanctificat omnia uasa templi. Et horū cognominum dignitas à Christo capite defluit in membra Christi. Quotquot unum cum illo facti sunt, fiunt reges, dum hic imperant concupiscentijs de quæ satana triumphant per Christum, & in futuro seculo, iuxta beati Pauli promissum, cum eo regnaturi sunt qui hic cum illo & pro illo patiuntur: fiant sacerdotes, dum ad hanc mensam accedentes immolant sacrificium, seque ipsos immolant quotidie deo, hostiam uiuam, acceptam, & rationalem. Quanquā enim solus sacerdos cōsecrat corpus & sanguinem domini, communis tamen est omnium fidelium oblatio. De regno & sacerdotio testimonium habes ex Apocalypsi, ubi gratias agit ecclesiā pastori suo: Redemisti nos in sanguine tuo ex omni tribu, & lingua, & populo, & natione, & fecisti nos deo nostro regnum & sacerdotes, & regnabimus super terram. Astipulatur his beatus Petrus hoc sermone compellans oues Christi. Vos autē genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis. De uase multiplex habetur testimonium apud apostolum Paulum, qui & ipse dicitur uas electionis. Nam & Romanis scribens loquitur de uasis misericordiæ, quæ præparauit in gloriam, ut in illis ostenderet diuitias gloriæ suæ. Rursus ad Timotheum distinguit uasa parata in honorem, à uasis in contumeliam paratis. Nam utraq; nunc interim reperiuntur in magna domo, quæ est ecclesiā uisibilis, latius porrecto uocabulo, ut omnes lauacro renatos complectatur. Habuit hæc domus Paulum uas aureum, seu gemmeum potius, habuit Cyprianum uas argenteum,

sed eadem habuit Iudam Ischariote uas ligneum, habuit Sabellium & Arium uasa ficti-
 lia. Nam talibus etiam uasis dominus ad suam gloriam nouit abuti. Verum quod natu-
 ra aureum est, non potest fieri ligneum: quod fictile est, non potest fieri argenteum, nec
 contra. Verum in ecclesiae domo, uas quod a puritate sua degenerauit, potest se ab illis er-
 mundare, ut fiat uas in honore sanctificatum, & uile domino ad omne opus bonum
 paratum. Ad hanc ergo mensam caelestem non admittuntur nisi reges, sacerdotes & uasa
 domino per oleum spiritus consecrata. In cuius mortali corpore regnat peccatum, seruiturque
 uicij & concupiscentijs, ne contingat hanc mensam. Quid periculi? Ne sublatus proficia-
 tur in tenebras extremas. Qui nondum maclauit domino membra carnis, quae militant
 aduersus spiritum, ne accumbat ad hanc mensam. Quid discriminis? Ne eueniat quod ac-
 cidit Ozia. Nam hunc percussit manus domini, quod quum rex quidem esset, sacerdos
 autem non esset, tamen aufus est ad altare uenire sacrificaturus. Ita qui nondum didicit
 possidere uas suum in sanctificatione & honore, sed adhuc inquinatus est affectibus con-
 cupiscentiae, quemadmodum & gentes, subducatur ab hac mensa, ne uel ardeat ligneus,
 uel confringatur luteus. Quod si nefas erat olim in templo domini uasis uti non sanctifi-
 catis, quibus uel aqua, uel sanguis, uel thus, uel aliud simile excipiebatur, quam oportet
 esse pura corda, & corpora eorum qui Christum ipsum excipiunt. Quisquis igitur non-
 dum est unctus oleo sacro, oleo laetitiae & exultationis, ne sese misceat huic conuiuio, sed
 interim aliud querat oleum, ut purgatus hoc oleo mereatur oblini. Est oleum uino mixtum
 quo sanantur uulnera, est oleum remissionis quo inungitur infirmi. Hanc mensam plus
 quam regalem caelestibus exuberantem delictijs spectant gentes, & fame pereunt, spectant
 Iudaei, & rumpuntur inuidia, quod priores uocati & excusantes, locum fecerint alienige-
 nis. Quos illi pro canibus ducebantiam cooperati in filios in mensa regali uescuntur pane
 caelesti, & qui sibi filij uidebantur in canum reiecti sunt ordinem. Synagoga quot annis
 epulatur in memoriam phase, uerum in litera haerens non habet oleum, sed comedit agnum
 cum lactuicis agrestibus. Ecclesia uerum phase quotidie celebrat epulo spirituali & gaudio
 rum plena, uncta oleo gratiae spiritualis, commemorans mortem domini donec ueniat. Nec
 eam celebrat funebribus naenijs, quemadmodum Iudaei suum Moysen lugent, sed inuicem suos
 comonefacit mortis dominicae, in psalmis & hymnis, & canticis spiritualibus, uncta oleo
 gratiae caelestis cantans in corribus suis deo. Ad hoc epulum inuitat nos beatus Paulus:
 Pascha, inquit, nostrum immolatum est Christus, itaque epulemur non in fermento ueteri, neque
 in fermento malitiae & nequitiae, sed in azymis sinceritatis & ueritatis. Non est enim
 hoc silicernium, sed triumphale conuiuium, hymnis & canticis celebrandum, quemad-
 modum indicat psalmus 41. In uoce exultationis & confessionis sonus epulantis. Vnde
 & eucharistia dicitur, quod nobis sonat gratiarum actio. Ibi resonat canticum Mosi: Can-
 temus domino, gloriose enim magnificatus est. Cuius meminit etiam Apocalypsis: Ma-
 gna & mirabilia opera tua domine deus &c. Ac rursus alibi: Canunt agno triumphanti,
 occisus es, & redemisti nos deo in sanguine tuo ex omni tribu & lingua, & populo, & na-
 tione, & fecisti nos deo nostro regnum & sacerdotes, & regnabimus super terram. Hunc
 ecclesiae concentum, has exultantium uoces audit, ut dixi, synagoga, & liuore rumpitur,
 audit mundus & intabescit, audiunt Allophyli, & clamant: Vae nobis: audiunt daemo-
 nes & contremiscunt, interim sponsa Christi regnat, omnium persecutionum uictrix,
 gaudet uero sacerdotio, non delinens immolare agnum uiuum & immortalem. Videtis
 amici quantus sese campus aperiat de hoc mysterio differendi, & libere in huius epuli
 contemplatione diutius immorari, sed finiendus est psalmus, & his aliis dabitur locus
 oportunior, si dominus uoluerit. Ut igitur quod superest absoluamus, mos est scripturae
 diuinae, ut gratuita munificentiam interdum appellet misericordiam. Agit itaque pas-
 tori suo gratias ecclesia, quod talibus epulis ipsam reficere dignetur usque ad consumma-
 tionem seculi, hoc est usque ad secundum aduentum. Hoc facite, inquit, in mei memori-
 am, donec ueniam. Et misericordia, inquit, tua subsequetur me, omnibus diebus uitae meae.
 Euidenti est, quod uertit diuus Hieronymus, sed & benignitas tua subsequetur me, om-
 nibus diebus uitae meae: quamquam Graece est *καταδιώξῃ*, persequetur, id est non deseret
 usque ad finem. Vitam enim suam appellat hanc uitam in terris, ad quem sensum facit arti-
 culus Graecus *καταδιώξῃ*. Vnde frequenter interpretes eum uertunt in pronomen demon-
 stratiuum

stratiuum, hunc mundum dicentes pro mundo: ita non absurde uerti poterat hic omni-
 bus diebus huius uitae. Frustra expectant infelices Iudaei Messiam suum, ille iam uenit iu-
 xta prophetarum uaticinia, nec relinquet sponsam suam, donec iterum ueniat, non iam
 redempturus, sed iudicaturus uiuos & mortuos. Qui metuit iudicium, nunc det ope-
 ram, ut in uitis deprehendatur. Restat supremus huius tantae beatitudinis colophon. Quis
 nam hic est? Et ut inhabitem in domo domini in longitudinem dierum. Christi sponsa non
 habet hic domum manentem, sed interim in tabernaculis habitat, suspirans ad illam domum
 caelestem non manufactam quae est in caelis. Nam & illic omnes pascuntur corpore & san-
 guine Christi, sed non sub aenigmate sacramentorum, uerum clara perspicuaque praesentia,
 nec hymni quos in eo conuiuio canunt ullis molestijs interrumpuntur, sed angelorum &
 piorum hominum uoces summo concentu sine intermissione laudabunt uiuentem in secu-
 la. Breues enim sunt dies hominis, & uniuersum hoc tempus quo uersatur in terris eccle-
 sia, licet ad annorum triginta milia proferatur, tamen momentum est ad aeternitatem &
 ad illum diem, qui nescit occasum, hoc est ad sempiternitatem. Ibi erit perfecta requies,
 perfecta laetitia, & iuge conuiuium, cuius gustu quodam inflammata Christi sponsa, nihil
 aliud hic optat a sponso, quam ut illi propius iuncta semper habitet in domo domini. Iu-
 xta duplicem sensum pro nostro modulo psalmum exposuimus charitati uestrae. Nunc
 quoniam uideo uos nondum hoc conuiuio saturatos, breuiter absoluemus sensum mo-
 ralem. Hunc quanquam obiter magna ex parte tractauimus, tamen iterum in transcurso
 si quid praetermissum est, non inuile cognitum, ueluti racemationem facientes differemus.
 Proinde hortor uos amici charissimi, ut ad nouam enarrandi rationem nouerit & uestrae
 attentionis alacritas, unusquisque uestrum existimet hunc psalmum ad se tantum pertinere,
 unusquisque seipsum examinet, an uere sit ouis Christi, possitque non uoce tantum linguae,
 sed cordis quoque carmen hoc canere. Tum enim demum erit melodia deo grata, si affe-
 ctus cum uocibus concinat, nec aliud sit in uotis animi, quam in carmine. Sin erit aliquis sicaffe-
 ctus, ut uita & uota dissonent a psalmo, precetur dominum, ut per illius gratiam fiat et ipse
 ouis, ut plena musica dicere possit: Dominus pastor meus est, & nihil mihi deerit. Nul-
 lus enim uere dicere potest, nihil mihi deerit, nisi se Christo regendum pascendumque inte-
 gra fiducia commiserit. Quod si quis lingua foris cantet: Dominus pascit me, & nihil mihi
 deerit, cor autem intus aliam canat cantionem: Diuitia meae aut nobilitas mea, aut digni-
 tas mea, aut calliditas mea, aut eruditio mea pascet me, dissona musica fuerit. Miles dicit:
 Equus me portat alit rex, alius confidit uiribus suis, alius iuuentuti, alius in fauore princi-
 pum collocat fiduciam: in quo cunctis quis fixerit fiduciam, ei canit hunc psalmum: Pasces me,
 & nihil mihi deerit. Sed sibi mentitur iniquitas. Nam hic mundus in nullum tantum unquam
 nulli felicitatis, ut quisque uere dicere possit, nihil mihi deerit, sed uere dictum est, nihil deest
 timentibus deum. Vere dictum est: Diuites egerunt & esurierunt, inquirentes autem deo,
 minum non minuentur omni bono. Hic aliquis forsitan ita cogitabit suo cum animo, qui
 uerisimile est quod audior: Nonne beato Job multa defuerunt? Nonne multis egiuit: liberis
 orbatus, domo facultatibus exutus, denique sanitate corporis priuatus, & ulceribus obli-
 tus? Nonne multa defuerunt Lazaro, qui iacens in uestibulo diuitis, morbo fameque periit?
 An nihil illis defuit, qui iuxta Paulum errabant in melotis ac pellibus caprinis, angustissimi,
 afflictissimi? An nihil defuit ipsi Paulo, qui se testatur uersatum in labore & erumna, in uigi-
 lijs multis, in fama & siti, in ieiunijs multis, in frigore & nuditate? Nihil illi defuit, quum
 quemadmodum ipse scribit Timotheo in prima defensione nullus illi adesset, sed ab omni-
 bus esset desertus: Quum inopia coactus nocturnis horis confuerit coria nihil illi deerat.
 Citra controuersiam oues erant quos commemorauimus, & Christum habebant pasto-
 rem. Psalmus mentiri non potest, & quod obicitur euidentius est, quam ut negari possit.
 Restat ut recta psalmi intelligentia nodum explicemus. Primum aliud est abesse, aliud de-
 esse, sicut aliud carere, aliud egere, rursus aliud egere, aliud opus habere. Absunt ea qui-
 bus caremus, defunt quibus egemus. Caremus autem & his quae nolumus adesse, ueluti
 qui non sunt androgyni carent utroque sexu, & omnes caremus ceruinis cornibus, quae
 non tollemus adesse, tantum abest ut egeamus. Item uir bonus multis opus habet, quibus ta-
 men non eget. His enim opus habemus quae nobis usui forent, si adessent: quae si non con-
 tingant, non tamen inopia discruciamur, ueluti multis non contingit robur corporis, cele-
 ritas

ritas ingenij, aliaq; similia, quæ uere pius in bonos usus accommodaret si suppeterent: hoc autē deesse dicitur quod minuit felicitatem hominis, eoq; psalmus quē modo citauimus dicit: Non minuetur omni bono. Ibi minus est, ubi non satis est ad summā beatitudinis. Votis mundanorū multa uel omnia potius desunt. Etenim quum infinita petant, tamen quo plura cōsequuti fuerint, hoc longius absunt ab eo quod petunt. Omnes enim natura felicitatē appetunt. Votum autē bonarū ouium simplex & unicum est, ut assequantur uitam æternā, idq; per Christum. Porrò quanq; naturæ sensus desiderat uictū & uestitum, tamen spiritus nihil optat, quod illò non conducatur, & in cunctis precibus hæc est admixta cōditio, si deus nouit hoc utile ad salutem. Ouis autē hoc habet sibi persuasum, quicquid tristitiam acciderit, à deo immitti, quod is sciat crebro quod naturæ molestū est ad salutem spiritus expedire. Lazarū fortasse diuitiæ corrupissent, quem paupertas euexit in sinum Abrahamæ. Ad hanc itaq; rationem nihil deest ouibus Christi, quibus omnia cooperantur in bonum. Græce est *ὄσος*, quod magis sonat, non assequerur expetitur. Itaq; martyr in medijs tormentis, in ipsa morte uere dicit: Dominus pastor meus est, nihil mihi deerit. An illi uideretur aliquid deesse qui de hoc exilio transferretur ad perenne gaudium? Multa petentibus desunt multa. Et ut idem ait: Crescentem sequitur cura pecuniam, at defectus non est in rebus, sed in affectibus. Quanq; & hoc in genere uerum est, nec his quidē præsidij quibus corporum necessitas eget, eos destitui, qui tota fiducia in pastore Christum coniecta, non discedunt ab illius semitis, præsertim quū naturā paucis cōtenta sit, sobrietas paucioribus. Nam cupiditas nunq; expletur. Quid defuit prophetis olim ac prophetarum filijs? Exulabant, oberrabant in desertis, nullus tamen illorum fame sititue perijt. Quid defuit Ioanni in desertis agentis? Vestem præbebat camelus, cibum mel syluestre, & locustæ, siue fuerint summa uirentium, siue animantium genus, quod sole siccatū quibusdam gentibus pro cibo fuisse legitur. Quid defuit apostolis, & apostolorū discipulis, qui relicti omnibus, aut si quas habebant facultates in cōmune collatis, gratuito prædicabāt Euangelium? Postremo quid hodie deest his, qui plusq; summam paupertatem profitentur, ne contingentes quidem ullam pecuniam? Nōne uidemus uerum esse promissum Euangelicum: Nōne pro una matre relicta centum habent, pro una sorore, pro una domo centenas? Nōne & hi uere dicunt: Diuites eguerunt & esurierunt, nos autem inquirentes dominum, non minuiur, siue ut alij legunt, non deficiunt siue destituimur omni bono? Hic audio uoces ab obliquo reclamantes. At istorū multi nō inquirent dominum, sed uentri suo seruiunt. Næ istæ, si uera prædicant, pro me faciunt. Si tam multos alit fucata species, quanto minus defuturum esset aliquid uere & ex animo dominum querentibus? Et tamen si quando ista defunt pijs, ita pastoris dispensatione defunt ut non desint, sed superet uerius. Quid enim damni est, si nō dat quod petit affectus noster, quū det centuplo meliora? Qui non appetit nisi quod domino placet, semper habet quod appetit. Et hic est fons omnis opulentiæ Christianæ. Tres pueros dominus liberauit ab incendio, at gladio cæsus Paulus mortuus est. Beato Iob, dominus omnia restituit duplicata, sed Lazarus egens defunctus est: nec illi superfuit aliquid, qui nō accommodabat cor ad diuitias: nec huic quicq; defuit, qui per egestatem temporariā, æternā quietē assequutus est. Ergo quam angustia rei domesticæ premeris, & ægre alis uxorem ac liberos, ne uerearis dicere: Dominus pascit me, & nihil mihi deerit. Tentat tuam patientiā dominus, & aut prospiciet tibi benigniter probato, aut inopiam tuam, commodis longe melioribus reprobabit. Iterum quibus deest fides, spes, charitas, quibus deest modestia, pudicitia, innocentia, hi uere sunt egent, etiam si mille Cræsos opibus superent. Quibus illa suppetunt, abunde diuites sunt etiā in profunda degentes paupertate. Talis ouis erat beatus Paulus, qui cōmemoratis angustijs, egestatibus, & afflictionibus suis, declarat quanta sub illa miseriæ specie latuerit opulentia, sicut inquietus, ignoti & noti, quasi morientes, & ecce uiuimus, quasi tristes, semper autem gaudentes. Sicut egent, multos autem locupletantes, tanq; nihil habentes & omnia possidentes. Quid illis deesse poterat quibus antea scripserat: Omnia uestra sunt, uos autē Christi: Et ideo nihil illis deerat, quia Christi erāt. Et qui Christi sunt, illorū uicissim est Christus, Quisquis autem illum habet, habet honorū omnium fontem. Illis uere deest, quibus non suppetunt ea quæ conducunt ad ueram felicitatē. At Christus quos semel in suam curā recepit, his nihil patitur deesse, sed abunde suppetit omnia

Horatius

2. Cor. 6

1. Cor. 3

omnia quæ conferunt ad uitam æternam. Solus autē ille nouit quid nobis conferat. Hoc deest, quod ni adsit, desiderio sui cruciat. At Paulus dixit: Cupio dissolui & esse cum Christo. Itaq; quum Neronis gladius illi uitam adimeret, non destituit illum uita, sed id quod oprabat, assequutus est. Contrā, qui sub pastore diabolo degunt, his desunt omnia, etiam illa quæ possidēt. Tam deest auaro, quod habet q̄ quod non habet. Minus dixit prouerbium, imò magis illa desunt quæ habet quam quæ non habet. Etenim quæ non habet concupiscit quidem si spes sit assequendi, at quæ habet, hoc appetit impotentius, quo possidet abundantius, ac miserius disruciatur cura seruadi quod possidet, quam parandi, quæ nondum possidet. Nec habet qui nō potest uti quod tenet, nisi forte credimus draconem illum seruatore uelleris aurei, possedisse quod seruabat. Appetere uero egeni est non diuitis. Sed eo quod tenes egere, extremæ cuiusdam egestatis est. Qui assecutus est præturam, sibi miser uideretur, nisi impetret consulatum, qui consulatum adeptus est, ambit dictaturam: cui contigit dictatura, regnum ambit: qui regnum impetrauit, sectatur alterum, de hinc tertium, quartum, quintum, donec obtineat mūdi monarchiam. Hanc adeptus non fatiatur, sed querit alios mundos quibus imperet. Sic sacerdotiorū coacervandorū nulla est satietas, episcopatus episcopatus, abbatia abbatia cōnefitur: nec hæc cōgesta fatiant, sed contenditur ad galerum cardinaliciū, hinc ad summum pontificium. An hic saltem audis ullum dicentem, nihil mihi deest? Nequaquam. Appetitur dominatus terrenus, porrigitur potestas usq; ad angelos & animas à corpore semotas. Atq; hæc dixerim charissimi, non ut ciuilem aut ecclesiasticum magistratum taxem, sed ut in hominibus ambitionem ostendam infatigabilem. Sic cor auari, nunq; dicit sufficit, sic cor uindictis, nūquam dicit sufficit, sic cor delictis addicti nunq; dicit sufficit. Sola Christi ouicula dicit: Nihil mihi deerit. Ergo cum uel cognatorum aliquis, uel affectus carnis istiusmodi uoces ethnicas animo suggerit, nisi ambias dignitatem, nihil eris nisi Ioannes, contemnēris, conculcaberis, cōspueris à quibuslibet. Quomodo ambiam? Largitionibus ac simonia? Quomodo libet. Nunc uix alia patet uia. Simonia nomē est iam olim obsoletū. Item quū dicit affectus auaritiæ: Auge rem, ne desit seneçuti, ne desit liberis. Quomodo augebo? Si possis recte, si non quocunq; modo rem, ad has & consimiles uoces ouis Christi fidenter respondeat. Dominus pascit me, nihil mihi deerit. Quum caro suggerit, largior es in pauperes quam pro modo facultatum tuarum: habes uxorem fecundam, crescit indies familia, quæstus minuitur, precia rerum augentur, respondeat illi spiritus, Dominus mihi pastor est, nihil mihi defuturum est. Atqui quod dolendum est, his etiam magis ethnica frequenter audimus inter Christianos. Dicit magistratus, aut iudex, immensa summa munus hoc emi, si uelim esse tenax iusti, res mihi breui redierit ad perā & baculum. Negociator dicit: Nisi fraudem, nisi fallam ac peierem, uix fortem recepero. Opifex dicit: Nisi suffurer aliquid de locata materia, ars non sufficit alendo mihi. Breuiter, dicit caro, nihil eris, si mordicus uearis innocentiam, Aude aliquid breuibus gyaris & carcere dignum, si uis esse aliquid. Huiusmodi uoces nunquā desectant ouem Christi à recto, nec à præceptis diuinis, sed eam fiducia uocem semper habeat in ore cordis: Dominus pascit me, & nihil mihi deerit. Mi- retur mūdus suos beatos liberos cinctos, siliabus egregia forma felices, agris & pecuarijs locupletes, scrinijs auro differtis opulētos, honoribus sublimes, mihi fat beatus est cui dominus est pro deo, hoc est, qui in illo confidit. Beati enim omnes, qui confidunt in domino, quisquis illi copulatus est, iam cum illo habet omnia. Ille suis ouibus est honor, gloria, iustitia, sapientia, opulentia, uita, & felicitas certissima. Ergo si à bono pastore regi uolumus, simus bonæ oues, nec aliò spectemus quam ad pastorem Iesum. Oues simus innocentia, simplicitate, & bonitate, non stultitia. Siquidem hoc pecudis genus, nec minatur cornibus ut boues, nec dentibus laniat ut lupi, nec calcibus ferit ut equi, nec uoce territat ut leones, nec unguibus rapit ut feles, nec uenenum habet ut uiperæ, tam innocuum deniq; ut nec lacepsitum parit ultionem. Sub manibus uellentis aut tondentis obmutescit, ac ne maciant quidem reclamatione suæ. Vocem habet unicā qua pastoris implorat auxiliū aut gregem congregat. Quumq; sit animal tam innoxium, tamen non aliud materiam de se præbet utilitatem, lana sua uestit nos, pellibus munit, lac habet & ad esum salubre, & ad remedia utile. Nihil habet in reliquo corpore, quod nō cibis humanis sit accommodū. Quin & excrementa alui, præter usum stercoreationis, in cōdendis caseis, et gratiam

Ephes.

Prou. 30

& precium habere dicuntur. Huiusmodi sunt qui uere sunt oues Christi, utilitatem adferunt & amicis & inimicis, nec quenquam norunt laedere. Non sunt carnuori, nec rapto uiuunt, sed quod pabuli ministrat pastor, eo contenti sunt. Illius uocē sequuntur, educantis ac reducentis. Prima generis humani mater audiuit uocem non pastoris, sed praedonis: Adam audiuit uocem uxoris, & letifero pabulo quum sibi, tum uniuersae posteritati mortem conciliarunt. Dulce blandumque fuit quod porrigebat serpens animal uersutum, & ouillo pecori dissimillimum. Vanum erat quod pollicebatur: Nō moriemini, & eritis sicut dii. Haec itaque non erat uox boni pastoris, sed impostoris & furis: nec pabulum erat quod porrigebat, sed praesentissimum uenenum. Itaque seducta est Eua, corruptaque est ab ouilla simplicitate, & à beatissimis pascuis excussa est, quoniam non adhæsit optimo pastoris deo, sed auscultauit uoci praedonis. Quod tunc agebat diabolus per serpentē, hoc hodie uarijs modis agere non desistit. Objicit blandas rerum species, pollicetur inania. Caeterum illius uocem non audit ouis Christi, sed tota fiducia coniecta in dominū Iesum dicit: Dominus pascit me, & nihil mihi deerit. Ab eo nec mors, nec uita me distrahent, sed illi cōstanter adhærebo in loco pascuae ubi me collocauit, siue acclinauit. Errabam sicut ouis quae perijt, ille me suis humeris reduxit in ouile, contaminatam lauit suo sanguine, morbidam sanauit, debilem integrauit, donauit mihi fidem et spem bonorum coelestium, afflauit per spiritum suum charitatem, quam multae aquae nō poterunt extinguere, ac per hanc me collocauit in unitate ecclesiae, in contubernio sanctorum omnium. Antea seruiebam duram feruiturem, seruiebam siliquis porcorum, nec dabatur uel his saturari, denique seipsum mihi donauit, in hac tam felici societate, in his pascuis acquiescam. Extra ecclesiam fratres mei non est uera pax, nō est uera quies, non est animi tranquillitas. Rogabit hic me quispiam, qui scire possum an sim in ecclesiae unitate? Dabo signum euidentem. Quādiu manes in charitate dei & proximi, tam diu manes in ecclesiae contubernio. Quam diu sentis in pectore tuo pignus spiritus, in quo clamas: Abba pater, tam diu certus es tibi non deesse uerā charitatem. Ab hoc felici consortio nulla creatura te poterit depellere, nec principes huius mundi, nec summus pontifex, nec mors, nec uita, nec satanas, nisi uelis ipse. Nam deus qui solus hoc potest, nō uult quod potest, imō ne potest quidem aduersari suis promissis. Promisit autem se nunquam deserturum spem habentes in ipso fixam. Nec tamen haec externa societas ecclesiae catholicae prijs spernenda est, etiam si ministri palam abutantur potestate sua. Personam ecclesiae gerunt, quae contēnenda non est ob publicam tranquillitatem. Tales eiiciet dominus, quum ipsi uisum fuerit. Christiani est pacem habere cū omnibus, quod quidem in ipso est. Rursus hic percontabitur aliquis: Si dominus pascit, si dominus collocauit in ecclesiae pascuis, quid facit Episcopus, per baptismum in ecclesiam inducens? Si nō pascit quorū habet pedum? Cur pastor appellatur? Unus est princeps pastorum dominus Iesus, qui uere regit ecclesiam suam quam solus certo nouit, qui nutrit eam pabulo uiuifico uerbi sui, sed quaedam agit per ministros ecclesiae, qui quadantenus ipsius uicē gerunt. Sacerdos praelegit & interpretatur tibi scripturam, sed dominus aperit cor. Sacerdos te perfundit aqua, ungit oleo, sale condit, dat uestē candidā, deducit intra tēpli penetralia, sed dominus est qui remittit peccata, dominus est qui infundit spiritū. Honorāduus est, qui suo fungēs officio ministrat sacramentū, sed adorāduus est, qui sacramentū reddit effi-cax, illi uere debetur omnis gloria. Ut sacramentorū minister mercenarius sit, fur et latro, pastor tamē ille nō deest ouibus suis, qui per malos etiā mysteriorū dispensatores largitur suā gratiam. Hoc ad solatium ouium pertinet, ne si uideāt Episcopos, aut sacerdotes palam impios, existiment per illos interclusam sibi uiam ad salutē. Illis alienorum munerum cre-dita est dispensatio, qua si recte fungantur, mercedē amplam accipient ab illo summo pastore. Si minus, Christus & uiuit, nec curam abiicit sponsae suae. Si bene docent, sed male uiuunt, quae dicunt facite, quae faciunt nolite facere. Si uita suspecta est, doctrina syn-cera, in bonum potius uergat suspicio. Si palam, & improbe uiuunt, & impia docent, non aliter fugiendi sunt quam lupi. Sed ita fugiendi, ut tolerantur, non occidantur, & haecenus ab illis recedendum est, ut ob hominum uitia non recedatur ab ecclesiae consortio. Si qui gubernaculis assident, lupos agunt, ouium est ad uerum balare pastorem, ille uindicta su-met de furibus & latronibus, nec deseret gregem suum. Olim sub Annis & Caiaphis, sub

principibus

principibus idololatri degebat grex dominicus, & tamen nihilominus oues esse perseuerabant. Quamquam hic psalmus non tantum ad oues, uerumetiam ad pastores pertinet, qui quemadmodum Christi uices gerunt, ita debent summi pastoris exemplum pro uiribus humanis imitari, allicientes ad ecclesiae pascua quoscunque possunt, aberrantes paterna sollicitudine reducere, saginare salubribus Euangelicae doctrinae pabulis, languētes per amicas exhortationes deducere ad aquas refectiois, pię conuersationis exemplis, & assiduis monitis educare proficientes, donec collecto robore, toto pectore conuertantur ad dominum. Nec in his aliud spectent quam summi pastoris gloriam, ac dominici gregis salutem, quemadmodum hortatur ille cui primum dominus ter amorem ipsius professio commisit oues suas, pascendas non imperio premendas. Pascite, inquit, qui in uobis est gregem dei, prouidentes illi non coacte, sed sponte secundum deum, neque turpis lucri gratia, sed uoluntarie, neque dominantes in clerum, sed forma facti gregis ex animo. Dixerit hic quispiam: Gratis igitur tam operosum munus obibo? Nequaquam. Quid igitur praemissum? Quum apparuerit princeps pastorum, percipietis immarcescibile gloriae coronam. Praecedant igitur oues suas, & deducant illas per semitas iustitiae, assiduis obtestationibus monitis, & adhortationibus reddant illas cautas et animosas aduersus insidias insulsiusque diaboli, dirigentes eas uirga doctrinae, fulciantes baculo consolationis, donec proficiant ad libertatem hilaritatemque spiritus, dignaque iam haberi ualeant quae a spiritualibus gaudijs bonae conscientiae subuehantur ad aeterna coelorum conuiuia. Porro quo quisque sublimiore inter pastores locum obtinet, hoc par est propius ad summi pastoris imaginem accedere. Princeps ille pastorum lauit discipulis suis pedes, admonens interim quod faciebat exemplum esse ad imitationem propositum. Quādo autem porrexit pedes suos cuiquam osculandos? Quod Magdalena fecit, mysterium erat non exemplum. Nec mirum si Christus praebuisset suis osculandos pedes, qui se passus est a suis adorari. Deus enim erat, et Petrus non est passus Cornelium sibi ad pedes accidere. Sed sit haec in ultro faciente uel religio, uel charitas, quid est in exigente? Charitas uel simbriam uestis exofculatur, & Christi simbria contacta dedit salutem, quemadmodum apostolorum attactu consecrata semicinctha. At his temporibus quibus exigere miracula incredulitas est, si quid saluum honorum defert simplicium pietas, recusare debet Christiana modestia. Iulio Caesari magnae fuit inuidia, quod uiro senatorio ad osculum uenienti pedem obtulerit, quia non Caesaris, sed Procrustae cuiuspiam exemplum uideretur. At ille uere maximus, & rex, & pontifex, ne Iudae quidem ad osculum uenienti pedē obtrusit, sed faciem praebuit. Satis autē esse puto missam facere collationē, ne non monere, sed exprobare uideamur. Porrigatur pes ouis iuxta speciem externam, si ita uel res, uel mos postulat, modo inuis gestetur in sinu: obequiter pastor extimijis caballis, gestetur sublimis, cingatur regio satellitio, ducatur armatas acies iuxta speciem externam, modo in animo sit paterna sollicitudo, summa modestia, & Christi uicario digna charitas. Ad oues redeo, deducas in pascua. Sic igitur ueretur Christianus quisque in Christi pascuis, ut indies crescat ac roboretur. Tot sunt ecclesiae sacramenta, quae partim inchoant hominem, partim prouehunt, partim ab-soluant. Est item doctrina multiplex incipientium, proficientium, & perfectorum. Rudimenta traduntur catechumenis, reconditoria quaedam iam renatis. Hanc geminam doctrinam indicauit dominus in Euangelio Matthaei: Euntes docete omnes gentes, tradentes catechismum, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & spiritus sancti, docentes eos seruire omnia quaecunque mandauit uobis, deducetes eos ad semitas iustitiae. Perfectionem promittit apud Ioannem Euangelistam: Adhuc multa habeo uobis dicere, sed non potestis portare modo. Cum autē uenerit ille spiritus ueritatis, ille docebit uos omnem ueritatem. Quin & beatus Paulus habebat lac doctrinae, quo fouebat paruulos, habebat & sapientiam quam loquebatur inter perfectos. Porro quum non omnibus omnia pariter congruant aut condecant, tamen in scripturarum uberrimis pascuis abundat, quod alit infantes in Christo, quod uegetet adolescentes, quod adultos prouehat in mensuram plenitudinis Iesu Christi, est item quod medeatur aegrotis, quod confirmet languidos. Vnde igitur est, quod inter Christianos tam multos conspiciamus, qui cum sumant omnia ecclesiae sacramenta, quum subinde accedant ad mensuram domini, quotidie pascantur uerbo dei, quotidie uersent, recitent, decantent sacram scripturam, praesertim apud

1. Pet. 5

Matth. 28

Iohan. 6

apud sacerdotes & monachos, nihilo tamen fiant habitiores, sed macie graciles manent, languore torpent: quum obesum, letum, & alacre pecus amet dominus. Interdum in cuba sunt pastores mercenarii, qui neglecto grege pascunt semetipsos, nec aliud quam cantillant gregi, doctrinæ pabulum non administrant, aut si quid docent, humana potius docent quam diuina, aut auribus blanda potius quam animis salubria, denique sua ministrant pabula non Iesu Christi. Partim in culpa sunt auditores ipsi, qui frequenter non sunt vere oues, quia ubi carperunt pabula non ruminant. Qui sic: Quia audiunt legem domini, sed non meditantur legem domini. Nullum enim animal ruminat nisi mundum. At quisquis tenetur amore pecuniæ, aliisque rerum externarum curis, immundum est animal, & uerbum dei quod est unicum animæ pabulum, quoniam incidit in malam terram in his non fructificat. Nam pastores ubi uiderint ouem non ruminantem, morbum intelligunt, & remedium adhibent. Iam si quis perpendat quantus sit animi morbus ambitio, quantus auaritia, quantus uoluptatis amor, non mirabitur illis obnoxios non posse ruminare pabulum Euangelicum. Quid autem est ruminare? Animantia quæ ruminant, mordere nesciunt, quod inferiore tantum mandibula dentes habeant, quibus acceptum ore pabulum ad superioris mandibulæ gingiuam atterunt, & attritum in superiore uentriculū mittunt, hinc quæ est ocium reuocant in os lenteque remandunt priusque demittant in stomachum. Idque ferè faciunt à potu, & procumbentia. Non erant igitur oues pharisæi, qui quicquid à domino dabatur pabuli, statim mordebant uertentes in calumnia. Sed oues Christi palatum habent intellectus, quo simpliciter excipiunt salutarem doctrinam, eamque sobria consideratione non nihil atterunt in animo uersantes, mox demittunt in superiorem uentriculū, hoc est in memoriam. Deinde recreatæ haustu spiritus secedunt à tumultibus curarum temporalium, & in domini pascuis acquiescentes quod in memoria reposuerant, ad intellectum reuocant, ac diligentiore consideratione remandunt. Ita demum demittunt in stomachum, ut à stomacho per uniuersum corpus digeratur & transeat in animi substantiam. Stomachus noster affectus est, qui amat quod didicit & credit, in stomachum demisit pabulum. Ceterum qui iam per officia charitatis exercet quod accepit, quasi uegetus & agilis declarat, cibum in spiritus substantiam abisse. Agilitas enim corporis arguit bonam concoctionem, quæ comitatur bona habitudo. Et unum quodque animal suos habet motus naturales, quos si uiderimus expeditos ac rectos, agnoscimus sanitatem. Proprius autem motus charitatis est lædere neminem, bene mereri de omnibus. Vis igitur tibi commonstrem, unde possis dignoscere, num in pascuis domini sis factus uegetior? Si factus es ad officia pietatis alacrior, si ad ferendas iniurias fortior, si fide robustior, si charitate flagrantior, si minus in te ualet caro, magis uiget ac regnat spiritus, age gratias pastori, oras ut quod cepit in te, perficiat. Fructus spiritus declarant animam bene pastam. Quod hic digestionem diximus, psalmus primus appellat meditationem. Lex dei pabulum est animæ. Beatus autem est, qui in hac meditatatur & exercetur: non quomodolibet, sed die ac nocte, nimirum iuxta Pauli monita: Bonum autem facientes non deficiamus. Quid efficit meditatio? Producit fructus deo gratos, nec unquam interituros. Sequitur enim protinus: Et erit tanquam lignum quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo. Et folium eius non defluet. Hic locus etiam ad illos pertinet, qui legem ore tenentes, nec eam concoxerunt, docentque populum quod ipsi nec faciunt, nec amant. Porro diu discendum est quod doceat, & uix accendit alios, qui frigit ipse. Ita fit ut nemo bene pascat gregem domini, nisi ipse pastus à domino. In administrandis ecclesiæ sacramentis, non nocet recte summentibus administrantum improbitas, sed perquam rarum est, ut per hominis improbi doctrinam aliquis conuertatur ad bonam mentem. Tamen non inficior & hoc quoque fieri posse. Nullum autem efficacius animarum pabulum, quam doctrina spiritalis, quæ nunquam non est adhibenda. Si quidem hic est panis quotidianus, quo nisi assidue reficiatur animus, primum gracilescit, mox languore torpescit, demum emoritur. Hic igitur cum primis uigilat ueri pastoris cura, ne quid desit ouibus. Nec ex ore frigido porrigat illis cibum, sed ex charitate flagranti corde. Ignis ignem accendit. Rursus oues accepturæ sermonem saluiferum, præparent animi stomachum, ut quod datur tum uacuat, tum auidæ capiant. Non enim satiantur his pascuis, nisi qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quemadmodum cibum inutilis est corpori, qui stomacho fastidiète capitur. Huic fastidio pastores ita mederi

mederi solent, ut petram salis ponant in pascuis, quam lambentes oues stomachi nauisæ mederitur. Hoc itaque te dium qui sentiunt, lambant petram Christum, & ab illo precibus exugant Euangelicæ sapientiæ orexim. Sunt qui sacramentis non ex animo, sed uelut ex consuetudine utuntur, de spiritu non admodum solliciti. At caro sacramenti non prodest quicquam, sed spiritus est qui uiuificat. Sunt qui more Iudeorum hæret in cortice scripturæ, nec ruminant quid intus lateat mysticæ sapientiæ. Sunt qui quotidie magnam psalmodiam uim recitant, sed lingua tantum non spiritu. Hinc in plerisque tantus animorum languor, tantum frigus charitatis, tanta uirtutum imbecillitas, ut ad quamuis leuem tentationem concidant, & uel uerbulo efferretur ad omne uindictæ genus. Nec ullam rem magis arbitror deesse his qui conclusi uitam agunt, potissime deo dicatis uirginibus. Probo sacras cantiones laudo scripturarum recitationes, in quibus bona diei pars & noctis nonnulla consumantur, præsertim si simul & spiritu psallatur & mète. Continetur enim his occupationibus animus à multis malis quæ solet in hominibus gignere ocium, sed uiua uox pastoris melius afficit, erudiens, increpans, obsecrans, extimulans, consolans, territans. Olim sacra uirgines assidue uersantes in templis, audiebant docentem episcopum, inde prodierunt nobis tam multa uirtus etiam admirabiles, & ad martyrium usque fortes. Nunc pro dolor ferè tales habemus, ut cancellis debeant qualemcumque in proposito constantiam. Nam quæ recedat libere, iam recessit. Huius imbecillitatis præcipua causa est, quod raro datur illis audire uerbum domini, eo quod plerumque mutos habent præfectos, multos etiam uoluptatum & literarum studiosiores, aut si quid docent frigidum est & ineptum. Ad uirginum enim curam ferè extruduntur, qui ob ignauitiam mentis ingenique stuporem mundo sunt inutiles, aut cœnobiiis suis graues. Hic itaque non oportet dormire uel parentum sollicitudinem, qui filias suas in hoc uitæ genus conijciunt, uel præsulum uigilantiam. Oues autem quæ se student probare pastori quam bene pastæ sint, non illi ostendunt cibum in ore, sed nitore lanarum, habitudine corporis & alacritate motus declarant se bene pastas. Ita qui edificat sacra uolumina, qui recitant, qui decantant, non protinus ideo bene pasti sunt, sed quum ad iniurias tolerandas sunt fortes, quum ad officia pietatis alacres, quum spiritus hilaritate comes, tum demum intelligas licet illas probe saginatas. Iam sunt, ut dixi, qui non ferunt nisi blanda, prurientes auribus, & asciscetes magistrum, qui titillent uoluptate, non sanent amara licet ueritate. At oues quæ sanæ sunt cum primis delectantur salis cum frondibus, quod amara sunt, maluntque salis uti pascuis quam dulcibus. Ergo qui nondum defatigati à carnalibus desideriis, nauisæ ad ea quæ sunt cœlestia, rogent pastorem ut dignetur ipsos ad aquas refectionis deducere, ubi copiosius hauriant de spiritu, qui uis sua ignea excoquit stomachi pituitam, totosque conuertat ad deum, qui prius tepidi mundo & Christo semet partebatur, uelut utroque genu claudicantes, quum nemo possit seruire duobus dominis. Et in Apocalypsi Christus minatur tepidis, euomituros illos nisi incallescant. Nihil autem hoc hominum genere infelicis, ac fortassis etiam insanabilius. Tepor quidem ille nascitur ex supputri pituita affectuum, quæ febriculam gignit in animo, ut non delectemur neque uegetemur doctrina spiritali. Ad aquas igitur refectionis properemus, ut incallescamus charitate. Quod dico forsitan alicui uidebitur absurdum, eo quod aqua frigida solet reficere aestuantem, non inflammare tepentem. Non est absurda metaphora dilectissimi, si commode interpretemur. Hæc aqua refrigerando calfacit. Quoniam pastor refrigerat aëstem concupiscentiarum, quæ tumultuatur aduersus spiritum, his refrigerata incalescit mens hominis ad ea quæ sunt spiritus. Id explanat propheta, dicens: [Anima mea conuertit.] Nam Paulus animam hominis partitur in tres partes, in carnem, quæ uergetur ad terrena, spiritum qui nititur ad cœlestia, & animam mediam, quæ nunc huc, nunc illuc uoluitur. Hoc genus sunt affectus naturæ, cura propriæ incolumitatis, charitas erga uxorem, pietas erga parentes ac liberos, affectus erga propinquos & amicos. Nā hæc nobis cum ethnicis, partim etiam cum brutis communia sunt. Hi affectus si se applicent ad spiritum ut illos non amemus nisi in Christo, & si incidat necessitas, malimus illos deserere, quam à Christi charitate recedere, animam uertunt in spiritum. Sin in horum gratiam diuarcamur à mandatis dei, iam anima uertitur in carnem. Ut ergo totus homo serueat spiritui, necesse est ut pastor noster animam ad se conuertat. Hoc factio sequitur alacritas & dulcescunt omnia, quæ prius erant fastidio. Mox ubi talibus aquis refectio fuerit

Super aquas
refectio.

1. Thes. 5

Deducit me
super semitas
iustitiae.

fuerit anima nostra, iam concepto feruore spiritus, & auersa à uoluptatibus & cōmodis huius mundi, tum pastor deducit illam per semitas iustitiae, ut per quadraginta mysticas mansiones alacriter pergat ad terram fluentem lacte et melle. Mansiones sunt gradus uirtutum, quos etiam psalmus commemorat quindecim, quibus ascenditur in caelestem templum, quae est domus domini. Vig nomen in sacris literis frequentissimum est, & interdum accipitur pro certa ratione uiuendi, uelut Aduum nono & decimonono: Viros uiae huius. Et De uia domini. Semitae uocabulum infrequentius est. Attamen quum utraq; uox in bonum simul atq; in malum accipiat, maxime quum scriptura in metris, aut metris similibus, eandem alijs uerbis recinet sententiam, semitae, rarius in malam partem usurpatur. Exemplis supersedeo, ne sim prolixior, quod nos dicimus uiam, Septuaginta dicitur *ad os*, quod nos semitam, illis *regibus*. Est & iure consulti discrimen inter uiam iter & aduam. Ex quibus nominibus latissime patet uia, cuius tanta iubetur esse latitudo, ut spatium sit flectendis uehiculis, cui proximus est adus. Nam & peditum iter dicitur, agere uero qui mulos aut equos ducit. Via plaustra quoque continet, quae saepenumero strata est & publica, quales sunt in urbe quae uicos dirimit, & ab aedificijs moenia, & extra urbem uia Apollonia, uia sacra. Publicam porro uiam Graeci *λεωφόρον* appellant. Nam praedia nonnunquam debent uiae seruitutum huic aut illi, sed non populo. Semita uero quasi semi iter dicta uideatur, quod & angustior sit, nec publica. Quid hic uobis commemorare notissimum Pythagorae symbolum, Per uiam popularem ne eas. Qui sunt isti qui incedunt per uiam *λεωφόρον*? Contemplare quomodo uiuat hominum uulgius, & intelliges quod queris. Amant, oderunt, litigant, belligerantur, indulgent genio, ambiunt, scortantur, moechantur, dolo, fraude, furtis, foenore, peculatu, periurijs rem augent. Et alij quidem repunt, alij pedibus ambulant, alij pilentis, petoritibus, sellisq; curulibus uehuntur, alij camelis, elephantis, mulis, caballis, ac mannis insident, omnes tamen quoniam suis, quisq; cupiditatibus agitur, per populi uiam gradiuntur. Atq; haec illa uia lata per quam maxima pars hominum tendit ad interitum. Ab hac uia nos abducit pastor noster charissimè, clamitans: Ego sum uia, ueritas, & uita. Et: Intrate per angustam portam, quia lata porta & spaciofa uia est quae ducit ad perditionem, & multi sunt qui intrant per eam. Quam angusta porta, & arcta uia est quae ducit ad uitam, & pauci sunt qui inueniunt eam. Hanc ergo uiam angustam paucisq; notam frequenter sacrae literae semitam appellant. Caeterum quoniam habent & impij semitas suas, de quibus admonet nos Solomonis sapientia: Filii mei, ne ambules cum eis, prohiibe pedem tuum à semitis eorum. Nam semitae omnis auari animas possidentium rapiunt. Itidem habent & ambitioni, libidini, luxuq; seruientes semitas atq; etiam cuniculos suos, praesertim hypocritae, quibus & ipsi fallunt, & alios pellicunt in exitium. Hos denotauit dominus, dicens: Attendite à falsis prophetis. At pastor noster non deducit nos per quaslibet semitas, sed per semitas iustitiae. Multae sunt semitae, una tamen est iustitia Christianorum, quum Iudaeorum tot sint iustitiae quot sunt opera. Iustitia nostra Christus est, qui iustificat per fidem omnem hominem ad ipsum uenientem. Non absurdum opinor, si quis hunc locum de uitae uarijs institutis interpretetur. Veluti laici, coniugati, milites, aulici per uiam ambulant iustitiae, si modo in suo genere probe degant, at qui perpetuam castitatem, qui rerum mundanarum contemptum profitentur, ambulant per semitas iustitiae, modo praesent quod profitentur. Sed quoniam uiae genus non commendat hominem deo, sed animi pietas, & in his qui uiae arctissimum institutum profitentur, sunt heu nimium multi, qui per popularem incedunt uiam, congruentius accipiemus omnes illos per iustitiae semitas ingredi, qui secundum praecipia dei uitam dirigunt in suo quisq; genere. Quisquis oberrat, quocumq; cupiditas inuitat, ibi latissimum errandi spatium praebet uia. Caeterum ubi non receditur à praecipis primum diuinis, deinde humanis etiam quae conducunt ad pios mores, ibi semita angusta est, quae non dat spatium delinquendi. Sic & coniugati seruantes honorabile matrimonium, & thorum immaculatum, ambulant per semitas iustitiae, sic & negociatores neminem fraudantes, sic nauatae, sic aurigae, sic milites, sic aulici, nihil admittentes aduersus praecipia dei, ambulant per semitas iustitiae. Porro quoniam in medijs etiam uirtutum progressibus insidari solet exitiale malum arrogantia, propheta adiecit: Propter nomen suum. Iudicet hominis excludens meritum, & Christi benignitatem illustrans. Scio quosdam offendi, si quis dicat exclusi meritum, sed his

his uocibus plusq; sexcenties utitur diuus Augustinus, caterique complures orthodoxi. Quod si quod hominis meritum dici possit, tam exiguum est, ut expediat pro nihilo duci, aut certe nobis arrogare non possimus, eo quod hoc ipsum ex dei munificentia profectum est. Concordat autem hic locus cum uersiculo psalmi trigesimali: Quoniam fortitudo mea & refugium meum es tu, & propter nomen tuum deduces me & enutries. Itaq; charissimi, si quis uestri uiderit sese spiritus robur collegisse, minus grauari carne, alacrius rapi ad ea quae sursum sunt, uideat ne dum sibi uindicat quod gratis accepit, non solum non augeatur dono, uerum & quod habet amittat, dicatq; pastori suo: Non mihi domine non mihi, sed domini tuo da gloriam. Item illud: In deo faciam uirtutem. Ita fiet, ut & tu uites arrogantiam, & domini benignitas sic augeat suam in te munificentiam, ut intrepide possis & illud dicere: [Nam etsi ambulauero in medio umbræ mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es.] Nec hic est ociosa personae mutatio. Antehac sibi sponsa gratulabatur, sed in minente periculo circumspiciens quam nihil haberet ex sese dignum tanta fiducia, ad pastorem uersa dicit: [Quoniam tu mecum]. Itidem & Paulus commemorans quae Christus per ipsum gesserat, addit: Non autem ego, sed gratia dei, quae mecum erat. Discamus & nos dilectissimi, ad hunc loqui modum, si quid à nobis recte pieue gestum fuerit. Ne diramus, Eam tentationem ego deuici; sed, Domini misericordia me liberauit ab ea tentatione. Nec ego illum conuertit ad meliorem mentem, sed gratia dei per me famulum indignum dignata est illum ad mentem meliorem conuertere. Absint illae gloriose uoces ab ouibus Christi, quas nunc audimus, ab his qui se postulant haberi germanas oues Christi. Si qui sunt in hac urbe seruati ab haereticorum lue, uox illius nostri effecit: & me, meis conditionibus hic populus multo quam antea factus est melior. Seminaui uobis spiritualia, date uestra carnalia: & nos sumus ecclesiae columna, collapsuri nisi fulciamus eam nostris humeris. O uoces pharisaicas, & Christi pastoris gloriam obscurantes. Et haec audiuntur ex eorum ore, qui simplicium ouium uellere reguntur. Nos autem sumus uerae oues Iesu Christi. In beneficiis nihil agnoscamus, nisi simplex ministerium, gloriam omnem domino tribuentes, qui omnia facit propter nominis sui gloriam. Sinamus illum triumphare in nobis, ut aliquando triumphemus cum illo. Illius fiducia fortes simus & animosi, illi perae insistamus si uolumus esse stabiles. Nam si nostris praesidijs niti ceperimus, ilico corruemus. Neq; hoc modo dicamus homini, gratia dei mihi adfuit, & gratia dei sum id quod sum, dicamus ipsi Christo: Non timebo mala quoniam tu mecum es. Quod hominibus loquimur lingua sonat, non raro dissonans à corde, at quod deo loquimur & uere & ex animo loquimur. Tum enim loquimur scrutatori renum et cordis. Cum illis autem iuxta scripturarum proprietatem dicitur esse dominus, quibus est propitius. Non recte igitur dicit fur aut latro, si quando feliciter cessit praedatio, aut adulter si quam amat potuit, aut iratus si quem odit ultus est, hodie dominus mihi adfuit. Quod Septuaginta uerterunt in medio umbræ mortis, Hieronymus uertit, in ualle umbræ mortis. Umbram mortis appellat caliginem densissimam, qualis est apud inferos, aut iuxta allegoriam in animis impiorum qui non nouerunt aut certe non timeant deum. Eo uerbo complectitur omnia quae solent hominibus terrorem incutere, quod genus orbitas, exilium, egestas, infamia, cruciatus corporis, mors, inferi, diabolus. Quid enim timebit, qui non timet inferos? Multa uero terrent naturam humanam, quae uere mala non sunt. Contra multae res alliciunt, quae iure metuendae sunt. Ea uere mala sunt, quae reddunt hominem malum, hoc nec egestas, nec exilium, nec morbus, nec mors potest per sese. Vniuersitatem autem malorum Hebraeus aptius dixit malum, quemadmodum in Euangelio agnus dicitur tollere peccatum mundi, hoc est ipsum peccati corpus. Nec tamen refragatur huic sensui quod Graece Septuaginta uerterunt *κακὰ*. Siquidem non apponentes articulum demonstrant non illa uel illa mala, sed omne malorum genus intelligendum. Quae res praebet tantam fiduciam ouiculae, ut nec mortem, nec inferos metuat? Quoniam uirga tua & baculus tuus ipsa me consolabuntur. Sic enim legit Hebraeus, & hunc uersiculum superiori annectit. Non me clam est, quosdam interpretari uirgam fraternae correctionis, iuxta illud: Corripiet me iustus in misericordia, & increpabit me, & baculum poenitentiae remedium, Virga percutitur delinquens non occiditur, iamq; sibi displicens ne despondeat animum, baculo poenitentiae sustentatur, quae lapsa promittit pacem. Et haec fateor esse in ecclesia, pioq;

Psal. 59

senſu dici, ſed mihi placet in ſcripturis interpretatio ſimplex minimeque coacta, & ſibi cohærens. Hic pſalmus totus eſt conſolatorius, nec quicquam habet admixtum triſte. Nam his uerbis exponit quod paulo ante dixerat: Quoniã tu mecũ es, id eſt quoniã mihi fuiſti auxilio. Quomodo auxiliatus eſt? Virga & baculo, hoc eſt ut ſimpliciſſime dicã, tua gubernatione, quæ præſtat, ut mala quoque mihi uertantur in bonum. Aut uirga directio nis tuæ, quæ nõ ſinit aberrare à ſemitis iuſtitia, & baculo qui fulcit in uia laſſeſcentes. Virga ſint præcepta, baculus conſolatio ſuſtentans animum ſpe cœleſtium præmiõrum. Nihil porro uetat quo minus uirgam accipiãmus ſcripturam diuinã, quæ præluens nobis in omnibus actõibus, ac præſcribens quid fugiendum, quid expetendum, dirigit nos per ſemitas iuſtitia, iuxta illud: Lucerna pedibus meis uerbum tuum, & lumen ſemitis meis: baculum uero, ſpem futurõrum præmiõrum quæ fulcit piorum animos, ne cedant afflictionibus, quæ plurimæ obijciuntur ambulãtibus per ſemitas iuſtitia. Spes enim præmiõrum minuit uim flagelli, & expectatio iuſtorum lætitia, quemadmodum docet Solomon. Nec dicit ſe uerſari in tenebris & umbra mortis, ſed fictione locum facit hyperbolæ. Quale eſt illud: Si aſcendero in cœlũ, tu illic es: ita hic, etiam ſi contingat ambulare per inferos, te comite, nihil expaueſcam. Quis enim expaueſcat tenebras, qui lucẽ mundi ſecum habet? Quis metuat mortem, qui uitæ fonti iunctus eſt? Spes bona dat uires, animum quoque ſpes bona firmat. Hanc magna ex parte cõferunt aquæ reſectionis. Multum profectio ſolatij adferunt ſacræ literæ, pollicentes immortalitatem his qui Chriſti ueſtigia ſequentes ingrediuntur per ſemitas iuſtitia, ſed ecce benignus ac dapſilis paſtor, aliud ſolatiũ adornat. Præparabis, inquit, ſiue præparaſti in conſpectu meo menſam, aduerſus eos, qui tribulant me, ſiue in conſpectu afflictientium me. Nec enim magni refert in propheticis ſermonibus utrum uerbis futuri temporis res explicetur, ac præteriti.

Quemadmodum imperatores militibus ſuis quo pugnent alacrius ſolent donatiũ, aut epulum aliquod exhibere præter ſtipendij ſpem, ita paſtor hic ouibus ſuis pollicetur uitam æternam, interim uelut arrabonem ſubinde dat, qualiſque guſtum illius æterni conuiuij. Habet nonnihil laboris ire per ſemitas iuſtitia, ſed parata eſt menſa quietæ & hilaris conſcientia, iuxta illud Solomonis: Secura mens quali iuge conuiuium. Habet exercitatio pietatis, quæ pars eſt Marthæ, moleſtiam corporalem, ſed eam diſcutit benefactorum comes lætitia ſpiritualis animi. Nam inter fructus ſpiritus commemoratur & gaudium, quod gaudium nemo tollet à nobis, ſed in futuro ſeculo cõſummabitur. Huius gaudij quoties meminit beatus Paulus? Non eſt enim, inquit, regnum dei eſca & potus, ſed iuſtitia, pax & gaudium in ſpiritu ſancto. Idem tot periculis tot malis exercitum, quid ſcribit Corinthiõs? Repletus ſum conſolatione, ſuperabundo gaudio, in omni afflictione noſtra. Vnde hæc hilaritas in tanto malorum agmine quæ illic commemorat? Nimirum accumbebat ad hanc menſam, quam dominus præparauit ſuis militibus, oleo lætita ſpiritualis delibutus, & præclaro domini calice ebrius. Errant itaque qui pietatem rem triſtem ac tetricam exiſtimant. Talis quidem eſt phariſæorum religio, at uera pietas longe plus habet ſolatij quàm tædij. His delicijs ſpiritualibus reſecta pia mens, non inuidet Epicureis & Apicijs menſas ſuas. non deſiderat menſas ſiculas, habet epulas illis centuplo lautiores, habet unguentum non mox peritura uoluptatula delectans nares, ſed intus iugi gaudio exhilarans animum, habet calicem uini uere exhilarantis cor hominis, quod ſanctam ac ſobriam adfert remulentiam. Habet enim muſtum, quo hauſto quondam apoſtoli uidebantur ebrii, ſed his qui menſæ huius delicias non guſtarant. Hæc menſa parata eſt e regione afflictientium oues Chriſti, ut unde pij reſciantur, impij diſcrucientur. Arcana quidem eſt hæc hilaritas piorum, ſed tamen plerunque ſe profert dictis, relucet in uultu. Itaque ſit, ut quum impij conuicijs laceſſunt pios, atque illi adeo non commouentur, ut pro maledictis referant benedicta, magis exaſperentur, quàm ſi in ipſos dicta fuiſſent conuicia, præſertim hi qui deploratæ mentis ſunt. Rurſus alij perſpicientes in tantis contumelijs & cruciatibus perpetuam tranquillitatem & hilaritatem uultus, intelligunt in illis operari ſpiritum Dei, & conuertuntur ad pietatem: & hanc ob cauſam hæc menſa parata eſt, Chriſto paſtori plena fiducia hærentibus, in conſpectu impiorum, ut quemadmodum oues hic incipiunt frui gaudijs cœleſtibus, ita perditu hic incipiant ſentire cruciatum gehennæ, cui deſtinati ſunt. Tyranni totas ingenij uires

Iodh. 17

Roman. 14
2. Cor. 2

uires in hoc explicuerunt, ut immanibus ſupplicijs auocarent à Chriſto. Verum quum cernerent uniuerſam ipſorum potentiam, ſtrepitum, minas conſtantiffime contemni, & martyres in eculeo, in igni, in lanternâ crudeliſſima, uultu ſereno perſiſtere, grauius ipſi cruciabantur animo, quàm illi corpore. His exemplis conuerti poterant ad pœnitentiam, ſed quoniam tum excæcati malitia, quod uidebant uidere noluerunt, ſeræ pœnitentię reſertantur, ut canant fruſtra lugubrem cantionem illam: Nonne hi ſunt quos aliquando habuimus in deriſum etc. Iam ſingamus nec eſſe reſurrectionem, nec animas à corporum interitu ſuperſtites eſſe, quis non malit ſub tali paſtore talibus enutriti paſcuis, talibus reſciti quis, tali frui ſecuritate, ad tam opiparam menſam accumbere, quàm ſub tyranno diabolo per ſas nefasque falſa mundi bona ſecari, quæ & uenientem excruciant deſiderio, & habentem tum ſeruandi ſollicitudine, tum augendi ſtudio, tum amittendi metu excarnificant, nec ueram animo quietem præſtare ualent. Quid ſi iam ad æternitatem illam ſectamur oculos, piorum & impiorum ſortem inter ſe conferentes? Et benignitas, inquit, tua, non hic tantum me reſciti, uerum etiam quod cœpit abſoluet, & qui dedit arram, dabit ſolidum promiſſum, ut hoc conuiuium plenis iam gaudijs agam omnibus diebus uitę meę: et qui nunc habito in hoc tabernaculo corporis peregrinus & hoſpes paucorum dierum, tunc in cœleſtem Hieroſolymam, quę eſt patria noſtra, receptus habitem in domo domini in longitudine dierum, ubi perpetuum ſecurum & plenum erit gaudium ſublatis e medio malis omnibus. Dimittam uos, ſi paucis ordinem Pſalmi contexuero, Salutis principium eſt ut ſimus oues, hoc eſt ſimplices ac dociles, & agnoſcamus paſtorem noſtrum Ieſum, & ab illo nos paſci ſinamus: deinde per illum deducamur in paſcua eccleſiæ, ubi reſcitiſſio peccatorum dat pacem & quietem animo, mox per ſcripturarum cognitionem uberiori, & ſpiritus largiora munera ducimur ad aquas ſpiritus reſcitiſſio, & robur addentes fidei charitati. Hinc ad præcepta uitæ Euangelicæ perfectioris, in qua confirmatus colligit robur ſpiritus, ut paratus ſit etiam ad martyrium, fretus ſui paſtoris custodia. His ſuccedit optima pars Marthæ, quæ nunquam aufertur, hoc eſt alacritas ſpiritus, quum uſu iam dulceſcunt ea quæ primum erant amara. Hic eſt guſtus eterne felicitatis. Eundem ordinem ſeruat eccleſia. Episcopus catechumenorum doctrina ſymboli abducit ab hædorum grege, dirigitur ad ueſtibus eccleſiæ, per baptiſmum collocatur in paucis, receptus ad ouium ſacramentorum communionem, mox proficiens pietate, enutritur ſuper aquas reſectionis, donec totus ſpiritualis, nihil amet præter deum, aut certe propter deum. Talem ubi ſe probauerit eccleſiæ, deducitur in ea munia, quæ uirum perfectum & exploratum deſiderant, ſponte profertur uirginitatẽ, dilargitur ſua pauperibus, ſuſcipit diaconifunctionem, ſubit onus epiſcopi, & ingrediens per anguſtam uiam, non inflatur honore, non corruptitur dignitate, ſed domino Ieſu cuius uices gerit tribuit omnem gloriam. Itaque nec proſperitate rerum attollitur, nec aduerſitate deſcitur, ſed fretus domini præſidio, quem in omnibus ſequitur ducem, ſit aduerſum omnẽ malorũ incurſum intrepidus, ſibi que tentationes uerit in ſolatiũ, & futurorum ſpe ueluti ſcipione ſuſtinet animam: ab externis miniſterijs, quæ moleſtiam habent adiunctam, ſecedit in cubiculum bone conſcientiæ: ſibi reſectus epulis ſpiritus, & huius oleo exhilaratus, & guſtu quodam cœleſtium gaudiorum ebrius, facile contemnit quicquid auocat à Chriſto. Iamque perteſus omnia quæ uidentur, ſuſpirat optas propius iungi domino, & coram ſine ſine illius præſentia frui: ad quam nos perducere dignetur optimus ille paſtor dominus Ieſus Chriſtus, cui cum patre & ſpiritu ſancto gloria perhennis,

A M E N.

B 2 Utilis

SVTILISSIMA CONSULTATIO

DE BELLO TVRCIS INFERENDO, ET OBITER
enarratus Psalmus XXVIII. Afferte domino filij dei,
per Des. Erasmum Roterodamum.

Des. Erasmus Roterodamus Ornatissimo uiro D. Ioanni Rincko iuris
prudencia celebri S. D.



Voniam cum tuis literis Ornatiss. uir, nec eruditione, nec elegantia, nec
humanitate mihi uidebar unquam paria facturus, huc induxi animum, ut
quanto ceteris omnibus eram inferior, tanto uerborum copia uel tur-
ba potius superarem. Cuiusmodi telam ordiantur monarchae uidemus
omnes. De colligendis belli neruis solliciti sunt permulti, de ducibus &
machinis nonnulli, de muranda in melius uita, quod est totius negotij ca-
put, & ad uniuersos ex aequo pertinet, uix quoniam uideo cogitare. Nec satis admirari pos-
sum unde tantus stupor Christianorum animos occuparit. Quam tot plagis diuinitus admo-
neamur, ut & paucioribus sint afflicti Aegyptij, & mitiores sint quae referuntur in Apo-
calypsi Ioannis, tamen plus quam Phryges, domini toties ad meliorem frugem prouocantis
seueritate nihilo reddimur meliores, imo potius tanquam deplorata mancipia collecto ad-
uersus uerbera callo, benignitate numinis abutimur ad peccandi pernicitiam, & aduer-
sus misericordiam temporarijs malis nos inuitantis ad uitae correctionem praefractiores
euadimus. Bellis, latrocinijs, ciuilibus tumultibus, factionibus, expilationibus, pestilentijs,
penuriae, fami, in tantum affluuimus, ut iam pro malis non habeantur. Fecit deus quod so-
lent medici fideles, nouauit remedia, immisit inauditum & immedicabile lepra genus,
percussit hominum genus ulcere uere pessimo. Tam horribile malum adeo non docuit
nos castimoniam ac sobrietatem, ut plane uerterimus in iocum. Nam eorum res deuenisse ui-
detur, ut inter aulicos bellos ac festiuos quemadmodum sibi uidentur homines, ignobilis
ac rusticanus habeatur, qui sit ab hoc immunis malo. Quid hoc aliud est, quam domino nos
castiganti oppedere, mediumque quod dici solet, digitum ostendere? Successit dogmatum
irreconciliabile dissidium, nec id sane simplex, cui citra contouersiam ansam ex parte non
minima praebuerunt corrupti mores eorum, quorum sane conditi debuerat populi stultitia.
Nec qui traducuntur de corrigenda uita cogitant, nec qui traducunt melioris uitae speci-
men exhibent. Ac minimum abest, quin hoc quoque tam atrox rei Christianae malum in fa-
bulam ludumque uerterimus. Quid est minarum quas Leuitici 26. & Deuteronomio 28. ob uio-
lata ipsius praecepta dominus intentat, quod in nos non inciderit. Tot iam annis quid non
bellorum uidimus? Quae caret ora cruore nostro? Quoties sensimus Turcicum gladium,
uictorem uiolati foederis quod cum deo pepigimus? Quod pestilentiarum genus non sumus
experti, non minus in agris quam in urbibus, ut fugere nihil aliud esset, quam mutare periculo pe-
riculum: Baculum panis quoties sensimus confractum: Quam multi sunt ubique qui come-
dunt panes ad pondus nec saturantur: Nuper in Italia regionum feracissima, quam multi fa-
me perierunt: Fortasse nulla adhuc comedit carnes filiorum ac filiarum suarum, sed tamen
quid aliud quam mutuo laniatu uiuimus omnes? Magnates expilant, rusticus quadruplo
uendit sua, negotiatores in immensum intendunt precia, opifices quanti uolunt locant
operas. Vnusquisque dolis & artibus circumuenit proximum suum. Vidimus desolata templa
magnifica, confracta simulacra, sacerdotes exactos. Nonne pridem immisit in nos bestias
agri uastantes omnia, quam rusticorum manus tanta licentia grassarentur: Nec illa maledi-
ctio deest nobis quam commemorat Deuteronomium. Ducuntur uxores & alius dormit cum
illis. Iam illa noua non sunt, nos facere sementem unde colligat alius, nos plantare uine-
am unde non bibamus, recipere alienigenas qui nobis imperent. Nonne igitur deus uelut
frustra consumptis remedijs omnibus, loqui nobis uidetur per prophetam. Super quo per-
cutiam uos ultra addentes prauaricationem: Non haec crudelitatis uox est, sed summa mi-
sericordiae. Quemadmodum medicus paternum affectum gerens erga aegrotum discruciat
animo

animo cum uidet artes suas morbi uolentia superari: Charitas tamen quae iuxta Paulum spe-
rat omnia, non sinit ut laborantem pro deplorato conclamatoque deserat, Dum anima in-
quit est, spes est, excutit omnem ingenij uim, si quod insolitum, si quod efficax pharma-
cum possit excogitare: Ita clementissimus dominus & humanae salutis audivissimus in-
auditis remedijs nos sollicitat ad uitae castigationem. Immisit morbum medicis omnibus
ut incognitum ita immedicabilem, qui prodigioso rotatu capitum ac brachiorum miseran-
dis modis discruciat uros, foeminas, puellas etiam forma & aetate florentes, adempta in-
terim & mentis sanitate. Nec paucos arripuit diuersis in regionibus noua uel phrene-
sis, uel delirationis species. Nihil haecenus profectum est. Nuper nouum pestilentiae ge-
nus immisit, letiferum sudorem, quod a Britannis exortum incredibili celeritate per orbem
longe lateque diuagatum est, plurimorum exitio, summo terrore omnium, uel quia nouum, ut a
medicis minimum esset opis, uel quia paucis horis tollit quem arripuit, uel quia subinde
reperit quem reliquit, uel quia pernici cōtagio latissime grassari solet. Agnoscas malum a
clementi patre immisissum, quod terrore sanaret potius, quam intereptione perderet. Quid hoc
aliud est quam uox domini clamantis, agite poenitentiam, instat regnum caelorum: In psalmis do-
minus uelut affectus tedium loquitur: Quadraginta annis proximus fui generationi huic, et
dixi, semper hi errant corde. Nos & annorum numero, & plagarum atrocitate superamus
Hebraeos, utinam non & duricia cordis semper ad deteriora uergentis, et cum arte studioque
medici pugnantis. Nec interim desinit clamare uox prophetica, Hodie si uocem eius au-
dieritis, nolite obdurare corda uestra. Huiusmodi calamitates quibus subinde tangimur,
nihil aliud sunt, quam uoces domini ad se reuocantis. Quae admodum enim dominus pollicetur
legi seruantibus legem, ita non minatur mala, nisi legem aspernantibus. Quae autem has calami-
tates immittat, sequitur eodem in loco: ipsi uero rogabunt pro peccatis suis, eo quod abiece-
rint iudicia mea & leges meas despexerint. Nec enim penitus abiici eos: neque sic despexi
ut consumerentur & irritum facerem pactum meum cum eis. Agnoscamus igitur haec flagella uo-
ces esse domini, cupietis sanare nos non perdere, quem admodum docet Psal. 28. Vox domi-
ni super aquas, hoc est populos, uarijs affectibus uarijsque doctrinis huc illucque fluctuantes.
Deus maiestatis intonuit, dominus super aquas multas, uox domini in uirtute, uox domi-
ni in magnificentia, uox domini confringentis cedros, uox domini intercedentis flammam
igneam, uox domini concutientis desertum, uox domini preparantis ceruos. Felices sunt
in quibus haec omnia agit uox omnipotens domini, & agit nimirum in omnibus qui non
obturant aures suas. Utinam uox domini intonet in uirtute, quo terrore salubri com-
moueat animos nos ad poenitentiam. Utinam sit in maiestate, ut omnis humana sub-
limitas semet illi submittat ad perfectam obedientiam. Utinam sit super aqueos animos no-
stros in quibus refrigit charitas, qui dum ab unico illo bono decessimus, defluximus sicut
aqua, fluctuantes humanis affectibus, circumacti quolibet uento doctrinae. Utinam uox
domini colligat aquas in unum, & appareat nobis solida tellus fidei, quae calfacta sole chari-
tatis pariat omne genus uirtutum. Utinam uox domini confringat in nobis cedros, non quas-
libet modo, sed & libani. Habet mundus cedros suas, sed purpureas, habet Ecclesia cedros
suas, sed dealbatas: Libanus enim Hebraeis candorem sonat. Has interdum erigit in altum
ambitio, ferocia, ac mundanis quidem excessu uidentur, spargentes gratum hominibus
clari nominis odor, & immortalitatem quandam meditantur, sed apud deum humi facient
odoris ingrati. Has cedros utinam confringat uox domini, proque his erigat oliuas frugife-
ras, quae lumen alant in domo dei. Eas nemo potest confringere, nisi uirtulus ille sagina-
tus, quem patri pro nobis immolauit, solus omnium sine exceptione candidus, & filius
rhinocerotis, id est, Iudaicae gentis, quae spiritu uacua literam legis uelut unicum cornu tor-
ferat in Christum. Qui si per fidem gignatur in nobis, filius erit bicornium, insignis ac dile-
ctus, quando quidem unumque cornu obuertemus non in ipsum, sed in affectus carnis. Utinam
domini uox in nobis intercidat flammam ignis, qua tot iam annis undique conflagrat
orbis Christianus, simultatis, odiorum, ambitionis & auaritia, quibus cupiditatibus toti
rapimus in ea quae sunt huius mundi. Incendium inualuit, occupauit uniuersum mortali-
genus, regnat flamma uictrix. Sola domini uox potest eam diuidere, sic ut praecipua pars ar-
doris feratur in deum, quod superest in proximum, iras, libidini, ambitioni nihil tribua-
tur. Ita fiet, ut dominus concutiat desertum nostrum incultum, horridum, noxijsque ani-
mibus

mantibus refertum. Nam id purgari non potest, nisi domini uoce concussum. Habent uenatores cornua quibus feras e iustis excitent. Mala bestia est aper, sed peior est auaritia. Mala bestia est ursus, sed peior est luxuria. Mala bestia est leo, sed peior est crudelitas. Mala bestia est uipera, sed peior est inuidia. Quod si dominus sua uoce dignetur concutere omnes deserti nostri latebras per ueram poenitentiam & confessionem, fiet ex sterili frugiferum, ex obscuro lucidum, ex inuiso peruisum, proque noxijs bestijs pariet nobis ceruus alatis pedibus, qui sitiant, non ea quae sunt huius mundi, cumque mundo praeterfluunt, sed fontes aquarum salientium in uitam aeternam. Tunc reuelabuntur nobis obscura saluum, ac discussis prauis cupiditatibus quae militant aduersus spiritum, resecis dogmatum dissidij, ex deserto fiet templum domino dicatum, in quo concordibus animis, eadem uoce, omnes instauratori suo dicent gloriam. Haec omnia quo minus fiant in culpa est non dominus, sed nos qui uelut aspides surdae ad uocem domini sapienter incantantis obturamus aures, alteram admouentes terrae, alteram cauda obturantes. Quia terram amamus, non audimus caelestia, quia scripturam ad carnis affectus detorquemus, etiam si quid audimus, nobis ipse inutile reddimus. At, qui fieri poterit, ut nobis aperiantur aures? Nam & hoc dei munus est. Sacrificio placandus est, ut aures audiendi nobis adaptet, eoque clamat. Adferre domino filij dei, adferre domino filios arietum, adferre domino gloriam & honorem, adferre domino gloriam nomini eius Adorate dominum in atrio sancto eius. Filij dei professione quidem sunt omnes per mysticum renati lauacrum, tamen si uox haec peculiariter appellat eos qui in apostolorum uicem successerunt, hos alloquitur propheta. Si uere filij dei estis, adferre quod sitit, quod amat, ob quod assidue clamat dominus. Quid adferemus: filios arietum. Sitis ipsi arietes et idonei gregis domini dices, imitantes principem pastorem Iesum, uide licet insignem illum arietem, quem Abraham uidit haerentem in uerbis: ille semet immolauit patri, immolare & uos domino membra uestra, quae sunt super terram, ut uestra doctrina pijsque moribus offeratis agnos spiritu masculos, & arietum filios: afferatis autem non uobis, sed domino, cuius est grex. Pharisei obambulabant per mare & aridam, ut adducerent profelytos. Verum eos non offerebant domino sed sibi. Ita dilatanda est ditio Christiana, ut offeramus, non carnes aut sues, sed filios arietum, eosque non in nostram gloriam & aut emolumentum uertamus, sed ut ministri fideles offeramus domino. Alioqui clamabit: Multiplicasti gentem, sed non magnificasti latitiam. Huc igitur terque quaterque adferre filios dei, filios arietum, non quarentes quae uestra sunt, sed quae Iesu Christi. Nondum attigit psalmus, unde propemodum omnis populi pernicietas oritur. Nec ea uox tantum pertinet ad primarios ecclesiae ministros, uerum etiam ad principes mundanos. Talis enim fere populus est, quales sunt principes: quam interdu & ob populi merita, dominus patitur regnare hypocritam. Quando quidem nullus hypocrita perniciosior ecclesiae, quam qui pastorem professus agit lupum, aut regem professus agit tyrannum. Omnis quidem hypocritus inuisa est Christo ueritati, sed hac ut nulla nocentior, ita nulla deo inuisior. Ergo uos filij dei, fauete gloriae dei, ac uestrum esse ducite, quicquid illius est. Si quid per uos agit dominus, ne uertatis in uestram superbiam aut questum, sed adferre domino gloriae & honorem. Non hoc satis est, adferre gloriae nomini eius. Amat hostias, sed in illis uult honorari suum nomen, quod impijs Christianorum moribus dehonoretur, & conuictijs afficitur inter gentes. Adorate dominum, non opes, non imperium, non huius mundi pompas, sed dominum. Quicquid nobis deo charius est, hoc adoramus pro deo. Vbi? Non solum in templis manu factis, quae patent & pijs & impijs, sed in atrio sancto ipsius, hoc est in pura sanctaque conscientia. Nam hi demum ueri sunt adoratores, qui in spiritu adorant dominum. Multi sunt ubique, qui lignum crucis adorant osculo, qui ad Christi imaginem procidunt, qui ad eucharistiam prouoluuntur, qui ad nomen Iesu flectunt genua, sed non ita multi sunt, qui adorant illum in atrio ipsius per spiritum sanctum aedificato. Id si fecerint monarchae, si pontifices, si caeteri primates Reipublicae, dominus abunde effundet in populum gratiam suam: hoc est enim quod dicit sermo propheticus: Dominus diluuium inhabitare facit, & ipse semper nobiscum manens, sedebit rex in aeternum. Beati quibus imperat ille rex, nec enim suos deserit in aeternum. Hoc protectore non est quod metuat populus, licet imbecillis ac pusillus. Dominus ipse, uirtutem dabit populo suo: & si maledicat illi totus mundus, caedes, ac bella

Esai 9

Iob 34

ac bella minitans, dominus tamen benedicet populo suo in pace, quam mundus nec dare potest, nec auferre, nisi sibi quis auferat. Ne igitur absurdescamus ad toties uocantem dominum, qui nunc denuo uocat nos per Turcarum licet non insolitam truculentiam, & hoc inexcusabilior est nostra surditas, quod toties in clamat non expergiscimur. Gens barbara, obscurae originis, quot cladibus afflixit populum Christianum, quid immanitatis in nos non exercuit? Quot ciuitates, quot insulas, quot prouincias ademit Christianae ditio: nra quanta latitudine in quantas angustias detulit nostrae religionis imperium? Iamque proemia rerum eodum spectare uidentur, ut ni dextera dei protegat nos, breui quod reliquum est orbis Christiani uideatur occupatura. Haec si fortuito gererentur, tamen Christiani peccatoris esset unicuique membro dolenti totum rei Christianae corpus condolere: nunc uero quum indubitatum sit, tam late patens imperium non illis uirtute parum, sed nobis nostrum ob merita nostra diminutum, non solum ingemiscendum est omnibus qui fauent Christiano nomini, uerum etiam opitulandum est fraternarum nationum calamitatibus, quae praeterquam quod ob religionis contubernium omnibus nobis communes haberi debent, periculum est ne re uera fiant communes omnium. Tunc tua res agitur paries quum proximus ardet, imò tunc totius ciuitatis res agitur, quum quamcumque domum attingit incendium. Opitulandum igitur, sed bifariam, si uere itudeamus malum depellere. Parandum est quicquid ad tam difficile bellum pertinet, sed prius illud parandum, sine quo nihil proficit apparatus ille. Frequenter arma mora sunt in Turcas, sed haecenus parum successit nobis, siue quonia non abiicimus ea, quibus offensus deus sic immitit Turcas in nos, quae admodum olim Aegyptijs immisit ranas, cyniphe, & locustas. Siue quia uirtutis spem in nostris uiribus collocauimus, siue quia non Christi negotium egimus, sed aduersus Turcas animo Turcico pugnauimus. Hortatur itaque res ipsa, ut de utroque apparatu non nihil differamus, si prius nobis persuasum fuerit Turcas non sua pietate, non sua uirtute, sed nostra focordia potissimum hucusque creuisse. Primum enim Turcarum nomen adeo fuit ignobile, ut uix apud ullum ueterum reperitur, nisi quod Plinius libro 6 capite 7, inter Thussagetis & Arimphaeos, qui ad Rhiphaeos pertinent montes, commemorat Turcas, qui tum incoluerint, usque ad solitudines saxosis uallibus affines. Nec Pomponius Mela illos aliud quam nominat. Tanta erat illius nationis obscuritas, a qua profecto probabile est, qui nunc per tot opulentas ac spaciosas regiones ambitiose crudelitatis pomeria protulerunt. Nominat illos & Cyprianus in libro de duplici martyrio, uel uirtutem Caesariani nominis deuotos hostes. Sunt eruditum quidam, qui pro Tuscis, quos Ptolemaeus in Asia Sarmacia recenset, existimant legendum Turcos siue Turcas. Quis enim scriptorum alius Tuscos posuit in Asia? Sed de nomine non erit interim controversia: hoc genus hominum, cuius immanitate tot seculis affligitur & atteritur res Christiana, sicuti complures autumant a maris Caspij littoribus, in Persidem, Asiamque minorem eruperunt, idque ante annum ab hac aetate nostra septingentesimum, nullo certo duce, sed uagi palantesque latrocinij uerius quam bello prouincias depopulabantur. His artibus exercitati, repperere conductorem Machumetum Sarracenorum principem, dignum, ut aiunt, patella operculum. Sub huius auspicijs re semel atque iterum feliciter gestata a stipendiaria seruitute ad imperium adijciunt animum, adortique Saracenos Machumetum acie profligatum obruncant. Hinc Turcici regni primordia. Summa rerum delata est ad Trangelipicem Muculetum, prius Turcarum ducem: is accersita Turcarum aliorum manu, per nepotem Cucumetum inuadit Arabiam, per alterum nepotem Alanum Mediae regiones impetit, aduersus Romanos conflicturum. Quum per neutrum nepotem res successisset, per Aleimum fratrem denuo Romanos inuasit, quae res quam illi non prorsus infeliciter euenisset, paulo post quaesita aduersus Romanos occasione, Trangelipicem Asiam omnem ad Euxinum usque mare partim redegit in suam ditionem, partim depopulatur. Sed rursus uirtute Gallorum Turcicae uehementer accisa fuerunt, donec existeret Othomanus ab hoc Solymano, qui nunc rerum potitur decimus iuxta quorundam supputationem, uir obscuro loco natus, ac parentibus rusticis, sed ad latrocinia factus. Is per occasionem seditionum arripuit arma Turcica, nihilo mitior in suos quam in alienos. Hinc circiter millesimum trecentessimum nostrae salutis annum exortus, intra annos 28 non mediocriter auxit Turcicam tyrannidem, subacta maxima ex parte Bithynia, nec paucis ad Euxinum oppidis uic capitis. Hinc

B + successit

Esalmi finis

successit filius Orchanes, qui dissidio Græcorum adiutus, Prusiam Græcis ademit, ac prius in Europam traiecit, accitus à Cantacuzeno, cui certamē erat cum Palæologis: ubi parricidio quoq; ditionē auxit. Duxerat enim uxorem Caramani filiam, socii filio interempto magnam principatus eius partem occupauit. Et hic annos xxij. rerum potitus Ammuratae filio tradidit principatum, qui sollicitante Palæologo, duodecim Turcarū milibus in Europam transportatis aduersus Bulgaros, & Peloponesi principem re fat fecit gesta, ad Europeas opes animum cepit a disicere: dumq; simulat se Imperatoris hostes ulcisci quemadmodum coeperat, Genuensium nauibus ad id suppeditatis, transmisso Hellesponto, Abydum adoritur, Calipolimq; præter alias ciuitates occupat: mox Seruiam, Bulgariamq; ingressus occupata Hadrianopoli, occurrentes hostium copias ingenti clade profligat, Lazaro Seruiæ principe cæso, a cuius seruo mox ipse occiditur Ammurates, relicto duobus filiis: quorum Pazaites Solymum fratrem dolo necat, mox interfecto Bulgarorū principe maximam eius ditionis partem sibi iudicat: hoc successu rerum inflammator, Bosnam, Croatiam, & uteriores Illyrici partes uastat, Cōstantinopolim obsedit annis octo, facile expugnaturus, nisi Gallorum & Vngarorum ex exercitus abstituto reuocasset: quibus ad Nicopolim occurrens, profligatis hostibus ad intermissam obsidionem redijt, prestiq; biennium, nec uidebatur relicurus, nisi nuntiatū esset Tamberlanem Scytharum principem ingenti multitudine in Turcarum terras irrupisse. Cum hoc conflixit ad Stellam montem in Galatiæ Bithyniæq; confinio, sed infelicibus auspicijs, quandoquidem in eo prælio cæsa feruntur ducent Turcarum milia. Pazaites captus, aureis catenis in cauea uinctus, à Tamberlane circumlatu fuisse dicitur ad extremū usq; uitæ diem. Hæc acta sunt circiter annum millesimum trecentessimum nonagesimū septimū. Ex liberis quos per insidias Pazaites, Machometes Orchanes fratre per insidias sublato, Turcicā rem occupat solus, qui receptis quæ Tamberlanes abstulerat, Bulgaros & Valachos populatus, Hadrianopoli regiā constituit. Machometæ successit Ammurates filius, Is adortus Myfiæ principē, duos illius filios exoculat, ac mox horum sororem ducit uxorem, his auspicijs fretus in Valachos, Vngaros, & Germanos incursiones facit, mox in Epirum uersus, Crotam armis capit, Venetis Thessaloniam adimit. Interim ab Vngaris ingenti pugna uictus, decennales ab his inducias petit & impetrat, quibus hortatu pontificis Eugenij uolatis, Vngari repetit Ammuratem, uerum ingenti nostrorum clade. Nam in uno prælio, quod ad Varnā commissum est, perire Ladislaus rex Poloniae & Iulianus Card. in altero quod ab Basila fuit, cæsi non pauci principes Vngariæ, milite gregario ad internitionem extincto. Nostrorum ducum tum ambitio, tum dissidia, uictoriam tradidere Turcæ. Mox fratrum discordia Peloponnesum illi tradidit, tandem dum Epirum quæ defecerat uindicat, dum Croiam frustra oppugnat, animi dolore perisse dicitur, rerum potitus annis triginta quatuor: cui successit filius Machometes, qui inexplibili rapacitate maiorum suorum tyrannidem obscurauit. Duo Christianorum imperia, Constantinopolitanum & Trapezuntium subuertit, regna duodecim Christianis admittit, ciuitates ducentas cepit. In his erat Chalcis insula & Scodra, quondam Venetorum ditto Capham Ponticam urbem expugnauit, Rodon insulam tentauit, licet irrito conatu. Hydrunte expugnato, arma mouit in Italiam, eamq; triennio misere uexauit, tanta omnium consternatione, ut Sixtus pontifex deploratis rebus relicta urbe apostolica, fugā in Gallias adornaret. Mox in filium natu maiorem bellū atrox molitē perijt anno millesimo quadringentesimo octuagesimo primo. Hinc inter fratres parricidiale certamē de principatu, sed uicto maiore Zizimo, Pazaites rerū summam tenuit. Hic Sultatum Aegyptium bello frequenter adortus, rē infeliciter gessit, ut Turcæ fœdus cū hostibus inire coacti sint. Dehinc anno 1492. Cerauniorum montium accolæ inuadit, easq; gentes ad eum usque diem semper liberas in Turcicam pertraxit seruitutem. Septimo ab hinc anno, classe inuectus, Methonē, Naupactum, ac Dyrachium Venetorum adimit ditioni. Quin et Foroiulensium agros Turcæ crudelissime uastarunt. Pazaitæ regnum occupauit filius Selimus, patre depulso. Selimo, siue ut alij malunt Zelimo successit Solymannus, nihil à maioribus degenerans. Vide uero quā illis fuerit felix impietas, dum nos ueræ pietatis studium abijcimus. Nos inter nos sine fine de qualibet dituncula bellis plusquam ciuilibus digladiamur, & interim Turcarum latrocinium uerius quā imperium, quā late porre-

porrectum est. Ad septentrionem pontum Euxinum attingit, ad orientem Euphrate fluuio terminatur. Ad meridiem Aethiopia. Nam intra paucos hosce annos, totam Aegyptum ac Syriam unā cum Phœnicæ & Iudæa Palestina subegit. Ab occasu ad Ionicū mare pertinet. Hinc si ad Septentrionem redeas, Danubium attingit, in dō limitem hunc longe transtulit, ad Borythenem usque fluuium. Nunc mihi spectā quā uariam, quā spaciōsam & opulentam ditionem hic ambitus complectitur. Tota Asia minor, duodecim non minus nationes continens. Tota Thracia, in qua est Constantinopolis præcis dicitur Byzantium, olim Christianorum Imperatorum, nunc Turcarum regia. Duæ in Europa Myfiæ ad flumen Danubium, magna Dacia portio, tota Macedonia, totaque Græcia, cum omnibus Aegæi maris insulis, quæ partim Sporades, partim Cyclades appellantur, sub Turcarum imperio duram seruitutem seruiunt. Cretam nunc uulgo Candiam, Cyprusq; duas nobilissimas mediterranei maris insulas Veneti hæcenus utcumq; tenent, sed, ut accipio, tributarias. Hæc utcumque per transennam ostensa, si quis explicet, quot olim opulenta regna, quot celebres ciuitates, non tam pressas quā extinctas comperiet. Quid nunc est illa quondam beata Peloponesus? Quid nobile totius orbis emporium Corinthus? Quid Antica quondam ob morum elegantiam Græciæ Græcia dicitur? ubi nunc ingeniorum parens & optimarum disciplinarum altrices Athenæ? obscurus uicinus ostenditur, sic tamen ut de nomine prorsus ambigatur. Vbi Lacedæmon quæ sola gignebat masculos? Quid hic pergam ea commemorare quorum adeo recens est memoria, ut ipsæ res etiamnum oculis atq; auribus cunctisq; sensibus omnium inhæreant, Rhodum captam: quid toties cruentas incursationes factas in Vngariam, quid extinctum Lodouicum Vngariæ regem, quid hoc anno totam Vngariam crudelissime occupatam, depulsum regem Ferdinandum, plusquam hostiliter oppugnatam Viennam, incredibili immanitate uastatam Austriam ulteriorem totam. Summam rerum obiter indicauit, quid si quis euoluat singulari quā truculentas clades nostras, quot Turcarum uictorias, nostra damna luctusq; reperiemus? Ac fortasse iam omnes Turcæ seruiremus, nisi terræ filius extitisset Sophis, qui Turcarum inexplibilem rapacitatem aliqua ex parte cohibuisset. Nisi parum feliciter illis cecidisset Martis alea cum Sultano Aegyptio, nisi domesticae inter ipsos seditiones crudelitatis in nos impetum aliquantulum fuissent remorata. Vnde igitur illis tantus rerum successus? Si gentis originem requiras, summam reperies obscuritatem cum summa barbarie coniunctam. Si imperij primordia, occurrit mercenarius miles, occurrit nefaria perfidia trucidatus princeps in cuius uerba iurauerat. Si progressum quæras, comperies rem crudelitate partam, latrocinij auctam, comperies funesta coniugia, comperies impia fratrum parricidia, patres à liberis regno depulso, cum perfidia coniuncta crudelitatis exempla, ut nihil interim dicam de religione & moribus. Regnant irato deo, pugnant aduersum nos sine deo, illi Mahometem habent propugnatorem, nos Christum. Et tamen quā late propagarint tyrannidem res ipsa loquitur: tot ditionibus excussis, magnaq; Europæ parte amissa, de rota periclitamur. Quis enim nescit quā facilis genti Turcarum terra pateat ad nos aditus: Quam enim utraq; teneat Mesiam, superiorem & inferiorem, ad flumen Danubium, regiones Thraciæ uicinas, non difficilis per hoc flumen ad nos patet aditus. Dalmatas & Illyricos eadem uicinitate habet obnoxios, ne quid dicam de Pannonia quam toties impetijt. Mari uero totitiminet Italia, præcipue uero ab Epiro, Sicilia ac Neapolitano regno. Hydruntū extremum Italiæ oppidum adhuc tenet, Brundufium aliquando tenuisse dicitur. Nunc præluit in Austriam, quorsum euasura deus nouit. Et ubi interim dormierunt illa bello nata Germanorum peccora? An pietati Turcarum hic successus tribuetur? Nequaquam. An uirtuti? Gens est effœminata luxu, nec alia re quā latrocinij formidanda. Quid igitur causas? Nostris uitij illi debent suas uictorias, pugnauius aduersus illos, sed ut res ipsa clamitat, irato deo nostro. Iisdem enim studijs arma mouemus in Turcas, quibus illi ditiones alienas occupant. Trahimur regnandi libidine, inhiamus opibus, & ut dicam in summa, Turcæ pugnamus cum Turcis. Quin ipsa rerum gestarum historia satis indicat, nostris insidijs, nostra ambitione, nostratum perfidia grauissimis cladibus semper fuisse datum locum. Palæologi cum Cātacuzano implacabile dissidium Turcis aditum aperuit in Europam. Iusturandum autore Eugenio uiolatum nos in funesta prælia coniecit.

Siquidem

Stquidem & hosti seruanda fides. Nec mediocrium malorum nobis causa fuit Zizimus Pazaitę frater ueneno peremptus, qui bello captus a Rhodiensibus, quum in Alexandria sexti pontificis manus uenisset, Carolo Gallorum regi postulanti datus est, sed prius dato ueneno, quo mox periit priusquam Mediolanũ peruenisset, si modo non fallit publica suspicio. Si ipsi concordēs, si purgatis animis sub uexillis Christi, illius unius auxilio freti, legitime bellũ gessissemus cum Turcis, haud quaquam in tam angustum esset cõtra cõtra ditiõ Christiana. Sed hęc de rebus suo loco copiosius. Interim mihi paucis rixandum est cum duplici hominum genere, quorum alteri perperam ad bellum Turcarum inflammati sunt, alteri perperam dehortantur ab armis in Turcam mouendis. Nam utriq; mihi uidentur diuersa quidem ratione, sed pariter tamen peccare. Vtenim non omne cum Turcis bellum legitimum ac pium est, ita incidit, ubi non obistere Turcæ, nihil sit aliud quàm prodere rem Christianam immanissimis hostibus, ac fratres nostros a lorum indigna seruitute pressos deserere. Quum imperita multitudo Turcarum nomen audit, protinus concipit animo graues iras, ad cædem inflammatur, canes & Christiani nominis hostes illos uociferans: non reputans illos primum esse homines, deinde semichristianos, nec expendens an legitima sit belli causa, postremo an expediat arma capere, & hostem lacessere truculentius fauiturum; nec cogitans nullos esse perniciosiores ecclesię hostes, quàm impios principes, præcipue sacros, postremo non animaduertens interdum deum nostris sceleribus offensum ad emendandos nos abuti barbarorum immanitate. Atq; interim pinguntur nobis exẽpla Turcicę crudelitatis. Atqui ea res nos admonere deberet quàm ægre sit omne bellum cum quoq; suscipiendum. Nam hic est omnium bellorum communis ludus, quibus Christiani cum Christianis tot iam annis impie conflictamur. Execramur in tabulis immanitatem, sed asperiora patra sunt in Aspera, non a Turcis, sed a nostratibus, pleriq; etiam amicis. Nimum recens est eius calamitatis memoria, nihil est necesse ut hoc ulcus refricem. Ergo si talia picturarum argumenta nobis uere displicent, abijcienda est nostra temeritas, qua tam facile procurrimus ad arma. Crudelius enim est, quod Christiani faciunt Christianis, etiam si sint quæ sunt paria. Quale uero spectaculum esset, si in tabulis expressa subijcerentur oculis hominum, quæ annis quadraginta Christiani patrarunt in Christianos? Tantum aduersus eos, qui nihil aliud clamant quàm bellum in Turcas, bellum in Turcas. Nunc cum illis agam qui in diuersam peccant partem, errore fortassis speciosiore, sed nihilominus pernicioso. Sũt enim qui in totum existimant Christianis interdiciũ bellandi ius, quam opinionem ab hitor absurdiorem quàm ut sit refellenda; tamen si non defuerunt qui hinc mihi calumniam struerent, quod in lucubrationibus meis plurimus sim in laude pacis, ac bellorum detestatione; sed qui mea legunt integri, uel tacente me perspicunt manifestam hypocphantię impudentiam. Doceo bellum nunquam suscipiendum, nisi cum tentatis omnibus uirtari non potest, propterea quod bellum suapte natura sit adeo pestilens, ut etiam si a iustissimo principe, iustissimis de causis suscipiatur, tamen ob militum ac ducum improbitatẽ ferẽ malũ plus adferat quàm bonũ. Plus ausus est diuus Bernardus, qui mundanam militiam appellat malitiam; mundanam autem appellat, quoties ambitio, ira, aut prædespes ad arma prouocat; ibi qui cadit, inquit, perit in æternum, qui occidit & uincit, uiuit homicida. Nunc cum his ago quibus placet Lutheri dogma quo censet eos qui belligerantur cum Turcis, rebellare deo, per illos nostra scelera castigant. Eam sententiam huiusmodi elogio notarunt theologi Parisienses. Hęc propositio uniuersaliter intellecta est falsa, nec sacris eloquijs conformis. Fallitatem impingunt non hæresim, nec simpliciter damnant, sed in uniuersum negant esse ueram. Sentientes ni fallor, pro causã circumstantijs bellum interim recte cum Turcis suscipi, interim secus. Quod autem ad scripturas attinet, extra controuersiam est, olim Hebræos autore deo cruenta bella gessisse cum Allophylis, quin ipsum etiam Moſen auxiliantibus Leuitis xxxij. milia sue gentis trucidasse, ob uultũ conflatilem. Sed hic dubitabit aliquis an hoc ius trãſierit ad Christianos, præsertim cum Hebræi ferẽ non nisi peculiari iussu numinis bella susceperint. Cæterum si quis in totũ Christianis adimat ius belli, idẽ magistratibus oporteret adimat ius puniendũ nocentes. Nihil enim est aliud bellum, quàm punitio multorũ per multos, si maleficium alia ratione corrigi non possit. Sed Euangelium licet adulteram dimiserit, nusquam tamen legitimum

Exod. 32

ius adimit magistratui, tamen si nusquam aperte comprobatur. Cæterum Paulus gladium qui portatur ad uindictam malorum, laudem bonorum, uidetur approbare. Quod si quis tergierſetur Paulum illic loqui de magistratu ethnico, cui uoluerat a Christianis obtemperari, ne scandalum præberent Euangelio, si uiderentur Reipublicę statum & ordinem perturbare: responderi potest, quoniam nec inter Christianos aliter potest sanari Reipublicę tranquillitas, opus esse prophanis magistratibus, qui metu mali cohibeant scelerosos, qui legibus ac monitis non obtemperant. Quam potestatem si concedimus magistratui, belli quoq; ius Monarchis concedamus oportet. Quanquam illud certissimum arbitror, omnia tentanda potiusquam inter Christianos bellum oriatur, nec prorsus suscipiendum, nisi frustra consumptis omnibus remedijs uitari non possit, etiam si causa sit, tum grauissima, tum iustissima. Nam si libido dominandi, si ambitio, si priuatus dolor, si uindictę cupiditas bellum perſuaſit, latrocinium esse constat non bellum. Et quãquam Christianorum principum præcipue partes sunt bella gerere, tamen non oportet rem omnium periculosissimam suscipere, sine ciuitatum & patrię cõsensu. Quod si necessitas inuitabilis huc hortatur, ut omnino bellandum sit, Christianę mansuetudinis est, uiribus totis admitti, ut bellũ q̄ minime multos corripiat, & q̄ potest minima sanguinis iactura q̄ ocyssime finiatur. Laudatur enim hoc nomine Theodosius imperator, & lau datur a uiro laudatissimo Ambrosio, quod a communionẽ sacramentorum abstinerit, eo quod hostibus in bello cæsis uictoria cruenta cõtigisset. Atqui Romani pro numero cęſorum hostium, statuas ac triumphos splendidiores decernebant. Nec Ambrosius qui factũ hoc prædicauit in Theodosio, bellum q̄libet necessarium iustum ue probat, nisi ad sit animus religioſus, totã uictorię fiduciam in deo collocas, nec aliud spectans q̄ Reip. tranquillitatem. Quidam nobis percontantibus, qui consistere possit respublica Christianorum, si nulli sint qui legibus & armis protegant, mutua percontatione respondere solent, quomodo substituit & creuit Respublica Christiana, quũ nec magistratus haberet prophanos, nec arma nec tormẽta; uerũ ut talibus iniurijs expediebat exoriri ecclesiam, ita nihil necesse est ut perpetuo sit idem rerũ status. Creuit miraculis, quæ nunc requirẽda non sunt. Quanc̄ ecclesie tranquillitatem tum temporis ut cunq; tuebantur ethnici magistratus, neq; enim cuius uis tum licebat Christianum occidere. Porro quod attinet ad Lutheri rationem, si ideo non est phas Turcis obſistere, quod per illos deus castigat suorum malefacta, nec in morbis licebit accersere medicos, quod deus & morbos immittat ad purgationem suorum. Quin ad idẽ abutitur satanę malicia, cui tamen iubemur resistere. Fas est igitur & Turcas depellere, nisi deus euidenti signo id fieri prohibeat. Quanquam si nos ad bellum extimulet, non Reip. Christianę tranquillitas, sed latius regnandi libido, aut opum cupiditas, aut similis aliqua causa, aut si nostris freti uiribus magis q̄ dei præsidio cum illis cõgredimur, aut si præter cõuenta, liquet bellũ irato deo suscipi. Addam & illud: Si deus toties in nos immittit Turcas, ut ad uitã emẽdationem prouocet, nosq; paramus arma, nec ea corrigimus quibus offensus deus nobis immittit barbarorũ immanitatẽ, infelicibus auspicijs bellum geremus: quod hætenus euenisse perspiciamus, uereorq; ne in posterũ atrociora uideamus, nisi toto pectore cõuertamur ad dominũ, eiq; sacrificiũ offeramus quod nobis psalmus ostẽdit. Sed obijciunt aliqui, ut fas sit Christianis aduersus Christianos bellum gerere, aduersus Turcas nõ licet, quod Paulus neget esse suũ de his qui foris sunt iudicare, satis habere si de his qui intus sunt iudicet. Sed Turcæ foris sunt, nec ad ecclesiam pertinent. Quod si nobis fas est occidere Turcas, quorũ olim ecclesia nõ armauit se aduersus gentes tam immaniter sæuientes in professores Christiani nominis? Atqui Augustinus ne tum quidẽ id fieri uolebat, quũ nostri numero & opibus essent illis superiores, intercedens etiã pro quibusdam qui Christianos occiderant, ne per imperatorẽ afficerentur supplicio: nec aliã adfert causam, nisi quod ea ratione martyriũ esset obscuranda gloria. Legimus imperatores idololãtras crudelissime sæuisse in fortunas et corpora Christianorũ, sed Christianos armis se tutatos, aut uindictã molitos nunq; legimus. Vnico fugę præsidio sunt uisi, quod illis dominus indulserat. Quanc̄ non defunt autores, quorũ est Tertullianus, qui censent fugã non simpliciter cõcessam, sed ad tempus diuino quodã consilio permissam, ut quoniam pauci adhuc erant Euangelicę doctrinę præcones, illorum fuga latius spargeretur Euangelium. Quo per urbem disseminato, fugere negãdi genus erat.

Quod

Quod si fugere non licet, minus licet ad arma procurare. At Christianorum uolgens perperam existimat, cuius licere Turcam non aliter occidere quam canem rabidum, non ob aliud nisi quia Turca est. Quod si uerum esset, liceret cuius occidere Iudæum, quod tamē si audeat, non effugeret poenam legum civilium. At magistratus Christianus Iudæos punit si quid delinquant aduersus leges publicas, quibus sese submiserunt, ob diuersam religionem non occiduntur, eò quod religio Christiana suadet non cogitur, & inseritur non obtruditur. Hoc autem ius quo puniuntur Iudæi quemadmodum & Christiani, habebant olim ethnici principes in Christianos, & nunc habent Turca, si quod deus auertat, sub illorū ditione legitime uiueremus. Proinde misere se fallunt qui se credunt recti a subuolatoruros in cœlum, si contingat in prælio aduersum Turcos cadere: nisi pura sit conscientia, nec si pro Christo ceruicem porrigas ad idololatriam uocanti tyranno, in cœlum peruenies. Porro tanta fuit prætorum ecclesiæ præsulum mansuetudo, ut ne relapsos quidem Iudæos uellet plecti supplicio capitis. Id perspicuum est ex distinctione de consecratione 4. cap. pleriq; ex Iudæis. Quum enim Sifemandus rex cõperisset multos Iudæos qui detestati priorem impietatem professi fuerant fidem Christianam, non solum relapsos in ueterem blasphemiam, uerum etiam abominandos ritus Iudæicos exercere circuncisis liberis ac seruis suis: Consuluit ecclesiæ præsules, quibus modis hoc immane scelus corrigendum esset. Responsum est illi ex decreto concilij Toletani decimi. Tales Iudæos pontificali autoritate correctos ad cultum Christianæ dignitatis reuocandos esse: ut quos propria uoluntas non emendabat, animaduersio sacerdotalis coherceret: liberos à parentum consortio separandos, seruos pro iniuria corporis libertate donandos. Iam cõstat sacerdotes nullū habere ius occidendi quemq;. At nunc blasphemiam in Christū ac uirginē matrē, etiā sine relapsu punitur supplicio plusq; capitali, & in hæreticū errorē prolapsus traditur incendio, etiam si non accedat crimen blasphemie. Berengarius autē in tam abominandū errorem reuolutus adeo non est occisus, ut nec archidiaconi dignitas illi sit adēpta. Exurit & Christianus in paganismū reuolutus. Sed iustus erat Iudæi exurere, qui adulta ætate, catechismo edoctus, spõte Christū professus est, q̄ qui infans et insciens baptizatus. Hęc eò spectant, non ut reprehendam hodiernę consuetudinis seueritatem, fortasse necessariam, sed ut ostendam ecclesiā quo magis uigebat in ea germana pietas, hoc magis à bellis et capitalibus supplicijs abhorruisse. Diuus Ambrosius probat in Casare quod barbarorū incursionem ab Italia depulerit, nec aliter probat nisi cū fide & religionis amore sumantur arma, quanq̄ inquit, hoc non est euāgelicę perfectionis, uidet q̄ circūspicte quamq; cõtanter bellū approbarit. Verum ut omne gladij ius prophanis principibus ac magistratibus adimere, nihil aliud est q̄ uniuersum reipub. statum subuertere, ciuiumq; fortunas ac uitam facinorosorum audacię proderet: ita nullo bono exēplo fieri potest, ut sacerdotes non dicam bellum gerāt ipsi, sed bellicis negocijs implicentur. Deo militant, nec implicari debent secularibus negocijs, Bellum autē adeo res est secularis, ut propemodū sit ethnica, quod si fas est sacerdotibus præstari, fas sit & carnificem agere. Nunc quum pontificum constitutiones arceant sacerdotem à medicado, qua fronte admittitur ad bellandum, cum medici studium, & ars sit seruare, bellatoris occidere: Exemplū autē de depellēdis morbis non per omnia congruit rei propositę. Nam pharmacis uti, cum nullius iniuria damnōue coniunctū est, at qui bello rem gerit, sic ab sese depellit iniuriam, ut alijs molliatur exitium. Quod si bellū parum iustis de causis suscipitur, aut secus q̄ oportet geritur, nihil magis probandum est, quam si quis morbum maleficis artibus depellere conetur. Quin & illud in disquisitionem uocatur, an qui sibi male conscius, agnoscit morbum ab irato deo immissum, fas sit concessis remedijs morbum propellere, quum interim hæreat in proposito eadem perpetrandi quæ perpetrauerat. Videtur enim is manifeste repugnare diuinę uoluntati. Sed ut donetur, licere cuiq; secundum primum naturę ius, suam ueri incoluinitatem qualicunq; spe correctionis, etiam si ob curatam ualetudinem non incurrat nouum crimen, tamen constat illum grauissime peccare, quod dei misericordiam ad emendationem uitę sollicitantis respuit, seseq; in summū discrimen cõiicit, ut non leuetur morbo sed grauius etiā malum sibi accersat. Nam arbitrari medicorum arte morbum depelli posse inuito deo, extreme impietatis est. In simili statu sumus, si quū agnoscamus nos Turcarum incursionibus ad uitam emendatiorem, ad mutuam concordiam sollicitari, tamen in scelere

in sceleribus nostris persistentes, existimamus nos irato deo, uiribus nostris calamitatem posse depellere. Quod si uiolata fide iurisiurandi fœderumq; Turcas laessimus, perinde factus ac si ægroti remedium non à medicis, sed à maleficis petamus. Proinde quem admodum fidele consilium dedit ægroti, qui illi suadeat ut in primis se deo reconciliet, agnoscatq; dei manum quam pro meritis mitiorē, imploretq; domini misericordiam, sumpto proposito uitę correctoris: ita salubre consilium nunc dedit Christianis principibus, qui suadeat illis, ut priusq; ad arma procurrant, ea submoueant, quibus offensus deus Turcas toties nobis immittit. Alioqui si nobis nostris uiribus promittimus uictoria, quid aliud q̄ nos ipsos fallimus, ac numinis irā magis ac magis in nos exacerbamus, deo repugnātes ueris q̄ ipsi Turcis: Non est autem necesse, ut ea commemorem, quæ deum auertunt à nobis, in se quisq; descendat, ac domi reperiet affatim. Conclisit rursus deus omnia sub peccatum, ut omnium misereatur. Alius alijs laborat uitijs, alius apertius malus est, alius rectius, Omnes tamen egemus dei misericordia. Quę tamē præcipua sunt & euidentissima, maxime dissimulantur. Quæ sunt illa? Utinam in pauciores caderent quæ diciturus sum inuitus ac dolens, utinam in nullos, ecclesiæ pastores immane quantum degenerarunt ab archetypo suo. Quam hic omnia uitiarunt tinearum pessimæ, ambitio quæstusq;. Dein quot annis uicimus externos principes irreconciliabilibus odijs inter se decertare: Pro Helena decennio bellum actum est inter Græcos ac Troianos, At pro Helena Mediolano quanto diutius conflictatū est: Quid malorum non est passa Italia? Quibus non malis afflictæ est Gallia? Plent etiam uictrices regiones. Bellū quod nobis tot annos fuit cum Ghehris mysterium satius est non attingere: nimis est quod sensimus: ac ne singula persequar, quæ regio superest ubi non incredibili seruitū caritate misere premittur tenuis plebecular. Vbi nunc ueræ fidei, ubi Christianæ charitatis, ubi pacis & concordie uestigia? Quo unquam seculo plus licuit, fraudibus, audacijs, rapinæ & imposturis? Et interim ceu germani Christiani Turcas detestamur. Si nobis succedere cupimus, ut Turcas à nostris ceruicibus depellamus, prius teterrimum Turcarum genus ex animis nostris exigamus, auaritiā, ambitionem, dominandi libidinem, nostri fiduciam, impietate, luxum, uoluptatum amorem, fraudulentiam, iram, odium, inuidiam, & his gladio spiritus iugulatis sumamus animum uere Christianum, atque ita si res postulet sub uexillis Christi, militemus aduersum Turcas homines, & eodem propugnatore uincemus. Hoc enim promittit in Leuitico, sed legem seruantibus: persequimur inimicos uestros & corruent coram uobis: persequetur quinque de uestris centum alienos, & centum de uobis decem milia. Tum autem fuerit Christo gratissimus triumphus, si hoc egerimus, non tam ut illos occidamus, quam ut eos in religionis ac pietatis consortium adiungamus. Tales uictorias amat qui gaudet seruatoris cognomine, qui sic occidit ut uiuificet, sic uulnerat ut sanat. Pium deo que gratissimum est homicidium, sic iugulare Turcam, ut existat Christianus sic deicere impiū, ut exortatur pius. Hic igitur sit scopus unicus, hoc præcipuum studium, ut Christi ditionem augeamus potius quam nostram. Alioqui iugulare Turcas quid aliud est, quam orco litare: Possidere quod Turca possidet, imperare quibus imperat, nec aliud spectare, superbiores nos & auariores reddere poterit, feliciores non poterit: ac periculum fuerit, ne nos degeneremus in Turcas citius, quam ut illos ad uisile Christi aggregemus. Quisquis considerat præter Syriam ac Palestinam tot Gracię regna, tot Asię minoris prouincias, in quibus olim per apostolos prædicatum est Euangelium, nunc propemodum desolatas esse, ac barbarorum tyrannide premi, qui fieri potest, ut non totis præcordijs indolescat, optetq; Christi nomen, quod nunc in angustum uidetur contractum, per uniuersum terrarum orbem agnosci, celebrari, adorari iuxta psalmum. Vniuersas nationes uarijs linguis, sed concordibus in eodem templo, hoc est in unitate ecclesię redemptori suo canere gloriam. Nam beatus Paulus nobis spem bonam ostendit, fore ut aliquando Iudæorum pertinacissima natio ad idem uisile congregetur, ac nobiscum agnoscat unum pastorem Iesum. Quanto magis id sperandum de Turcis reliquisq; barbaris nationibus, quarum, ut audio, nulla colit Idola, sed dimidia tum habent Christianismum. Si totum orbem tam pauci discipuli potuerunt sub Christi iugum mittere, non alijs instructi præsidijs, q̄ fiducia erga deū, & gladio spiritus, quid ninos idē auxiliante Christo possimus, qui præter monarchas Christianos tot habemus

theologiae doctores, tot egregios praesules, tot cardinales, tot Euangelicae perfectionis professores: Non est abbreviata manus domini, nisi nos illius gratiae defuerimus. Exitus totius negotij pendet ab illius nutu qui dixit: Sine me nihil potestis facere. Illo protectore, unum fugient mille: illo auctore, nihil profuerit quis numerosa militum manus; nec bellum libet operosus apparatus. Ergo cum primis fixa in illo totius nostrae spei ancora, nihil ueruerit humanorum consiliorum rationes accedere: quae sic adhibendae sunt, ut nihilo secius toti pendeamus a numinis aeterni praesidijs: cuius fauore frustra speramus nobis ad futurum, si titulo quidem pro illo pugnemus, caeterum reuera aduersus illius uoluntatem belligeremur. Ut autem intelligamus, an uolente deo bellum suscipiatur, & an prospere cessurum sit, nihil necessum est prophetas accersere, nec ad exemplum Dauidis admodum Ephor oraculum consulere, aut ad exemplum Gedeonis triplex signum expetere. Iudaorum ac gentium est exigere miracula, non fidelium. Multo uero minus oportet exemplo gentium augures aut aruspices adhibere. Nullum certius oraculum scripturis diuinis, nullum certius augurium quam mens sibi recti propositi conscia. Si gladium eximit tibi euagina publicae tranquillitatis studium, si fratrum oppressorum misericordia, si religionis amor, si tota uictoriae spes est in praesidio numinis, si rectus oculus non aliud spectat quam ad Christi gloriam, ac Christiani gregis utilitatem, puta tibi diuinitus de propitiatorio responsum, aggredere, uinces. Si scriptura diuina exclamat animo tuo, puta per angelum esse denuntiatum ut quiescas. Si crudelitas, si profrendae ditionis amor, si rapinae cupiditas uocat ad arma, scito nullas aues uolare posse in auspiciationes. Nam etiam si quid interdum feliciter cadere uidetur ijs qui talibus augurijs bellum suscipiunt, non felicitas est, sed esca fallax in grauiore illecebras calamitates. Interdum hoc nostris debetur sceleribus, et hominum erga deum diffidentia, ut multae res certam promittant uictoriam, quam diuinitus paratur extrema calamitas. Sic apud Homerum emittitur *ἄλως ὄψις*, qui Graecos uictoriae spe ad arma concitatos in summam cladem pertraxit. Sic in diuinis literis legitur spiritus domini mendax, qui per ora prophetarum omnium Achab regi Israel promitteret magnificam uictoriam, quum dominus illi pararet exitum. Nam in primo statim praesidio uulneratus interijt, poenas laes non auditi Micheas. Auditi sunt quadringenti prophetae, uno spiritu mentientes, & contemptus est Micheas solus uera praedicans. Adhibitis prophetis & nostris monarchis cauendum censeo. Sunt enim qui ex anulis ac diuinis uocibus promittant uictorias, sunt qui per indusia & gladios fortunatos, sunt qui ex uentiloquijs, & astris sunt qui ex humanis artibus praesidijsue pollicentur successum. Tot sumus iniquum numero, tantum habemus machinarum: his locis aggrediemur, sic & sic fallemus hostem: adsit deus, non adsit, nostra est uictoria. Alij de suggesto sacro clamant, Ite prospere, tradet dominus hostes in manus uestras, cornibus ferreis uentilabitis eos, donec funditus deleatis uniuersos. Fluiuismodi fortissimas uoces, interdum & uenales, impune faciunt populi periculo, ipsi procul a telis domi se continent, & uelina uentrisque negotium agunt. Tales olim fuisse quamplurimos belli praecones nimium compertum est. Vtinam nunc eiusmodi nulli sint. Hic fortasse uidebor alicui suscepisse negotium dehortandi a bello Turcico. Nequaquam, sed hoc ago potius, ut feliciter bellum cum illis geramus, uereque speciosos triumphos Christo reportemus. Nam nihil aliud uociferari, quam bellum in Turcas, in immanes bestias, in ecclesiae perduelliones, in gentem omni scelerum ac flagitiorum genere contaminatam, quid aliud est quam imperitam multitudinem hostibus prodere? Quin ipse non semel admiratus sum, quum de propinquo audiremus crebras Hungariae clades, nuper Lodouici miserandum exitum, Mariae Reginae tristissimam sortem: nunc praeter occupatum Hungariae regnum tam crudelem Austriae uastationem, nostras regiones, atque ipsam adeo Germaniam adeo fringere, quasi quod geritur nihil ad nos attineat. Contrahimus manus & uoluptatibus ac nugis impendimus, quod tu edis Christianis impendere grauamur.

Nunc propius uiget nos mali uis, & habemus principes, non minus ditione praecedentes quam religionis studio praestantes, Carolum Imperatorem, & huius germanum regem Ferdinandum, ac iam tandem, utinam maturius foederatum Christianissimum Galliarum regem Franciscum. Nec tum pro sua pietate, tum pro cognominis honore (Nam fidei catholicae defensor dicimur,) defuturus est huic negotio inclytus Angliae rex Henricus. Orandum est atque etiam sperandum est fore, ut nostri miserus dominus Iesus uicario suo Clementi VII. mentem inferat ipso dignam, eamque confirmet ac bene fortunet, quam praese ferre dicitur, & a bonis creditur. Quibus rationibus effici possit, ut prospere cedat bellum iam antea satis declarauimus, si primum omnium placemus iram domini, si pura rectaque sit intentio, si tota fiducia sit in Christum, si sub illius uexillis pugnemus, si ille triumphet in nobis, si dei nostri iussis obtemperantes, ueluti sub illius oculis aggrediamur hostes. Nam si propter unius Acham furtum totus populus Israel infeliciter pugnat cum hostibus, quid nobis sperandum est, si sceleribus onusti per milites scelerosos, qui uenalem habentes animam nihil non flagitiorum admittunt, dum praedabundi profisciscuntur ad bellum, praedabundi redeunt, aliquanto immittiores in suos quam in hostes, qui scorta circumferunt, qui in telorum temulentia, ludunt aleam, peierant, rixantur, ac pugnant? Quos non alta res elicit in bellum quam licentia peccandi & praedae spes? Si uolumus deum propugnatorem, nec

Iosue 7

In sermone ad
militēs tēpli.

Esai. 1

tales esse possumus quales erant illi milites, quales describit dicit Bernardus, de quibus
ambigit utrum monachos appellare debeat an milites, tāta erat & in moribus integritas,
& in praeliis fortitudo: saltem animus uacet crimine, nec sub ipsius signis agentes domi-
num nostris sceleribus prouocemus. Vt autem talis sit miles, multum momenti est in du-
cibus, plurimum in monarchis, qui si spectent opes, ac latius regnādī dulcedinem potius
quā commodum Reip. id quod de nostris mea quidem sententia minime suspicandum
est, omnia nostra quamuis operosa molimina uergent in infelicē exitū. Item si pontifex,
quod absit, ita cogitet, proferam meum principatū, crescent ex nouis ecclesijs annatae, cō-
stabilis regnū meum, Cardinales meos mihiq; iuratos urbibus ac prouincijs praeficiam,
& per hoc bellum ipsis imperabo monarchis, uereor ne magno rei Christianae malo bel-
lum hoc suscipiamus. Verum id ne fiat in nobis sitū est, nobis in manu est praeparare ani-
mos, & dominus dabit laetum euentum. Porro si quis crassior haec, ceu delira rideat, etiam
atque etiam uideat, ne rideat risum Sardonium, nec recuso uideri ridicula loqui, nisi toti-
es nobis conflictatio cum Turcis cessit infeliciter. Et querimur nobis infeliciter cadere
quae gerimus, quum sub titulo Christi, haecenus negotium egerimus satanae, quum irato
deo sumperimus arma: Clamat per Esaiā dominus, & clamat nobis quotidie, quibus il-
la scripta sunt: Auferte malum ab oculis meis, quiescite agere peruerse, & discite benefi-
cere, & uenite atq; arguite me. Promittit inaeestimabilia, minatur atrocias, nec pollicens au-
ditur nec minitans. Beneficia dissimulamus, minas contemnimus, aduersus castigantem
queruli sumus. De bellis querimur, quum ipsi nobis bellū accersamus. Pacem sublatam
comploramus, quum pacis tranquillitate ad luxū ac uoluptates abutamur, ac nec in pace
pacem inter nos habeamus. Quiescentibus armis hostiū, feruēt intestinae similitates, rixae,
lites, ac seditiones, & cū nemo cadat in praelio, multi pereūt in iurgijs ac temulentia. Que-
rimur terrā non respondere nostris uotis, quum nos tam male respondeamus iussis diui-
nis: obmiramur deo, quod sterilecant agri, quum nos illi nihil gignamus praeter fo-
lia spinas & zizania. Miramur assidue stillare caelū quum tanta sit cordium nostrorum
siccitas, ut uix quicquam lacrymulam emittat pro commissis suis. Querimur de rerum pe-
nuria & charitate, quasi non in quamuis ubere prouentu, per rapacitatem, auaritiam, & mo-
nopoliorū artes, tum inopiā ipsi pariamus, tum charitatem. Dolemus minus solito nasci,
quum ea quae nata sunt non praebentur egētibus. Postremo de tot malis querimur, quum
de bonis deo nō agamus gratias, de malis querimur quasi male uiuendo quicquid boni me-
reamur. Deploramus infelicitatem nostri seculi, quū in tot calamitatibus nobis uacet esse
malis: quumq; non sine causa quidā diuinent instare finē huius mūdi, tamen non solū iun-
gimus matrimonia, licita et illicita, quēadmodum in diebus Noe, uerum etiam epulamur,
ambimus honores, ueniamur dignitates, extruimus, longo molimine captamus regna, lar-
tifundia latifundijs, ciuitates ciuitatibus, ditiones ditionibus ueluti linum lino connecti-
mus. Audiamus ergo uocē domini praecipientis, & ille audiet uocem populi ad se clamā-
tis, si nos fecerimus quod ille iussit, nisi ille fecerit quod promissit, adeamus eum, expositi-
semus cum illo, non recusat ita redargui, qui quaerit occasionē miserendi. Superest ut de
reuocandis mortalium animis dicam nonnihil. Equidem arbitror populū aliquanto pro-
pensorem fore ad hoc bellum, si conspexerit per summos ac legitimos monarchas, eosq;
uere concordēs suscipi: quorum hac in re primum ius est Caesari, cum suis satrapis, proxi-
mum regi Christianissimo, tertium regi Ferdinando, cui propius imminet illa barbari-
es, dein aliorum principum. Nam si fas est uera loqui, huiusmodi negotia per Cardinales
Episcopos, Abbates, ac sacerdotes geri, nec decorum est, nec consonum sacris literis, nec
ecclesiasticis sanctionibus, deniq; nec haecenus unquam bene successit. Haud enim scio
quo pacto Mars iniquior est uiris sacratoribus dicatis negotijs, & miles libentius paret
ducibus prophanis quā sacris. Deniq; bellum habet multa stratagemata pro rebus pre-
sentibus necessaria magis q̄ honesta, quae tollerabilius geruntur per homines ab Euāge-
licae perfectionis professione alieniores. Nam bellare res est necessitatis potius quā di-
gnitatis. licet hinc quondam omnes ferē dignitatum tituli nati uideantur, Comitum, Du-
cum, Baronū, Marschalcorum, Lantgrauiorum. Haec uidelicet erant uel auctoramenta
uel solatia sese ob publicam tranquillitatem in uitae discrimē exponentium: sed quicquid
eiusmodi titularum est aut munerum, etiam si regnum addas, longe est infra dignitatem
eorum

eorum qui in Christi uices successerunt. Quamquam & illi uicissim principibus debent
honorem & obsequium, suum munus obeuntibus. Veniam dabit uera loquenti, princi-
pum aequitas, qui ferē solum pontificem agnoscunt quum ipsis est cōmodum. Viri me-
rita solum iudicat deus, ceterū quod ad ordinationem politicam attinet, nullus est episco-
pus tam humilis, quin sit quouis monarcha sublimior, functionis dignitate. Ambrosius
urbis unius erat episcopus, huic se submisit Theodosius non uenali titulo Imperator, sed
tam late imperās princeps. Christus nunq; bellasse legitur, sed tradidit nobis coelestē phi-
losophiam, ostendit uitam ad immortalitatem, docuit errantes, redarguit incredulos, conso-
latus est pusillanimes, fouit imbecilles, studuit q̄ plurimos patrilu crifacere, beneficijs de-
uinxit, & dignos & indignos, sanauit omne morborū genus. Haec est uere sublimis regiae
functio, ad quam si cōferas omnia militariū dignitatū munia, plebeia sunt ac seruilia. Non
electo principibus debitum honore, quem agnoscit et Paulus, sed ordinē indicio. Et tamen
nescio quomodo sit, ut pleriq; quod honorificētius est negligant, quodq; humiliter est af-
fectent, quum nemo tam stultus sit, ut si gemmas & aurum habeat, his fastiditis plumbo
ferroque magis delectetur. Quā male coherent illa uocabula, Cardinalis strategus, Ep-
iscopus dux, Abbas comes, sacerdos Centurio: Perinde quasi statuam ostendas, semigem-
meam ac semiluteam, aut centaurum ex homine & equo mixtum. Non suaferim ut cui-
quam per uim ac tumultum, quod possidet adimatur, sed si dominus hanc mentem im-
pertiret Ecclesiae ministris, ut sponte ditionem mundanam abijcerent, nihilo peius habe-
ret religio Christiana, mea quidem sententia, & ipsis non paulo plus accederet tum quie-
tis, tum dignitatis. Tantū census aequum esset illis relinqui, quantum ad honestā mundi-
ciam atq; etiam dignitatē sufficeret. Auctoritatem adderet motū integritas ac doctrinae sa-
cræ praeminentia. In hoc tantū adessent principibus, ut si quando per inscitiam, aut iram,
ambitionē uel tenderent in tyrannidē, salubribus ac paternis monitis eos reuocarent in
uiam. Eos uero qui loco proxime ad Christū accedunt, oportebat ab his crassioribus fun-
ctionibus esse purissimos. Apud Britānos summa est dignitas ecclesiasticorū, ac cēsus o-
pimi. Nec ibi tamen quisquā est episcopus aut abbas, qui micam habet prophanā ditio-
nis, aut arces, aut bombardas, aut satellitiū: neq; quisquam monetam cudit, praeter unum
Archiepiscopū Cātuarisensem, idq; dūtaxat honoris gratia: hoc dignitatis illi promeruit
mors diui Thomae Acrensis. Nunquam tamen bellicis negotijs implicatur, sed ecclesia-
rum curā gerit. At uereor ne haec in alijs optare liceat magis quā sperare. Nec expedit
quicquā tentare per tumultum. Minus itaq; diffidet populus, si uiderit legitimum mo-
narcharum cōcordibus animis rem geri, si magna pecuniarum pars committatur pra-
cipuis ciuitatibus, ut ubi res urgeat tum exhibeantur in usum presentem. Si utetur omnis
suspicio, nec hoc pretextu capteur occasio premendi libertatem ac iura ciuitatum, aut re-
gum principum uel Christianorum: si quantum fieri potest seruetur immunitas ecclesia-
rum, ne fiat, ut dum sinistis cōsilijs quietem nobis molimur à Turcis, ciuilibus bellis uni-
uersam ditionē Christianam cōcutiamus, & dum Turcicā tyrannidē demolimur, in nos
iplos plusquā Turcicam tyrannidē accersamus. Quāquam autē sine pecunijs nullum o-
minino bellum geri queat, nedum hoc omnium grauissimum, tamē ita moderandē sunt exa-
ctiones, ut tenui populo sit unde uiuat. Meminerint principes quā opere multis tā annis
bellis, spōsalibus, inaugurationibus, peregrinationibus, exactioibus precarijs & nō pre-
carijs, monopolijs, monetarū mutadis aestimationibus, alijsq; titulis cōpluribus, sit attenua-
tus populus, exhausta ciuitatū aeraria, quanta laboretur etiam rerum necessaria rū tum
inopia, tum penuria. Quadruplo emendū est si quid uelis. Quis autē nescit quām seditiosa
sit fames ac sitis? Expertus est hoc olim Moses. Et haecenus uidemus totam ferē molem
exactioinum redisse ad agricolas ac tenuem plebeculam. Iam quosdam audio uociferari,
spolientur abbates opulenti, indocti, & luxu perditī, spolientur episcopi regias opes ma-
le prodigētes, spolientur canonici sacerdotijs onusti, & interim genio seruientes. O uoces
seditiosas. Quin eadem opera clamant, spolientur omnes diuites, spolientur magistratus
ac proceres: Sunt enim & inter hos qui suas opes aut male seruant, aut deterius profun-
dunt. Non omnes episcopi tales sunt, & aliquos episcopos omnino esse oportet, quem-
admodum & magistratus oportet esse. At qui exemplum spolandi malos, fenestram ape-
rit ad spolando quoslibet. Aequius est ne probi laedantur, improbis ignoscere, quā
Tom. 5 C 5 dum

dum dignis afficiuntur mali, boni indigna patiuntur: ut ne commemorem, quod saepe fallit populum nimis prona in malā partem suspitio, & quorum intolerabilis est improbitas legitimis rationibus possit corrigi: atque in totū pauciores erūt mali, si deligantur boni. Postremo non magni retulerit, si male profundentibus eripiant sceleratius profusuri. Vetus est hucus militariū ac plebeiorum inuidia aduersus otium & opes sacerdotū, cui si principes subministrant occasionē, nihil aliud quā oleum camino addiderint. Bellatur, inquit, pro religione Christiana, par est illos potissimum impēdere. Quid ego audio, principes & populus alieni sunt à religione Christiana? An non hoc praecipue nomine principes suscipiunt principatū, ut Christianae religionis tranquillitatem tueantur? Quod si faciunt, quid aliud praestant, quā quod iureiurando professi sunt? Ac populus dū arma capit, quid aliud praestat quā quod sine nefario scelere nō poterat omittere? Pugnamus, inquit, pro otiosis: imō pro uobis ipsis pugnat, dum pro coniugibus ac liberis, dū pro aris ac focis, ut aīūt, pro tēplis ac templorum ministris bellum geritis. Nec illi sunt otiosi, habent functionem suam, orant, docēt, cōsolantur, admonēt, tractāt mysteria, interpellāt deum pro sceleribus populi, impetrāt suis precibus uestris armis uictoriam. Fateamur illos esse otiosos, si Moses otiosus erat quū pugnantibus aduersus Amalechitas Hebraeis, nihil aliud quā precabatur dominum. Magis praestabatur huius deprecatio, quā illorū arma. Oculi prospiciunt toti corpori, manus laborāt toti corpori, stomachus concoquit toti corpori, ac sibi seruiunt dum singula membra seruiunt toti corpori. Hęc eō dixerim, ut si uiris ecclesiasticis immunitas omnino seruari non potest, moderata sit exactio: quanquam iniquum non est, ut qui feuda possident, pro sua portione conferat, & qui participes esse uoluerunt honoris, oneris quoque partem ferant. Ut autem citra magnum populi grauumen pecuniae suppetant in bellum, hac ratione fieri potest, si principes impedia superuacanea referant: id si fecerint uidebunt quantum uectigal accrescat censibus. Quis enim digne recenseat, quantum illis pereat in pompis, in largitionibus, in conuiujs, in ambitijs legationibus, in lulis & alea? Si sanctum ac pium existimant belligerari contra Turcas, quam elemosynam praestare ualeant deo gratiorem, quā si suum uectigal augeant parsimonia, & quod de stipitu detraxerint, impendatur pietati? Quod de principibus loquor, idē de diuitibus quibuslibet sentiendum est. Bis gratum erit deo, si quod pietati impenditur, uitijs detrahatur. Hac ratione fiet, ut nemo largiendo fiat pauperior, & uirtutis accessione fiat opulentior. Minuet & illud populi diffidentiam, si quod decretum fuerit maturetur. Haecenus in colligendis pecunijs adhibita est celeritas, in negotio peragēdo mita fuit conatio, ne dicam cessatio. Superest ut paucis respondeamus his qui dicitant hoc bellum non pertinere ad religionem Christianam, sed de regno Vngariae tantum decertari inter duos principes, quorū alteri Turca tulerit suppetias, sed accersit; cui non ob aliud fauet, nisi quod horret tam potentem uicinum, cuius ditio uideatur indies accrescere, tum qui fratrem habeat, cuius potentia Christianis etiam principibus formidini est. Consultius, inquit, fuerat, regnum illud cum Ioanne partiri, aut in totum etiam cedere, quā tam potentem tamque sanguinariam gentem in Christianos irritare. Non enim semper urgendum est ius, sed interdum uidendum quid expediat, interdum de iure tuo concedere, maximum est lucrū. Ne dolo dicam, cessionem ipse suaturus eram, si serio fuisset in consiliū adhibitus: at non dubito quin singulari tum prudentia, tum pietate praedito regi Ferdinando, hac in re satis cōfiteri sui consilij ratio. Nec nostrum est de parum cognitis ferre sententiam. Verum illud expediant isti, num aequum existiment, ut posthac arbitrio Turcarum reges habeamus aut non habeamus, mox & episcopos ex illorum commodo accepturi. Quid porro si deus uidens illorum immanitatem ad extremum deuenisse, hanc immisit occasionem finiendae rādem nunquam satiatae illius rapacitatis? Et si nos quiescamus, num arbitramur illum quieturum, qui nunquam cessauit suae ditiois proferre pomeria? Iam obscurū non est, quin aliquot principibus suspēcia sit tanta Caesaris potentia, nuper etiam Gallis de uictis aucta, praesertim quū non ignorent, quā nesciat sibi praescribere terminos regnandi dulcedo, sed hunc metum facile excludet potentia maior optimi Caesaris lenitas & humanitas. Exaudiuntur interim & aliorum uoces abominandae, qui iactant esse tolerabilius agere Christianos sub imperio Turcarum, quā sub Christianis principibus, ac sub pontifice Romano. Hoc genus homines si modo loquuntur ex animo, aut prorsus non

intelligunt

intelligunt quid sit uiuere sub Turcarū imperio, aut ipsi gerunt Turcos animos, ac pernitent eos Christianae professionis. Scythae & Ichthyophagi non ferebāt iugum Romanae ditiois, & nos optabimus colla submittere iugo Turcarum? Hic exaggerent quantum uelint quorundam principum seueritatem, rapacitatem, ac uiolentiam, quota portio fuerit ad Turcarum immanitatem: Quis enim est paulo generosioris animi, qui non malit in acie oppetere, quā sub illis barbaris indignam pati seruitutem? Meliore cōditione sunt apud nos Iudaei, quā apud illos Christiani, quos non habent pro hominibus, sed pro iumentis. Pueros ac senes trucidant, adulescentes ac puellas laboribus aptas ac libidini, abigunt, abactas diuersim spargunt, & si quid forte coalescentes contraxerint rei, rapit quod colatum est, & ipsos alij alio dispergit. Si quis ausit aduersus illius mutri leges, diris supplicijs exanimatur. Si quis Christi nomen abneget, ita demum fit satrapas. Abieciūsimi mancipij capillos in corde gestet oportet, qui tam diram tamque foedam optet seruire seruitutem. Quid autem dicam de politijs? Quae legum aequitas apud illos? Quicquid tyrannoplacuit, lex est. Quae senatus autoritas? Quae philosophia locū illuc habet? Quae Theologorum scholae? Quae sacrae conciones? Quae religionis synceritas? Sectam habent ex Iudaismo, Christianismo, Paganismo & Arianorum haeresi commixtam. Agnoscunt Christum ut unum quempiam ex prophetis. Idem faciunt Iudaei, sed hominem tantum fuisse praedicant, quod detestabilius est Arianorum dogmate, qui Christum deum esse profitebatur, et magnum quidem deum, sed uerum deū ac naturā deum negabant, quod existimarēt nullam creaturam esse naturā deum. Quid quod pestilētem ac scelerosum hominem Machumetem Christo, in cuius nomine flectitur omne genu cœlestiū, terrestriū, & infernorum, praefereunt? Quis nō prius habeat in extremis solitudinibus inter lynces, lupos, leopardos, ac serpentes uiuere, quā inter tales, ubi quotidie sint audiendae detestabiles in Christum blasphemiae, ad quas aridēre summa sit impietas, obticefcere cruciatu morte tristior, contradicere certa mors, nec ea simplex? Procul absit ab animis Christum diligentium ista cogitatio. Si quos fatalis necessitas in eam coniecit calamitatem, ut ferendū sit Turcae immanitatis iugum, sit hoc extremae tolerantiae, fors seruire barbaris, in tur Christū seruare in pectore. Tum demum exemplo Israelitarum qui Pharaoni in luto & latere seruebant, clamant ad dominum, imitentur beatū Loth, qui in Sodomis agens quotidie discruciabatur animo, uidens & audiens abominanda ciuitatis illius scelera: imitentur Hebraeos sedentes ac flentes super flumina Babylonis, quod non liceret cantare cantica domino in Sion: quod tantum licet, psallāt domino in cordibus suis. Imitentur Danielem, Ietunij, precibus assiduis sollicitantem aures numinis, ut populum suum eximat e miserando exilio. Rursus sunt qui putant Turcā esse potentiorē, quā ut late situs opprimipossit, etiam si tota ditio Christianorum uires suas & opes in unū cōferat, cū hydra nobis rem fore, non septem, sed innumerabilium capitum. Etiam si decem conflictibus fuerit concisus, non deerunt milites per quos bellum instaurer. Adde quod bellare quem admodum illi bellant facillimum est, exurunt, trucidant, uastant omnia & fugiunt. Exitus grex deploratus potest ingentes edere clades. At sic bellare Christianorum non est. Hoc ergo bellum, inquit, quoniam uno atque altero praestio confici non potest, si duret annos aliquot, ut feliciter cedat, tamē exhauriet omnes opes Christianorū, absumet fortissimos quoque duces. Quod si uictoria nobis tot orbitatibus, uideatibus, ac lucibus cōstabit, quid futurum est si uictoria sit ab hostibus? Sed demus, inquit, omnia & celeriter & feliciter cadere ex animi nostri sententia, fingamus nostris armis occupatum quicquid usquam Turca possidet, quibus praesidijs tot regiones tuebimur? Nisi forte quis uniuersas illas nationes interneccione defendas censuerit. Si uictis parcitur, haud dubie molientur rebellionem, & si quicquid est illis hominum prostrauerimus, an quiescent uicini? Nam habet ille foederatos aliquot. In singulis igitur regionibus collocabimus praesidia, addemus praefectos donec affueuerint nostro imperio? Quibus eas praefecturas delegabimur? Ignauis & improbis? Res in deterius relabetur. Cordatis ac strenuis? Nos ipsos necessarijs ducibus spoliabimus, nostraeque opes eodem demigrabunt. His ita respondendum arbitror, nec mihi placere bellum aduersus Turcas, nisi huc adigat inuitabilis necessitas. Fateorque uix sperandā esse uictoriam, nisi dominus a nobis steterit, quem si strauerimus habere propiciū, etiam si centum congregiamur cum decem milibus, nostra

C 4 est

est uictoria, id uero frustra nobis pollicemur, nisi per uniuersum orbem Christianū præcedat uniuersalis & insignis uitæ correctio. Tot sunt Christiani, qui dira necessitate premuntur iugo Turcarum, & probabile est inter Turcas non paucos esse quos piget barbaricæ tyrannidis: hi se facile committent fidei nostræ, si uiderint paratum. mitius imperium. Nam si seruitus seruitute mutata est, leuius feritur cui assueuimus. Porro quod quidam querunt Christianos aliquot principes inolerabili iugo premere suos, et indies aliquid addere sarcinæ, ut iam olim Turcicam tyrannidem moliri uideantur, quemadmodum non omnino uanum est, ita optarim prorsus absque causa dici. Maiores narrant nobis quis rerum status fuerit ante annos septuaginta, quem si conferas cum hisce temporibus, incredibile dictu, quantum decesserit libertati populi, ciuitatum autoritati, maiestati senatum, ordinis ecclesiastici reuerentiæ. Contra quantum accreuerit principum potentia, quantum exactionibus, in summa quantum additū illi nimium iactato, quod principi placuit lex est. Hæc etiam si non narrent natu grandiores, ex annalibus & actis non ita uetustis abunde liquet. Non accuso principes, forsatis hoc nostra meruit intractabilitas, ut iugo duriore premeremur, Grauior est querela de proceribus Ecclesiasticis, præcipue de his qui Romani pontificis negocia procurant. Quorū gesta si quis conferat cum his quæ ueterum annalibus & pontificum decretis prodita sunt, immane quantum reperiet discrimen. Quod si dominus dignetur his immittere metem, honoribus, quæstu, uoluptatibus mundanis superiorem, patribus se multi libenter submitterent, quos nunc quidam horrent ut tyrannos ac prædones. Quorum animos ut ab hac suspitione reuocemus, expedit ut ecclesie primates ab omni specie luxus, ambitionis, auaritiæ, ac tyrannidis semet abducant. Multum increuit numerus cardinalium, qua de re uetus iam est hominū querimonia, quibus si summus pontifex ut galærum purpureum mittit, ita possit & mentem Christo dignam immittere, profecto gratulandū esset ecclesie. Nam ideo dicti sunt Cardinales, quod sanctimonia morū, quod eruditione sacra, quod zelo Christianæ pietatis præceteris fulciant domum dei. Debetur quidem egregie uirtuti sua dignitas, & ad persuadendum momenti non parum haberet autoritas, modo adsit Christiana sinceritas. Quales inter illos esse nonnullos sperandum est, & fieri potest, ut dominus populi uotis permotus tales reddat omnes, sed querelis hominum his turbulentissimis temporibus expedit moderari. Obmurmurant in magno uenalem titulum, quum alioqui tot Episcopos, Archiepiscopos, & Abbates opulentissimos habeat mundus, queruntur quicquid habent Cardinalium in ius pontificis cadere. Triadas ac tetradas Episcoporum ac Abbatiarum, sacerdotiorum turbam alendæ Cardinaliæ dignitati concedi: socios esse regum, & aliquanto regibus haberi uelle superiores, eoque quosdam ex his regum strepitum pro uiribus æmulari, ne dicam præire. Nonnulli uerentur ne ab his exordijs eo proficiant tandem, ut si pietatem superet ambitio, ex socijs regum fiant reges, denique & regū domini. His si quis respondeat, quid hoc mali est, si tantum dignitatis accedat ecclesie, protinus in os nobis recinunt, satis o præclari satis dominorum ac satraparum habet orbis Christianus, etiam si non conduplicentur principum ordines: patribus opus est, patres desiderat Christi grex, patrum ubique magna est penuria. Iam qui sunt lingua perulantiore, uitam quoque non uerentur in cellere, idque præter doctrinam scripturæ diuinæ, quæ uerat in principem populi dicere conuictum. Hic quum in cæteris illis obturamus os, alia resellentes, alia in partem meliorem interpretantes, non proferimus inquit archana, non calumniamur ambigua. Quæ mundo nota sunt dissimulari non possunt: Luxum inquit ac strepitum ipsi nobis ostentant. Ex his uidimus schismatum autores, uidimus alios exutos dignitate, alios opibus multatos, complures confectos in carcerem, nonnullos actos in exitum, quosdam etiam capitis affectos supplicio. Non deest omnino quod huiusmodi maledicentiæ respondeatur: sed tamen haberemus animos multitudinis longe propensiores & ad conferendam pecuniam, & præstandam operam, si primates ecclesie dignitatem suam contraherent ad Christianam modestiam. Quin potius hoc agamus omnes summates pariter & infimates ac medioximi, ut quicquid inuisum est oculis dei, à nostris auferamus & cordibus & moribus. Etenim si apud Esafam auersatur uictimas eorum quorum manus plenæ erant sanguinis, multo magis auersabitur bella nostra, si uictims onustiores quam armis rem aggrediamur. Hæc ed spectant, ut si irato deo bellum cum Turcis suscipiamur,

suscipiamur, nihil expectemus nisi lucuosum exitum, & omnium rerum miseram confusionem: in quod necesse est, uitam nostram corrigimus, ut dei misericordiam nobis conciliemus, à principibus exordiamur. Nam ut in populo nemo sit malus, uix sperandū est, licet uehementer optandū. Ne refert quidem perinde, qualis sit miles gregarius, si monarchæ ducesque in bonum cōsentiant. Quod ut dominus efficere dignetur cōmunibus omnium assiduis precibus uotisque flagitandum est. Iam sunt nonnulli, qui suspicantur hoc obliquis artibus agere principes, ut Turcici belli prætextu, expilatis ciuitatibus agricolis & plebe, oppressis legibus, extincta rerum publicarum libertate, submotā senatū autoritate, protrita ordinis Ecclesiastici religione, paucorū libidine res administraretur, & armis ueriusque honestis rationibus agantur omnia quemadmodū fit apud Turcas. Itaque futurū, ut quædamodū Octauus, Lepidus & Antonius iunctis copijs oppresserunt libertatē populi. Ita post fictos tumultus isto fœdere prodāt ditionē Christianā Pontifex Casar & Turca. Has impias ac seditiosas suspitiones procul reijciendas ac detestandas cōseo. Mihi longe meliora pollicetur & Clementis ingenium, & Casaris pietas, & Ferdinandi Regis integritas, & Christianissimi regis humanitas, & Germanorū principum fides. Terret non nullus uniuersalis monarchiæ uocabulum, quo uidentur spectare quidam. Ut omnia, inquit, teneamus quæ Turca possidet, si consulas geographorum tabulas, quātulum est hoc præ his quæ superant, aut quando sperandus bellorum finis? Ea res male cecidit Alexandro, nec contigit quod affecti aut magno cōstitit Romanis, nec his cōtigit, quod tãto molimine ambiebant. Optima quidē est monarchia, si princeps detur deo similis, uerū ut sunt hominū mores, turissima sunt moderata imperia, Christianis fœderibus inter se connexa. Alij metuunt ne quæ nobis ueniunt Turcarū regionibus pluris sint emenda quæ nunc emuntur. Obijciunt de sacro quod nunc quadruplo pluris emitur idque corruptius, ac periculum esse putant, ne idem accidat in cæteris omnibus. Sed hoc quoque non dubito quin Casaris equitati sit cura futurū. Nec enim par est ut impedia grauet omnes, cōpendia redeant ad paucos. Hic urgetur aliquis, quid inquit agis hoc tam prolixo sermone? Dic exerte, censes bellandū an nō? Si mihi loquutus esset dominus, pronunciarē expedite, nunc quid optem proclius est dicere, quid futurū sit nō item: attamē nec præcius euetus, nec satis cognitas habens negocij circūstantias, monarcharū prudentiæ materiā suppedito uigilantius super hac re deliberādū. Nec bellum dissuadeo, sed ut feliciter & suscipiatur & geratur ago pro mea quidē uirili. Quæ enim negocij ordiamur omnium periculossimum, aut in summū orbis Christiani malū exeat oportet, aut summā adferat felicitatē. Quid, feremus igitur impune quæ Turcarū immanitas in nos & fecit tot seculis, & facit, & futuram minatur? Durū quidē fateor, sed hoc tamen quamuis durū ferre præstat, si ita uisum est domino, quæ nobis panolethriā accersere. Illud in primis erat optabile, si liceat Turcarū ditiones ita subigere quemadmodū apostoli cunctas mundi nationes subegerunt imperatori Christo: proximū esto uotū, sub armis hoc potissimū agere, ut se uictos esse gaudeant. Ad id præcipue conducet, si uiderint Christianismū nō esse uerba, sed in nobis conspexerint mores Euangelio dignos. Tum si mittantur in messem integri præcones, qui non quærant quæ sua sunt, sed quæ Iesu Christi. Postremo si qui nondū possunt alluci, sinantur aliquandiu suis uiuere legibus, donec paulatim nobiscū coalescant. Sic olim imperatores Christiani paulatim aboleuerunt paganismū. In initio patiebantur illos æquo cū nostris iure uiuere, sic ut neutri alteris facefferent negociū. Deinde tēplis idolatrarū a demerūt sua priuilegia. Postremo uictimas ab illis immolari palā, ueruerūt, mox omnē simulacrorū cultū submouerūt. Ita sensim inualecēte nostra religione paganismus extinctus est, & Christi Trophæa mundū uniuersum occuparūt. Hæc ex nostris literis, quibus nō optime cū bello cōuenit, ad te scribere uisum est uir clarissime, quo tuū prouocare ingenium, ut ex legū oraculis in quibus præcipuā laudē obtines, nobis meliora proferas. Quod ut facias te etiā atque etiam rogo. Rem facies nō alienā à Rincorum cognomine, quorū hæc omnium cōsentu præcipua laus semper fuit, quod unice studio habuerint habeantque de rep. quæ optime mereri. Dominus Iesus te cū tibi charissimis seruet incolumē amice incōparabilis. Datum apud Friburgum Brisgoiæ, 17. die Martij. Anno à Christo nato M D XXX.

CONSULTATIONIS DE BELLO TVRCICO PER
Des. Erasmum Roterodamum, Finis.

ORNATISSIMO PRAESVLI EIDEM
QUE ILLUSTRIS. PRINCIPI. D. D. CONRADO, EPISCOPO
Vuircenburgensi, orientalis Francie duci, Des. Erasmus
Roterodamus S. D.



Maximae cuiusdam felicitatis loco deputo praesul ornatissime, quod tantus princeps hunc infimae fortis homunculum, in tuam clientelam, atque adeo, quae tua est benignitas, in tuam amicitiam recipere dignatus sis, id quod non vulgaribus etiam argumentis testatum esse uolueris. Quanquam non hinc perinde magnam cepi uoluptatem, quod uiri summa utriusque status dignitate pollentis, & antiquissimis maiorum imaginibus cum primis clari, fauorem nactus essem, atque ob id, quod in summam spem erigerer, fore ut aliquando haec religionis Christianae tempestas nobis in tranquillitatem uerteretur, postea quae summatis uiris, ecclesiae clauo assidentibus sacras literas, ueramque pietatem cordi esse uidebam. Sed optimo iure uidear ingratus, si tam optabile bonum, quod tua singularis humanitas occasione leuiter submonita uerius quam prouocata tam amanter obtulit, ego mea negligentia patiar obsolescere. Nam hominum beneuolentia quemadmodum diutino silentio, siue ut eleganter a Graecis dicitur, ἀπρὸς ἡσυχία, primū refrigerat, dein paulatim emoritur: ita uicissitudine literarum, & officiorum ultro citroque comitantibus alitur ac uegetatur. Verum ne tuam R. amplitudinem inanibus appellarem literis, quae nihil haberent praeter uulgare saluationis officium, psalmum adiunxi quem in hoc ipsum recenti lucubratiuncula enarraui, quo non solum te tui clientis commonefaceret, uerum etiam ceu xenium quoddam reponi posset, quotiescunque luberet depromere, uel aliquid oblectamenti curis defesso, uel ab externis negocijs ad sacratiora secedenti nonnihil utilitatis allaturū: si quid tamen omnino hic est, quod tali praesuli, ulli possit esse usui. Certe per te alijs non parum fructus accersurum spero. Nec dubito quin optimus pastor in tuis lucris numeres, quicquid ullo pacto gregis dominici pietatem uel adiuuat, uel excitat, Cui fouendo tuendoque, te summus ille pastorum princeps ut quam diutissime seruet incolumem precor. Vetusissimus mos est, ut clientes ac liberi subinde misso munusculo gratam erga patronos uoluntatem testarentur. Puta igitur hanc esse strenulam a clientulo, tenuis quidem fortunae, sed deuotissimi profectam. Apud Friburgum Brisgoiae nono Calend. Martias. Anno a Christo nato
M D XXX.

ENARRATIO PSALMI XXXIII. BENEDICAM DOMINO IN
omni tempore, per Des. Erasmus Roterodamum.



Vltum discriminis est fratres unice dilecti inter adamantem & uitrum, sed multo plus discriminis est inter corpus & animū, longe plurimū uero inter res diuinas & humanas. Hoc ideo uisum est praefari, ut spectaculo quod hodie donante Christo, uobis exhibere studeo, oculos atque aureis dignas accommodetis. Nam ita demum fiet, ut ex eo, quum uoluptatis plurimū, tum utilitatem inestimabilem referatis. Qui sedent in amphitheatris, spectaturi gladiatorum paria, aut histriones comœdiam tragicœdramque saltaturos, quoniam oculos et aureis adferunt talibus spectaculis dignas, è theatro ferè discedunt seipsum deteriores. Tales oculos, tales aureis si quis habet uestrum, oret dominum ut ipsi dignetur impartiri oculos mundi cordis, quibus cernuntur spiritalia, aureis puras, quibus percipiuntur arcana coelestis sapientiae. Tales oculos, tales aureis, nec natiuitas dat, nec medicorum ars: solus ille cuius spiritu renascimur, nouatque totū hominem, tales oculos inserit animis nostris, tales aures addit spiritui nostro. Illius igitur benignitatem pulsatis uotis communibus charissimam, ut quod ex nostra imbecillitate non habemus, de suae bonitatis abundantia largiatur. Alioquin si quod proferetur oculis humanis spectaueritis, uereor ne nihil eximium uideatur, sed tale quiddam, qualia permulta leguntur & in prophanis historijs. Sed ne pluribus morer charitatem uestram, adfero psalmum 33, ad cuius enarrationem priusquam accedamus, diligenter excutiendus est titulus, qui nisi nobis argumen-

argumentum indicasset, ex ipso psalmo quis potuisset colligere? Habet autem ad hunc Titulus psalmodum: Psalmus Dauid quum mutauit uultum suum coram Abimelech, et dimisit eum mihi. & ab ipso. Historia contextitur libro regnorū primo. cap. 11. Eam non ab re fuerit uobis paucis repetere, quo caetera liquidius intelligatis. Postea quae Dauid rebus praecclare gestis sibi grauem Saulis inuidiam conflasset, ac tandem indicio Ionathae cognouisset immedicabilem regis iram, qui certum consilium ceperat de quaqua uia tollendo Dauid quae oderat, spem incolumitatis non alibi quae in latitando fugitandoque ponens, contulit se in ciuitatem Nobeam uiam è sacerdotibus, sitam in regione Galaad, ubi tum agebat Abimelech sacerdos. idem dicitur Achis, pronepos Heli. Ad hunc Dauid confugit & solus & inermis, nec ille cuiquam fidebat, nec cuiquam tutum erat seu fauere seu fouere Dauid: adeo terribile fulmen habet regis indignatio, praesertim stulti & furiosi, qualis erat Saul. Sicut fremitus, 19 leonis, ait sapiens ille Dauid filius, sic & ira regis. Ac rursum. Graue est saxum et onerosa 27 harena, sed ira stulti utroque grauior. Ira non habet misericordiam. Cum tali rege res erat nostro Dauid, qui simul & stultus erat, & arrogans, & inuidus, & lymphatus. Abimelech sacerdos admiratus quod incomitatus ueniret, percotatus est quid esset nouae rei. Dauid hoc commento sacerdoti exemit suspicionem, ut diceret sibi regem mandasse quiddam arcani negocij, cuius neminem uellet esse conscium, eoque pueros suos certis locis iussisse commorari, donec mandata peregerit. Iam sacerdoti praclusa erat uia plura sciscitandi, qui sciret non esse tutū scrutari principū arcana, Sed Dauidem urgebat aliud periculum, famis: hac compulsus rogat ecquid panum haberet in promptu, aut aliud quiduis quod sedare famem posset. Vehemens fames fuerit oportet, quae nullum cibi delectum habebat. Nec tutum erat aliunde petere, ne hac occasione innotesceret. Abimelech negauit sibi quicquid esse panum, praeter panes sacros, quibus nefas esset uesci, praeterque solis sacerdotibus: attamen cupiens periclitanti subuenire, percotatus est num essent illius pueri puri à congressu foeminarum. Dauid rursus dissimulans solitudinem suam, respondit intra triduum pueros suos fuisse pueros à coitu: Et adiecit, nihilominus eam uiam non esse puram, quae & ipsa tamen esset purificanda per uasa pura, iuxta illud beati Pauli. Omnia munda mundis. Sacerdos ob humanitatem ausus est aliquid de legis rigore relaxare: at Dauid qui spiritualis erat, docet eam legem abrogatam esse quoties periclitatur salus hominis, siue purus sit à coitu, siue impurus: Corpus enim hominis sanctus est sexcentis panibus propositionis. Et hoc factum Dauidis approbauit in Euangelio dominus, eoque exemplo sibi discipulisque patrocinatur aduersus Iudaeorum calumnias. Refectus est Dauid, accinctus est gladio Goliath, quo Dauid illum interfecerat. Is enim illic ut res sacra pulcherrimique facinoris monumentum seruabatur inuolutus pallio post Ephod. Dauid expedierat quum incomitatus uenisset, sed sacerdos demirari poterat, quum prorsus uenisset inermis strenuus ille bellator. Huic quaestioni occurrit Dauid, dicens regis negotium tantam requirere celeritatem, ut non uacaret arma tollere. Erat aliquid humanitatis in sacerdote, sed ea nimio consistit illi. Saul enim ut indicio Doech Idumaei cognouit quod Abimelech pauisset armassetque Dauid, proque eo consulisset dominum, accitos ad se sacerdotes iussit interfici, nec hoc contentus. Nobis ciuitatem internectione deleuit, nec lactentibus pueris, nec lactantibus matribus, nec bubus, nec alinis parcens. Hinc conspici licet, quomodo odio Saul fuerit in Dauid, qui tam inclementer sauijt in innoxios. Pulchre se purgauit Abimelech, sed ira caret iudicio, nec aures habet dementia. Porro quoniam Dauid repperit illic Doech Idumaeum, qui pascibat mulos Saulis, sentiens minime tutum esse illic haerere, profugit ad Achis regem Geth, sperans sese apud alienigenas ignotum posse latere. At protinus obfuit illi uirtute parta fama. Agnitus est à seruis Achis, qui dixerunt. An non hic est Dauid rex terrae? An non hic est cui mulieres in foris caneant, percussit Saul mille, Dauid autem decem milia? Haec erat cantio, quae praecipue Saulis animum irritarat in Dauidem: Haec uoces tam inuidiosae altius descenderunt in cor Dauid. Oderat eum ut apparet, quondam hostem, & inuidebant uictori prostratum Goliath eius gentis fortissimum uirum. Fortassis & gladius agnitus refreuit speciosi factoris memoria. Iam illud rex terrae, non tantum ad Saul, sed etiam ad Achis regem pertinebat Getheorum principem. Quid hic restabat nisi mors? Dauid igitur ad extremas artes confugit. Cum à satellitibus regis attraheretur ad Achis, mutauit os suum, furorē simulans, subinde collabens inter manus ducentium, impingens in ostia

ostia portæ, diffuebantq; saluæ in barbam eius. Hoc tam deformi spectaculo rex Achis
 offensus obiurgauit seruos. Cum uideretis, inquiens, hominem insanum, quare illum ad-
 duxistis in conspectum regium? Non decent oculos regum funesta. An desunt nobis fu-
 riosi, ut hoc spectaculum ceu rem nouam exhiberetis conspectui meo? Ita serui regis pro
 officio malam iniere gratiam, iussiq; sunt dimittere Dauid, ne furiosus ingrederetur pala-
 tium regium. Seruatus est homo dementiae specie, quem sua benefacta adduxerant in ca-
 pitis periculum. Adhuc scio, uideamini uobis nihil audiuisse præclari. Nec mirum, conti-
 cem nucis duntaxat exhibuit, siliquam ordei gustastis, clausum Silenum hæcenus osten-
 di. Si dominus dignabitur nobis adesse, dum eruiamus nucleum, dum emolimus simila-
 ginem, dum expandimus Silenum, delectabuntur animi uestri spiritualibus delicijs, par-
 scentur cibo salutari, obstupescunt ad diuinæ sapientia contemplationem. Alioqui quod
 ad rerum gestarum nudam commemorationem attinet, multa similia leguntur in propheta-
 nis historijs. Sic Vlysses simulata dementia studuit domi relinquere. Sic Iunius Brutus, dum
 se stupidum fingit, effugit periculum. Et frequenter ad easdem artes confugunt homi-
 nes scelerosi, cum non datur alia elabendi rima. Verum ablit ut quisquam Christianus
 existimet hic nihil aliud esse, quam rerum gestarum simplicem historiam: quia quod ges-
 tum est, non fortuito gestum est, sed peculiari dispensatione dei. Peculiari inquam, quia
 nihil geritur nec in rebus humanis, nec in rebus angelicis, nisi numinis arbitratu. Sed non
 omnia sic gesta sunt, ut altiora quædam nobis delinient. Si aperuerimus Silenum, uide-
 debimus in Dauid illo mortali, latitare alium Dauid multo sublimiorē, in Saule alium ty-
 rannum longe pernicioso rem. Si aperuerimus oculos fidei, in illo profugo, famelico, mu-
 tante uultum suum, & tot obnoxio periculis, uidebimus uere dictum regem cæli & ter-
 ræ, dominum Iesum Christum: in Saule inuido, superbo, furioso, & sitiente sanguinē in-
 nocentum, uidebimus illum deuotum humani generis hostem, principem tenebrarum, et
 huius mundi dominum, ut ait Paulus, qui primum electus à deo, post ob superbiam re-
 iectus est à facie domini, quemadmodum & Saul: qui statim ab orbe condito, inuidia sti-
 mulatus pertraxit hominem in ruinam, & Christum tyrannidem illius demoliturum, o-
 mnibus machinis conatus est extingueret. Aperui fores sed priusquam hoc adytum subea-
 mus, capita nostra submittamus oportet, alioqui sublimes illidemur. Humile est ostium,
 sed intus aperitur rerum cælestium maiestas. Christus nostra causa mutauit etiā in factis
 literis os suum, mutemus & nos illius causa palatum nostrum, oculos nostros, ut quemad-
 modum hic idem habet psalmus, gustemus & uideamus q̄ suauis dominus. Sapientia car-
 nis inflat, nec turgidos recipit angustus & humilis aditus. Si quis igitur inter uos est, qui
 sibi uideatur sapiens, iuxta Pauli consilium, cum Christo principe mundo stultus fiat, ut sic
 uere sapiens. Quis timent Aristotelica, Auerroica, aut Platonica philosophia, mysticas al-
 legorias in sacris uoluminibus contemnere solent, quidam etiam irridere proq; somnijs
 ducere. Istis quid superest, nisi ut eadem opera Christi & apostolorum auctoritatem rejici-
 ant? Legimus à Mose serpentē æneum erectum in deserto, Historia est, fateor, & quidem
 uerissima. Sed nihil aliud est quam historia? Credi poterat, nisi dominus ipse figuram ape-
 risset in Euangelio dicens. Sicut exaltatus fuit serpens in deserto, ita exaltari oportet fi-
 lium hominis. Ionam prophetam balena quæ absorberat tertio die reuomuit uiuū. Non
 est figmentum, factum est uere quod narratur. Sed nihil aliud nobis figurat? Credamus
 nihil aliud latere, nisi Christus ore suo dignatus est aperire mysterium. Signum inquit, nō
 dabitur ei, nisi signum Ionæ propheta. Quemadmodum enim Ionas fuit in uentre ceti
 tribus diebus ac tribus noctibus, ita erit filius hominis in corde terræ. Videtis quantum
 numē clausit ille Silenus? Legimus Israelitis in deserto pluuisse manna de cælo. Qui non
 credit factum quod narratur, impius est: qui credit eo factio nihil sublimius nobis signifi-
 catum, æque impius est. Siquidem ipse dominus, & ut rem gestam adfert, & allegoriam
 indicauit, dicens Iudæorum patres non comedisse uerum manna, hoc est, panem de cælo
 uenientem, sed duntaxat illius panis figuram. Verum enim manna Christus erat, cuius
 typum gerebat illud quod fluxit Hebræis in deserto. Illud manna corpus alebat ad tem-
 pus, hoc animis simul & corporibus donat immortalitatem. Hierosolymis erat templum
 admirandæ structuræ, summæq; religionis. Nemo nescit hoc esse uerum, sed quid illud
 templum signarit, non omnes sciunt, At Christus nos docuit dicens. Soluite templum
 hoc

Num. 12

Ioh. 3

Matth. 12

Ioh. 6

hoc, & in triduo excitabo illud. Deus non habitat in manufactis structuris, sed in uero tem-
 plo Christo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Videtis q̄ sublime quamq;
 angelis etiam adorandum mysterium latebat in illo Sileno? Longum fuerit singula perse-
 qui. Quæ dominus ita loquitur Iudæis. Si crederetis Mose, utiq; & mihi crederetis, de me
 enim ille scripsit, declarat totam ueteris testamēti scripturam esse de Christo uaticinium.
 Rursum quum ait, Lex & propheta usq; ad Ioannem, declarat eum uenisse, quem & lex
 typis præfigurarat, & uatum oracula promiserant. Cedunt umbræ ueritati, & frustra ex-
 spectantur promissa, quæ id quod promissum est, sub oculos uenit. Similiter quæ ait, Scru-
 tamini scripturas, in quibus creditis uos uitā habere, docet uniuersam scripturā esse mysti-
 cā. Scribæ & Pharisei quibus hoc dictū est, memoriter tenebāt legē & prophetas, sed quod
 in illis latebat scrutari iubentur, ut uere in illis uitam inueniāt. Postremo apud Lucam, am-
 bulans cū duobus discipulis aperit illis scripturas, incipēs à Mose et omnibus prophetis.
 Quid est aperit? Ostendit allegoriā in historia latentē. Quid est, à Mose? A figuris penta-
 teuchi. Hoc interest inter figurā & prophetā. Figura est mutus siue factū loquēs. Prophe-
 tia est uox loquens. Vtrūq; uaticiniū est, licet aliter loquēs. Sex. Tarquinius rebus apud
 Gabios turbatis misit ad patrē Tarquiniū Superbū, qui peteret ab eo consiliū quid in
 hoc statu rerum esset faciendū. Is nihil respōdit, sed duxit hominē in hortum qui erat post
 ædes uelut deambulādī gratia, atq; illic uirga quā manu tenebat, amputauit summa papa-
 uerum capita. Hoc factio, sine respōdo dimisit hominē. Redijt nūcius à quo fuerat missus,
 negat se ullum tulisse responsū. Alter rogat ecquid alioqui sit actū. Ille cum cæteris me-
 morat etiam de papauerum capitibus incisis. Qui uiderat et quod uiderat narrauit, nō in-
 tellexit arcanum: alter intellexit, primores esse decollados. Illud nimirum est quod scribit
 apostolus ad Hebræos. Multifariam multisq; modis olim deus loquutus patribus in pro-
 phetis. Loquutus est condito mundo. Quicquid enim in hoc pulcherrimo theatro uide-
 mus, habet linguam suam: omnia loquuntur, potentia, sapientia ac bonitatem cōditoris:
 quod testatur & psalmus, Cæli enarrant gloriā dei, & opera manū eius annunciat fir-
 mamentum, Non sunt loquelæ neq; sermones, quorum non audiuntur uoces eorū. Non
 solum ergo loquuntur, sed et sublime quiddam loquuntur, atq; imprimis auditu dignum.
 An non magnum est nosse inuisibilem dei naturam? Eam nobis loquuntur res tam mirifi-
 ce conditæ. An nō præclarum est, comprehendere sempiternam dei uirtutem ac diuinita-
 tem? Et hanc deus hominibus patefecit. Quomodo? Loquens per opera ab ipso conditæ:
 quemadmodum Romanis scribens docet Paulus. Non hoc contentus, loquutus est nō
 bis per legis præcepta, locutus est per figuras, locutus est per prophetas, locutus est per hi-
 storias mysticas. Exitus ab Aegypto, transitus rubri maris, profectio in deserto, māiones;
 tabernaculum, columna ignis & nubis, petra fundens laticem, serpens æneus erectus in
 stipitem, manna coelitus desuēs, terra fluens lacte & melle, hæc cæteraq; omnia linguam
 suam habent, nobisq; spiritualem loquuntur sapientiam. Itidem & phasæ, holocaustomata,
 cæteri q; ritus innumeris nobis Christū loquuntur, modo ne surdi simus. Surdi erant Stoi-
 ci, qui negabant mundum esse conditū, Surdi Epicurei, qui negabant illum à deo guber-
 nari. Surdus Anaxagoras, qui negat ullum esse deum. Surdi & hodie Iudæi, qui nolunt
 legem spiritualiter intelligere, proinde somniant adhuc messiam suum, expectant instau-
 rationem templi, expectant sacrificiorum cærimonias. Quid quod ipse Ioannes Baptista
 docuit talibus figuris expressum Christū, qui ait, Ecce agnus dei, qui tollit peccatū mun-
 di. Quid aliud dixit, q̄? Vos antiqua religione celebratis phasæ, macantes agnū absq; ma-
 cula, cuius olim sanguis liberauit uos ab angelo peremptore. Hic est ille uerus agnus non
 Mose, sed dei, qui solus suo sanguine purgabit orbem terrarum ab omni peccato. Succinit
 huic beatissimus ille Paulus. Pascha nostrum immolatus est Christus, Expurgate uetus
 fermentum, ut sitis noua conspersio, epulemur in azymis synceritatis & ueritatis. Quid
 quod idem in alijs compluribus locis dignatus est nobis aperire spiritus mysterium. Mo-
 ses percussit petram & fluxerunt aquæ. Nihil hic ultra literam uidet Iudæus. Quid Pau-
 lus? Bibebant de spirituali consequente eos petra: petra autē erat Christus. Quis ad eum
 modum ausus fuisset interpretari, nisi tam certum haberemus autorē? Idem de manna di-
 cit, Omnes escam spiritualem comederunt. At manna non omnes comederunt: nō enim
 fluxit nisi ad tēpus. Nullus uero Iudæorum seruatus est, qui nō ederit de manna spirituali.

quæ est cœlestis Christi doctrina, quæ fide percipitur. Simile est illud. Omnes sub nube fuerunt, & omnes sub Mose baptizati in nube et mari. Hoc iuxta literam falsum est, iuxta allegoriam uerissimum. Iam quid dicit de duobus Abraham filijs, quorum alterum suscepit ex ancilla alterum è libera? Hæc inquit sunt duo testamenta. Quid quod idem ostendit nobis alterum Abraham, patrem omnium credentium, alteram circumcissionem, quæ est cordis, alias pecudum immolationes. Mortificate membra ueltra, quæ sunt super terram. Idem in tota epistola ad Hebræos quid aliud agit, quam ut totam legem nobis redat spiritualem, describens nouum sacerdotem secundum ordinem Melchisedech? Scribens Corinthijs commemoratis aliquot ueteris testamenti historijs, ne singulis referendis prolixior esset, in summa dicit, Hæc autem omnia in figura contingebant illis, scripta sunt autem propter nos, in quos finis seculorum deuenit. Si omnia illis contigerunt in figura, nihil in literis diuinis mysterio spirituali uacare credendum est. Addamus hæc quod Petrus apostolorum princeps, diluuium & arcam exponit de baptismo & fide, per quam recipimur in ecclesiam, ac salutem æternam consequimur. Idem in Actis, quod Iudæi simpliciter intelligunt de Dauid. Non relinques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum uidere corruptionem: audeat affirmare iuxta literam in Dauid regem non competere, sed uaticinium esse de Christo, cuius anima redijt ab inferis, et in corpus sepultum migrauit. Deinceps Christus iam non moritur, nec mors illi ultra dominatur. Hæc eo pluribus inculcare uisum est, quo simul & illorum errori mederemur, qui non multo religiosius legunt sacras historias, quam Herodotum aut Titum Lium: et eorum fidem ac uigilantiam excitarem, quibus persuasum est in omnibus scripturis diuino spiritui proditis latere Christum. Litera occidit, inquit Paulus, spiritum uiuificat. Non semper occidit litera, sed est ubi occidat prorsus, est ubi nihil aut minimum proficit, sed non uiuificat, nisi perueneris ad Christum. Iudæus circumciditur, & à litera occiditur. Clamat Apostolus, Si circumcidamini, Christus nihil uobis proderit. Qui legit serpentem æneum sublatum in stipitem, & à serpentium morfu liberatos, qui in illum intenderant oculos, non peccat si credit historiæ. Sed quid fructus? Si credit hoc naturæ ut factum, nihil est fructus. Si uirtute dei, aliquid est fructus, sed non liberatur à peccatis, nisi qui in Christum crucifixum intendit oculos. Ibi demum uita est, ubi Christus est. Hæc autem admonitio, non hic tantum uobis utilis erit, sed quotiescunq; aliquid è diuinis libris uel audietis recitari, uel ipsi legetis. Nunc si placet redeamus ad spectaculum, quod oculis nostris proponit spiritus sanctus. Non nouum est in arcanis literis Dauid gerere personam Christi, qua de re nobis alijs satis multa diffusa sunt. Noster itaq; Dauid manu fortis, cui pater cœlestis destinat regnū ecclesiæ, quemq; unxerat oleo licticæ præ parteipibus cunctis, siue Mosen proferas, siue patriarchas, siue prophetas, siue prophetis superiorem Ioannē Baptistam, dum studet electos suos à tyrannide diaboli liberare, nullo non genere insidiarum fuit impetitus: primum arte dum tentatur in deserto, quod idem in Dauid molitus est Saul, sub prætextu affinitatis obijciens illum periculis, non ut uinceret, sed ut periret. Saul habuit seruos suos furiosæ crudelitatis ministros, & diabolus per Scribas & Phariseos, per impios Iudæos ueluti per organa sua, quid non machinatus est in Christum? primum inferens in pectus illorum occultam inuidiam, quæ mox erupit in obrectationem. Non est hic à deo qui non custodit sabbatum, Nos scimus quod Christus manet in æternum: & si hic esset propheta, sciret quæ & qualis sit mulier quæ tangit ipsum: & uini potator est, cum publicanis & peccatoribus agitans conuiuia. Hoc hylcus in crudescens erupit in manifesta conuicia, Samaritanus es et dæmonij habes, præsidio Beelzebub eijcit dæmonia. A conuicijs uentum est ad lapides, & ad præcipitium. Tandem spiritus domini malus inuasit scribas, phariseos & sacerdotes primum, mox seniores, principes, denique uniuersum populum, ut uno ore clamarent omnes, tolle tolle, crucifige eum. Quoties autem suauissimus ille citharæcedus omnes modulos incinuit, omnes cœlestis musicæ chordas mouit, ut furorem hunc ex animis Iudæorum eximeret, aut certe mitigaret, nunc blandissime inuitans ad salutem, nunc adhortans ad poenitentiam, nunc promittens æternam felicitatem, nunc reuincens illos testimonijs, nunc increpans ac minitans uæ, nisi respicerent? Nihil profecit, semper in peius creuit ira Saulis. Inuidiam conceperat ex beneficijs Dauid, urebat uox illa canentium, percussit Saul mille, Dauid autem

decem

decem milia. Urebat uox puerorum, Benedictus qui uenit in nomine domini rex Israel, osanna in excelsis. Ac frequenter conspectis miraculis populus magnificabat deum, dicens: Propheta magnus surrexit in nobis, et uisitauit dominus plebem suam. Hæc cantio spargebatur de Christo per uniuersam Iudæam, insuper & per regiones Iudææ finitimas. De Phariseis nihil simile canebatur, quia nihil simile faciebant. Hinc agitabat illos spiritus Saulis, nec audiebant uocem incantantis sapienter, sed cū Saule dicebāt, Quid superest ei nisi regnum, nobis in ordinem coactis: Quid facias illi morbo, qui remedijs ad motis in crudescit? Quid facias illi uulneri, quod malagmatis exasperatur? Pellebat dæmones, mundabat leprosos, aperuit oculos cæcis, erigebat cōtractos, sanabat agrotos, excitabat mortuos, docebat, pascebat, hortabatur, pollicebatur. Quo plus in illos beneficiorum cōtulit, hoc magis exacerbabatur illorum odium in benemeretem. Multa, inquit, bona opera ostendi uobis, propter quod horum lapidatis me: Saul obijciebat Dauid quod esset hostis, quod assectaret regnum. Quid Pharisei Christo? quod abrogaret legem, quod seduceret populum, quod loqueretur blasphemias. Tot annorum milibus diabolus sequebatur in homines pios, exorsus ab Abel, imò sauebat in Christum per membra Christi, operas per organa sua, donec ueniret ipse Christus, immutans uultum suum coram Achis, quanquam & coram Abimelech mutauit uocem suam, dissimulans fugam ac simulans legationem, aliud agens, aliud præ se ferens. In Dauid mendacius esse uidetur, quum sit dispensatio: in Christo nihil est affine mendacio. Totum est consilij diuini quod agitur, Quædam coelauit dominus, quædā simulauit, quædam ita loquutus est, ut sciret tum tēporis non intelligenda: sed nihil horum non conducebat ad salutem nostram, nec erat illa uanitas fallens, sed charitas sese ad nostram imbecillitatem demittens. A sacerdote passus est, sed panibus sacris, præuidens ad ceremoniarū legalium abrogationem: à sacerdote armatus est, ut ipsa lege cōuinceret, legis sedulos quidē professores, sed malos interpretes. Hic est gladius quē strinxit in Phariseos falsa legis scientia turgidos et eodem illos iugulauit, à quibus acceperat. Christus cuius filius est? Quarit gladium, illi porrigit dicentes, Dauid. Armatus est noster Dauid. Quomodo iugulat? Quomodo ergo, inquit, Dauid loquens in spiritu uocat eum dominum, dicens: Dixit dominus domino meo, sede à dextris meis? Hoc gladio iugulati obmutuerūt, quia nō intelligebāt Christū iuxta corpus assumptū esse filiū Dauid, iuxta diuinā naturā esse dominū Dauid. Rursum calumniantibus Phariseis, quod discipuli per segetem iter facientes sabbato uellerent spicas, dominus ex hoc ipso loco petit gladium. Non legis quid fecerit Dauid, quando necessitatem habuit & esurijt, quomodo comedit panes propositionis, quibus ueluti fas non erat, nisi solis sacerdotibus? Quid hic responderunt pharisei? Verbum non audimus, sed suo gladio iugulati obticuerūt. Non ausi sunt negare factum, quod refertur in libris quorū etiā apud illos erat sacrosancta autoritas, non ausi sunt damnare factū, ne laderēt maiestatem Dauidicam nominis, de quo præcipue gloriabatur. Sed audi uulnus letale. Sabbatum propter hominē factum est, & non homo propter sabbatum. Itaq; dominus est filius hominis etiam sabbati. Quoties in euangelio legimus, & nō poterant respondere ei, toties Dauid noster strinxit gladium in superbum Goliath. Rogatus quod est maximum mādaturū in lege, ait: Quomodo legis? Respondit Phariseus, Diliges dominum deum tuum, ex toto corde tuo, ex tota anima tua, ex totis uiribus tuis, & proximum sicut teipsum. Porrexit Abimelech gladium, eum strinxit in iugulum pharisei. Hoc fac & uiues. Phariseus enim plenus odij, inuidiæ, gloriæ & auaritiæ, sudebat ieiunijs, prolixis precibus, latis phylacterijs, lotionibus manuum & pedum, id quod erat omnium caput negligēs. Achimelech, sic enim habent quidā codices, interpretatur frater meus rex. Lex quodāmodo diabus cōstat partibus, litera ceu carne, mystico sensu uelut anima. Hi duo sensus quasi fratres sunt, amāt iungi, nolunt distrahi. Iudæi tamen distrahere conati sunt, qui litera pugnant aduersus spiritum. Ita fratres fuerunt Ismael & Isaac. Sed natu maior Ismael, quia iuxta Paulum prius est nō quod spirituale, sed quod animale, & prius est lac solido cibo. Christus ergo spiritualis doctrinæ princeps gladium accepit à fratre, quo iugulet superbos Rabinos literæ ficticia superciliosos, cui è manibus illorum extortæ, si addatur spiritus, fit sermo dei uiuus & efficax, penetrabilior omni gladio ancipiti, & pertingens usque ad diuisionem animæ & spiritus, compagum quoq; ac medullarum, discretor cogitationum & intentionum cordis. Eoq; Paulus non

Tom. 5

D 2 improbat

Luc. 7

1. Cor. 15

Heb. 4

1. Cor. 14.

improbat loqui linguis, sed si ad sit propheta, hoc est spiritualis interpret. Nunc uide fratrem horum discrimen. Si uniuersa ecclesia cōueniat in unum, et omnes loquantur linguis, inirent autē idiotæ aut infideles, nō nne dicent uos insanire: Talis est ille frater natus ex ancilla. Sed si prophetent, inquit, omnes, intret autem infidelis aut idiota, conuincitur ab omnibus, dijudicatur ab omnibus. Occulta enim cordis eius manifesta fiunt, & ita cades in faciē adorabit deū, pronuncias quod uere deus in uobis sit. Quin & famelicus est Abimelech, non habet nisi panes aliquot, paucis alendis paratos: At Christus diues paterfamilias profert de thesauro suo noua & uetera, & ad suum opulentū conuiuium conuocat uniuersum hominum genus, etiam debiles, cæcos & claudos, non tantum Iudæos uelut imitatos. Tanta autē erat apud Iudæos istiusmodi panum religio, ut citius passuri fuerint hominē laicum perire fame, q̄ de sacris panibus quicq̄ impartirent. Quin & hodie Iudæi negant Dauid panes illos edisse, quoniam hoc in historia non est expressum, tantum legitur, quod Abimelech dederit Dauid panem sanctificatum. Credunt Iudæi, Dauidem ad ulterium iunxisse homicidio, & non credunt illum in periculo uitæ gustasse panes sacros. Hi sunt nimirum qui quum bouem in foueam delapsam extrahāt die sabbato, pro impio facinore obijciunt domino, quod homines sanaret sabbato, non pharacis sed uerbo: potestremo quos religio deterruit ne ingrederentur pratorium, quo puri comederent phasem, eos non deterruit religio, ne uirum innocentē, sanctum, ac benemeritum adigerent ad crucem. Abimelech dedisse legitur, sed ubi legitur recusasse Dauid: Et si accepit esurians, quum non comedit: Abstulit religione. Quis igitur petijt? Quis excusauit uasa, atq̄ etiam uiam: Quid his obsecro nanius frigidius? Et huius generis ferē sunt, quibus se uenditant Iudæorum Rabini, quorum utinam inter Christianos nulli sint similes. Iam si tantopere uirgent literam, Dauid non accepit nisi unum panē sanctificatum, At in Euangelio Matthei, Marci & Lucę legimus, quod acceperit panes propositionis, quod ederet dederitq̄ comitibus suis. Nec adeo magni refert ad sensum mysticum, utrum nomen sacerdotis sit Achimelech, an Abimelech, quemadmodum legunt Græci, modo illud conueniat, quemadmodum Ioannes Baptista legis abrogadae typum gessit, ita Abimelech Mosaicae legis iuxta crassiore partem figuram exhibere. Abimelech autē Hebræis sonat pater meus rex. Nimirum ista populi Iudaici uox est, sine fine gloriantis se patrem habere deum & regē. De patre deo gloriantes usurpant illud psaltæ, Ego dixi dñs estis & filij excelsi omnes. Regis autem est dare legem. Et de hac uelut a deo data sese faciunt. Sed non intelligunt finem, id est perfectionē legis esse Christum ad salutē omni credenti. Itaq̄ lex sine Christo mors est, imò lex non est, quia lex, ut ait Paulus, spiritualis est. Vides q̄ insuauis res sit litera, si quis illi tantum asideat. Hoc uno in loco quantum nobis exhibet negotij? Liber Regum nomen sacerdotis ponit Achimelech, siue ut legendum arbitror Abimelech, pro quo Marcus ponit Abiathar. Nam Matthæus & Lucas nomē sacerdotis nō exprimunt. Rursus regem Geth liber Regum appellat Achis, titulus Psalms uocat Abimelech, quum tamen indubitatum sit ad eum locum pertinere psalmū, quū nō reperitur euidentius alibi Dauid coram ullo rege mutasse uultum, ac dimissus abisse. Iam quāta est inter Septuaginta interpretes & Hieronymum lectionis uarietas? Septuaginta sic reddiderūt. Et mutauit uultum suum coram eo, & simulauit in die illo, & tympanizabat ad portā ciuitatis, & saluā eius defluebant in barbā eius, & ferebatur in manibus eius, & concidit ad portas ciuitatis. Hieronymus ita transtulit, Et mutauit os suum coram Achis, et collabebatur inter manus eorum, & impingebat in ostia, portę, &c. Rursus ab utriusq̄ uide quantū dissonet Augustinus. Sic enim legit: affectabat & tympanizabat ad ostia ciuitatis & ferebatur in manibus suis, & prociēbat ad ostia portę, et saluā decurrebant super barbā eius. Quod Græci legūt προσωπιόωτο, aliquis forte uerterat, affectabat: quisquis enim simulat, affectat uideri quod non est. Simulabat enim insanias, quum sanę mētis esset. At diuus Augustinus hic interpretatur, affectabat, id est, affectum habebat erga genus humanum. Quod interpretatur, de Christo uerissimū est, sed eum sensum huius loci uerba nō exprimunt: nec apud ullum autorē legere memini, affectare positū pro affectū esse. Certe προσωπιόωτο non potest nisi ad simulationem referri. Iam quod Hieronymus uertit, & collabebatur inter manus eorum, Græci legūt, ἡδὲ παρεφίετο ἐν ταῖς χερσὶν αὐτῶν, Et ferebatur in manibus suis. Quod ipsum rursus ambigue dictum est. Potest enim pronome reciprocū pertinere ad Dauid

ad Dauid, potest & ad Achis regem, quasi inter manus illius temere ac furentium more ferretur, quod Hieronymus uertit collabi. Diuus Augustinus sic accipit, quasi Dauid se ipsum ferret manibus suis, & hoc potest habere sensum aliquem. Sic enim solent furiosi, quoniam suum corpus pedibus sustinere nesciunt, huc et illuc prolabentes manibus se sustinere, quod idem faciūt temulentis uacillantes, nonnunq̄ & in terrā procidētes. Verum an hæc uerba accommodentur ad Christum, qui panem consecratum tenens manu, dixit discipulis, hoc est corpus meum, non satis perspicio. Neq̄ enim huic sensui affinis est Hebræica ueritas, quā Hieronymus nobis expressit: neq̄ uerbū quo sunt usi septuaginta, sensum eum patitur. Nam παρεφίετο dicitur nō is qui quocunq̄ modo portatur, sed qui impetu ac temere fertur, quod nō oportet. Item quod Hieronymus reddidit, impingebat in ostia portę, Græci legunt, ἐτυμπαίνετο, hoc est, magno sonitu impellebat ostia. Verum an hic quadret allegoria de corpore Christi, quod in cruce distentū mirū edidit sonitum, alijs expendendum relinquo. Ad hæc Græci bis ponūt ad ostia ciuitatis, quum Hieronymus ciuitatis nullam faciat mentionem, semel tantum habet ad ostia portę. Et cōgruentius uidentur intelligi fores palatij regij. Nam mox sequitur, ne ingrediatur domū meā, nisi libet accipere regiam domum portę ciuitatis fuisse proximā. Quod sanē non uidetur dictū absurdum, solent enim principum arces, aliqua urbīs portā cōplecti, et in portis urbū apud Iudæos exercebantur iudicia, quod proprium regum munus. Huic opinioni suffragatur, quod Absalon aspirās ad regnum mane in porta præbebat se cognitorem causarum. Item illud psalmi, Non confundetur quum loquetur inimicis suis in porta. Nec abhorret hinc quod ex Hebræorum ut suspicor commentarijs adfert is, qui diui Hieronymi commentarium in psalmos inexpliabili sacrilegio cōtaminauit, Dauid in porta ciuitatis agnitum a ministris regis, a quibus quum timeret occidī, cōfugisse ad palatū regium. Ex his liquet in his quæ uertūt septuaginta, quæq̄ reddidit Hieronymus, quæq̄ ex uetere æditiōne legit Augustinus, in uerbis duntaxat esse dissonantiam, in sententiā concordiam, licet prima specie uideatur & hic esse discrepantia. Et ecce tibi alteram salebram, quæ remoretur cursum nostrum. Liber Regum narrat Dauid ad Abimelech uenisse solum, quum Euangelistā narret ipsum cum famulis comedis de sacris panibus. Rursus quomodo comederunt de panibus, quum Abimelech non dederit nisi panem? Hoc prius quidam sic expediunt, ut dicant illum non prorsus uenisse solum, sed absq̄ solito comitatu, ueluti qui cōsuevit ambulare comitatus quinquaginta famulis, si ueniat duob. tantū comitatus, solus uenire dicitur. Potest autem fieri ut Dauid uere de panibus cōmunicarit pueris alicubi latentibus, ne per illos agnosceretur. Iam donemus Dauid uenisse prorsus incomitatū, nihil non uidetur periclitari fides Euangelica. Illic enim disputatur quid liceat, nō quot fuerint uescētes sacris panibus. Sacerdos credebatur Dauid alicubi collocatos habere famulos, quibus uellet impartiri panes sacros: assensus est, ac tradidit. Quod igitur ad sacerdotis permissum attinet, comederāt et pueri. Nulla uero scriptura significat in hoc reprehensum esse Abimelech. Siue igitur comederūt pueri Dauid, siue solus ipse comedit, eque ualet exemplū ad coarguendos Iudæos calumniātes. Puerorum autem ideo fit mentio, quoniam Dauid erat propheta, æquandus dignitati sacerdotum. Itaq̄ poterant obijcere Pharisæi, Quid tuos discipulos confers cum Dauid, qui non erat omnino laicus, ut tui sunt? Certe cum pueris Dauid mere laicis conferri poterant. Et illis concessum est in fame quod manifeste prohibet lex: uos in meis calūniāmini, quod concedit lex, excepta sabbati calūniā. De pane & panibus facile soluitur nodus. In libro Regū panis nō indiuiduū, sed speciem significat, qua distinguitur ab alijs edulij: In Euangelio secus accipitur. Si quis uerbi causa dicat, hoc triduo nihil comedit nisi panem, uere dicit, etiam si decē panes interim edisset, modo ne aliud edulij genus. De nominibus uidetur esse nodus explicatu difficilior, Marcus nominat Abiathar, liber Regum Abimelech: atq̄ hic idem tertium habet nomen eius, uidē libri cap. 14. dicitur Achias. Hoc, ne cui dubiū sit, additur patris, patruī, auī & proauit nomē. Et Achias filius est Achitob, fratris Ichabod, filij Phinees, qui ortus fuerat ex Hebraeo sacerdote. Item multum interest inter Abimelech & Achis, ut non queat prætextū uocū affinitatem dedisse locū errori. Inter Achiam & Achim multa similitudo est, quum ille sit sacerdos, hic rex. Quanquam in Regnō libris postea Dauid legitur cōfugisse ad Achis regem Gethæorum, & sub illius uexillis pugnassee aduersus Saulem. Id quoniam uide-

tur absurdum, ut quem paulo ante tantopere metuerit, mox belli socius esse uoluerit. Hebraei dicunt hunc Achis superioris esse filium, dictum autem filium Maach non Achis, quod pater illius Dauid abiecerit, eoque suppressum patris cognomen, & matris additum, quare dicebatur Macha. Huiusmodi rerum ac uerborum uarietas, quoties incidit in claris quidem, sed tamen prophanis rerum scriptoribus, accidit autem frequenter, fatemur aut obliuione factum, aut infcitia, aut alio quopiam casu. Neque raro fit, ut inter uaria narrantes nemo sit qui dicat uerum. Quid mirum, quum ne illic quidem ubi maxime consentiunt, semper uera narrant? Absit autem ab animis Christianorum, ut si quando in sacris libris similis occurrat species, suspicentur obliuionem aut errorem prophetae. Titus Lilius, Thucydides, Herodotus, Plutarchus, ceterique huius generis, docti, facundi, diligentesque fuerunt, sed quoniam nihil aliud erant quam homines, subinde falluntur & fallunt. At coelestis ille spiritus, cuius a flatu prodita sunt sacrae litterae, nec labi potest, nec fallere nouit. Huic fundamento innixi, si qua species occurrat, quae remoratur intellectum nostrum, posteaquam exploratum habuerimus nihil esse commissum incuria librorum, existimabimus uerborum dissonantia nostram oscitantiam excitari, ac specie absurditatis nos admoneri, ut latens ibi mysterium scrutemur. Quod si non assequimur, agnoscamus uel tarditatem uel indignitatem nostram, non criminemur scripturam, consulamus eruditiores, ipsi pulsemus dominum, ut in nobis thesaurum abditum aperire dignetur. Proinde hoc loco quoniam uidemus mutata nomina, quoniam constat non esse librorum errore commissum, persuasum habeamus ipsam mutationem non uacare mysterio. Primum extra controuersiam est, hunc sacerdotem fuisse binominem, cap. 21. dicitur Abimelech, cap. eiusdem libri 14. dicitur Achis, siue ut alij pronunciant Aias. Quid autem uetat eundem esse trinominem, quales aliquot habent diuinae litterae. Sunt qui alia ratione difficultatem explicant. Regum liber Abimelech appellat simpliciter sacerdotem, Marcus autem appellat Abiathar sacerdotum principem, atque hunc putant illius esse filium, Potest autem fieri, ut filius tunc primas tenuerit, & quod gestum est communi consilio ab ambobus gestum sit. Iam non temere est, quod Mathaeus & Lucas nomen supprimunt, Marcus exprimit, sed aliud quam habet Regum liber. Sacerdos autoritatis nomen est, & hic quaerebatur autoritas: & fortasse nomen expressum apud aliquot minusset sacerdotis autoritatem, ac praebisset ansam calumniae. Denique ut probabile est, nomen Abiathar & notius & gratiosius erat apud Iudaeos, quod is solus eade facerdotum elapsus, adiunxit se comitatu Dauid, socius omnium periculis. Nam cap. 22. legimus eum qui se iunxit Dauid fuisse filium Abimelech, an idem fuerit Abiathar, quem Marcus appellat summum sacerdotem, non admodum liquet, certe dissimile ueri non est. Marcus igitur factio praetextens autoritatem expressit nomen gratiosius, & addidit summi sacerdotis titulum, ne Iudaei dicerent, quid nostra refert, quid fecerit hic aut ille? Quid autem sonat Abimelech? patris mei regnum. Audis typum Iudaei litterae regnum asserentis, & omnes a libertate spiritus ad litterae seruitutem pertrahere conantis. Quid Abiathar? pater meus ros. Agnoscis populum spiritum legis amplectentem, cui ros de caelo ueniens nouo cibo recreat animos credentium. Abimelech occiditur, littera cum caeremonijs abrogatur. Abiathar recipitur in consortium Dauid. Vbi nunc Iudaeorum templum? Vbi sacerdotium? Vbi ritus? Delata sunt omnia, solus Abiathar seruatus est, qui se per fidem adglutinauit Dauid manu forti. A littera tamen Christus accepit panes & gladium, sed panes fregit & benedixit, ut fierent cibus spiritualis: gladium strinxit in arrogantes, scripturarum testimonijs eos reuincens, atque ipsum etiam tentatorem iugulans. Lege Euangelium, & inuenies Christum satanae scripturarum testimonijs insidiatum, nihil respondere nisi per scripturas. Scriptum est, non tentabis dominum deum tuum. Scriptum est, Non in solo pane uiuit homo. Scriptum est, dominum deum tuum adorabis & ipsi soli seruias. Verum huius mysterij tractatione, quoniam ad id quod agimus proprie non pertinet, non morabor diutius pietatem uestram, ad illa properans, quae huius argumenti sunt peculiaritatis. Achis est in libro Regum, Abimelech in titulo. Varietas haec non est erroris, sed mysterij. Nihil absurdum sit si quod a doctis iuxta ac pijs hominibus dictum est, credamus hunc regem Geth fuisse binominem: sed hanc quaestionem praesci scripturarum enarratores, quorum & diuus Basilus admodum probabiliter expedierunt. Putant Achis fuisse nomen ei regi proprium, Abimelech quasi praenomen multis commune. Quae admodum apud Romanos Iulius proprium nomen

nomen est C. Caesaris, at Caesaris appellatio post dimanauit ad omnes illius successores. Sic & Augusti cognomen factum est omnium commune. Idem & Claudij, Neronis, Vespassiani, Pij, Antonini, multorum fuerunt communia. Similiter apud Aegyptios multos Pharaones ac Ptolemaeos legimus. Siquidem Abraham repperit in Aegypto Pharaonem regem, dein Ioseph sub Pharaone fuit. Rursus post quartam generationem Pharaon regnauit tempore Moysi. Ac multis post seculis Solomō Pharaonis regis Aegypti filiam duxit uxorem, ut narrat Regnorum liber 3. cap. 7. Sic plerique reges Geth dicti sunt Abimelech, licet huius proprium nomen fuerit Achis. Nam Geneleos 20. legimus Abimelech regem Arare, temporibus Abraham. Itē capite 26 eiusdem gentis rex memoratur Abimelech quum illic peregrinaretur Isaac patre mortuo. Tamen si nusquam, quod equidem sciam, legitur hic Achis Getheorum rex dictus Abimelech, nisi quod adfertur a praescis doctoribus, quibus uisum est psalmi titulum congruentius accommodari ad Getheos, apud quos Dauid simulauit insaniam, quamuis fateantur eum ad utranque historiam pertinere. Apud utrumque mutauit faciem suam Dauid, apud Abimelech sacerdotem dissimulans metum, & simulans accelerandum negotium regis. Apud Achis dissimulans sanam mentem, praeseferens insaniam. Et hoc est mutare uultum, quem admodum qui spem uultu simulat, premit altum corde dolorem, utique mutauit uultum. Quin et de domino legimus, erat facies eius uadēs Hierosolymam. Mutauit uultum quum Magdalenae uidereur hortulanus, quum discipulis euntibus Emauntem uideretur hospes uiator. Habemus causam mutati nominis, superest ut inquiramus mysterium. Quid sonat Abimelech? Pater meus rex. Quid Achis? quomodo est. Abimelech igitur nomen est de generis nobilitate gloriantis. Achis nomen est mirantis ac diffidentis. Iam si dominus aperuit oculos uestros, si aperuit aures uestras, nimirum uidetis incredulum synagogae populum, sine fine gloriantem, quod patrem habeat deum, quod ceteris gentibus idola colentibus, solus unum deum agnoscat: auditis iactantes, Nos Abraham filij sumus, nec unquam seruiuimus ulli: sed omnia falso. Neque enim deum patrem nouit, qui filium illius non agnoscit, & impudenter se iactant colere deum, qui factis deum abnegant, eoque audiant a Christo: Vos ex patre diabolo estis. Et absurde se gloriantur esse filios Abraham, qui fidem Abraham nolunt imitari. Mentuntur denique quum dicunt, nemini seruiuimus unquam, qui litterae, qui uitij omnibus, qui diabolo seruebant. Agnoscit opinor charitas uestra quis sit Abimelech, apud quem Dauid noster mutauit os suum. Sed idem Abimelech sit Achis, quum audites coelestem Christi doctrinam, quum uidens miracula, mirans, calumnians ac diffidēs dicit: Quomodo est? Homo carnalis, quoniam non percipit ea quae spiritaliter iudicantur, nunquam non dicit: Quomodo est? Sic Nicodemus, quomodo potest homo nasci denuo quum sit senex? Eadem tamen uox esse poterit discere cupientis. Sic illa sanctissima uirgo loquitur angelo: Quomodo fiet istud? Et apostoli dicunt, domine ediffere nobis parabolam. Hac specie pharisaei frequenter adorti sunt dominum, sed insidiantes, non discendi auditi: Licet dare censum Caesari an non? Quod est magnū mandatum in lege? Quid boni faciens uitam aeternam possidebo? Quomodo didicit litteras? Quomodo dicit patrem suum deum, quum sit fabri filius & Mariae, & fratres eius apud nos sunt? Quomodo hic potest esse Christus, quum se dicat moriturum? Quomodo facit miracula, quum sit homo peccator, uiolans sabbatum? Quomodo hic dicitur messias, quum sit Nazarenus, & Christus nobis promittatur ex Bethleem? Uiuat adhuc Abimelech & Achis in nostrorum Iudaeis, quos ita loquentes audimus: Quomodo lex abrogata est, quum deus promiserit nobis testamentum sempiternum? Quomodo Christus potuit nasci de uirgine? Quomodo potest credi Messias, quum non liberarit populum suum? Quomodo potuit esse deus, qui crucifixus mortuus ac sepultus est? Quomodo poterit reuiuiscere semel extinctus? O infelices Getheos, opprimentes gratiam Euangelicam, ac miseranda oppressos seruitute, non tantum externa, leuis est illa calamitas, sed animorum. Vtinam dominus aliquando dignetur illis innouare cor, ut ex Getheis quod dici nolunt, quum esse gaudeant, fiant Iudaei, quod dici gaudet, quum nihil sint minus, Iudaeus consentis nomen est. Quid hoc ad illos, qui & ore, & corde, & factis Christum abnegant: nec abnegant tantum, sed blasphemij incessunt nomen illud angelicis etiam potestibus tremendum & adorandum. Ad hunc populum inaniter gloriosum iuxta nomen Abimelech, & incredulum iuxta uocabulum Achis, uenit Dauid noster. Frustra enim

Luce 9

1. Cor. 2

tot prophetas ad illos miserat, quos crudeliter interfecerunt. Quid faceret? Venit ipse, sed immutauit uultum suum. Non apud patrem, mansit enim uerbu deus apud deum in ea claritate quam habuit antequam mundus nasceretur, sed apud Achis mutauit uultum, assumpta forma serui, & habitu repertus ut homo, coelauit illam faciem, quae est imago dei inuisibilis, & splendor gloriae eius, & assumpto corpore humano uenit quasi personatus. Absit inuidia uerbo: sic enim expediebat his quibus remediandis uenerat. Quomodo enim ferrent gloriosam illam faciem qua patri simillimus est, qui non poterant intueri faciem Mosi, quae lucis non nihil ex colloquio dei contraxerat. Moses faciem suam texit uelo, Christus diuinam naturam uelauit mortali corpore. Quae potest esse maior uultus mutatio, quam quod uerbum caro factum est, quod qui ab aeterno est in sinu patris, condens, seruans & gubernans uniuersa, uagitur infans in sinu matris: Effurget, sitit, defatigatus est, doluit, lacrymatus est: parum est quod dixit, captus est, ligatus est, damnatus est, flagellatus est, caesus est, consputus est, pro sceleroso inter scelerosos crucifixus est, postremo mortuus ac sepultus est. Angeli quorum unica felicitas est intueri uultum filij dei in caelis, an non merito hic dicere poterant: Hei mihi qualis erat, quantum mutatus ab illo, qui suo aspectu beatum uersas metes aethereas: Ad cuius lucem sol hic mera caligo est, ad cuius pulchritudinem deformis est quicquid hic mundus habet delectabile. Non debet offendi pietas uestra, si de rebus ineffabilibus utcumque balbutimus uerbis hominum. Dauid simulauit ueriosum: In Christo nulla fuit simulatio naturae, coelauit ad tempus diuinam naturam, non deposuit, assumpsit humanam, non simulauit. In hoc uno uideri poterat simulatio, quod gessit personam nocentis, quum esset iustificatus omnium. Non tamen hic fucus erat, nam caput & corpus idem sunt. Iuxta hunc sensum Christus quodammodo peccator erat, qui corporis sui peccata in se recepit. Alioqui non competerant in eum uerba, quae recitatae in cruce. Luge à salute mea uerba delictorum meorum. Si uere debitor sit qui alienum debitum in se recipit, quodammodo peccator sit, qui peccata omnium in se transfert. Transferre enim uidetur, qui pro eis depedit poenas. Hunc Dauid nostrum sic immutato uultu sanctus Esaias non uidit oculis corporeis, sed oculis prophetis contemplabatur, quum diceret. Non est species ei neque decor, & uidimus eum & non erat aspectus, & desiderauimus eum despectum, nouissimum uirorum. Virum dolorum & scientem infirmitatem, & quasi absconditus uultus eius, & despectus, unde nec reputauimus eum: uerum languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit. Er nos putauimus eum quasi leprosum, & percussum à deo et humiliatum. Haec uenit deponit speciem nocentis ac damnati. Sed quid sequitur: Ipse autem uulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra: Disciplina pacis nostrae super eum, & liuore eius sanati sumus. Omnes nos quasi oues errauimus, unusquisque in uiam suam declinauit, & posuit dominus in eo iniquitatem omnium nostrum. An non uehementer mutauit uultum suum, quum in psalmo mystico loquitur: Ego sum uermis & non homo, opprobrium hominum & abiectio plebis. Videtis dilectissimi quanta mysteriorum maiestas latebat in illo historiae Sileno. Non magnum erat quod fecit Dauid, sed ipsis etiam angelis admirabile spectaculum est, quod nobis illa figurat historia. Bene habet, reliquimus Dauid, & uenimus ad Christum, discessimus à litera occidente, & inuenimus spiritum uiuificantem. Studeamus amare quod intelligimus, nitamur imitari quod propositum est spectaculum. Hic uideo quosdam pios & ingeniosos homines, illud conatos, ut singulas historiae partes ad Christum accomodent, id quod superius attigimus. At qui istuc mea sententia nihil necesse est. Nam in historia propter rerum contextum multa interijciuntur, quae non habent allegoriam. Satis est ea decerpere, quae expressius reddunt typum ueritatis. Quanquam non improbandum est illorum religiosum studium, qui in contemplatione tam frugifera uersari gaudent. Ut nihil aliud, dum hoc agunt certe pijs cogitationibus occupatur animus. Alijs igitur excutiendum relinquo, quid sit affectare, quid tympanizare, quid procidere ad ostia portae, quid collabi inter manus, aut quid ferri manibus suis, quid salua in barbam defluere. Illud non arbitror negligendum quomodo congruat in Christum, quod Dauid simulauit dementiam, aut morbum comitialem, ut elaboretur. Horrent enim aures pie, si quis Christo tribuat furorem aut amantiam, & tamen psalmi titulus hoc propemodum habet, mutauit uultum suum. Vix ferunt simulationis uocabulum, mendacij nullo pacto. Nec mirum si has uoces Christianorum aures horren-

horrent in Christo, quum Iudaei non ferant eas tribui Dauidi. Dementiae simulationem hoc colore excusant, ut dicant tum temporis in eum irruisse spiritum domini. Quandoquidem olim quos spiritus prophetiae corripuisset, nonnullam amentiae speciem praeseferere habent. Sic & Saul correptus à spiritu prophetabat, & alibi cum prophetis saltat nudus. Er 3 Reg. 20 quod propheta minatur mortem ei qui iussus ipsum uulnerare recusauit, & ab alio uulneratus, os & oculos asperit puluere, ne agnosceretur à rege, non multum abest à furore, nisi per spiritus energiam excusaretur. Ethnici furorem tribuunt uatibus, quam malum eccliam dicere. Quoties enim diuina uis agitat mortale organum, sobrijs uideatur dementiae species. Sic & mendacio potest excusari Dauid, si modo concedas esse uerum, quod pueros alicubi in latebris reliquerit. Nam quod ait se negotium regis agere, sic accipi potest, ut intelligamus regem ea mandasse Dauid ad quae compulsi. Qui enim alteri minatur exitium, quodammodo mandat illi, ut saluti suae consulat: certe ut nulli pio mentiphias est, ita dicto factioe fallere licet eum qui falli dignus est, uel cui falli expedit. Falli dignus erat Achis, Abimelech expediebat falli, ut haberet apud Saulem iustam excusationem ignorantiae. Quae si nihil profuit, consilium non iudicatur ex euentu. Verum utrumque haec habent iuxta historiam, nos ad res mysticas adhibeamus aures mysticas, & nihil est offendi culi. Non recedamus à uestigijs apostolorum. Beatus Paulus ita scribit Corinthijs: Quia in dei sapientia non cognouit mundus per sapientiam deum, placuit deo per stultitiam praedicationis saluos facere credentes. Si deus mansisset in sua sapientia, nulla mortalium sapientia quantumuis sublimis potuisset ad dei cognitionem pertinere. Descendit igitur deus ab illa sua incomprehensibili sapientia, seque ad nostram stultitiam quodammodo demisit, ut nostram tarditatem, crassioribus rudimentis paulatim eueheret ad ueram sapientiam. Sic parentes balbutiunt cum infantulis suis, sic eruditissimi uiri semet ad rudium puerorum captum attemperant: quod ni facerent, sine fructu manerent discipuli. Subijcit apostolus, Nos praedicamus Christum crucifixum, Iudaeis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam. Vides in Christo nihil decessisse perfectae sapientiae, uerum exhibitam hominibus quandam stultitiae speciem, sed sub qua lateat admirabilis sapientia, si fides adferat animo docilitatem. Addit Apostolus: Iisdem autem uocatis, tum Iudaeis, tum Graecis Christum dei uirtutem, & dei sapientiam: quia quod stultum est dei, sapientius est hominibus: & quod infirmum est dei, fortius est hominibus. Non ergo coram quibuslibet Dauid mutauit faciem suam, sed duntaxat coram Abimelech, hoc est, coram Iudaeis, qui aures habebant nec audiebant, oculos habebant nec uidebant, cor habebant sed incrassatum, ut nihil intelligerent, nisi quod externis sensibus perciperetur. Quum audimus quod cognati ipsius parauerunt cathenas ut alligarent eum, dicentes: In furorem uersus est, quum pharisaei dicunt: Samaritanus es & daemone habes. & Beelzebub habet, & in Beelzebub efficit daemonia, nonne uidemur audire Abimelech dicentem: Vidistis hominem insanum, quare adduxistis illum ad me? An desunt nobis furiosi, quia introduxistis istum, ut fureret me praesens? Dimittite illum, ne ingrediatur domum meam. Nec hodie Iudaei Christum habent in synagoga aut in templo, quoniam eiecerunt illum. Et quum in Nazareth docuisset in synagoga, Abimelechitae eiecerunt illum extra ciuitatem, perduxerunt in supercilium montis ut inde darent illum praecipitem. Postremo extra Hierosolymam crucifixus et sepultus est. Offensus est Abimelech specie epileptici: sed multo grauius offensus sunt Iudaei noua doctrina Christi. Hoc est quod ait Paulus Iudaeis scandalum. Dominus non praedicauit gentibus, sed in Paulo doctrina illius uisa est gentibus stultitia. Quum Athenis praedicaret Euangelium, dicebant illi μωρολογος, hoc est, uere stultae sapientiae huius mundi profitentes, Stoici & Epicurei, Quid sibi uult hic spermologus, hoc est rabula? Videtur nouorum daemone uirtutum annuntiator esse. Stultum illis uidebatur mortuis promittere resurrectionem, stultius deum per hominem damnatum & crucifixum uelle seruare mundum uniuersum. Docuerat illos humana sapientia, à priuatione non esse reditum ad habitum, docuerat in habitu uirtutis sitam hominis felicitatem, docuerat eas naturas inter quas nulla est affinitas, non posse in unum redigi. Quosdam eadem docuerat nullos esse deos. Iam quum dominus apud Ioannem ita loquitur: Adhuc modicum tempus uobiscum sum, & uado ad eum qui me misit: Quaritis me & non inuenietis, & ubi ego sum, uos non potestis uenire, nonne dementem iudicabant, dicentes: Quomodo hic iturus est, quia non inueniemus eum? Nunquid

1. Cor. 1

1. Cor. 1

Marci 3

Ioan. 7

Nam quid in dispersionem gentium iturus est, docturus gentes? Quis est hic sermo quem dixit: Queretis me & non inuenietis, & ubi ego sum uos non potestis uenire? Rursus quod aperiret dominus mysterium de esu potusque corporis & sanguinis sui, nonne uisus est ipsis etiam discipulis insaniere? Durus est inquit, hic sermo. Quis potest audire eum? Et reuera his qui nihil intelligunt nisi secundum carnem, nihil hoc sermone dementius. Sed iuxta spiritum eadem uerba spiritus sunt & uita. Rursus quum dixisset, antequam Abraham fieret, ego sum, uelut in furiosum ac dementem tollebant lapides. Etenim ignaris mysterij sermo nec consistit nec cohaeret. Hac mutatione uultus dominus imposuit etiam satanae, qui uerus est Abimelech, rex & pater incredulorum. Impegit in hominem, & deus est a deo latente in homine. Iam quod habetur in titulo, & dimisit eum & abiit, quidam ad hunc sensum pertrahunt, quod Christus offensus incredulitate Iudaeorum, Euangelij gratiam transfulerit ad gentes. At qui contextus historiae magis declarat ab Achis siue Abimelech fuisse dimissum Dauid. Meo iudicio mollius uidetur, ut accipiamus, imbecillitatis obiecta specie factum esse, ut Iudaei permiserint Christum peragere redemptionis nostrae negotium. Christus autem dimissus, ut nihil aliud quam homo, ut imbecillus, ut stultus, ut nocens abiit ad reliquas diuinae legationis partes exequendas, donec in cruce clamaret, commatum est. Id non licuisset, nisi coram illis mutasset uultum suum. Etenim ut Paulus ait: Si cognouissent, nunquam dominum gloriae crucifixissent: & nisi satanae fuisset impostum infirmis humanae specie, nunquam instigasset Iudaeos ad immolandum uicium, qua liberarentur, quos tot seculis captiuos tenuerat. Dimissus est ergo filius hominis, ut uaderet, sicut de illo scriptum fuerat. Utinam autem inter Christianos nulli reperiantur Abimelech similes, similes Achis, quibus diuinae literae sint offendiculo, quibus doctrina Christi, multum discrepans ab huius mundi sapientia, uideatur dementiae plena, quum audiunt, Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum caelorum, Beati qui iugent, qui eluriant & sitiunt iustitiam, beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram, Beati mundo corde, quoniam ipsi deum uidebunt, Diligite eos qui oderunt uos, benedicite male dicentibus, benefacite calumniantibus uos. Qui non tollit crucem suam non est me dignus. Qui non abnegat semetipsum, non potest esse meus discipulus. Qui amat animam suam, perdet eam: qui perdidit animam suam, inueniet eam: Qui reliquerit domum, agros, uxorem, liberos propter me, centuplum accipiet in hoc seculo, & uitam aeternam in futuro. Ad ista coniti, professionis est Christianae: non semper assequi, imbecillitatis humanae: deridere uero, paganicae impietatis, aut Iudaicae incredulitatis, a quo malo oportet nos semel Christum profectos quam longissime abesse charissimos. Iam & illud animaduertat uestra uigilantia, in hac historia referri tres pastores. Nam Saul curabat asinas, ut habetur 1. Reg. 9. Doech Idumaeus pascebat mulos, Dauid ab ouibus uocatus est ad regnum. Asina tardum animal est, libidinosum & ferendis oneribus natum. Nullum onus, peccatorum grauius sarcina. Haec est enim mulier in cuius os immittitur talentum plumbi: & qui carnis uoluptatibus dediti sunt, tardi sunt ad percipienda caelestis philosophiae dogmata. Mulus autem praeterquam quod magis etiam sarcinarum est patiens, sterilis est et calcitrosus, sic ex duobus generibus mixtum, ut sit neutrum. Hi sunt nimirum, qui professione sunt Christiani, uita & affectibus Ethnici, interim nec prorsus Ethnici nec Christiani, recalitrantes gratiae dei, diuitijs, caeterisque cupiditatibus onusti, nullum pietatis fructum adferentes. De his loquitur psalmus 31. In camo & freno maxillas eorum confringe, qui non appropinquant ad te. Mulus erat Saulus quum audiret, durum est tibi contra stimulum calcitrare. Iniectum est illi frenum, & ex mulo factus est agnus. Asinus erat Petrus, quum diceret domino, propitius sit tibi deus ne fiat istud. Dominus iniecit illi capistrum dicens: Non sapies ea quae dei sunt, uade post me satana. Accepit capistrum, & uersus est in arietem ouis pecoris ducem. Nos charissimos sumus oues, & si non sumus, demus operam ut simus: fugiamus a crucis tyrano Saul, a parricida Doech, qui trucidauit sacerdotes, adhaereamus ouium pastori Dauid nostro. Ouis non eget neque capistro, neque freno, neque stimulis, sequitur agnam uocem pastoris. Similiter et nos simpliciter obediamus doctrinae Christi, nihil dubitantes de illius promissis. Non faller, non destituet ouiculas ab ipso pedentes. Et ad exemplum Dauid, mutemus uultum nostrum coram Abimelech, uideamur mundo stulti, ut sapientes simus apud deum: uideamur amētes, ut deo simus sobrii. Simus imitatores beati Pauli, quoad modum

modum & ipse fuit Iesu Christi. Ille factus est omnia omnibus, ut omnes lucrificeret: & qualis Abimelech uisus est Dauid, talis ille est uisus Festo, a quo audit: Multae literae de Pauli te ad insaniam adduxerunt. Et apud Corinthios asserens suam autoritatem, sumit personam insipientis. Inspiciens, inquit, factus sum, uos me coegistis. Et in eadem epistola, Siue mente excidimus deo, siue sobrii sumus uobis. Diutius commorati sumus in titulo, sed ut spero uos huius morae non poenitet: nunc per psalmi campum, quoniam planus est, expedite decurremus. Benedicam dominum omni tempore. Dauid simul ut effugerat summum uitae periculum, quasi gaudio gestiens dicit. Quid dicit? Num murmurat tadio malorum? Num ita loquitur, quis tandem erit horum malorum finis? Mala succedunt malis, periculum periculo excipitur: Olim patrem, amicos & cognatos reliquit, traditus sum inimicis, toties petitus sum a furioso rege, uix corpore declinaui ictum lanceae, uix effugi manus illius: Missi sunt in domum meam carnifices, & agre coniugis indicio doloque seruatus sum, elapsus per fenestram nocturno: Rursus periclitatus sum in Naioth, & perieram nisi furor domini corripuisset Saul: post fame periclitatus apud Abimelech sacerdotem reperi Doech Idumaeum: Rursus apud Achis ueneram in certum exitum. Quando finietur haec calamitatum catenae? Nihil tale audimus. Sed forsitan audimus uocem de sua calliditate gloriantis. Mea dexteritas elusit hastam insani regis, meum ingentem imposuit sacerdoti, mea calliditas impositum Achis regi. Ne tale quidem quicquam. Sed audimus male precantem hosti suo, minitantem, ac meditantem uindictam tam iniquam tam crudelis persecutionis: Nihil horum. Quid igitur? Agit gratias deo, cuius praesidio liberatus sit a tot tantisque periculis. Illi tribuit omnem gloriam, illi remittit omnem uindictam. [Benedicam dominum omni tempore] Benedicendi uerbum hoc sensu apud Latinos autores inusitatum est, in sacris literis frequentissimum. Est autem & laudatis, & gratias agentis, & bene precantis, beneque ominentis. Nec refert dandi casum addas an accusandi. Hic habes, benedicam dominum: & alibi legis in ecclesijs, benedicite domino. Siquidem Graeci ut dicunt, benefacio tibi & benefacio te, ita dicunt, benedico tibi, & benedico te. Hoc Christiani minus in loquendo curiosi sunt imitati. Id obiter admonere uisum propter grammaticorum filios, ne quid illorum cogitatio nobis obstrepat haec differentibus. Nimirum hoc peculiare signum est Christianae mentis, in medijs afflictionibus agere gratias, & pro malorum authoribus orare, ut respiciant. Plures reperias qui ieiunent, qui largiantur pauperibus, qui frequenter orent, qui fordida uiuunt: per paucos qui in continua malorum serie gratias agant domino, qui non molantur ultionem, qui ne maledictus quidem malefacta retalient. Haec est certissima nota, qua mentem uere piam & Christianam agnoscas. Alia facile simulantur, hoc haud scio an quilibet diu simulare possit. Ostendit hanc notam dominus in Euangelio, Beati estis quum maledixerint uobis homines, & persecuti uos fuerint, & dixerint omne malum aduersus uos mentientes propter me, Gaudete & exultate. Vnde nos iubes in rebus afflictis gaudere: Quonia mercies uestra copiosa est in caelis. Propter Christum persecutio nem patitur, quisquis innocens ob beneficia affligitur. Ideo auditum est, mentientes. Nam qui suo merito male audit aut affligitur, huic satis est si patienter ferat quod commeruit, & uexatione doctus conuertat sese ad meliorem frugem. Similiter & Iacobus, Omne gaudium existimate fratres, quum in uarias tentationes incideritis, scientes quod probatio fidei uestrae patientiam operatur: patientia autem perfectum opus habet. In eadem sententiam Paulus, Gloriamur in afflictionibus, scientes quod afflictio patientiam operatur: patientia autem probationem, probatio uero spes: spes autem non confundit. Idem ad Corinthios, Maledicimus ac benedicimus, persecutionem patimur & sustinemus, blasphemamur & obsecramus. Ad eisdem epistola posteriore, recensens catalogum afflictionum ac periculorum, quae perpessus fuerat Euangelij gratia, testatur se suum per his gloriari malle, quam de reuelationibus. Atque haec loquitur Dauid elapsus e graui periculo, sed expectans grauiora. Sciebat enim iram Saulis implacabilem, nec ita loquitur, benedictus deus qui me liberauit ab Abimelech: sed, benedicam dominum omni tempore, obstringit sese ad perpetuo laudandum deum, quaecumque rerum facies incidisset. Quemadmodum enim sunt qui ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt: ita sunt qui rebus ex animi sententia succedentibus gratias agunt domino, rursus in tempestate queruntur de domino, quidam etiam (horresco proloqui) maledictis imperant tremen

Ioan. 6

Matth. 5

Zach. 5

2. Cor. 13
2. Cor. 5Enarratio
Psalmi

Matth. 5

Iacobi 1

Rom. 5

1. Cor. 4

tremendam illius maiestatem. An non audimus tales uoces interdum ex ore Christianorum, Deus fecit mihi iniuriam, quum eriperet uxorem meam, Inclementer mecum egit, quod me liberis orbauit. Quid commerui, quod me floridissima aetate tollit e medio: At non ita Iob, quum affluerent opes, quum floreret copia liberorum, quum abundaret amicis, agebat gratias deo, cuius munificentiam tribuebat illa omnia. At his omnibus ereptis, quum ipse federet ulcerosus, neque quicquam superesset praeter maledicam uxorem, non minimam calamitatis partem, & amicos aliquot, qui iurgando dolorem exprobarent citius quam leniret, quid dixit: Dominus dedit, dominus abstulit, sit nomen domini benedictum. Aestuarijs quibusdam uicibus uoluitur ac reuoluitur humana uita. Est tempus pacis, est tempus bellum, est tempus ubertatis, est tempus penuriae, est tempus lucrandi, est tempus perdendi quod parasti, est tempus salubritatis, est tempus aegrotandi, est tempus conuiuij, est tempus iucundus, est tempus gignendi liberos, est tempus orbitatis, est tempus ducendi coniugem, est tempus cœlibatus, est tempus gloriae, est tempus ignominiae: est tempus iuuetutis, est tempus senectutis, est tempus nascendi, & est tempus moriendi. In tam uaria rerum specie uir pius eandem canit cantionem, Sicut domino placuit, ita factum est, sit nomen domini benedictum. Hoc nimirum est quod Apostolus hortatur Ephesios: Domino gratias agentes pro omnibus. Quid est, pro omnibus? Pro tristibus pariter ac laetis, pro iucundis ac molestis. Quare pro laetis? Quia beneficio domini obueniunt. Quare pro tristibus? Quia ab eodem imittuntur ad purgandos nos. Dominus enim sine dubio omnia uertet in bonum timentibus ipsum ac diligentibus. Agis gratias medico, qui porrigit amarum pharmacum, & non agis gratias deo, qui te flagellat, ut emendet, qui exercet ut coronet: Ethnici seruati in naufragio, gratias agebant Neptuno ac Veneri: conualescentes a morbo, gratias agebant Apollini aut Aesculapio: sortiti uxorem ex animi sententia, gratias agebant Iunoni pronuba: ad imperium euecti gratias agebant Ioui: diuitias nati gratias agebant Mercurio Herculi. Caeci & infelices pro dei bonis gratias agebant malis daemoneis, & pro benigni numinis beneficij laudes canebant maleficis spiritibus. Dauid ostendit cui pro omnibus sint agenda gratia. [Benedicam, inquit, dominum]. Unus est deus & unus dominus, cuius aeterno consilio gubernantur omnia. Hic queret aliquis, quid sentiendum sit de his qui recepta merce quae perierat, gratias agunt diuo Nicolao, alibi Paulo, alibi Hieroni: qui incolumes in naufragio eunt Compostellam gratias acturi diuo Iacobo, recreati a morbo tabellam ac donaria suspendunt uirgini matri: quibus in praedio licuit redire saluos, honorant seruatorem Georgium, aut seruatricem Barbaram. Christi matrem semper eximendam arbitror in plebe diuorum ac diuarum. Mater est & filium habet omnipotentem. Quod ad alios attinet, potest excusari pius idiotarum affectus, si quis agnoscent indignitatem suam, reuerentis maiestatem summi numinis, per amicos dei sollicitat deum, perque illos gratias agit, sic tamen ut agnoscat deum totius autorem, & in eum praecipue intendat mentis oculos. uult enim Christus etiam sua membra glorificari cum capite, uult suos amicos qui fuerunt afflictionum socij, & honoris esse participes. Quamquam nec praecipuum ullum nec exemplum huius rei reperitur in sacris literis, siue uetus testamentum excutias siue nouum. Caeterum si quis existimet quenquam diuorum posse quod Christus non possit, aut quumquam esse deo magis exorabilem, is magna tenetur superstitione, ne dicam impietate, nec ultra multum abest a caecitate gentium, quae ut plures credunt esse deos, ita putant Apollinem posse quod non possit Mars, Venerem posse, quod non possit Diana, & contra. Ferenda est hominum imbecillitas, eijcienda impietas: sed haec tenus ferenda est imbecillitas, ut proficiat ad meliora. Tutissimum autem simul & optimum est, quod nos docuit spiritus sanctus, potius est quod praecipit Christus, quam quod induxerunt homines. Ille monstrauit non solum quid orandum, uerum etiam unde petendum. Iam mihi contemplare piorum hominum exempla. Moses cum Hebraeis quum incolumis euassisset in mari rubro, demeritis Aegyptijs, quem praedicat, cui gratias agit? Num Abraham, nam Iob aut Melchisedech? Quid canit? Cantemus, inquit, domino, gloriose enim magnificatus est. Quid illi tres beati pueri, postea angelus flammam uertit in refrigerium: Non agunt gratias angelo, minister erat: sed quid cantant? Benedicte es domine deus patrum nostrorum. Quum ab exilio Babilonico redeunt Hierosolymam Israelitae, quem praedicat: cui gratias agunt: Te decet, inquit, hymnus deus in Sion. Solomo extructio templo, quem laudat: Non populum non

non opifices, non seipsum: sed ait: Benedicte dominus deus Israel. Sed quid haec persequor: Totum psalterium plenum est his uocibus: Cantate domino, iubilate domino, benedicite domino. Et ubique sibi constat scriptura. Nam in Euangelio quid loquitur Zacharias: Benedicte dominus deus Israel. Quid Maria & utero & spiritu foeta? Magnificat anima mea dominum. Dixerit hic aliquis: An non est phas agere gratias homini benemerito, non licet predicare uirum egregijs praeditum uirtutibus? Si recte referimus gratiam his quorum beneficio sumus uisi, qui minus licet agere gratias? Qui religiose loquuntur, praedicant non ipsum hominem, sed dona dei in homine, hoc est, deum praedicant uerius quam hominem. Itidem & gratias agunt non ipsi homini, sed deo qui dedit & facultatem & uoluntatem benefaciendi. Solomon uidens populum alacriter conferentem ad structuram templi, non illi gratias agit, sed domino loquitur dicens: Domine deus confirma in eis hanc bonam uoluntatem. Ita Paulus 1. Corinth. 12. commemorans uarias credentium uirtutes, easque non uulgares, adijcit: Haec autem omnia operatur unus atque idem spiritus, diuidens singulis prout uult. Ac paulo ante: Idem deus qui operatur omnia in omnibus, nequid usquam boni sibi iudicaret humana superbia. Sic beatus Augustinus agens cum populo de creando successore, non dicit ago uobis gratias quod uestra suffragia cum mea uoluntate consentiunt, sed gratias ago deo pro bona uoluntate uestra. Tutius est laudare mortuos quam uiuos, sed in defunctis quoque quicquid laudamus deo tribuendum est, ut sit deus omnia in omnibus. Ita loquendum est his qui accipiunt elemosinam. Plerique dicunt, orabo pro te. Quid hoc est orabo pro te? Referam tibi gratiam pro beneficio. Pie quidem facit qui orat pro benemerito, sed modestius loquitur qui accipiens elemosinam dicit, orabo pro me: Beatior enim est qui dat, quam qui accipit, nisi forte ueste metimur sanctimoniam. Deus intuetur quid sub ueste lateat. Porro qui ex hoc uulgari sodalicio pauperum sunt, magna ex parte magis egent animorum, quam corporum subsidio. Et tamen illi quoque dicunt, da, orabo pro te. Aut sic gratias agant, Dominus qui tibi dedit istam bonam mentem, repedit mercedem, & augeat quod dedit. Decet enim & orationem Christianorum praeferre religionem, nec satis est animum & mores esse pios, nisi in omnibus quaeramus, agimus, patimur, loquimur, cum Dauid benedicamus dominum, & laus eius semper sit in ore nostro. Nihil noui dixit, sed eandem sententiam, quam psalterium cecinit, ci thara cœcoris recinit, quo penitus infigatur animis nostris quod dictum est, ne quis existimet esse uitiosam τανθολογίαν. Interdum citra uitium repetuntur eadem uerba, interdum eadem sententia commutatis uerbis iteratur. Laudatur hic sermo in fabula ludicra, sed bene Latina, Negat hanc sibi esse cognatam Demiphor. Hanc Demiphor negat esse cognatam: Laudatur illud oratoris facundissimi de Catilina, Abijt, redijt, excessit, erupit, euausit. Laudatur ex eodem, ubi nec uerba, nec res prorsus eadem iterantur, sed tamen affinitate & eodem spectantia. Quod genus est illud, Quid enim Tubero tuus ille districus in acie Pharfalica gladius agebat? Cuius latus ille mucro petebat? Qui sensus erat armorum tuorum? quae tua mens, oculi, manus, ardor animi? quid cupiebas, quid optabas? His omnibus nihil aliud agit uir omnium suffragijs in eloquentia gloria princeps, nisi ut inculcet animo Cesaris, Tuberonem fuisse in castris hostium Cesaris. Huiusmodi schemata quae in humanis scriptis laudem ferant, quoties idem accidit in diuinis literis, absit ut dicamus, Crambe bis posita, absit ut dicamus, molestum est toties audire eadem, sed gratias agamus diuinae sapientiae, quae sese ad nostram uel obliuionem uel tarditatem accommodat. Verbum caro factum est utique nobis, & miramur si spiritus sanctus ad hominis captum sermonem suum adaptat? Sic mater cibum praemansum inserit in os infantuli, sic solidum cibum stomacho concoctum uertit in lac, ut edentulo puero porrigat. Et si iuxta uetustum Graecorum prouerbum, sine uitio sit, quoties quod pulchrum est, bis terque repetitur, quum in scriptura nihil sit nisi pulcherrimum, non oportet cuiquam molestam esse iterationem, etiam si uicies recinatur idem. Hoc ed monere uolui, quod huiusmodi schematibus undique referta sunt sacra uolumina, praesertim in his quae carminum instar contexta sunt. Autor est uniuersae scripturae idem spiritus, sed interdum mutat linguam suam. Veluti quum idem homo, alio caractere scribit historiam, alio epistolam familiarem, alio carmen heroicum: ita non est eadem sermonis figura in sacris historijs & in psalmis aut canticis. Eadem uerba repetit Dauid, deplorans mortem Absolonis filij, Fili mi Absolon, Absolon fili mi. Itē psalmus, deus meus, deus meus.

Rursum in Euangelio, Hierusalem, Hierusalem quae occidis prophetas. Dolor enim uehementis habet affectum suum. Sed reliqua duo genera passim obuia sunt. Quod genus est illud prouerbiorum 16, Contritione praecedit superbia, & ante ruina exaltatur spiritus. Bis idem dictum est, sed alijs uerbis. Eiusdem generis est initium huius psalmi, Benedicam dominum in omni tempore: huic uelut echo resonat, semper laus eius in ore meo. Idem fit in illo uersiculo, Magnificate dominum mecum, & exaltemus nomen eius in idipsum, Sed non onerabo uos commemorandis exemplis, quae nunquam non offerunt sese. Ex affinis conflat sententia sit hoc exemplum, Misericordia & ueritate redimitur iniquitas, et in timore domini declinat a malo. Nam domini timor impellit ad opera misericordiae. Praeter haec, est sententiae genus, quod habet annexam rationem. Id quidam uocant enthymema, Quod genus est illud Ecclesiastici 5. Ne dixeris, peccavi, quid mali accidit mihi? Subijcitur ratio, Dominus enim uindicans, est patiens redditor. Frequenter accinitur contrarius sensus uelut Prouerbiorum 10, Filius sapiens laetificat patrem, filius uero stultus moestitia est matri suae. Huic proximum genus est, quum accinitur diuersus sensus. Quale est illud quod inibi mox sequitur, Non proderunt thesauri iniquitatis, iustitia uero liberabit a morte. Est ubi pars sententiae uelut accinitur, ut ibi: Et erexit cornu salutis nobis in domo Dauid pueri sui. Hic si teneremus exactam musicae rationem, qua prisci sunt uel praesertim Hebraei, dilucidius ista tractaremus. Legimus enim fuisse uarios choros musicorum, qui uicissim inter sese diuersis organis canebant. Interdum uox praecedebat, eam recinebant uocibus pariter & uoces & organa. Sed horum multa iam uetustate obsoletorum, uix obscura nobis uestigia sunt. Itaque satius est ut ad psalmum recurramus, Benedicam dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo. Si quis haec audeat humanis auribus, uidetur inconstitens, quod pollicetur Dauid. Qui namque fieri potest, ut quis laudet dominum in omni tempore, & sine intermissione sonet illius laudes, praesertim ore? Quidam putant dissolutam quaestionem, si locum accipiamus de ore mentis, de quo psalmus alius loquitur: Os meum aperui & atraxi spiritum. Item alius: Dilata os tuum & implebo illud. Habet enim inter or homo noster sua membra, aureis, oculos, manus, pedes, & os. Hoc ore comedunt qui saginantur pane caelesti, qui bibunt sanguinem filij hominis, qui uescuntur carne illius. Non solo pane uiuit homo, sed omni uerbo quod procedit ex ore dei. Sermo igitur diuinus cibus est, & editur: sermo dei fons est saliens in uita aeterna, & bibitur sed ore spirituali. Haec fateor pie uereque dici, sed an nodum quaestionis ad plenum expediatur nescio. Nec animus semper potest uacare laudibus diuinis, uel dum alijs curis necessarijs occupatur, uel dum somno profundo concopitus est. Sed mihi uidetur hic nodus eadem bipenni dissecari posse, qua soluitur Euangelicus. Hortatur dominus discipulos ut semper orent, nec unquam cessent. Id iuxta sensum humanum impossibile est, sed facilis est exitus e quaestione, si recipiamus hyperbolen, non quae mentitur, sed quae uehementia sermonis excirat segnitiam nostram. Semper enim dictum est pro frequentissime. Si quem offendit nomen est hyperboles, sciat hunc tropum in arcanis literis esse frequentem, nec raro a probatissimis scripturarum & narratoribus indicari. Quid quod hoc schemate nihil usitatus uulgo? Assiduus in studijs dicitur, qui maximam diei partem impedit studijs: & de eo qui frequenter male loquitur de nobis, dicimus nunquam cessat maledicere. Quid quod ipsa parabola quam dominus proponit, astipulae huic interpretationi? Neque enim illa uidua, noctes ac dies interpellabat dum & impium iudicem, sed frequenter, quoties dabatur ueniendi facultas. Postremo nec illa dormiens interpellabat dormientem. Sic nunquam cessat orare, qui quoties datur oportunitas, orat. Nec alio sensu Paulus iubet suos sine intermissione orare. De Christo praestat filere, certe Paulus qui hoc praecipit, non orauit sine intermissione. Idem hortatur conuictos, ut ex consensu nonnunquam abstineant ab usu coniugij, nimirum precandi gratia. Sed eos iubet redire ad copulam, ne distractos tentet satanas. Quod si coitus impedit precationem, non semper orant coniugati. Eadem forma dicitur semper adesse concioni bus, qui tum adest, cum sit concio. Haec mihi quidem uidetur simplicissima difficultatis explicanda ratio. Quanquam & illa pie dicuntur, cuius animo semel impressus est habitus uerae pietatis, ut in omnibus quae facit, cogitat, loquitur, non aliud spectet quam ad gloriam dei, is etiam comedens ac bibens, etiam dormiens, audeo addere etiam ludens, etiam

Lucas 18

lepidis

lepidis fabulis ingenij uires recreans, laudat dominum, iuxta Pauli doctrinam, Omnia in gloriam dei facite. Qui ieiunat ualetudinis, aut parsimoniae, aut gloriae causa, aut metu humano, aut frigida consuetudine, non laudat dominum. Rursum qui non ieiunat, ut sufficiat corpus laboribus, quibus alit uxorem ac liberos, aut quibus docet populum, aut aliud simile charitatis munus obit, etiam non ieiunans laudat dominum. Qui preces intermittit, ut uxori debitum reddat, hoc ipso laudat dominum, quod non orat. Postremo semper orat cui mens est semper affecta ad orandum, quum datur orandi tempus. Quemadmodum omnium priorum uita est laudatio dei, ita omnium impiorum uita est blasphemia in deum, siue edant, siue bibant, siue dormiant, siue ludant. Christus autem qui in omnibus quaesuit gloriam patris, merito dixit, benedicam dominum omnino tempore, semper laus eius in ore meo. Et a capite habet Christi corpus, quod est ecclesia piorum, ut & ipsa possit dicere, Benedicam dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo. Sub lege naturae, sub lege Moisaica, sub Euangelij gratia, ab exordio mundi, usque ad consummationem incessanter ecclesia benedicat dominum, siue dum persecutione principum laceratur, siue dum haereticorum peruicacia concutitur, siue dum tranquillitate temporum fruatur, semper dei laudem habet in ore suo, persuasum habens utique se uariarum rerum tempestas, per illum omnia sibi cessura in bonum. Habet & unumquodque ecclesiae membrum, modo uiuum, ut iuxta suum quendam modulum dicat, Benedicam dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo. Verum illud semper non contingit ad plenum in hac uita, quum breui, tum innumeris curis obnoxia, per quas interrumptur canticum nostrum: iterum posteaquam ab hoc exilio redierimus in caelestem illam Hierusalem, tum erit semper laus domini in ore nostro: quemadmodum dicit alius psalmus, Beati qui habitant in domo tua domine, in secula seculorum laudabunt te. Sequitur, In domino laudabitur anima mea, audiant manus eius & laetentur. Hic uersiculus nec cum eo qui praecedit, nec cum eo qui sequitur uideatur apte cohaerere. Sequitur enim, Magnificate dominum mecum. Quomodo uelut ex abrupto desinit in mentionem suae laudis, quum hoc sit huius psalmi caput, ut omnem laudem trasferamus in deum? Nunc dicit in domino laudabitur anima mea, si propius inspiciamus non est diuersum quod dicit. Nam laudari in domino, nihil est aliud quam gloriarum in domino. Qui gloriatur, inquit Paulus, in domino gloriatur. Laudatur ille in domino, pro quo gratiae aguntur domino. Et sunt Hebraicarum literarum periti, qui pro laudabitur anima mea: uerterunt, gloriabitur anima mea in domino. Anima uita est. Seruatus est Dauid, euasit summum uitae discrimen: hoc qui legunt audiuntque, laudant animam illius, non ob calliditatem qua imposuit Gethis, sed ob fiduciam quam habebat in domino. Quisquis enim sic laudat Dauid, quasi suo ingenio, sua sapientia, sua uersutia, animique praesentia, aut etiam felicitate e tot periculis elapsus sit, non laudat animam illius in domino. Quod de Dauid dictum est, idem accipiendum est de sanctis omnibus. Si martyrem laudas, lauda in domino: si uirginem laudas, lauda in domino. Noli sic laudare, quemadmodum Ethnici laudare solent praestantes uiros, qui in bello fortiter occubuerunt, aut alio qui bene meriti sunt de Republica. In talibus encomijs nulla est mentio dei, sed praedicatur illorum patria, genus, opes, uires, fortuna, ingenium, calliditas. Atque ut facinorum memoria latissime spargeretur, ac diuissime uiueret, libris aeditis ea celebrantur, fornicibus, coluomis, & statuis ad posteros transmittere conati sunt. Talium nec anima laudatur, nec laudatur in domino. Anima pars intima est hominis, bona fortunae & corporis extra hominem sunt, quae quoniam frequenter improbilissimis rebus contingunt, non reddunt hominem per se laudabilem. Animi bona uere sunt hominis, si tamen agnoscat unde acciperit. Quamquam & pro corporis fortunaeque comodis, si citra fraudem contingant, deo sunt agende gratiae. Beatus Dauid hoc factum uoluit psalmo per uniuersum orbem celebrari, non ut ipse praedicaretur, sed ut in eo dominus. Sciebat futurum, ut omnes pij pro mirifice liberato Dauide gratias agerent diuinae bonitati, laudibus ueheret diuinam sapientiam, quae sinit suos obijci periculis, sinit in eos mundum expedire omnes machinas suas, ut per illos illustret nomen suum, dum iuxta Pauli doctrinam suam uirtutem profert in uasis fictilibus, & per imbecilles uincit fortes, per inermes deijcit armatos. Quum Alexandri Magni facinora praedicantur, non sine medacijs, erigunt cristas Macedones: quum laudatur Pericles aut Themistocles, gaudent Athenienses, quum celebratur Annibal, gloriatur Africa: quum Iulius

Tom. 5

E 2 Casar

Cæsar, exultant Romani, Tales, inquit, uiros nos habuimus. Hæc gloria bis stibita est, & quod de alienis facinoribus sibi placent, & quod laudem omnem affcribunt hominibus. Adde quod ea mirantur, quæ nullam merentur laudem. Quid enim in his laudant? Dirutas urbes, populatos agros, mutuas hominum cædes, & orbem bellorum furij concussum, actos triumphos, positas statuas, erecta trophæa, superbiæ monumeta. Cruentis oportet, quibus placent cruenta, & crudeles sint oportet, quibus placet aliena crudelitas. Dauid autem, nec ob talia laudari uult, nec a talibus. Quum laudatur Abraham, aut Moses, aut Dauid, effertur Iudæi: sed superbe de his gloriantur, quos non imitantur. Laudantur principes Christiani, sed ob stratagemata Christiana, id est in domino, ut non solent exultent Hispani, Germani, aut Galli, sed omnes qui diligunt dominum. Solent quidam ambitio se prædicare Franciscum, sic ut plerique eius sodalitiij cristas tollerent, Dominica ringeretur. Ediuerso quidam sic efferebant Dominicum, ut Francisci nepotes inuiderent, Dominicani sibi plauderent dicentes: Ecce talem uirum habuit ordo noster autor. Fortasse similis affectus habet aliquot Benedictinos, aut Bernardinos, aut Augustinianos. Laudant illi quidem uiros deo charissimos, sed non eos laudant in domino: nec qui ad istum modum de illis gloriantur, gloriantur in domino: postremo, nec illi sic laudari gaudent, nec agnoscunt pro suis, qui sic de ipsis gloriantur. Quomodo enim agnoscant suo instituto contrarios? Neque enim ideo Franciscus submissus fuit, opum, gloria, totiusque mundi summus contemptor, ut aliqui sub illius titulo ferocirent, sed ut omnes imitarentur. Porrum laus communis est totius ecclesiæ. Proinde gloriatur anima cuiusque, sed gloriatur in domino: id audiant, non hi aut illi superbiæ materiam undique uenantes, quemadmodum & hodie Iudæi gloriantur de Dauid erepto: sed Audiant, inquit, mansueti & lætentur. Mitis a mitibus laudari uult. Dauid, iuxta literam dicitur esse & fuit uir sanguinum, quæquam extant & huius plurima mansuetudinis exempla, erga Saulem, erga Absolonem, erga Sermei. Sed ille sine exceptione mitis fuit, cuius figuram gerit Dauid, qui loquitur in psalmo Memento domine Dauid, & omnis mansuetudinis eius. Prædicatur & Moses omnium uirorum mansuetissimus. Nam crudelitas dici non debet, quod domini iussu geritur. Verum ubi uerus ille Moses protulit nobis legem gratiæ, ubi uerus ille Dauid induxit regnum cælorum, nihil iam per ferociam, nihil ferro, cæde aut sanguine geritur, sed omnia gladio spiritus, quod est uerbum dei. Sic bellauit Christus, sic uicit, sic triumphauit: sic apostoli, sic martyres, sic quotquot fuerunt aut sunt ueri Christi discipuli, eumque audiunt dicentem: Discite a me quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus uestris. Feroces dicunt bello parari pacem, corporum fortasse: at ueram pacem animarum sola parit tolerantia malorum. Hæc requies etiam in medijs tormentis ac mortibus aderat martyribus. Hæc audiunt feroces, & subsannant: sed audiunt mansueti Christi discipuli, & lætantur. Audiunt leones, et rugiunt: audiunt oues, & solatio recreantur. Quare lætantur? Quia sciunt se curæ esse domino, aduersus quem nihil potest hominum crudelitas. Sciunt post temporarios dolores, paratam esse uitam æternam. Christus itaque per ignominiam crucis, per cruciatum & mortem receptus in gloriam patris merito dicit, In domino laudabitur anima mea, audiant omnes mei discipuli, mites & humiles corde & lætentur, Capitulum enim uictoria, membrorum salus est. Nobis enim periclitatus est, nobis afflicus est, nobis uicit ac triumphauit dominus. Par est igitur ut qui per fidem ac baptismum idem facti sunt cum Christo, simul cum illo prædicent deum, qui fuit in filio, mundum reconcilians sibi. Magnificate, inquit, dominum mecum, & exaltemus nomen eius in idipsum. Quærit chorum tanto facinore dignum. Pulcherrimus concentus est, quum uniuersa Christi membra eandem cum capite canunt cantionem. Suauissima musica est, quum uoces uariæ sunt, mens eadem. Canit Hebræus, canit Græcus, canit Romanus, canit Scythæ, canit Thrax, canit Indus, canit Gallus, canit Germanus, canit Britannus, canit uniuersus orbis, Christo pastori concinens, magnificans dominum & exaltans nomen eius in idipsum siue in unum. Nam & hoc habent nonnulli cordices, nec refert ad sensum. Eo uerbo mysticæ literæ significare solent, mirabilem illam concordiam, quæ propria est discipulorum Christi, qui sicut sunt unum corpus, ita eodem spiritu uegetantur. De hac concordia dicit alius psalmus: Ecce quam bonum & quæ iucundum habitare fratres in unum. Habet mundus suas concordias, habet sodalitates & factiones: habent & hæretici suas conspirationes, sed illud, in idipsum, nusquam est, nisi inter eos quos

quos Christi spiritus conglutinat. Nec usquam uera pax est aut requies, nisi ubi adest illud in unum. Eam sensit ille qui dixit: In pace in idipsum dormiam & requiescam. Dominus autem cupit omnes ad se uenire, ut eandem cum ipso canant cantionem. Quam dissona musica est, quæ aliud canit Ariarius, aliud Sabellianus, aliud Ebionita, aliud Pelagianus, aliud Donatianus, & quid memorem sectas omnes, quarum non est numerus, quum horum singuli suam canant cantionem, sed omnes a Christo dissonantes, ne inter se quidem consentientes. Idem est baptismus, eadem professio, idem titulus, sed non est eadem mens. Utinam nos omnes concordemus cum Christo, & ad chorum hunc accedant etiam Turcæ & Iudæi, ut uno ore, uno spiritu dominum magnificemus, Magnificate dominum mecum. Dominus non crescit hominum laudibus, sed illius gloria crescit apud homines. Hæc gloriam cupit inclarescere, non quod ipsi quicquam accedat, sed quod nos reddimur meliores, dum illius sublimitatem, bonitatem sapientiamque contemplamur: quod dum mentis oculos ad illius summi boni speculationem intendimus, uilescunt hæc omnia quæ mundus suspicit, ac per fas nephasque sectatur. Neque enim protinus magnificat dominum qui labijs sonat laudes illius, sed qui mundi cordis aciem ad æternarum rerum considerationem dirigit, hoc modestior quo sese sublimius erigit, hoc superior erga mundum, quo se magis submisit deo. Non magnificat autem dominum, nisi mitis te humilis corde. Qui ferocis est, magnificat seipsum, nec glorificat nomen domini, sed suum nomen glorificat. Magnificat dominum, qui illius agnoscit sublimitatem, & suam confiteretur humilitatem. Dominus non exultat, qui dicit cum Psalmista & dicit ex animo: Non nobis domine non nobis, sed nomini tuo da gloriam. Quid canit illa beata uirgo, qua nihil sublimius, nihil rursus modestius: Magnificat anima mea dominum. Quia respexit humilitatem ancillæ suæ. Ex tot uirtutibus, ex tanta felicitate nihil sibi uindicat, suum nomen deijcit, domini nomen attollit, Quia fecit mihi magna qui potens est, & sanctum nomen eius. Nec dicit, promeritam me dicent omnes generationes, sed beatam me dicent. Rursum non ait: Et gloria mea a progenie in progenies, sed misericordia eius. Solum deus uere magnus est, humile est quicquid humanum est. Nec est periculum, ne minor fias demittens teipsum. Nam hac uerba uia magnus esse poteris in domino, si teipsum quam maxime deieceris. Sic Christus factus est omnium maximus, assequutus nomen quod est supra omne nomen. Sic factus est magnus Dauid, sic apostoli, sic omnes diuini diuæque, quorum nomina tanta religione ueneratur orbis Christianus. Neque enim satis est ore magnificare dominum. Passim enim audimus hanc cantionem: Magnus dominus & laudabilis nimis: & magnitudinis eius non est finis. Magnifica dominum lingua, sed magis magnifica spiritu. Id fiet si in teipsum descensu dispicias, quam nihil sis ex teipso, quam perditus, quam miserabilis, mox erigas oculos in deum, summe bonum, summe sapientem, summe potentem, consideresque quid ille pro te factus sit, quanta te misericordia prosequutus, quanta benignitate locupletarit, denique considera hinc illius bona, hinc tua mala: ex hac contemplatione inardescit animus, ut pro tot beneficijs præter meritum tuum acceptis, magnifices dominum & exaltes nomen illius. Sed noli abscondere diuinam expertus benignitatem, noli thesaurum repositum in terra defendere. Mysterium regis abscondere bonum est, opera autem dei patefacere & celebrare, honorificum: quemadmodum hortatur angelus beatum Tobiam: Benedicite, inquit, deum cæli, & coram omnibus uiuentibus confitemini illi, quoniam fecit uobiscum misericordiam. Suam misericordiam uult prædicari deus, non nostra merita. Quantum addimus meritis nostris, tantum detrahimus magnitudini bonitatis diuinæ: & quantum attollimus dignitatem nostram, tantum deijcimus sublimitatem gloriæ dei. In Euangelio qui liberatus erat a legionibus impiorum spiritu, iubetur redire ad suos, & annuntiare omnibus, quanta ipsi fecisset deus. De leprosis autem nouem queritur: Nonne decem mundati sunt, & non est reuersus qui daret gloriam deo, nisi hic alienigena? Quin & mulierem a profluuio sanguinis contactu uestis dominicæ sanatam, quia furtim uolebat auferre tantum beneficium, non malicia sed pudore, cõpulit ad confessionem. Sic & beatus Paulus subinde prædicat qualis fuerit, & qualis per dei misericordiam factus sit. Medicus mercedem accipit, & tamen si reualuit ægrotus, uult prædicari quod talem sanarit. Chirurgus qui dentem nec sine mercede, nec sine magno hominis cruciatu eduxit, seruat illum & ostentat dicens, hunc ego ex ore illius extraxi. Quare querunt hanc gloriam? Ut uberior sit quæstus. Et domi-

num qui tāto maiora praestat nobis, fraudabimus sua gloria: Fraudabimus suo lucro: Lucrum illius est ut plures ad ipsum confugiant & seruentur, illius lucrum est hominum salus. Proinde cum Paulo demus operam, ut quā plurimos Christo lucrificamus, spargamus illius in nos beneficia, ut simus bonus odor deo in omni loco. Nec nobis curae sit, si amaricino sues intereant, modo latētur mansueti. Nec solum resonet gratiarum actio in ecclesia sanctorū, dum glorificato uno membro pariter gaudent omnia, sed dimanet diuinā bonitatis fragrantia etiam ad eos qui foris sunt. Sunt enim & illic qui possint mansuescere. Quomodo tractus est beatus Augustinus? Delatus est ad illum suauissimus odor diui Antonij, eo odore sanatus mortuus est mūdo, & cepit Christo uiuere. Qui reperit thesaurum egregiū, coelat illum ut solus fruatur: qui nactus est uxorem formosam, hoc agit ut solus eam amplectatur. Theaurus enim communicatus minuitur, & amor in multos diductus, frigidescit. At diuersae naturae sunt bona spiritus, quā plurimis comunicari gaudent, & plus habet qui pluribus impertit quod habet. Dauid itaq; licet seruatus sit solus, omnes tamen conuocat ad communem gratiarum actionem, ut gaudium sit omnium cōmune. Sic in Euangelio qui inuenit ouem erraticam, non coelat suam gaudium sed conuocat amicos dicens, Congratulamini mihi quia inueni ouem quam perdideram. Itidem & mulier quae quaesitā drachmā inuenit, non satis habet gaudere in sinu, sed uicinos & amicos ad gaudij confortiū inuitat. Deniq; in domo patrisfamilias, qui filium receperat, uniuersa familia gaudijs et gratulationibus personat. Dauid itaq; uniuersos homines, & qui tum erant, & qui nunc sunt, & qui post futuri sunt, ad commune gaudium, ad idem canticū inuitat dicens, Magnificate dominum mecum, exaltemus nomen eius in idipsum. Sed iam praesto est chorus ad cōmuniter laudādum dominum haecenus inuitatus. Quod est argumentum cantionis? Exquisiui dominum, & exaudiuit me, & ex omnibus angustijs meis eripuit me. Quum omnibus praesidijs essem destitutus, & in unius inermis, imbecillis, destituti extitū armaretur omnia, quum multus ubiq; pauor & plurima mortis imago, non cōsului Pythonicos, non cōfugi ad artes maleficas, sed exquisiui dominum, in eo spem omnē salutis fixi, ab illo petiui subsidium, qui solus plus potest omnibus, nec repperi furdū precibus meis, exaudiuit me, quia cum magna fiducia clamaui, sciens illū in promissis esse ueracissimum, sciens illum sic immittere suis afflictionibus, ad explorandam illorum fidē, ut faciat cum tentatione prouentū, nec patiatur nos tentari supra quā possimus. Et ex omnibus angustijs meis eripuit me. Hoc nescio an quisq; in hac uita uere possit dicere. Neq; enim Dauid quum esset dimissus ab Achis rege, liberatus fuit ab omnibus periculis, sed in ipso etiā regno magnis tempestatibus factatus est. Tota priorū uita multis afflictionibus opposita est. Quis ergo uiuens dicere possit, ex omnibus angustijs meis eripuit me dominus? Haec questio trifariam solui potest. Primum iuxta literam uerum dixit propheta, nimirum sentiens de praeteritis angustijs, quas iam nō paucas perpeffus erat. Hoc sensu beatus Paulus scribit Timotheo: quum enim illū admonuisset q̄ multa perpeffus fuisset Antiochia, Iconij & Lystris, adiecit, & ex omnibus eripuit me dominus. Deinde quoniam certus erat dominum in omnibus periculis adfuturum, hoc uelut factum praedicat, quod certo nouerat futurum. Nec hic sermonis color infrequens est in prophetis literis, ut praeterisse dicant, quod multo postuenturum est: prophetis enim oculis etiam quae procul absunt, praesentia sunt. Ita Paulus scribit Corinthijs: Qui de tantis periculis nos eripuit & eruit, in quem speramus, quod adhuc eripiet. Eripuit, qui certam spem dedit: & liberatus est, qui certo nouit se breui malorum omnium latissimum finē habiturum. Consimili forma scribit Colossensibus: Qui eripuit nos de potestate tenebrarū, & transtulit in regnum filij dilectionis suae. Quomodo eripuit optime Paulus? An non ipse ter rogasti dominū, ut auferret satanā colaphistam, nec aliud disti, q̄ sufficit tibi gratia mea? Nōne inter tuas uideas extiterunt quae abierunt post satanā? Nōne apud Corinthios alius esuriebat, alius ebrius erat? Nōne clamas illos esse carnales, & inter se contendere ac litigare? Nōne Galatae descuerant ad Iudaismū? Nōne repertus est qui patris uxorem haberet domi? Quid porro sibi uolunt illa tua uerba? Timeo enim ne forte quū uenero, nō quales uolo inueniam uos, & ego inueniat a uobis, qualē non uultis, ne forte cōtentiones, emulationes, animositates, dissensiones, detractiones, susurrations, inflationes, seditiones, sint inter uos? An non talibus obiurgationibus

nibus referta sunt tuae epistolae? Quomodo ergo deus illos eripuit de potestate tenebrarū? Quomodo translati sunt in regnū filij, qui subinde uincuntur a satana? Nisi quod eripuisse dicitur, qui non patitur illos opprimi in aeternum: & in regnum transtulit, qui certam regni spem dedit. In qua spe si consistimus, iam uicimus omnia quaecumq; nobis ingruunt pericula. Animaduertendum est quod psalmus dixit, ex omnibus. Sunt mala in quibus homines non audent opem polliceri, ueluti sunt morbi, in quibus medicus dicit, malum est immedicabile, non admoueo manum. Sunt uulnera quibus chirurgi nolunt admouere manus. Sunt infeliciter apud Turcas captiui, quibus nec pontifex, nec Caesar potest opitulari. Sed nullum est mali genus unde non eripiat ille, qui suscitatur etiam mortuos, qui potest & ab inferis reuocare iam olim sepulcorum animas. Nec oscitanter praeterendum opinor quod dictum est, Exquisiui dominum. Magis enim quadrare uidebatur, Inuocaui dominū & exaudiuit me. Sed quaerendi uerbo diuinā litera cōmendat nobis studiū & uigilantiā. Neq; enim perijt deus ut quaerendus sit, quum sit intra nos. De sapientia legimus. Si quaesieris eam quasi pecuniam, & sicut thesauros effoderis illam. Quid non tentat auarus, ut thesaurum inueniat? Psalmus 68. locum hunc uelut alijs uerbis exponens dicit, Videant pauperes & latentur, quaerite deum & uiuet anima. Quod hic ait, Benedicam dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo: illic dicit, Laudabo nomen dei cum cantico, & magnificabo eum in laude. Iam & Euangelicus sermo tribus illis uerbis, petite, quaerite, pulsate, quid aliud nobis commendat, quā studiū, instantiam ac uigilantiā? Non satis est accendere cereolum in meridie, non satis est labijs dicere, domine adiuua me. Dauid exquisiuit dominum, & liberatus est. Dices, Vbi quaeram dominū? Latet in sacris literis, illic scruteris, illic fodias, & inuenies eū. Latet in membris suis, Qui subleuat pauperes Christi, qui consolatur afflictos, qui docet errantes, recte quaerit dominū, & illic inueniet. Descende in teipsum, dispice quot modis offenderis dominū, & quā misericorditer ille tecum egerit: accende lucernam fidei, ut iuxta Iacobum, postules in fide nihil haesitans: excita scintillam charitatis, illic inuenies dominum. Nec protinus abijcito spem, si non statim impetras quod petis, insta, urge, preme, aut quod postulas accipies, aut aliquid illo melius. Ne properemus ab hoc loco recedere. Diuina scriptura similis est eximiae cuiusdam tabulae, quā si diutius contemplare, semper aliquid noui sese aperit, quod spectasse iuuat. Dauid sciebat se fore regem, iam erat unctus a Samuele, & tamen omnem cautionē adhibet, ne occidatur a Saule. Et ubi sunt interim qui dicunt, quid attinet me sollicitum esse, si non sum praedestinatus, frustra nitari: si sum, superuacanea est sollicitudo, sicut quod destinauit ille, cuius decreta rescindi non possunt. Vult deus seruari quos elegit, sed ita seruari uult, ut suam operam iungant cum uoluntate diuina. Seruat eos per gratiam, sed eam gratiam uult a nobis ambiri, precibus, lacrymis, suspirijs, elemosynis. Facessat inuidiosum nomen liberi arbitrij, quod in sacris literis nusquā reperitur, sed a superciliosis Stoicis in Theologorum scholas uenit. Verum si nihil agit uoluntas hominis, quid sibi uult hic sermo, exquisiui dominum, & exaudiuit me? quid qui sequitur, Accedite ad eum & illuminamini: praesertim quum similis loquendi forma nusquam non sit obuia in sacris literis? Vult te dominus eripere, sed clamantem. Si tu aliter uis eripi, non eripieris. Aperit nunc propheta quid sibi uelit tanta exultatio, ad cuius confortiū inuitat omnes mansuetos, ut apud omnes glorificetur nomen domini. Sed quid dominus eget hominum celebratione? Ille quidem, ut ante diximus, nō eget, sed nobis opus est. Ad quid? Ut omnes idem speremus a domino quod impetrauit Dauid, si ad illius exemplum inquisiuerimus dominum. Exemplum proposuit, & addit exhortationem. Accedite ad eum, & illuminamini, & facies uestrae non confundentur. Quotquot sedetis in tenebris mœroris, & umbra mortis, accedite ad eum qui est lux uera, & illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum, & ab hoc illuminetur oculi cordis, & facies uestrae nō confundentur, hoc est, nō pudefiet. Pudor enim in facie est. Frustra quaeritis dominum in tenebris obambulantes. Oculi animi, intentio est. Sed hic lusciosus est nisi illustretur lumine: lumen autem fides est. Nemo porro sibi dat fidem, sed accipit a domino. Nullus tamē accipit, nisi accedat. Quid est, accedite? Ne ponatis obstaculum gratiae dei, sed potius illi uos precibus & elemosynis preparate. Sol huius mundi se profert omnibus, sed non illuminat omnes. Nōctuas etiā magis excecat, & lippientibus molestus est, nec

prodest natura cæcis, aut his qui occludunt oculos. Grauis est lippitudo peccatum: sed nō det lippus tamen non nihil, sed quæadmodum temulenti, quorum oculos grauet crapula, talibus multa uidentur quæ sunt unum, & ambulare uidentur quæ quiescunt. Tales oculi primū habebat cæcus Euangelicus, qui uidit homines ut arbores ambulantes. Sed qui caret fide profusus cæcus est. Quamquam est, & infirma fides, quæ à domino postulat augmentum. Qui caret fide, oret ut accipiat: qui paulum habet fidei, clamat, domine adauge mihi fidem. Qui oculos habet pituita grauatōs, expurget animam à uitijs & cupiditatibus malis, ut purgatos oculos possit intendere in dominum. Id si fiat, facies illius non pudefiet. Pudefcunt enim qui ferunt repulsam. Quicquid petieritis patrem in nomine meo dabit uobis. Hoc qui toto peccatore credit, non pudefit desertus in periculis, sed ex omnibus angoribus ac pauoribus liberabit illum dominus. Hic fortasse subibit animos quorundam humana cogitatio. Si pudefcunt qui non liberantur, pudefacti sunt ergo tot martyres, qui in acerbissimis cruciatibus exhalarunt animam: pudefcunt & hodie complures p̄ij homines, quos non relinquit afflictio priusquam uita. Ad ista respondeo. Non pudefit nisi qui uincitur: sed quisquis uicit, ut cunctis cōsolus façulis, gloriam habet. Hic demum pudefacti sunt, qui in cruciatibus defecerunt à Christo. Nam hi, uere uicti sunt, etiam si lucriferunt uitam. At qui in exquisitis supplicijs, spe uitæ cœlestis alacer est, et extremis uocibus Christum animose profiteatur, nec uictus est, nec desertus: proinde nec pudefcit, imò per gloriosam mortem transit ad æternæ gloriæ triumphū. Sed potius uictus ac pudefactus est tyrannus, & in tyranno satanas. Qui torquetur, agit gratias: qui torquet, furit: uter uictus? Sed an non repulsam patitur martyr, qui orat ut liberetur à cruciatibus, nec liberatur? Quomodo orat martyr? Domine Iesu accipe spiritum meum. Hæc uox non est deprecantis supplicium, sed anhelantis ad triumphum per mortem. Talia probabile est & Paulum fuisse loquutum, qui cupiebat dissolui & esse cum Christo. Phas tamen est p̄ijs orare deum, ut ab impiorum afflictionibus, aut alijs huius uitæ molestijs liberentur, uelut à morbo cruciabili, à bello, à pestilentia. Sed quomodo orat uere pius? Domine si uis, si expedit, & ad tuam gloriam & ad meam salutem, eripe me ab his malis: si minus, fiat quod bonum est in conspectu tuo. Tantum da famulo tuo robur spiritus tui, ne succumbat tentationi. Hic precator, siue liberatur à malis, nō pudefcit: siue superat ipsa mala, non pudefit, sed ut strenuus miles in bello uirtute fit illustrior. Quomodo enim pudefacti uidentur, quos ipse dominus in Euangelio beatos appellat? Nec magni faciendum est, si quibusdam carnalibus uideatur pudeferi talis. Ille uere pudefactus est, cuius facies probis operata est apud deum, qui tunc confunditur, quum in illo mirabili teatro, coram iudice deo, coram uniuersis angelis, coram toto cœtu piorum hominum, patefactis omnium cōscientiarum latebris, uidebit iustos impaudis uultibus stare cum patre constantia. Uisus est ignominiosus Lazarus, procumbens ante fores diuitis, sed diues ille reuera confusus est, quum ipse in tormentis agens, uideret mendicum in sinu Abraham. Lazarus obtinuit quod petebat, diues orans repulsus est. Quam uictus quam confusus uidebatur dominus gloriæ, quum ligaretur, damnaretur, colaphis caderetur, conspueretur, spinea corona, & chlamyde purpurea, & arundine derideretur, quum ab Herode lineis indutus cōtumeliæ causa ad Pilatum remitteretur, quum in crucem tolleretur, socius latronū. Quam uidebatur à deo desertus, quum pharisæi mouentes capita sua insultarent pendenti. Si filius dei est, liberet eum pater, si bene uult ei. Sed interim decedit satanam, interim parabat & sibi & suis omnibus immortalitatis gloriā. Ergo si nolumus pati repulsam, si nolumus pudeferi, accedamus, siue ut alij uerterunt curramus, non ad mundi præsidia, non ad merita nostra, sed ad dominū, huc hortante nos filio, qui uitam nobis aperuit, ostendit ac munij. Sequitur in Psalmo, [Hic pauper clamauit & dominus exaudiuit eum, & ex omnibus tribulationibus liberauit eum.] Quod præcessit in capite, sperandum est in membris: non enim Christus deseret ullam sui partem, totus liberabitur, totus resurget in gloriam. Seipsum igitur nobis exemplum proponit, quod imitemur, unde fiduciam sumamus. Si sequeris præcedentem, assequeris quod ille consequutus est: si illius uestigijs ingrederis, sine dubio peruenies quod ille peruenit. Quid huc & illuc distorques oculos? Quid intueris eos qui nihil aliud sunt quam homines? Qui beati uidentur in hoc seculo pollent auctoritate, florent dignitate, abundant opibus, fruuntur prospera corporis ualitudine, habent uxorem

uxorem ex animi sententia, habent liberos, abundant amicis, stipantur clientibus ac famulis, honorantur, coluntur, adorantur ab omnibus. Hos, inquis, uidetur exaudisse dominus, hos ex omnibus angustijs eripuisse. Quin ed dirigit oculū, quo te uocat propheta digitus, indicans quem imiteris, unde spem certam concipias? [Hic pauper clamauit, & dominus exaudiuit eum.] Si spes cœlestis, dominus iuxta carnem è pauperula matre natus est: ipse pauperior, qui hoc ipsum quod habere potuit, reliquit propter Euangelium. Si autem unum species, nullus unquam hominum uixit Christo pauperior, quia nullus unquam exiit, nec exisset purior ab omni cupiditate rerum mundi. Quoniam autem opulentiā commitari solet ferocia, eandem uocem Hebræam alij pauperem, alij māfuetum uertunt. Nec Græce est *πτωχός*, sed *πτωχός*, quod mendicum sonat, hoc est, petacem pauperem. Sicut autem sunt multi facultatibus pauperes, cupiditatibus diuites: ita sunt multi uirtutum inopes, sed falsæ pietatis persuasione locupletes. Si cupimus exaudiri à domino, simus uere pauperes, agnoscamus nuditatem nostram: & si quid in nobis uirtutum est, nihil inde nobis arrogemus, sed totum transcribamus misericordiæ diuinæ. Non pudeat confiteri nostram inopiam, sed mēdicorum improbitatem imitantes, clamemus ad dominum, & exaudier nos. Sed unde pauperi tanta securitas inter undiq; imminentiā pericula? Superne telis igneis nos impetant impij spiritus, insurgit mundus omnibus machinis in pios, Christus reliquit terras, unde pauperi imbelli, inermi, destituto fiducia? Christus corpus subduxit in cœlum, ut nos ed subueheret: at non deseruit suos, cum illis est usque ad consummationē seculi. Rex est cœli & terræ, Non est necesse ut rursus descendat, satis est descendisse semel. Habet innumerabilem angelorum exercitum, per quos tueatur oues suas. Audi ergo non leues suppetias. Angelus domini immittet in circuitu timētium eum, & eripiet eos. Verbum immittet nō satis exprimit uim dictionis Hebræicæ quæ Septuaginta melius reddiderunt per *παρεμβολή*, quod proprie est locum fossa ualloq; communitate castris, quod se milites in tutum recipiant. Nam quod Latini uocant castra, Græci dicunt *παρεμβολή*, eo quod arceant inruptionem hostium. Quid si quis pro castris uertat immisionem, nullus opinor intelliget quod dicitur. At nihilo dilucidius loquutus est, qui uerit immittet pro cōmunit. Vnde quidam absurditate sermonis offensi, corrupebant hunc locū, ut indicat Augustinus, et uerterant: Immittet angelū dominus in circuitu: quam lectionē adhuc habent cōmentarij in psalmos, qui Hieronymo tribuuntur. Rectius igitur expresserunt propheta sensum, qui uerterūt, circundabit angelus, ut diuus Hieronymus, aut castra metabitur angelus domini. Nec ad sensum refert, utrū hic accipias angelū Christi ipsum, qui dictus est magni cōsiliij angelus, an angelū aliquē è numero eorum, de quibus beatus Paulus scribit Hebræis, Nōne omnes administratorij spiritus sunt, in ministerium missi propter eos qui hæreditatem capient salutis? Quorū meminit & in Euangelio dominus, Angelis eorum semper uident faciem patris, qui in cœlis est. Et in Actis de Petro, Angelus eius est: & Danielis 10. Michael auxilio est angelo aduersus regē Persarum. Item in Psalms, Angelis suis mandabit de te, ut custodiant te in omnibus uijs tuis. Non timuit Helizeus imminente hostili turma, qui propheta uidebat angelorum præsidia. Ad illius preces dominus aperuit oculos ministri, & uidit montem plenum equis & curribus igneis, cingentibus Helizeum undiq; plures erant angeli protegentes, q̄ hostes impetentes. Itaq; solo angelorum præsidio uicit Helizeus. Porro de missis angelis ad sanctos, uel ut opitularentur, uel ut lata nunciarent, uel ut consolarentur, quid attinet cōmemorare, quum id tot locis doceant scripturæ? Nec in magno discrimine ponendū est, utrū iuxta diuum Basilium intelligas unum quemlibet angelum tātē esse amplitudinē, ut uniuersos deum timentes possit circumire: an cum beato Augustino accipias angelum dictum pro angelis, quemadmodum usitatissime dicimus militem pro militibus licet innumeris. Nō enim hic agit de numero, sed de specie. Nomine enim angeli excluditur præsidium humanum, & declaratur diuinum. Ne illud quidem officit sensui, quod Hebræus habet circundat tempore præsentis, & Græcus nobiscum, circundabit, tempore futuro, nisi quod tempus præsens significat hoc perpetuo fieri, ut angelus domini custodiat seruos domini. Sed interim militari uerbo admonemur, uitam hominis esse militiam super terram, nec hic nos in patria uiuere, sed in castris agere, ne dormiamus, ne luxui ac uoluptatibus indulgeamus, sed semper in procinctu stantes, clypeum læua, gladium dextra teneamus.

teneamus. Excubant pro nobis angeli, non ut nos stertamus, sed ab illis adiuti fortiter pugnant superemus hostem, qui nunquam non circumit, quare quem deuoret. A quo si tuti esse uolumus, maneamus in castris, ne regem a septis ecclesiae, ne incurramus in manus satanae: & si cogitandum est cum hoste, sub imperatoris signis militemus: bona spe militemus, quando quidem angelos habemus uallantes nos suis praesidijs, nec id simpliciter, sed in circuitu siue gyro. Castra hominum nulla cura sic possunt undique muniri, ut non aliqua pateant insidijs, per cuniculos suffodiuntur, uallus iniecto igni exurit, fluvius ponte transmittitur, fossa impletur, murus arietibus deijcitur: ut nihil horum sit, certe ab his quae a supernis immissa decidunt, tuta reddi non possunt. Sed dominus per angelum suum undique communit suam ecclesiam, ut nec impijs hominibus nec inimicis spiritibus ullus pateat aditus, nisi nos ipsi nosmet prodamus, modo ne castra deseramus, modo ne angelos auxiliares impudicis moribus abigamus. Apes abiguntur fumo, columbae scoto, re, sed multo magis angeli turpibus factis abiguntur. Tum demum soli sumus, cum crapulae, temulentiae libidinisque indulgemus, imò non soli sumus, sed pro stipatu angelorum habemus daemorum comitatum. Proinde si nolumus deserere a propugnatoribus angelis, timeamus dominum. Sic enim legis, [In circuitu timentium ipsum.] Ut nec homines tuas nec satanam, unica ratio est, si timeas dominum. Qui timet et metuit offendere, & hic timor continet nos intra cancellos innocentiae, donec proficiamus ad amorem diuinam sapientiae. Qua gustata, non est iam opus cancellis, sed in libertate spiritus uiuunt, quem ad modum scribit Ioannes, Charitas foras pellit timorem. Et Paulus, Vbi spiritus, ibi libertas. Ad tam benignum dominum, qui hominem tanto dignatur honore, ut angelorum praesidijs illum undique communit, quis trepidet accedere? quis dubitet se illi committere? Hanc tam admirabilem dei erga homines charitatem ac sollicitudinem experius propheta, ad eandem experientiam inuitat omnes homines. Sic Paulus praedicat se ex persequutore Christi factum apostolum, & ex primo ut ipse loquitur peccatore, factum insignem Euangelij predicatorem, utique per dei gratuitam misericordiam, ne quisquam quamlibet peccatis oneratus dubitaret accedere. Non enim inuida est charitas, sed cupit omnia bona cum omnibus habere communia, Ego, inquit propheta, accessi & gustavi, hoc est experimento comperi. [Accedite & uos, & gustate, & si parum est gustasse, uide te quam suavis est dominus.] Quod Latini legunt suavis, Septuaginta reddiderunt *χρηστός*, quod magis sonat benignum & commodum. Idem enim uerbum est in Euangelio, Iugum meum suauis est, *χρηστόν*. Non succedit omnibus ad reges ac satrapas accessisse. Multis negatur aditus, multi reijciuntur admissi, multi pro sperato beneficio referunt supplicium. Et a multis principibus turis est abstinuisse, quam accessisse propius, quod & Graecorum proverbio testatur est, procul a Ioue & fulmine. At non talis est dominus, qui sic est omnium maximus, ut idem sit omnium benignissimus. Occurrit accedentibus ad ipsum, et conuertitur ad eos qui se ad ipsum conuertunt, teste propheta sub persona dei loquente: Conuertimini ad me, & ego conuertar ad uos: & Evangelica parabola de prodigo filio, cui conspecto procul pater obuiam properat. Ex omnibus sensibus duo certissimi sunt, tactus & uisus. Nam gustus tactus quidam est linguae ac palati, sed tactus perfectissimus. Non enim solum indicat dura molliaque, aspera & lenia, calida & frigida, sed saporum mille differentias. Proinde dominus in Euangelio, uolens omnem dubitationem e discipulorum animis eximere, Palpate, inquit, & uide te, quod spiritus carnem & ossa non habet. Dicit & Thomas, nisi uidero uestigia clauorum, & misero manum meam in latus illius, non credam. Tetigit, uidit, credidit. Similiter & Ioannes in epistola certissimam fidem significans, Quod audiui, inquit, quod uidi oculis nostris, quod perspeximus, & manus nostrae contractauerunt de uerbo uita: Sed plus est gustare, quam contractare: quod enim gustatur, uiuificat, alitque: quod manibus contractatur, non item. Acceperunt ad Iesum Iudaei, contractauerunt illum ac uiderunt, sed non gustauerunt, quia quod audiebant, calumniari malebant, quam credere. In rebus externis, prius est uidere quam gustare, in spiritualibus contra. Panem corporis alimentum prius inspicias, quam mittis in os. At uerbum dei qui est panis animi, nemo perspicit, nisi crediderit, quem admodum ait Propheta, nisi credideritis non intelligetis. Dominus ergo quaeritur dum nos a uitijs ad poenitentiam conuertimur. Accedimus fide, gustamus acceptis primitijs spiritus, uelut arrabone: uidemus dum

Luc. 24

1. Ioh. 1

dum eo fruimur contemplantes illius in nos mirificam charitatem, simulque sperantes perpetuam illam ac beatificam diuini uultus contemplationem. Nam hic uidemus per speculum, & in aenigmate, tum uisuri sicuti est. Tum enim cessabit quaerere, cessabit & accedere, quia non est fides, ubi est perfecta experientia. Cessabit & gustare, quia non dabitur arrabone ad confirmandam spem, ubi quod promissum est totum exhibetur. Solum uidere perficietur ac manebit in aeternum. Haec est unica beatitudo, unica uoluptas totius militis caelestis, nosse, hoc est, intueri uerum deum, & quem misit Iesum Christum. Habet mundus hic bellaria sua, habet animorum auocamenta, quae nec ad plenum explent, quum interdum copia moueant taedium, sed hic solus cibus satiat animam sine saturitate. Tum enim quae res conquiescit, quum ad suum finem peruenerit. Huc autem natus est homo, ut cognoscat conditorem suum eoque fruatur. Hic est panis angelorum, qui de caelo descendit, ut fieret panis hominum. Verbum caro factum est, hoc est, homo factus est filius dei, ut hominum fieret cibus. Beati sunt qui esuriunt hunc panem, sed beatiores qui comedunt illum in regno dei. Quidam hunc locum interpretantur, de esu potuque corporis & sanguinis dominici, ac sensus pius est, si de spirituali sumptione accipiatur. Nam hac quoque parte suauis est dominus. Sed ut ipse ait, Caro non prodest quicquam, nisi adsit spiritus qui uiuificat. [In hoc qui sperat siue confidit uir beatus est.] Vana est igitur omnis humana beatitudo, sola uero beatitudo est, si uiam ac spem omnem collocare in domino. Ea spes non confundit, sed post hanc uitam absoluitur. Interim spe beati sumus, tenentes arram spiritus, donec uenerit quod perfectum est. Qui gustauerunt bonum dei uerbum, qui fidei oculis intuentur bona futuri seculi, quae praeparauit deus diligentibus se, hi demum uere beati sunt. In rebus humanis timor & spes inter se pugnant, at in mysticis nulli certiores, quam qui timeant dominum. Impudenter enim sperat a duce praemium, qui ducem non timet. Qui enim non timet, non pareat imperatis. Celebratur imperatoris cuiusdam apophthegma, qui dicere solitus est, Satius esse ut miles timeat ducem quam hostem. Ita qui non timet Christum principem, & diabolus & homines timeat oportet. Eos igitur qui sub Christi uexillis in ecclesiae castris militant, Dauid alloquitur dicens, Timeate dominum omnes sancti eius, quoniam non est inopia timentibus eum. Timor uos non solum tutos reddet ab incurusione daemorum, sed efficiet, ne quid omnino uobis desit. Interdum enim milites ob inopiam commeatu coguntur sese hosti dedere. Vos autem qui semel dedistis nomen imperatori Christo, si illum timentes praecipis illius parueritis, non est quod ullus rei metuatis inopiam. Imperatoris est prospicere militibus suis, uos ergo tantum quaerite regnum dei & iustitiam eius, & haec omnia adiacentur uobis illius uidelicet benignitate cui bona fide militatis. Ne mihi quis hic obijciat Lazarum, cui deerat tectum, cibus ac bona ualutudo, ne obijciat Iob omnibus bonis spoliatus. Omnia habet qui deum habet. Iob ditior erat quam nudus sederet ulceribus plenus, quam qui opibus abundaret, quia tentatione factus est deo charior. Misera egestas est, carere fide, carere charitate, carere iustitia. Miseranda egestas diuitie esse uisus, & omnium uirtutum egenus. Timentem deum non est ulla inopia, uidelicet eorum quae reddunt hominem uere beatum. Cui mori lucrū, is non patitur uitae inopia moriens. Cui paupertas magistra est sobrietatis ac pudicitiae, huic paupertas magne sunt diuitiae. Quamquam & illud in genere uerū est, eis non deesse uictum & amicum necessarium ad uitam, qui metuentes dominum non recedunt a iustitia. Quid ergo dicemus quum uidemus totam Christianorum uitam plenam esse fraudibus? Quid est in omni rerum natura quod non uitiat quaestus? Quis uenditor non iniqua mercede uendit mercem, si queat circumuenire proximum? Quot sunt artes uitandi farinae, uitandi uinum, uitandi saccarum? Quot imposturae sunt in adulterandis pannis, in adulterandis gemmis? Stannum uitiamus plumbo, aes cupro, argentum & aurum non uno modo corrumpimus. Quod artificium non habet uarias imposturas? Quod opificium non habet sua furta? Non iam loquor de furtis molitorum, pistorum, uestiatorum, & aurigarum, quorum rapacitas tam est uulgata ut propemodum laudi detur. Quis operam proximo debitam praestat bona fide? Quotus quisque est qui materiam suis manibus commissam bona fide tractat? Chirurgus qui studio producit ulceris sanationem, quo plus auferat mercedis, nonne furto sceleratius quiddam committit? Fortassis & medicos huiusmodi nonnullos reperias. Iam quanta rapina est ex moneta, dum & uitatur materia, & ponderi detrahitur. Accedit huc subinde mutata

mutata monetæ aſſimatio, magna calamitas pauperū, ingens cōpendium negociatorū. Adde huc monopolia, per quæ fit, ut quod uendebatur dodrante, uendatur alle. Inter hæc tibi quaſo timor domini: Sed uitijis noſtris præteximus metum egeſtatis, propemodum ſcripturam arguentes mendacijs. Si timerem, inquit, dominum, ac ſine fraude uiuerem, res mihi rediret ad famem: & ille illeq; dum abiecerunt timorem domini, quantum opum ſuis fraudibus ſibi pepererunt: Hæ uoces an non uidentur hominis falſum eſſe iudicantis, quod ait ſcriptura: Non eſt inopia timentibus deum? Sed audi contra, Natura minimis cōtenta eſt, uerū auariciæ, ambitioni, luxui, ac delicijs, nec terra nec maria ſufficiūt. Quotidie luditur alea, quotidie celebrantur Bacchanalia, aluntur ſcorta: & dicitur, ars mea nō poſſet alere me, ſi nihil fraudis admifcerem. Viuas ō nugator ſobrie, labores grauiter, ſi tum defuerint neceſſaria, ueni & argue dominum. Sed præſtat ad pſalmum redire. An notandum eſt, quod dicitur, [Sancti eius.] Videtur enim indicare eſſe ſanctos, qui nō ſunt domini. Quid ni? quum Turcæ habeant ſanctos ſuos, abſtemios, caſtos, rigidifſime uiuentes, ſed hi ſunt ſancti ſarane. Habebant & gentes diuos ſuos ac diuas, Habent & Iudei ſanctos ſuos. Poſtremo habent & hæretici ſanctos, quos magna ueneratione celebrant. Quin & in eccleſia multi ſunt admixti ſancti, qui non ſunt ſancti domini. Sunt enim qui ſeiunant parſimonie aut gloriæ cauſa, ſunt qui ſordidatū incedunt, ſunt qui multum orēt, qui dent eleemoſynam. Hi ſancti ſunt, ſed coram hominibus, coram deo ſepulcra ſunt dealbata. Sed qui purum habent cor, nec aliō ſpectans quam ad Chriſtū, hi ſunt ſancti quos alloquitur Dauid. Sancti ſunt qui puri ſunt, ſed ſancti dei nō ſunt, niſi qui puri ſunt in oculis dei. Fortaſſe nec illud myſterio uacat quod ait, [Omnes ſancti.] Videtur enim indicare etiam inter ſanctos dei magnam eſſe uarietatem, quos tamen omnes ad communiem domini timorem inuitat. Quæ ſunt illa diſcrimina? Sancti ſunt qui pure uiuunt in ſacerdotio. Sancti ſunt principes, qui rempublicam bona fide adminiſtrant. Sancti ſunt præſules, qui ſedulo curant gregem dominicum. Sancti monachi, qui mortui mundo tantum anhelant ad cœleſtia, mortui carne ſpiritu aguntur. Sanctæ ſunt uirgines, quæ ſponte ſeſe totas dicauerunt ſponſo Chriſto. Sancti ſunt qui ſeruant honorabile coniugium & thorum immaculatum. Sancti ſunt qui iuſto opificio ſine fraude parant, unde & ſe ſuosq; alant, & habeant unde tribuant neceſſitatem patienti. Non tam refert quo quiſq; ſtatu ſit, q̄ quantum timeat dominum. Ne quis dicat, non ſum monachus, ſed coniugatus, & negociator, quomodo perueniam ad cœlum? Time dominum, & nihil tibi deerit dumtaxat neceſſarium ad ſalutem. Si conſulas oculos carnis, nulli magis egent, quam qui timent dominum: nec ulli bonis omnibus magis florent, quam qui abſecto timore domini, per ſas nephaſq; uenantur huius mundi commoda. Sed ſi res ad uerum iudicium exigatur, comperiantur eſſe pauperiſſimi, qui pro diuitibus habentur: contra diſiſimi, qui pro egenis habentur. Hoc nobis nunc loquitur propheta, [Diuites egerunt & eſurierunt, inquirentes autem dominum non minuentur omni bono.] Scriptura ferè ſolet appellare diuites non eos qui multa poſſident, ſed qui ſidunt opibus ſuis, nec his unq; ſatiantur. Velut in Euan gelio, Quam difficile eſt diuitē intrare in regnum dei. Alibi diuitibus inſclamat uæ: & Paulus, Qui uolūt diuites fieri, incidunt in tentationes & in laqueū diaboli. Conſirmat quod dico, contentio partium. Nam hæc ſententia conſtat e contraſijs, & diuitibus opponit inquirentes deum, ut intelligas hic agi de diuitibus, qui conqueſcentes in opibus ſuis, negligunt deum. Ac tales pleriq; ſunt qui diuitijs abundant, aut male partis, aut fraude autē, aut auare ſeruatis. Nec enim temere iactatū eſt illud, Omnis diues aut iniquus, aut iniqui hæres. Iſte igitur qui extruit magnificas eſdes, qui domum habet aureis argenteisq; ualis, auleis uarijsq; ſupellectile ornata, qui ſplendide epulatur, qui regaliter cultus, multo ſa multo ſtipatus incedit, qui multos alit equos, qui multa poſſidet latifundia, qui multum habet auri in ſcrinijs, multum in ſcenore, qui cenſus habet amplos, ab omnibus ut diues honoratur, ac tantum non pro ſemideo colitur. Verum ſi Silenum iſtum inuertas, inuenies intus turpiſſimam egeſtatem, animum uacuum fide, nudum charitate, nulla ſapientia, nulla uirtute ornatum. Iam mihi confer illas ſpiritus opes, cū his quæ poſſident diuites, & perſpicias quāto miſerabilior ſit illius locupletis egeſtas, q̄ cuiuslibet mēdici publici, qui ueſtē habet laceram, crumenā uacua, cibi minimum, deliciarum omnino nihil, ſed habet in penetralibus mentis pietatem, pudicitiam, modeſtiam, caſtitem, ſobrietatem.

tem. Precioſior eſt ſapientia cunctis opibus. Hanc quiſquis habet, ſuperat omnes Cræſos & Craſſos. Diuites, inquit Iacobus, fide, & hæres regni. Proinde qui deplorant paupertatem ſuam, quum abundant animi bonis, ingrati ſunt erga deum. Si fides per quā iuſtificamur, ſi charitas quæ nos dñat bonis operibus, precio queat emi, quid nō liberet impenderes? Nunc quū tam inæſtimabiles dotēs deus gratis in te contulerit, clamas te pauperē, qui nō abundes opibus, nec ueris nec firmis, quippe quæ nec beatorē reddāt hominē, & fortunæ arbitrio tum dentur, tum eſtipantur. Negant Stoici quemq; eſſe diuitē niſi ſapientē, quum illi tantum umbrā ueræ ſapientie ueluti per ſomnium uiderint: & tu queris de inopia, qui noſtri uerum deum & quem ille miſit leſum Chriſtum? Immo qui habes ipſum deum, in quo bona ſunt omnia? Proinde ſi de ueris bonis accipiamus, perpetuo uerum eſt, quod ait hic pſalmus, Diuites hic egerunt, inquirentes dominū non deficient omni bono. Et tamē hoc de rebus etiā externis ſi non perpetuo, certe frequenter uerū eſt, ut diuites uel bello, uel naufragio, uel alea, uel luxu, uel alia quauis calamitate redigan tur ad inopiam. Nec omnino ſine cauſa iam olim hoc uulgo dicitur, De male quaſitis nō gaudet tertius hæres. Ut nihil horum accidat, certe mors eripit uniuerſa. Ibi demum uideas extremam inopiam, ibi rerum uices inuerſas, quum diues mendicet guttulā aquæ, nec accipit, Lazarus reficitur in ſinu Abraham. Adde quod nemo diues eſt, qui plura concupiſcit, qui nō audet uti quaſitis, qui ſemper addit aceruo: tam deſt auaro quod habet, q̄ quod non habet. Animus diutem facit, non circūſuſa rerum copia. Quod noſtra æditio habet egerunt, Græci uerterunt ἐπιπλοῦν, id eſt mendicarunt: qui callent Hebraice, uertunt de pauperati ſunt, hoc eſt, ad inopiam redacti ſunt: & ut intelligeres extremam paupertatē, addidit, & eſurierunt. Venit enim tempus quum animi bona fruſtra quaerentur, ab his qui hic oblata negligunt. Conuertentur enim ad ueſperam, & famem patientur ut canes, & fruſtra circumibunt ciuitatem, quemadmodū & iam olim inſelices Iudæi circumueunt Eccleſiam, uident illam tor dei donis locupletē, uident corpore Chriſti refici, calice ſanguinis illius inebriari, ſcripturarum medulla ſaginari, & ipſi fame ſitiquē pereunt. Rurſus pro eo quod nos legimus diuites, Hieronymus reddidit leones, alius catuli leonum. Hæc uocum uarietas nihil officit ſenſui, ſed explicat magis. Non enim ut dictum eſt, ſentit de quibuslibet opulentis, ſed diuitibus in hoc ſeculo, qui tument ac ferociū ſiducia diuitiarum, qui rapinis & pauperum lantatu rem augent, qui oppriment imbecilles, qui mercedem pauperum apud ſe detinent, qui uſuris ac monopolijs exedunt tenues. Hi leones ſunt carniuori, & horū filij catuli leonū, aut ipſi etiā illius leonis catuli, qui ſemper obambulat captans quē deuoret. Talibus diuitibus Iacobus denunciāt imminentē egeſtatem: Agite nunc diuites, plorate ululantes in miſerijs ueſtris, quæ adueniēt uobis. Diuitie ueſtræ putrefactæ ſunt &c. O miſeras diuitias. Illi porro uere diuites ſunt, qui theſauros ſuos recondiderunt in cœlis, ubi nec ſuffo diunt fures, nec erodunt tineæ, nec corripit erugo. Nec male ſentunt qui locum hunc ad Iudæos & gentes referunt. Iudæi ſibi uidebantur diuites operibus iuſticiæ, & Chriſtū qui ueras diuitias offerebat aſpernabantur. Gentes autē quæ nec legē habebant, nec ſynagogā, nec dei noticiam; nec omnino quicq; quo ſibi placerent, per fidem ditati ſunt, Iudæis ad extremam redactis inopiam, qui nunc nec ciuitatē habent, nec templum, nec ſacrificia, nec deum, nec Chriſtum. Nam patrē abnegauit quiſquis abnegat filium. Gentes itaq; ſitientes iuſticiam dominus impleuit bonis, & diuites dimiſit inanes. Merito eſuriunt qui nauſeauerunt ad panem cœleſtem, qui excuſarunt inuitati ad cœnam magnam: merito ſitiunt, qui terra ſibi oppleuerunt uenas aquæ uitæ quas aperuerat Iſaac. Et iam illis eſurientibus, debiles, cæci & claudi accumbunt in menſa dominica. Quod Iudæis uſu uenit, idem accidet & Chriſtianiſ Iudæicis, qui fide charitateq; intus uacui, de cibis, de ſeiunijs, de cultu, ſimilibuſq; ceteronijs gloriantes dicunt, nos diuites ſumus & nullius egemus, atq; adeo redundat nobis operum honorum copia, ut poſſint & alios ditare. Quid iſtiusmodi diuiti dicit ſpiritus ſanctus in Apocalypſi? Neſcis quod tu es miſer, & miſerabilis, & pauper, & nudus & cæcus? Unde ergo fiet ille uere diues? Sua deo tibi à me emere aurum ignitum, &c. Qui ſuis bonis diues eſſe uult, fit uere pauper: qui uere cupit eſſe diues, emat ab eo qui diues eſt in omnes, & illi ferat acceptum quicquid habet boni. [Hos theſauros qui inquirent, non deficient in ullo bono.] Sed his inquireribus deſunt aurum, ebur, gemmæ, byſſina. Si deſunt, bona non ſunt.

Sed deest forma, robur corporis, prospera ualetudo. Ne hæc quidē uere sunt bona. Quibus hæc defunt, illis præstat ea non habere. Rursus usus est inquirendi uerbo, studium ac uigilantiam nobis commendans, Si quæsieris, inquit Solomon, sapientiam quasi pecuniam, & sicut thesauros effoderis illam, tunc intelliges timorem domini, & scientiam dei inuenies. Sapientia cælestis uenas habet inexhaustas, quàm diu sumus in hac uita sine intermissione fodiendum est. Iudæi thesaurum hunc quærunt in superficie literæ, quærunt in discriminibus ciborum. Sed altius abstrusæ sunt diuitiæ spiritus. Quid impendunt, quid laborum non suscipiunt homines, quàm alte fodiendo penetrant in uiscera terræ, ut aliquid auri tandem inueniant in puluere: & nos pigritamur scrutari tam inestimabilem thesaurum, ut inueniamus deum? Posteaquam propheta tam magnificis promissis excitauit omnes ad timorem domini, ad inquirendum dominum, dixerit aliquis, quid est timere dominum, aut quomodo inquirendus est dominus? Qui sic loquuntur declarant se dociles iam esse, quia discendi sunt auidi. Hæc igitur uoce delectatus spiritus sanctus dicit, [Venite filij, audite me, timorem domini docebo uos.] Audis uocem amantissimi doctoris ac blandissimi, si modo præbeamus nos dociles. Et qui fingit animum, magis est pater, quàm qui gignit corpus. Ac discipulus plus debet bono præceptori, quàm parenti, quod ab hoc accepit ut uiuat, ab illo ut bene uiuat. Frustra autem uiuit, qui non uiuit bene. Iudæi qui obturabant aures suas ad hanc philosophiam, quid audiunt à doctoribus? Progenies uiperarum quomodo potestis bona loqui, quæ sitis mali? Aspides erant, occludebant aureis suas ad uocem incantantis sapienter. Nos si filij dei esse uolumus, præbeamus aureis dociles & attentas: dociles per fidem, attentas per spem. Si boni discipuli fuerimus dei, erimus & filij. Ne cum Iudæis dicamus, recede à nobis, scientiam uiarum tuarum nolumus, nam hoc est peccatum in spiritum sanctum, quod nec in hoc seculo remittitur, nec in futuro: sed recipiamus uerbum domini. Quotquot enim receperunt illum, dedit eis potestatem ut efficiantur filij dei, credentes in nomine Iesu. Ita Iacobus, Voluntarie genuit nos uerbo ueritatis, ut simus in initium aliquid creature. Et dominus in Euangelio discipulos suos filios appellat. Iam enim illos parauerat, ac ueluti sollicita mater in sinu fouebat, hoc tenerius diligens quo erant imbecilliores. Quin & Paulus Corinthijs ita loquitur, Nam in Christo Iesu per Euangelium ego uos genui. Quid autem Galatis: Filij mei, quos iterum parturio, donec formetur Christus in uobis. Semen est uerbum dei, cui si accesserit fides, gignit nouam creaturam. Clamat ergo cælestis doctor è cathedra, Venite filij. Audiamus tam amanter inuitantem, eamus ad illum, quando quidem ille prior non est dignatus uenire ad nos, [Venite ad me, præparate cor.] Nam quidam ex Hebræorum lectione pro uenite legunt, præparamini. Præparatus est qui se docilem præbet: docilis autem est, qui simpliciter credit. Qui philosophiam humanam proficitur dicit, Oportet discendum credere. Sed non est tutum semper homini quamuis docto credere, deo credere tutissimum est, qui nec falli potest, nec fallere nouit. Estote filij, & uenite, non ad Iudeos, non ad philosophos, non ad mathematicos, non ad magos, sed ad me, de quo pater dixit, hic est filius meus dilectus, ipsum audite. Quid auscultatis frigidam Iudæorum fabulas? Quid phariseos, qui docent doctrinas hominum? Quid Stoicos aut Peripateticos, qui profitentur quod non intelligunt? Audite me, qui cælestem doceo philosophiam, qui certa compertaq; doceo, quæ uidi apud patrem meum. Sic sapientia apud Solomonem clamat in plateis, in foribus portarum urbis profert uerba sua. Vique quo paruuli dilligitis infantiam? Conuertimini ad correptionem meam. Tantus præceptor qui tam amanter inuitat, dubium non est quin aliquid magni profiteatur. Quid tandem? Timorem domini docebo uos.] Antea præclaris elogijs commendauit nobis timorem domini. Quibus? Quod qui timent dominum angelico præsidio tuti sunt ab omnibus periculis. Quid amplius? Quod timentes deum nullius rei tangit inopia. Insignia sunt præmia, sed ut recte timeas dominum, præceptis opus est. Quot regulas ediscis ut fias dialecticus? Et tamen non statim felix est qui dialecticus est. Quot præceptionibus opus est, ut discas artem pingendi? At quàm exile lucrum. Quanto studiosius discenda est ars timendi dominum. Accedamus alacriter. Nam qui docet, idem dat quod præcepit. Ergo doce nos præceptor optime, præsto sumus. Sic itaq; doctor uocalis omnes mortales alloquitur. Quisquis expauescit terrore hominum, non potest recte timere dominum. Nec statim beatus erit

erit, qui quouis modo timuerit dominum. Dæmones horrent iudicij supremi diem, & contremiscunt. Et homines impij timent dominum tonantem, fulminantem, terram concutientem, pestilentiam immittentem, naufragium intentantem. Ibi mali quoq; prociunt in genua, tollunt in cœlum manus, uociferantur, uociferantur, implorant opem. Sed non aliter illi timent dominum, quàm timerent latronem, aut malum genium. Timent ne nocent. Sublato periculo simul auolat timor. Seruilis hic timor est, ac sterilis et temporarius: at timor domini fecundus est, gignens in nobis spem, quemadmodum scribit Esaias. A timore tuo domine concepimus, & quasi parturiuimus, & peperimus spiritum salutis. Nec huic diuersum est illud Solomonis, Initium sapientiæ timor domini. Audis felicissimam fecunditatem. Nunc audi constantiam. Timor domini sanctus, permanet in seculum seculi. Si seruus es, esto seruus frugi, non ad oculum seruus, time dominum, non ne iratus immittat paupertatem, morbum, aut aliud corporis malum, sed time iudicaturum uiuos & mortuos, time dicentem inobedientibus, Ite maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. Seruus hominis potest fallere dominum, potest effugere supplicium, tu quò fugies ut effugias? Vbi te abdes ut illum fallas? Ergo si bonæ spei seruus es, sic punientem time: si filius, reuerere sic te amatem patrem, sic de te meritum, ut etiam si tollantur inferi, charitas tamen efficiat, ne qua in re uelis offendere. Si quis dicit se timere deum, ac nihil secius perseuerat in peccatis suis, nec seruat præcepta domini, sciat se non recte timere dominum. Clamat itaq; doctor cælestis, auscultate uniuersi. [Quis est homo qui uult uitam, qui diligit uidere dies bonos?] Nonne ad hanc uocem protinus acclamant omnes, uolumus, diligitur. Sed si delectat præmium, præstate officium, [Prohibe linguam tuam à malo, &c.] Sed quum audis uitam, ne cogites hanc uitam corporalem, quæ mors uerius est quàm uita. Nam hanc habemus non solum cum impijs, uerum etiam cum brutis animantibus communem. Non loquitur pecudibus, sed hominem inuitat rationis participem. Est hominis uita quædam peculiaris, quam bruta nesciunt. Hac uiuunt qui spiritu dei aguntur, hac uiuunt qui pie uiuunt. Anima est uita corporis, animæ uita deus est, post hanc uitam est beata immortalitas. [Quis est igitur homo, qui cupit hanc uitam, qui diligit uidere dies bonos?] Vulgus bonos dies appellat, quibus indulgetur genio, quibus lucrum optimum obtigit, sed non est uera hilaritas, ubi est mala conscientia: nec est uerum lucrum, ubi iactura sit bonæ mentis. Dixerit quispiam, qui nam hæc inter se cohærent. Qui sequitur me tollat crucem suam. Qui uolunt pie uiuere in Christo Iesu, persecutionem patientur, & quod hic pollicetur dies bonos? Momentaneum est quod hic patimur, æternum est quod nobis pollicetur per prophetam dominus. Et tamen quicquid est ueræ hilaritatis, quicquid est ueri gaudij, in animis est timendum dominum. Secura mens, inquit Solomon, quasi iuge conuiuium. Quis omni malorum genere Paulo exercitator? Et tamen quàm is passim exultat in suis epistolis. Ad Corinthios ita scribit. Repletus sum consolatione, superabundo gaudio in omni afflictione nostra. Non satis erat dicere, abundo, superabundo inquit, temulentiam, ut ita loquar, quandam gaudiorum exprime, restudens. Sic in auctionibus clamat præco, quis est homo, qui uult emere seruum mulierces & grammatices bene doctum? Cuius potestatem emendi faciēs, si præcium adferat. Ita Christus neminem excludit ab auctione tantæ felicitatis, sed clamat, Quis est homo qui uult uitam, & amat uidere dies bonos? Vnusquisq; pro se respondet, ego uolo, ego diligo: plus aliquanto est diligere quàm uelle. Si uis, ecce parata merx, tu præcium deponere. Quod præcium? [Prohibe linguam tuam à malo, & labia tua ne loquantur dolum.] Eadem sententia sibi comutatis uerbis accinitur. Satis est non peccare lingua? Minime, sed protinus additur, [Declina à malo,] hoc est, discede ab omni genere uitiorum. Ne id quidem satis addit, [Et fac bonum.] Hæc enim arguunt in nobis esse uerum timorem domini. Sed quæ ex omnibus membris corporis, solam linguam nominat? Quia nullum membrum utilius, si recte utaris: nullum pestilentius, nisi recta ratione gubernetur. Eoq; Solomon ait, Mors & uita in manibus linguæ, Qui custodit linguam suam, custodit animam suam. Contra iuxta dictum beati Iacobi, Qui se putat religiosum, & non refrenat linguam suam, huius uana est religio. Et qui non lapsus est uerbo, hic perfectus est uir. Quoniam autem membrum natura lubricum est ac uolubile, ideo cohibere iubemur timore domini ueluti freno. Primus uirtutis gradus est silere, non ore tantum, sed & cogitatione, ut in silentio & spe sit fortitudo nostra.

Nam in multiloquio non potest abesse peccatū. Pythagoras a suis discipulis exegit quinque quæ continentiam: Est tardus ad loquendum, uelox ad audiendum, & in rebus diuinis diu discere quod doceas. Sed Pythagoras uult mutos esse discipulos, Christo satis est lingua cohiberi a malo, mali nomine complectens omnem uitiorum speciem. Psalmi huius exordium fuit, benedicam dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo. In hunc usum præcipue data est homini lingua: proximum est, ut hac doceamus, moneamus, consolemur proximum. Tertium ut resistentes pertinaciter gloriæ Christi, lingua pro gladio repellamus ac deiciamus. Quemadmodum autem malorum extremum est blasphemias euomere in deum, ita perniciosissimum est maledictis obrectare proximo. Nam id homicidij genus. A blasphemis in deum minimū absunt, qui scientes peferant, minus etiam, qui uel ex malicia, uel ex praua consuetudine iurant abominandis modis. Galli quæ regem suum forte nominant, aperiuunt caput, & addunt bene precantes, deus det illi bonam uitam: & Christianus nulla reuerentia subinde polluto ore nominat deum aut Christum. Quidam nec friuolam aut obscenā fabulam narrare possunt, nisi tertium quodque uerbum sit, per deum, per deum. Atque utinam hoc uitium in Germania tantum audiatur. At eò res deuenit, ut propè aulicū ac ciuile uideatur identidē interijcere, per deum. Quomodo sonat hæc uox ex ore puellæ, quomodo ex ore sacerdotis ac monachi: Sed consuetudo facit, ne sentiat malum iuramentum. Hæc pueri discunt à parētib; ac nutriciis, & puer puerum audit iurantem per deum. Hoc inquam blasphemie proximum est, sed propriores sunt qui iurant per martyrium Christi, per quinque uulnera, per caput, per cerebrum, per capillos Christi, per uentrem, per umbilicum, per intestina, per pedes & calceos dei. Iam omnem blasphemiam superant (abhorret animus à commemoratione) qui iurat per meretricē dei, per naturam matris dei. Item qui non possunt aliquid certo promittere, nisi dicant, hoc efficiā in uoto deo, siue in despectum dei. Nec ista dicuntur tantum in malis atrocibus, in quibus intolerabilis dolor interdum exprimit uoces impias, sed in leuissimis, si parum commode cecidit tessera, si pila manum fefellerit. O linguas gehennæ ueneno infectas. Et in tam abominabili malo prætexitur consuetudo. Valeat non nihil hæc excusatio in uitis leuiores, in blasphemiam nihilo magis patrocinari debet usus, quam in patricidio sacrilegioue. Sed quæ non dedicitur ea consuetudo, quæ si quis aduigilet, uno mense penitus aboleri potest. Qui blasphemus est in deum, quomodo benedicet proximo: Iam non commemoro quid iratus imprecetur homini, sed quid ciuilitatis gratia amicus imprecetur amico. Nonne in quibusdam regionibus quum uolunt uideri comes, ita salutant amicum diu non uisum, ut tibi det deus centum glandes (ita pestem notant) ubi abfuit tam diu: Alibi dicunt, ut tibi det deus morbum comitiale, quando compositabimus: Tanta absurditas, in solita consuetudine facit, ut uideatur urbanitas. Tolerabilius est quod quidam execrantes seipos, quoties cum fide loqui uolunt, aiunt, ingens genius malus me tollat è medio, si unquam uidi melius ludentem pila. Iam irati quot habemus deuouendi formas: Malus demon frangat tibi ceruicem, ueniat tibi pleuresis, ueniat tibi scabies Lazari, sic leprā indicant, ueniat tibi profluuium sanguinis. Ab his tantis malis qui non cohibent linguas suas, quomodo sibi uidentur timere dominū: An eiusdem est timere & blasphemis impetere: Maledicti patri aut matri mors erat poena, quid supplicij debetur blasphemis in deū: Quæque qui proximo maledicit, maledicit deo. Christus iuuatur ac læditur in mēbris suis. Quisquis illudit regis insignib; aut statuis, ut maiestatis uiolator ad supplicium rapitur: & deum non timet qui execratur hominem, ad imaginem dei creatum, & Christi sanguine redemptum: Fuimus olim blasphemis in deum, quum honorem illi debitum exhiberemus demonibus. Erat illa uetus lingua, sed posteaquam nobis nouam linguam dedit dominus, qua semel uerum deum, & filium eius unā cum sancto spiritu profesimus, ablit ab ore nostro blasphemias, nec organo ad benedicendum consecrato abutamur ad maledicendum uel deo uel homini: sed audiamus apostolum admonentem, Omnis sermo malus ex ore uestro non procedat, sed si quis bonus ad ædificationem fidei, ut det gratiam audientibus. Atque ut intelligeremus maledica lingua non solum lædi proximum, sed & deum subdit, Et nolite contristare spiritum sanctum dei, in quo signati estis in diem redemptionis. Audis in pijs hominibus habitare spiritum

Ephes. 4

spiritū dei. In his contristatur ille, blasphema, periura, execratrice, cōtumaci, turpiloquaq; lingua. Quantus gladius penetrat animum uere timentis ac diligentis deum, quum audit ex ore Christiani blasphemias uoces, quarum aliquot supra retulimus. Ut autem pura sit lingua, fac ut purum habeas cor, hinc enim uelut è fonte scatent omnia linguæ uicia. Hocq; subiicit Paulus, Omnis amaritudo & ira & indignatio. Audis fontē: audi fructum, & clamor & blasphemias tollatur à uobis. Satis est cor habere purum ab amaritudine, ira & indignatione: Nequaquæ, eoque subnequit, cum omni malitia. His affinia præcipit Colossensibus, Depōnite nunc uos omnia, iram, indignationem, maliciam, blasphemias, turpem sermonem de ore uestro. Nolite mentiri inuicem. Quæ addit nunc: Antea pagani paganice loquebamini, nunc posteaquæ os uestrum consecratum est Christo, tantum illius gloriæ seruauit. De cætero igitur, quæcunq; sunt uera, quæcunq; pudica, quæcunq; iusta, quæcunq; sancta, quæcunq; amabilia, quæcunq; boni ominis, si qua uirtus, si qua laus disciplinæ, hæc cogitate. Hæc inuis uersentur in animo, & foris sonet lingua. [Et labia tua ne loquantur dolum.] Superior pars uidetur magis ad blasphemiam pertinere, hæc ad fraudem proximi. Qui conuicijs debacchatur in proximum, non quidem illum dolo, sed aperte uulnerat: cæterum hoc quoque nocentior est, qui idem efficit dolis ueluti ueneficijs. Dolus est fallere periurio, mendacijs imponere, infamare clancularijs susurris, traducere famosis libellis, sed alieno nomine proditis, adulatione corrumpere, prauis callidiscq; consilijs in malorum nassam inducere, falsa doctrina inficere, hypocriti fallere, deniq; quicquid artificio lædit dolus est. Hinc quoniam maxima pars malorū nascitur, eò linguæ sanctitas inter præcipuas hominis pijs laudes recensetur. Qui loquitur ueritatem in corde suo, qui non egit dolum in lingua sua. Si lingua fuerit cohibita, si purus animus, sua sponte consequitur quod addit uterq; psalmus, ille collaudans, Nec fecit proximo suo malum, hic præcipiens, [Declina à malo & fac bonum.] Declinat à malo qui per baptismum aut pœnitentiam exiit ueterem hominem cum actibus suis & induit nouum, qui renouatur in agnitionem dei, secundum imaginem eius qui creauit illū. Facit bonum, qui purgatus à peccatis, ornat uacuam mētis domum operibus pietatis, sobrietate, pudicitia, modestia, sinceritate, elemosinis, precationibus, gratiarum actionibus, sacris studijs, sanctis contemplationibus. Prima rudimenta pietatis sunt recedere à uitijs, peccatisq; nostrum purum organum præbere spiritui sancto, per quod se digna operatur. Neq; hoc temere addidit spiritus sanctus. Uideas enim & hodie quosdam qui sibi sat pijs uidentur, si neminem lædunt. Neminem fraudant, neminem spoliant, sed quod habent sibi habent: nemini faciunt conuictum, nemini obrectant, sed non docent proximum, non admonent, non increpant. Non indulgent crâ pulcra, sed non opitulantur fame pereuntibus. Non loquuntur impia, sed impia molentibus non obstant. Quid multis: Innoxij uiuunt, sed sibi uiuunt suæq; quieti cōsulunt. At non ita Paulus, qui flet cū flentibus, qui uritur offenso quolibet, qui infirmatur cū quolibet, qui per infamiam & bonam famam procurat salutem hominū. Quum tot sint malorum species, quæ singularitatis numero dixit declina à malo: Quia non potuit absolutius significare corpus & uniuersitatem malorum omnium. Sic de Christo loquitur Ioannes Baptista, Ecce qui tollit peccatum mundi. Similiter & ante dixit, Cohibe linguam tuam à malo, ne quod mali genus nobis exciperemus. Sunt enim qui dicunt à blasphemias cohibeo linguam, ab obrectatione non est necesse: uulgare uicium est. A periurio refreno, à mendacijs ac turpiloquio non item. Rursum audimus quosdam dicentes, ab adulterio & incesto mihi tempero, in simplici stupro mihi indulgeo. A furto contineo manus, sed à uinolentia non possum. Ne uoces huiusmodi audirentur, simpliciter dixit, declina à malo. Fortasse nec illud indignum animaduerti. Non dixit, uita malum, sed declina à malo. Quum in hac uita malorum plena sint omnia, nemo potest uitare malū, sed declinare potest, ne uulneretur. Declinat autē qui corporis flexu telum effugit. Ita quoties incurrit in nos malum oblecta peccandi materia, deflectamus, & aliò uertamus animum. Quod ad preces, ad elemosinas, ad sacrarum literarum studia, ad cruciatum gehennæ, ad æternæ uitæ præmia. Si declinandum à malo quum incurrit, quid sperandum de his, qui sibi prudenter accersunt peccandi materiam: Rursum hic aliquis quærit, quod est malum, quod bonum: Manifesta mala iudicat illa lex omnium hominum insita mentibus, quod tibi fieri non uis, alteri ne feceris. Cæterum malum est, quicquid prohibent diuinæ literæ: bonum quicquid

Tom. 5

R 3 præcipiunt

præcipiunt, suadentur. Occurrit interim & alia ratio, quare in arcanis literis primæ partibus tribuantur linguæ. Nam illud omnibus cõspicuum est, multorum causam malorum esse uentrẽ, & ea quæ sub uentre sunt, multa mala cõmitti oculis & manibus, at una lingua cæteris omnibus nocetior est. Sed quæ tandẽ est altera illa ratio? Quoniã ut omnis mali principiu à lingua profectũ est, ita salutis omnis origo per linguã uenit. Lingua serpentis mendax pariter ac blasphema in errorẽ pertraxit Euam. Deus dixerat, Si comederitis mortemoriemini. Serpens dicit, non moriemini, sed aperientur oculi uestri & eritis sicut dii. Dolus est quũ falsa pollicetur ut fallat, blasphemia dum deo impingit uanitatẽ. Nec dubium est quin Eua blãdicij pellegerit maritũ, Corrupti bonos mores colloquia mala. Vide quantum mali ex hoc colloquio breui contraxerint humani generis principes autores. Abdunt sese, iam hoc est uolentis dolo fallere si possit. Euocantur ad confessionẽ. In lingua enim erat medicina mali. Iam lingua erat infecta dolo. Cœlat Adam crimen, & præterit falsam causam, postea q̃ latere nõ potuit, Timuit eò quod nudus essem. Si uere timuisset, abstinuisset ab arbore interdicta. Quod nudus essem, & hic tacite deũ accusat, qui non prouiderit colono suo de amictu. Audit à deo cõmissum suũ, edisti de ligno, de quo ne gustaris uetuerã, Saltẽ nunc cohibe linguam à malo infelix, confitere peccatũ. Non facit, sed addit malũ malo, culpã rejiciens in mulierẽ, imò oblique in deum ipsum, qui talẽ sociũ adiunxerat. Quid mulier? Incusat serpentem. Hoc non est loqui ueritatem, sed ipsi etiã deo uelle fucum facere, qui inspector est cordium. Hinc illud maloru agmen, quibus nũc agitur uita mortalium. A lingua morbus, sed ab eadem medicina. Pro serpentis blasphema mendaciq; lingua, uenit dei uerbum, in cuius ore non est inuentũ mendacium, sed glorificans deum in omnibus, hominũ generi protulit uerba uiuifica. Fecit quod docuit, præstitit quod promisit. Audiit Eua serpentem, & in mortẽ corruit fraude diaboli: audiit Ecclesia Christum, & reuixit spiritu Christi. Illa ex colloquio serpentis didicit excusare peccatum, & meruit maledictionem. Ecclesia ex colloquio Christi didicit confiteri peccata, & impetrauit benedictionẽ. Benedictus enim uir qui cõfidit in domino. Nam transfigurati in benedictũ, fiunt & ipsi benedicti. Corde creditur ad iustitiã, ore cõfessio fit ad salutem. Qui renũtiat diabolo & omnibus põpis eius, cohibet linguã à malo: qui profitetur Iesum esse filiu dei, et totius salutis autorem unicũ, loquitur lingua noua, magnificã deũ, et subleuans proximũ. Abiectus est uetus homo, in nouo fides per dilectionẽ operatur. Etiã ne restat aliquid? Nihil aliud q̃ ut in uia domini sine intermissione progrediamur, donec occurramus in uirum perfectum, in mensuram plenitudinis Christi. Inquire pacem, et persequere eam. Non est pax impijs dicit dominus. Sola pietas donat uerã pacem, eamq; triplicem. Efficit enim ut homo liberatus à peccatis pacẽ habeat cum deo, quemadmodum ait Apostolus, Iustificati per fidem, pacem habemus ad deum. Vnde: Ex meritis nostris? Nequaquam, sed per dominum nostrum Iesum Christum. Cum autem in nullo redarguit nos nostra conscientia, pacem habet quisq; secum. Nihil enim inquietius, nihil rixosius animo sibi male conscio. Cum hominibus autem facile pacem habebit, qui nemini male dicit, qui nemini imponit, sed qui omnibus pro uiribus & benedicit & benefacit. Postremo qui maledicenti non remaledicit, qui lædentẽ non ulciscitur, sed malefacta potius bene factis pensat, quemadmodum Paulus ad Romanos, Si fieri potest, quod in nobis est cum omnibus hominibus pacem habentes. Qui potest hoc fieri? Non uosmetipsos, inquit, defendentes, siue, quod dilucidius est, ulciscentes charissimĩ, sed date locum iræ. Scriptum est enim, Mea est ultio, & ego rependam, dicit dominus. Difficillimum, inquit, est quod præcipit, sed difficilius est quod in eodem capite præcepit, Benedicite persequentibus uos, benedicite & nolite maledicere. Fecerunt hæc apostoli, fecit hæc Paulus, nec tamẽ habuerunt pacẽ cũ omnibus hominibus, & eò præfatus est Apostolus, Si fieri potest: certe quod in ipsis erat, etiã cũ Iudeis ac gentibus pacẽ habuerunt apostoli. Hic est præcipuus bonæ arboris fructus, nullis hominum iniurijs à mentis tranquillitate deijci, nullis contumelijs à benefaciendi studio alienari. Alia facile uel simulantur à nobis, uel fallunt nos. Legimus olim monachos in desertis agentes, precibus, ieiunijs, uilitate uestitus ac ciborum, chameunijs, & æstus frigorisq; patientia inter se decertasse: quosdam prodixisse in ediam in quartum diem, alios in septimum, nõnullos etiam diutius, adeo ut fuisse legantur, e quorum dentibus scateret uermes ob in ediam: atq; his rebus magnam sancti-

tatis opinionem sibi apud uulgus conciliabant. Et tamen ex his sanctis qui uocabatur ad minus episcopi, lacessiti cõtumelijs, uexati iniurijs, prorsus, ut inquit Chrysostomus, furiosi reperiebantur, ac ne leuibus quidẽ iniurijs ferendis pares. Tales arbores radicẽ habebant uitiatã, frondibus luxuriantes, fructu ueræ pietatis uacua. Ac probabile est sata nam ex huiusmodi certaminibus nihilominus lucri tulisse, quam ex aliorum crapula. De his loquor qui ista uel immodice faciunt, uel ob humanum aliquẽ affectũ. Fortasse & hodie reperias, qui tum sibi tum alijs mira sanctimonia præditi uideantur, ob similitũ rerum obseruationes: sed dum non dicam colaphis cæsi, sed uerbo læsi, totum mundum excitat ad uindictã, quãtum absint à uera pietate, res ipsa clamitat. Omnes dominũ timeamus, & omnes efficiamur filij pacis, cõdonantes inuicem in charitate dei, ut quæ pacis sunt inuicem sectemur, & quæ ædificationis sunt, inuicẽ custodiamus. Plurima occurrunt in hominum uita, quæ pacem concordiamq; labefaciunt, eõq; ad huius custodiã uigilantes cautosq; nos esse uult propheta dicens: Inquire pacem & persequere eam. Si tibi parum conuenit cum proximo, da operam ut redeas in gratiam, placã si offendisti, sarcinã si læsisti. Si ille non lacessit te læsit, condona ex animo, iram illius expugna comitate uerborum, obrue illum beneficijs, hoc enim faciens, carbones igneos cõgeres in caput eius. Sed quidã beneficijs exasperatur. Quid facias illis? Tales nõ sunt homines, sed feris immittiores, quæ natura immittes, beneficijs cicurantur. Tu tamen quod est hominis fecisti, inquisisti pacem, superest ut persequaris eam. Persequimur fugientia, & persequimur ea quæ perficiuntur. Non contingit in hac uita simpliciter perfecta pax, sed tamen ad perfectionẽ conuictum est, quantũ patitur humana imbecillitas. Nisi enim hic inquiramus & persequamur pacẽ, non perueniemus ad illam beatã pacẽ regni cœlestis. Interea pax dei exuperas oẽm sensum, custodiet corda & intellegentias nostras in Christo Iesu, donec uenerit illud quod perfectum est omni ex parte, quum nihil erit admixtum adulterinum, sed deus erit omnia in omnibus. Verum interim si pij nullam moluntur uindictã, geminum uidetur imminere discrimen, ne in tanta malorum conspiratione boni non subsistant, & impios ad lædendũ maiorẽ audaciã extimulet impunitas. Vtriq; periculo propheta duobus uersibus occurrit, docens nec pijs utcunq; pressis defutura præsidia, nec impijs suã malitiã fore impune. Oculi, inquit, domini super iustos, & aures eius in preces eorũ. Vultus autẽ domini super facientes mala, ut perdat de terra memoriã eorũ. Quid timeat, aut à quibus timeant, quos dominus semper propicio respicit oculo? Sinit ad tempus affligi suos, gaudet spectare certamina piorũ: sed idẽ spectator dat uires ne succubant, addit robur, ut superent. In unum imbecillẽ, inermẽ, conspirat tot reges, ferociunt tot agmina: cataphractoru, dolis, improbitate, uenenatis linguis, fauoribus & in primis hypocrisis armatorũ. Cur sicut sursum deorsum per orbẽ, nusq; non spargunt uenenũ aspiciũ quod habet in labijs, personat cornu Alecãs. Adeste oēs, nemo se subducat huic militiã. Opprimamus pau-perẽ iustũ, ne parcamus ei, circũueniamus eum, quoniã inutilis est nobis, & cõtrarius est operibus nostris: exprobrat nobis peccata legis, & diffamat in nos peccata disciplinẽ nostrã: promittit se scientiã dei habere, & filium dei nominat. Facius est nobis in traductionem cogitationũ nostrarum, grauis est nobis etiam ad uidendum, quoniam dissimilis est alijs in uijs suis, & mutatae sunt uia eius. Tanq; nugaces æstimati sumus ab illo, abstinet se a uijs nostris, Morte turpissima condemnemus eum. Nõne hic tam manifeste depingitur conspiratio scribarũ, pharisæorum & sacerdotum in pauperem Christum, ut nisi se-cus iudicet Ecclesia, suspicari possim hunc librũ post Christi resurrectionẽ fuisse scriptũ. Quod pharisæi fuerunt in Christũ, hoc & hodie moluntur in Christi oues pharisæorum similes, qui timet regno suo, discruciantur aperi fucos, metuunt uentribus & uoluptatibus suis. Quid interim animi putatis habere pauperulum illum? Quid dicit, quid faciet circumdatus à tot leonibus, tot canibus, tot uiperis? Quid aliud? Attollet oculos ad dominũ, cõmittet se illi, qui unus potentior est uniuersis & dæmonum, & impiorũ turmis, eius præsidio fidẽs dicit cum propheta. Dominus salus mea, quẽ timebo: Dominus protector uitæ meæ, à quo trepidabo: Et rursum: Non timebo milia populi circumdatis me. Siue uiuo siue morior, domino uiuo ac morior. Nec est tamen quod illi molitores cogitent, Si in iustos intentos habet oculos, non uidebit nostra consilia, & impune faciemus quod facimus. Nequaquam. Quid igitur? Vultus autem domini super facientes mala]

Rom. 12

Phil. 4

Sapient. 2

Qui callent literas Hebraicas admonent hic non simpliciter positū esse uultum, sed uultū iracundum ac terribilē. Deus non conmutat uultum suum, sed idē uultus, alijs adfert solatium, alijs terrorem. Velut eundem principem strenui milites intuentur, & gaudent expectantes coronam: uident desertores, et horrescunt, expectantes supplicium. Sic ubi uenerit filius hominis, quāto gaudio intuebunt uultum eius, qui pro nomine illius ignominiam, carceres, eculeos, ignes & mortes perpeffi sunt: quanta rursus trepidatione spectabunt faciem illius, qui sauerunt in membra illius? Proinde qui hic oppugnamini malorum insidijs, absit ut despondeatis animum, pugnatjs sub oculis aeterni principis, non dimouet à uobis oculos suos, qui non dormitat neq; dormit: si uos deficiunt uires humane, en præsto est qui ferat auxilium, tantum ad illum mittite legatos, preces uestras cum fiducia. Ut oculos habet amicos, ita aures habet pronas & attentas, Nec est quod moliantini ultionē. Non latet illū quid machinentur hostes, quō tendant, quid moliantur. Habet & ad illos intētam faciē, non ut coronet, sed ut perdat de terra memoria m eorum. Totus perit, cuius & memoria tollitur. Mors haud dubie de terra tollit omnes impiōs, sed quomodo tollitur memoria? Nonne celebre est hodie nomen Caligulae, Neronis, Annae & Caiaphae: Nomen accipe dictum pro gloria. Affectabant illi laudem, et assequuti sunt apud quāplurimos, dum occiderent Christum ut impiū, & Christia nos ut scelerosos, eaq; gloriam conabantur uarijs modis ad posteros transmittere. Sed omnem illorum gloriam dominus uertit in summam ignominiam. Quos illi pro scelerosis interfecerūt, hodie pro diuis toto orbe celebrantur: nomen autē illorum qui hanc patrarunt, apud omnes est execrabile. Et si superest illorum memoria, non super est nisi ad eorum ignominiam. Eorū uero memoria feliciter superest, quorū nomina scripta sunt in caelis, ubi nulla erit impiorū mērio. Infeliciter traditi sunt obliuioni sempiternae, quorum nomina deleta sunt de terra uuentium, & cum iustis non scribuntur. Hac est terra quam in Euangelio dominus pollicetur manuetis, Beati mites, quoniam ipsi possidebūt terram. Habcant, occupent, teneāt ad breue tēpus leones hanc miserandam terram, modo ouibus in aeternum contingat illa terra felicissima. Quocq; magis cōstitmet piorum fiduciam, sicut antea suum proposuit exemplum, ita nunc multos iustos ob oculos nobis ponit, ut idē speremus in nobis quod perpeximus in ceteris, si modo illorum iustitiam imitemur. Clamauerunt, inquit, iusti, & dominus exaudivit eos, & ex omnibus afflictionibus eripuit eos. Clamauerunt ad dominum Hebraei in Aegypto, & dominus liberauit eos. A tot regibus impetiti sunt, clamauerunt & dominus eripuit eos. Clamauerunt in exilio Babylonico, & dominus eripuit illos. Clamarunt tres pueri in camino ardente, & liberati sunt. Clamauit Ionas de uentre ceti, & dominus eripuit illum. Clamauit Helizeus, & excæcati sunt qui missi fuerant ad occidendum eum. Clamauit Anna uxor Helcanae, & liberata est à probro sterilitatis. Dies me deficiet citius quā nomina, si pergam omnes commemorare qui clamauerunt ad dominum & exaudivi sunt. Sed an semper eripiat clamantes, & an ex omnibus molestijs, expendendum est. Eruit tres pueros de camino ardenti, sed Maccabeos fratres non eripuit è tam immanibus tormentis. Eripuit Danielē de lacu leonū, sed tot prophetas passus est trucidari. Eripuit Petrū à uinculis misso angelo, sed Paulū ter clamantē nō eripuit à stimulis satanae. Quosdam martyres ad tempus eripuit dominus, quos tamen post occidī passus est. Hac quaestio à me bis antea soluta est. Ut petunt, ita liberantur. Qui pie clamat, nō postulat liberari, si uel ipsi satius est non liberari, uel magis facit ad gloriam dei. Si ue igitur liberentur à tormentis, siue perimantur, habent quod petiuerunt. Deinde liberatur, quisquis superat. Ergo quum dominus tantum impartit robur spiritus, ut iustus superior sit omnibus malis, liberauit illum, quia reddidit inuictum. Postremo mors eripit iustum ab omnibus molestijs, ac transmittit eō ubi nullus est dolor, sed aeterna gaudia. Itaq; iustus quum moriēs subducitur à malis, uerius liberatur q̄ is qui ad tempus eripitur, ser uatus alijs grauioribus certaminibus. Hic enim ut cesset persequutor, ipsa uita mortalis multum miseriarum secum trahit. Verius liberatur à naufragio, qui enat in terrā, quā qui in nauī tempestatem effugit, sed expectans aliam, aut Syrtis aut Charybdim, aut scopulos aut aliud simile periculum. Ergo iuxta secundam rationem etiam in hac uita eripitur ab omnibus malis, qui munitus gratia dei, quanquam multis malis premitur, nullo tamen opprimi potest: iuxta postremā, mors liberat etiam ab his incommodis, sine quibus hac

hac uita mortalis non peragitur, à quibus nec illi sunt immunes, qui uidentur in hoc mūdo felicissimi. Prope est dominus his qui tribulato sunt corde, & humiles spiritu salua bit. Quidam ex Hebraeo uerterunt, Proximus est dominus his qui contriti sunt corde, & contritos spiritu seruabit. Multa cōgerit propheta ad magis magisq; corroborandā nostram fiduciā. Si proximus est dominus: quorū toties audimus clamandi uerbum? An surdaster est deus, ut etiam proximo sit occlamandū? In corde tuo deus est, nec ut audiat ullo uocis strepitu opus est. Audita est Anna, nihil dicens. Vehemēter clamauit, qui cum uiuida fide, flagrantiq; affectu, etiam silens petijt aliquid à domino. Baalitarum est in uide re uocem corporis dilatatis faucibus. Hic cordis clamor est, non oris. Penetratē habet uocem fides & charitas, peruenientem usq; ad aures dei. Iuxta sensum humanum deus nullū quam est, quia nullo loco circumscribitur, uti nec tempore, aut si usq; est, aequē est ubiq; si ne loco, quemadmodum semper est sine tempore. Iuxta mysticam scripturā linguā, alijs propinquus est, alios è longinquo prospicit, quemadmodum in alios intentos habet oculos, ab alijs auertit faciem. Nos è sublimi despicientes quo quicq; humiliter est, hoc minus cernimus. Contra deus quum sit omnium maxime sublimis, tamen humillima quaq; maxime intuetur oculis misericordiae. Sic enim habet alius psalmus: Excelsus dominus & humilia respicit, & alta de longe cognoscit. Quid te attollis in altum & erigis aduersus deum? Si uis ut te uideat, si uis ut audiat, demitte teipsum, sed corde magis quā corpore. Amat cor mite, cor humile, cor contritum & contractum. Super quem, inquit, requiescet spiritus meus, nisi super humilem et quietum ac tremētem uerba mea? Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Rursus alius psalmus: Cor contritum & humilitatum non despicias. Quid est igitur cor contractum, & spiritus contritus? Cor nullā fiduciam ponēs in uiribus suis, sed omnibus praesidijs humanae naturae diffisum, totum se cōmittit arbitrio diuino, ut ipse fingat uelut è luto quicquid uoluerit. Quid est aliud homo quam uis diues, quamuis potens, quamuis robustus, quamuis eruditus, quamuis prudens, nisi uas fictile? Quod si lutum induruit, non recipit impressionem spiritus, sed resistit fingenti gratia. Confringe domine tua uirga testā hanc & tanq; uas figuli cōminue, ut denuo tua misericordia maceratum, obsequatur spiritui tuo refingenti. Nemo potest esse uas honorificum ad omnem usum ac commodum in magna domo domini, nisi refingat eum caelestis ille sigulus, qui nihil à nobis requirit, quā materiam obsequētem digitis spiritus. Induruerant operum suorum fiducia Iudaei, eorū semper resistit doctrina Christi. Sed cor contritū non potest resistere cuiq; non erigit sese, non molitur uindictam, tantum expeat manum domini. Quid? an non uidemus eos qui fundendi arte student imaginem quā maxime expressam reddere, puluerem aut quarunt aur faciunt q̄ minutissimum, maximeq; friabilem? Tale cor nos exhibeamus artifici spiritui. Homini Iudaico, & suis fidenti uiribus ita per Esaiam loquitur dominus: Ego autem annuntiabo iustitiam tuam, & opera tua non proderunt tibi. Cum clamaueris, liberent te congregati tui. Et omnes eos auferet uentus, tollet aura. Hoc ad testas induratas. Nunc audi cor contritum. Qui autem fiduciam habet mei, haereditabit terrā. Quia hac dicit excelsus & sublimis, habitans aternitatem, & sanctum nomen eius in excello & in sancto habitans, & cum contrito & humiliato spiritu, ut uiuificet spiritum humiliū, & uiuificet cor cōtritorum. Audis dominum habitantem in excelsis, sed eundem habitantem in corde contrito, humili & contracto. Ergo si uolumus nobis proximum esse dominū, praeparemus illi cordis domicilium, ut ipse uirtutē suam in nostra humilitate perficiat. Fingat, refingat, perire nō potest quod illius cōmissum est manibus. Mundus promittit blāda iucundaq; auribus, sed fallit: porrigit escam, & infigit uncū. At dominus praedicit mala, quo praemoniti facilius feramus uenientia. Vtrū optabilius, per breui finitendas molestias transilire ad aeterna gaudia, an per fluxa cōmoda, momētaneasq; uoluptates ire in gehennā? Sic deo uisum est, ut pietatē sectantes uarijs modis affligātur in hoc seculo, quo gloriosius coronētur in futuro. [Multae tribulationes iustorū, sed de omnibus his liberabit eos dominus] Durum erat audire, plurimas fore afflictiones iustorū, nisi adderetur, sed de his omnibus liberabit eos dominus. Multa sunt toleranda militibus, sed praesto est certa uictoria. Si hoc imperator homo posset certo polliceri suis, q̄ haberet alacres ad omne periculum milites. Quid promittit Epaminondas, aut alius huic similis militi? Si uincat, praedat partem. Si cadat, fortitudinis gloriam

2. Cor. II

Ioh. II, 16

gloriam, eamque breui abolendam. Noster imperator Christus suis militibus, & hic promittit salarium bonae conscientiae, & in posterum sempiternam gloriam, & quod promittit non minus facile praestat quam promittit, quor non alacribus animis adimus pugnare. Si quis nosse uolet quot tempestates sint ferendae militi Christiano, legat beatum Paulum suam tagemata commemorantem. In laboribus plurimis, in carceribus abundantius, in plagis supra modum, in mortibus frequenter. A ludaeis quinquies quadragenas una minus accepi. Ter uirgis caesus sum, semel lapidatus sum, ter naufragium feci, nocte & die in profundo maris fui, in itineribus saepe, in periculis fluminum, periculis latronum, periculis ex genere, periculis ex gentibus, periculis in ciuitate, periculis in solitudine, periculis in mari, periculis in falsis fratribus: in labore & erumna, in uigilijs multis, in fame & siti, in ieiunijs multis, in frigore & nuditate: praeter illa quae extrinsecus instant, intus discruciaturgens sollicitudo omnium Ecclesiarum. Quantum est hic agmen calamitatum, quum nec omnia, nec singula attigerit. Sed in his omnibus gloriatur, nimisrum intelligens haec nihil aliud esse, quam materiam maioris gloriae. In mundo, inquit dominus, pressuram habebitis, sed confidite ego uici mundum. Confidite in me, & uincetis per me. Si in uobis ipsis confiditis, deridemini. Confidite in me, & qui me eripuit, uos quoque mihi iunctos eripiet. Multa sunt afflictiones, quae non sunt iustorum. Habet hic mundus bella, pestilentias, simultates, lites, super omnia cruciatum conscientiae. Quae sunt ergo propriae iustorum afflictiones? Quae obueniunt propter iustitiam. Alioqui latrones & piratae non paucas habent afflictiones, etiam si supplicium effugiant. Sed hi demum beati, qui multa perpetuntur propter iustitiam. Esurire, sitire, frigare, aestuare, agrotare, senescere, mori nihil aliud nos declarant esse, quam homines. Quamquam haec quoque nobis uertuntur in materiam beatitudinis, si toto pectore quaramus regnum dei & iustitiam eius. Quid de his, qui ob commissa scelera dant poenas legibus? Si uere resipiscunt, & his afflictio uertitur in bonum. Nam & is iustus est aliquo gradu, qui suam agnoscit iniustitiam, & patienter tolerat commertam poenam. Quod si quis quaerat, quor dominus quos ad haereditatem regni destinauit, tot malis hic exerceri uoluit, quum potuerit eos post uitam hic suauiter actam ad immortalitatem transferre? Homo tu quis es, qui respondeas deo? Sic uisum est domino. An discipulus potior est magistro, seruus domino? Si Christus hac uia peruenit ad gloriam, tu postulas ut a delicijs ad delicias transferaris? Quisquis dicit, quor hic affliguntur iusti, quid aliud dicit, quam quor milites obijciuntur hosti, quor athlete opponuntur aduersarijs? Nimirum ut uirtus illius in clarescat apud omnes. Quis admiraretur tolerantiam Iob, nisi fuisset obiectus satanae? Quis agnosceret magnitudinem Dauid, nisi Saulis malitia illustrasset illius uirtutem? Et si phas est huc e prophetae aliquid admiscere literis, Hercules obsecrus esset, nisi illum obiectum periculis Iunonis odium reddidisset celebrare. Nec refert quibus monstris nos obijciat dominus, quum idem qui mittit in periculum, largiatur uictoriam, probatum uero spectatumque militem liberans ab omnibus malis. Haec spes quo penitius infingeretur animis nostris, quater in hoc psalmo repetitur eadem sententia: primum, Exquisiuit dominum & exaudiuit me, & ex omnibus afflictionibus eripuit me. Mox, Hic pauper clamauit, & dominus exaudiuit eum, & ex omnibus angustijs seruauit eum. Rursum in genere, Clamauerunt iusti, & dominus exaudiuit eos, & ex omnibus afflictionibus eorum eripuit eos. Quarto hic, Multa tribulationes iustorum, & ex omnibus his liberauit eos dominus. Repetitur idem in clausula, Redimet dominus animas seruorum suorum. Non est hoc humanae battologiae, sed toties repetitur, ut exciteur nostra surditas, ut ante ta fiat obliuio, confirmetur incredulitas. Custodit dominus omnia ossa eorum, unum ex his non conteretur. Hoc simpliciter accipi potest ita dictum, quemadmodum dominus in Euangelio loquitur apostolis: Capillus de capite uestro non peribit. Haec enim hyperbole promittit totius hominis resurrectionem, ut eumque hic uel igni, uel ferro pereat corpus. Alioqui quot capilli nobis defluunt in uitam, quos nihil attinet nobiscum refurgere, nihil magis quam unguium praesegmina. Sed fortassis in ossium appellatione latet abstrusior aliquis sensus. Legimus enim in Exodo praepceptum, ne agni phase confringerent ossa, idque de domino praedictum ostendit Euangelista, quum iuxta historiam etiam ossa Christi confracta non sint in cruce. Et tamen mirum est, si manus & pedes clauis transfigi poterant, nullo osse confractio. Verum ut donemus in Christo nullum corporis os fuisse confractum

Autem, ad confirmationem figure tamen hoc quoque nobis aliquid sublimius indicat: quando credibile non est, ut in his qui leonibus & pardis obiecti, dilacerati sunt, qui ferra dissesti, qui securi percussi, qui lapidati, qui e praecipitio deieci, nullum os confractum fuerit. Sed quemadmodum interior homo noster habet oculos & aures suas, habet os & caput, habet uentrem, manus & pedes suos, ita habet & ossa. Quum audis, sapientis oculi in capite eius, utique mentis prouidentiam intelligis. Item quum audis, praepceptum domini lucidum, illuminans oculos, intelligentiam animi cogitas. Quum audis os meum aperui & attraxi spiritum, accipis os animi credentis. Similiter quum audis: Qui habet aures audiendi audiatur: aut, dentes eorum contriui: & custodiam legem tuam in medio uentris mei: & manus uestrae sanguine plenae sunt: & pesiusti non offendit, animi parteis intelligis, non corporis. Quid igitur sibi uolunt ossa? Nihil solidius in corpore animantis quam ossa, quae neruis inter se connexa, totam corporis molem sustinent mouentque, & in ossium intimis natura ueluti thesaurum preciosorum recondidit medullam. Si perspexeris quid sit illud quod maxime corroborat hominem in omni tentatione, scies quae sint ossa iustorum. Nihil prauidico his quae super hunc locum homines pij uel commenti sunt, uel comminisci poterunt. Mihi per ossa significare uidetur, robur fidei, quemadmodum scribit Petrus: Cui resistite robusti fide. Quamdiu durat in nobis integra et inconcussa fides, non potest nos hostis nostri dericere. Et si quando euentat, ut supplatati pertrahamur in ruinam, faci lenos ipsos in gradum recipimus, & ad pugnam alacriores redimus. At cui sunt ossa confracta, nec surgere potest, nec pugnare. Quantum autem in homine crescit fides, tantum crescit & robor animi, quemadmodum infantes & pusilli sunt, & imbecilles, quoniam mollia habent ossa paulatim adhuc crescentia, donec indurescant. Eoque Paulus infirmos in fide paruolos uocat in Christo. Tales erant Galatae quos deiecerat satanas in Iudaismum. Quoties igitur sentimus in nobis uacillare fidem, clamemus cum propheta: Sana me domine, quoniam conturbata sunt omnia ossa mea. Clamemus cum apostolis: Domine adauge nobis fidem. Si ossa sunt fides, quid nerui & caro? Nerui charitas est, quae membra membris connectit, ut suo quodque fungatur officio. Caro sunt bona opera, quae sicut fidei charitatique adherent, ita uicissim ornant & tumentur eam. Sed quum una sit omnium piorum fides, qui conuenit quod ait, custodit omnia ossa, unum ex his non conteretur? Vna quidem est fides, sed tot possunt dici fides, quot sunt articuli fidei. Potest esse fractum brachium, cui sint integra crura. Haeretici uidentur habere quaedam ossa integra, quia multa pie nobiscum profitentur. Sic & Iudaei nobiscum confitentur unum deum, conditorum coeli & terrae. Magnum os est sed unicum. Sed dominus custodit omnia ossa iustorum, nec patitur illos in ullo articulo a fidei Catholicae ueritate discedere. Nec enim saluus esse potest homo, si uel unum os habeat confractum. Nihil prodest Iudaeo quod profitetur unum deum, si negat filium & spiritum sanctum. Frustra profitetur Christum pro nobis passum, qui negat corporis resurrectionem. Quid igitur dicemus de his qui in aliquo errore haereticos decesserunt: Irenaeus adhaesit Chiliaetis, Cyprianus retingendos censuit tinctos ab haereticis, Diuus Hieronymus ut haereticam sententiam damnat eorum opinionem, qui submo uent a munere Episcopi eum, qui mortua uxore, quam duxerat ante baptismum, lotus in Christo ducit alteram. ~~Augustinus ostendit eum quod dicitur in 1. Cor. II, 16. Si quis se in corpore habet, sed in corde non est in corpore, non est in corpore. Si quis in corpore est, sed in corde non est in corpore, non est in corpore. Si quis in corpore est, sed in corde non est in corpore, non est in corpore. Si quis in corpore est, sed in corde non est in corpore, non est in corpore.~~ Si sancti fuerunt, quare non custodiuit dominus omnia ossa eorum: si non fuerunt, quare eos pro sanctis ueneratur Ecclesia? Aliud est os habere laesum aut luxatum, aliud confractum. Laesum sanari potest, luxatum reponi potest, confractum uix sanabile est. Ratum enim exemplum est, haeticum obfirmatum ex animo redire ad Ecclesiae societatem. Sed qui simpliciter errat intellectu, nondum corrupto affectu, facile reuocatur in uiam. Sic errabat Paulus, & ideo monitus continuo rediit in uiam. Itidem si pios illos uiros admonisset Ecclesiae uox, protinus abiicissent errorem suum. Simplicius autem est, ut uersiculum hunc interpretemur de resurrectione mortuorum, de qua uaticinatur Ezechiel, loquens ad ossa arida, quae recepto spiritu sibi rursus iunguntur. Quidam exusserunt pios homines, sic ut & ossa redigerent in cineres, eosque sparserunt in aquam aut in uentos, ne qua foret spes restitutionis. Sed dominus omnipotens, non sinit unum os ita confringi ut non

ut non refurgat in iudicio. Spes ergo resurrectionis facit ut mors iustorum & felix sit & optanda, quoniam resurgent in uitam æternam. Sed eadem facit, ut mors impiorum sit pessima, quia uelint nolint resurgent in cruciatus gehennæ: minus infelix futura, si morte periret totus homo. Beati, inquit Ioannes, qui in domino moriuntur. In domino moriuntur, qui moriuntur cum certa spe resurrectionis. Non ergo mori miserum est, sed male mori miserum est, sicut nec uiuere per se bonum est, sed bene uiuere bonum est. Inuertitur rerum uices, impij dicunt, morte pessima condemnemus eum: at scriptura dicit, mors peccatorum pessima. Si mors peccatorum pessima est, & nullus hominum uiuit absq; peccato, quis erit saluus? Non de quouis peccato loquitur hic propheta, neq; enim omne peccatum de primit in gehennam. Quod igitur peccatum dicit? Explanat occurrēs tantæ cogitationi, [Et qui oderunt iustum delinquent] Sed quem iustum sentit propheta? Primum eum, qui iustificat per fidem omnem hominem uenientem in hunc mundum. Hunc qui reiecerunt, qui credere noluerunt, audiunt: Vos in peccatis uestris moriemini. Talis mors pessima est. Potest & de quouis recte intelligi. Nolite mirari si odit uos mundus, & me priorem uobis odio habuit. Qui spiritu huius mundi plenus est, odit omnes, in quibus uidet imaginē Christi. De talibus uix ulla spes est. Sed qui subinde peccant, atq; ob id sibi displicent, amant tamen in alijs pudicitiam qua ipsi carent, amant sobrietatem quam ipsi non habent, ac iustorum egestatem suis facultatibus subleuant, implorant illorum apud dominū precēs, de his, si modo absit hypocrisis, bona spes est. Non enim haecenus peccant, ut oderint iustum, sed seipsos potius oderunt quod iusti non sint. Pro talibus orandum est, ut proficiant. Est enim nonnullus iustitiae gradus, alienam amare iustitiam, & suam odisse iniustitiam. Iam si mors impiorum pessima est, mors piorū optima sit oportet. Verum illud optimum ac pessimum, non est æstimandum ad uulgi trutinam. Vulgus enim ut eos bene uiuere dicit, qui uiuunt honorati, diuites, salubri corpore, in delicijs, expertes laborum, expertes calamitatum: ita si quem conspexerit ad iustam senectutē peruenisse integris facultatibus, incolumes relinquens liberos, inter honoratos amicos, in sinu uxoris clausure oculos efflauit animam, præsertim si morbus nec grauis fuit nec diuturnus, si comoda exspiratio, quam Octavianus Cæsar solet appellare *voluptas iustæ*, mox magnificus funeris apparatus, ingens turba pullatorum, magnus luctus, magnus ordo daduchorū, ambitiosus campanarum strepitus, parentalia uenerabiliter decantata, monumentum marmore, ebo re, auro argentoq; decoratum, idq; summo altari proximū, dicere solet, o quam feliciter ille mortuus est. At si mortuus est in peccatis, iuxta prophetæ iudicium, pessime mortuus est. Sic mortuus ac sepultus est ille diues Euangelicus; at Lazarus uidebatur miserrime mori, quum illius mors fuerit preciosa in conspectu domini. Illū mors transfudit ad æternos cruciatus, hunc in requiæ æternam. Fortasse in luto inter canes mortuus est pauper, nullo præsentis amico, cognato aut uxore. Et tamen hæc mors fuit illi felicissima, illa diuini pessima. Quid enim refert corpus in tēplo putrescere, si anima sepulta sit apud inferos? Magis autem credendum est scripturæ, quam uulgo. Iam sunt qui si quem uiderint lenta ægrotatione contabuisse, tandem in lecto confessum & absolutū perceptis omnibus Ecclesiæ sacramentis, inter multos orantes efflasse animam, q̄ bene, inquit, ille mortuus est. Contra de eo qui paralyti, apoplexia, aut alio præsentaneo malo correptus, sine confessione, sine sacramentis expirauit, dicunt, quam misere ille mortuus est. Deus, inquit, auertat à me subitanam mortem. Quis iudicamus proximum, ignari qua fide sit mortuus? Varia sunt mortis genera, nec est in nobis ut hoc aut illo modo moriamur. Equidem arbitror multos qui suspendio aut gladio licitoris aut incendio perierunt, sanctius mori, quam diuites quosdam, quibus nihil non exhibitum est quod foris exhiberi potest. Quod in corde latet, solus nouit deus. Audiant ergo feroces, mors peccatorū pessima, & à malicia sua respiscant: audiāt simplices afflicti, & desinant de uindicta cogitare. Si quid habet solatiū ultio, iuxta alium psalmum: Latabitur iustus quum uiderit uindictā: nulla potest esse uindicta grauior, hac quæ manet impijs, mors pessima in peccatis, mors æterna in supplicijs. Olim sancti delectabantur contēplatione ueracitatis & iustitiæ dei, quoniam præstitit quod minatus est, reddidit quod commeruit impietas. Nam in harmonia uniuersis, & gehennæ horror decorum adiuuat. Absit autem ut in hac uita homo de hominis exitio gaudeat. Quamquam enim in prophetis literis frequenter oratur, ut confundantur, & pereant

pereant inimici, nos illa de alio uindictæ genere debemus interpretari, uidelicet ut confundantur ad pœnitentiam, & occidatur in eis impius, incipiatq; uiuere pius. Tale exitū sibi quisq; debet optare, qui peccatis circumuentus est, ut pudeat respiscens, & occidatur quod in ipso male uiuit. Pudeat adulterij, & occiso adultero, uiuat amator pudicitiae. Qui fontes Hebraicarum literarum excutere studuerunt, aliter legunt hunc uersiculum, [Occidet impiū malitia, & qui odio habent iustum desolabuntur siue destruentur] Ostēdit eos nihil profecturos, qui odio pietatis homines pios affligunt. Nam ut nemo molitur in eos uindictam, ipsi semet occidunt sua malitia. Ipsum enim peccatum animæ mors est. Mortui sunt igitur & in hac uita, quicūq; Christum habent odio, eumq; in suis membris persequuntur: & quod in alios moluntur, in ipsos recidet. Quid moluntur? Ut extinguant iustum. At ipsi eueniet ut in æternum destruantur, ac desolentur diuina misericordia. Cōtra mala quæ machinant in iustos, iustis cedent in lucrū, dum ex magnitudine certaminū crescit coronæ. Quid non tentatū est à Iudæis, ut Christum cum sua doctrina funditus abolerent? Quid aut conata est illorum malitia, quod non cesserit in Christi gloriam? Quas machinas non expediterunt impij principes aduersus Christi discipulos? Sed dum eos perdere studuerunt, illustrarunt; dumq; religionem demoliri nituntur, confirmarunt auxeruntq;: & dum sibi regnum parere laborarunt, parauerunt exitium. Quare perierunt ac desolati sunt? Quia sua ipsorum malitia interfecit eos, dum furentes impingunt in lapidem qui nulli cedit. Quare aduersus pios nihil ualuit impiorū obstinata peruersitas? Quia dominus redimit eos. Nam Hebraica ueritas habet uerbum præsentis temporis, ut intelligamus esse perpetuum quod promittitur. Et si interdum non redimit corpora suorū, certe redimit animas, quas protegit à peccato quæ uera est mors, eoque subijcit. Et non delinquent omnes qui confidunt in eo. Extincta fide, peccatur ad mortem: quam diu uiuit scintilla fidei, magnum licet crimen, morbus est uerius q̄ mors. Ergo quotquot perseverant confidentes in domino, non peccant peccatum ad mortem. Petrus mox restitutus est, quia non abiicit fiduciam: Iudas in æternum perijt, quia spem abiicit. Pro eo quod nos legimus, non delinquent, quidam ex Hebræo sermone legunt, non desolabuntur. uoces diuersæ sunt, res est eadem. Vere desolatur, quos deserit dei misericordia. Eam abigit à nobis peccatum, non quodlibet, sed capitale & perseverans. Ideo non desolentur, quia non peccabunt: ideo non peccarunt, quia non deserit illos gratia dei. Sed quāt quos ante uocauit filios, Venite filij audite me, nunc appellat seruos suos: Filius charitatis nomen, seruus obedientiæ. Deus prior dilexit, & gratis iustificatos ascendit in numerum filiorum, cuius præcepta dum religioso tremore seruamus, exequentes quicquid iussit, & obedientes usq; ad mortem, serui sumus, & eo magis filij sumus, quia serui. Apud homines honorificum est dici filium, humile uocari seruum, sed gloriosa est appellatio uocari seruum dei. Filij uocamur, quatenus redamamus amantem deum, quatenus hæredes sumus regni, quatenus insiti Christo per regenerationis lauacrum. Serui sumus quatenus à tyrannide diaboli precioso Christi sanguine redempti, & iuxta doctrinam illius in nouitate uitæ ambulantes. Patris est fouere quod genuit, redemptoris est tueri quod asseruit. Quum misericorditer nos uocet ad Euangeliæ gratiam, filij uocabulo ueluti bñdicitur, Quum impios ac satanæ ministros deterret à persecutione piorum, seruos eos appellat, ut quos ereptos satanæ, in suum ius tutelamq; uindicauit. Dementia igitur est, in eorum exitium conspirare, qui tam amantem habent patrem, qui tam potentem habent dominum. Sub tali pastore non est quod timeamus oues illius, modo sumus humiles ac simplices, contritum habentes cor, non fidentes nostris uiribus, sed spem omnem in illo figentes, certum quod ille in huius seculi procellis seruauit animas nostras à peccato letali, nec destituet nos illius misericordia, sed in resurrectione totos restituet in cōsortium regni sui, ubi cum omnibus sanctis benedicemus & magnificabimus illum in omni tempore, semperq; laus eius in ore nostro, cui debetur omnis honos & gloria in omne æuum. Amen.

ENARRATIONIS IN PSALMVM XXXIII. PER DES.
ERASMV M ROTEROD. FINIS.

R. PRAESVLY EIDEMQVE ILLVSTRISSIMO PRINCIPI D.
Stanislao Turzoni Episcopo Olmutzensi, Des.
Erasmus Roterod. S. D.



Nas Amyclas perdidit silentium, sed πολλὰς φίλιας ἀπροσρηγία δέλωσεν, si qua fides priscorum adagijs. Quum autem inter omnes possessiones nulla sit quae cum fideli amico queat comparari, non existimaui praesulum ornatis- sime, committendum, ut mihi perpetua literarum intermissio tam insignem patronum uideretur ademisse. Animo quidem meo nunquam exciderat amabilis ille Turzo. Id enim qui possim, ni essem unus omnium qui uiuunt non solum in- humanissimus, uerum etiam ingratis- sime: Sed interdum audiebā te mutasse sedem, inter- dum addubitabam num in tantis rerum tumultibus esses incolumis, interdum nonnulla suspitio uellicabat animum, ne quis forte ex istorum numero, qui aconitum in lingua cir- cumferunt, ueterem tuam in me beneuolentiam uel extinxisset, uel certe refrigerasset. Sed Gaspar Velius quondam tuae benignitatis alumnus, quum Caesarem synodū apud Spi- renses indiciam petens obiter nos inuiseret, scrupulum omnem depulit, confirmans & ti- bi res omnes esse ex animi sententia, nec pristino tuo erga me studio quicquid decessisse: sed quod ante crebro fecerat per literas, tum praesens praesentem obiurgabat, quod ad apud tam eximium amicum, non aliquo studiorum meorum monumento refrigerarem mei memo- riam. Quum responderem, eam quidem uoluntatem mihi fuisse perpetuam, ceterum hacten- us nihil enatum quod tanto praesule dignum uideretur, acrius etiam me obiurgauit, qui non satis pernossem Turzonis humanitatem. Nullus, inquit, libellus est tam pusillus, quē ille nō sit magni muneris loco accepturus, modo is sit γυναικος Erasimici ingenij foetus. Hic rursus quum excusarem iam dudum effoetum laboribus, calamitatibus, morbis & annis ingenium, nullam accepit tergiversationem, nec cōdūieuit, donec pollicerer quod exiger- bat. Feci itaque quod solent Britannii: inter absentes mittuntur symbola, signa uocant illi, in quibus nemo spectat pretium, sed eius qui mittit animum gratiā addit xenio, etiam si fra- gmentum sit panni cuiuslibet, non minus ungue pollicis. Hoc ex eplo prouocatus, ac spe- successus ē Velij sermone cōcepta, mitto psalmum trigessimum octauum, à ueteribus ua- rie tractatum, sed sic ut meo quidem iudicio, quaedam torfisse, quaedam parum intellexisse uideantur. Ego porro quid praestiterim tuum esto iudiciū. Illud uerē profiteri licet, mihi nō nihil sudatum esse, ut totius argumēti tenor sibi cōstaret. Hoc quicquid est munusculi, si tua pietas frōte serena acceperit, magna me affecerit uoluptate, sed eam ipsam cōdupli- cabis, si per literas significare dignaberis, si quid secus à me tractatum uelles. Nec dubito, quin huiusmodi multa sint occurrura. Ceterum in hoc cōmentariolo uidebis obiter non nullam horum tēporum imaginem, quibus inter tot humanae uitae calamitates, nulla per- niciosior, inter tot pestes nulla pestilentior, quam linguae letali ueneno tinctae, quae sic τὸν γεννηθῶσιν hoc seculo, ut non alio magis. Cognosces autem & nonnullam partē rerum mearum, ac fortasse miraberis hunc seniculum semianimem in tātis undiq; lacessentibus procellis ac tēpestatibus, adhuc rectum tenere clauum. Sed ὁ κύριος ὑπεραπιστὸς ὁ ζῶνς μου, ἀπὸ τίνος δ' αἰλιάσω; Libet enim apud te ἐλκενίεμ, quem accipio iam pridem, licet nifal- lor, ἢ δ' ἂν ἐπὶ γῆρας οὐδ' ἂν, factū esse ὀλλέλλωνα. Gracisq; literis strenuam nauare operam, ingenti sanè multorum pudore, qui iuuenes praecipuam hanc studiorum partem negligunt, & ad Theologiae adyta illotis, ut aiunt, pedi- bus irrumpunt. Beneuale. Datum apud Fribur- gum Brisgoiae Idibus Februarij.

M. D. XXXII.

ENARRATIO PSALMI XXXVIII
DIXI CVSTODIAM VIAS MEAS, MULTVM AB
enarratione ueterum differens, per Des.
Erasmus Roterodamum.



Itulus in ipso statim psalmi frontispicio ceu nitidissima quaepra stel- lula praelucens expergeficit oculos animorum nostrorum, ac uellit aures mentiu, ne dormitantes audiamus, aut oscitantes accipiamus quod adfertur ē diuini spiritus mystico penu. Sic enim habet, in si- nem pro Idythum ipsi Dauid. Quum audis in finē, quae uox frequē- ter in sacris literis declarat non terminum, sed consummationem: quemadmodum beato Paulo Christus dicitur finis legis, non quod legem abrogarit, sed quod absoluerit: protinus admoneris, ne quid hic humile, ne quid uulgare, ne quid mediocre expectes, sed sublime quiddam ac perfe- ctum. Virtus enim in infirmitate perficitur, & ut aurum igni, ita sincera fides per tenta- tiones spectata redditur & explorata. Quum audis pro Idythum, quae uox Hebraeis so- nat transiliens eos, agnoscis animam piā, tædio rerū humanarum fessam, in quibus lon- ge plus aloes est quam mellis, ac ueluti delasatam calumnijs, conuicijs, & infectioni- bus improborum, suspirantē ac gestientem euolare ē lutei domicilij latebris, in illam per- fectam beatarū mentium requiem, à quarum oculis deus absterfit omnem lachrymā, nec iam metuendus est illis ullus luctus, clamor aut dolor. Quum audis canticum, intelligis hanc non magno uocis sonitu, sed ingenti cordis affectu dici. Dixit aliquis, canticum in afflictione, musica est in luctu. Est quidem canticū graduū, et canticum ὀδύνης quo post uictoriam gratias agamus deo: uerum qui rebus afflictis, agnoscit culpam suam, & ad de- um erigit animum, gratissimam cantionem profert auribus dei, quam nisi cecineris, nun- quam poteris canere canticum triumphale. Canticum autem hoc habet geminum affe- ctum, terrestris uitae tædium, ac coelestis uitae desiderium. Multa sunt quae piās animas hinc uelut extrudunt ipsa molestia, sed maiora sunt, quae mentes nostras hinc proluciant, etiam si haec uita non esset tot undiq; molestijs fermentata. Quum audis Dauid, commo- neris hanc cantionem non esse profectam ab humano sensu, sed à spiritu Christi, cuius ty- pum frequenter in mysticis literis gerit rex ille, citharædus & ipse. Ita demum harmonia grata est auribus eterni regis, si Dauid suggerat canticum, Idythum decanter: non quod ipse commentus est, sed quod praet ille spiritus, qui nobis per prophetas & apostolos tot tam efficaces addidit cantiones, ut mortuos etiam ad uitam reuocare possint, modo ne au- res uestras habeamus terrenis cupiditatibus obturatas. Doctor enim ecclesiasticus, nihil aliud esse debet q̄ organum spiritus, per humanam linguam hominibus resonantis. Quā- quam autem in rebus externis, aliud est cithara, aliud citharædus, & iuxta historiā alius fuit Dauid qui canticum hoc composuit, alius Idythum qui cecinit: tamen iuxta sensum allegoricum, nihil absurdi est si idem homo sit cithara & citharædus, idem Dauid rex, & Idythum fides mouens. Iuxta sensum igitur humiliorem, quem nobis tradit liber 1. Para- lip. capite xxv. Dauid segregauit in cultum dei certos musicos, qui non tantum canerēt sed etiam prophetarent in citharis, psalterijs ac cymbalis: canerent autem non in nuptijs, non in theatris, non in choreis, non in conuiujs & comessationibus, sed in templo, nec a- pud homines, sed coram domino. Atq; horum functio, ibi ministeriū appellatur, ne quis sibi docēdi munus arripiat, sed expectet donec uocetur à Dauid: uocatus autem ne uitiet traditum melos coeleste, commentis hominum, aut terrenis affectibus. Quisquis uerus est Idythum: hoc est, qui iam factus spiritalis cunctos humanos affectus transilijt, is de- mum nihil canit nisi prophetias. Nam apostolo Paulo prophetae dicuntur, non ij tantum qui uentura praedicunt, uerū etiam qui retrusos arcanæ scripturae sensus enarrat. Fallun- tur enim qui credunt illam per humanas disciplinas absq; spiritus afflatu posse intelligi. Prius illud prophetiae genus, quod olim in summo fuit apud Synagogam precio, exor- tum Euangelij iubar non extinxit quidem, sed tamen obscurauit. Iam enim uenit quem illi futurū annuntiabant, magnaq; ex parte facta sunt, quae illi futura praedixerunt. Nunc

I. Cor. 14

Prophet. 10

igitur ecclesia potissimum ornatur prophetis, qui gregē dominicū pascūt doctrina spiritali, proferentes de thesauris scripturarum noua & uetera. Hoc prophetarum genus uult Paulus ubiq; loqui in ecclesijs, quo confirmantur infirmi, doceantur errantes, resipiscant impij. Sed ut omnium citharæ dorum ac prophetarum princeps est Dauid ille noster, dominus Iesus Christus: ita idem omnium Idythum, id est, saltentium primus ac summus est: à quo uno uelut à fonte manat omnibus, ut uel citharæ dori uel Idythum cognomine digni sint. Olim apud Græcos prouerbium iactatum est, complures inueniri Thyrsigeros, sed paucos Bacchos: cōsimiliter apud nos multos uidere est pulsantes citharam, sed heu pauci sunt, qui canant prophetias: aut si canunt propheticam cantilenam, non ali qua chorda tacta, quam intactam oportuit, uitient spirituale melos. Solus ille meram puramq; prophetiam resonare potest, cui Dauid citharam porrexerit, cuiq; sonoras fides Christi spiritus artificio suo temperat, qui si linguæ quoq; meæ plectrum uobis precantibus modulari dignetur, fortassis nec inamœnum nec infrugiferum fuerit aliquantisper uelut in exquisitæ quapiam artis tabula in hoc citharæ do immorari. In eodem igitur primo citharæ dum, mox Idythum contemlemur, quo magis nos ad illud absolutissimum exemplar componamus. Corpus dominicum electa fuit cithara, quod spiritus celestis è purissima uirgine purissimum concinnauit, & ab omni terreni limi contagio prorsus immune compegit. Hæc cithara per omne tempus, quo in terris uisus est Christus & cum hominibus uersatus, nunquam desijt emodulari gloriam patris: siue dum mirabiliter nascitur, mirabilis adolescit: siue dum diuini uigoris scintillas ostendens, uerbo sanat ægrotos, oculorum lumen reddit cæcis, integritati restituit mancos ac debiles, mundat leprofos, potenti iussu propellit noxios dæmones, imperat uentis ac maris, in uitā reuocat mortuos, horum omnium laudē gloriamq; transcribens patri uelut auctori primario: Ad hæc dum hominis assumpti ueritatē astruit teiuans, orans, efuriens, sitiēs, lassescens, dumq; capitur, ligatur, cæditur, occiditur. Siquidē gaudium patris non modo sapiens est filius iuxta sapientis dictum, uerum etiam obediens. Nulla autem maior obedientia quàm usq; ad mortē, eamq; crucis. Atq; interim sua cithara omne prophetiæ genus expleuit, dum se declarat nosse secretas hominum cogitationes, dum aperit scripturas, docens iam adesse tempus de quo tam multa uaticinati fuerant prophete: dum prædicat mortem, sepulturam resurrectionemq; suam, & in cœlos reditum, promittens paracletum, præmonens apostolos quid essent ob ipsius nomen perpassuri. Postremo suis pollicitus est in resurrectione uitam æternam, incredulis denunciauit gehennam. Nunquam tamen hac cithara modulari cessauit, ut esset uere summus in extremo actu artifex, quàm quum membris omnibus in cruce dissentis extremum illud edidit melos paternis auribus gratissimum, nobis saluberrimum. Quid amabilius illa catione, qua psalmum uigesimum primum recinens, innocens deprecatus est pro nocentibus, nosram causam in se transferens: Quid admirabilius ea uoce, qua patrem deprecans pro his qui quum essent necis autores, conuictis incessantem pendente ipsa morte grauioribus: Pater, inquit, ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Nimirum hæc erat uox perfectissimæ charitatis, nec ea fuit inefficax. Exauditus est enim citharæ dus pro sui reuerentiā. Tendit magis chorda charitatis uix potest. Extremam uocem edidit ualidissime tensa chorda fiducia, quum egregius ille citharæ dus ualido clamore paternis manibus cōmendarer spiritum suum, & mox expirauit uolensq; deposuit animam suam. Huius chordæ sonitus tantum ualuit, ut ad eius uocem uelum templi à summo usq; ad imum diruptum sit, terra cōcussa, petra scissæ, aperta monumenta, complures excitati mortui, territi satellites, conuersus centurio, sol caligine obductus. Quid unquam simile potuit humana musica? Veterum literis proditum est esse certos tiliarum modos, qui ischiadicis cruciatum temperant: quo præsidio Hismenias Thebanus plurimis Bætorum opitulatus fertur, quemadmodum Terpander & Arion Lesbios atq; Iones grauiissimis morbis cantu liberasse. Apud Italos & hodie mos est tarantulæ, id est phalangij aranei genus, certis modulis succurrere icu prostratis: sicut apud Germanos morbo comitali collapsos cantu erigunt ac sanant. Insomnia laborantibus & ad paraphronesim tendentibus musica conciliant somnum. Nam infantes suauiter concentu à ploratu ad quietem paulatim inuitari notissimum est. Sunt modj quidam phrygij qui in furorem agant: sunt diuersi qui furentem ad sobrietatem componant, quod Pythagor.

Pythagoram in adolescente Taurominitano fecisse narrant, dum tibicinam pro phrygij modis spondeos iubet occinere. Viros ad prælium animari cantu nemini incognitum est. Quin & illud in confesso est, nullam esse etatem, nullum sexum, qui non sentiat musicæ uim, etiam si quæ sit ars nesciant: in causa putat esse, quod iuxta Platonem animamundi musica ratione concinnata sit: unde fit ut singulorum animæ naturali sensu modulato concentu delectentur, inconcinno offendantur. Iam creditum est esse modos ad quos fontes exiliant, tripudij specie, quo minus mirum quod de Arione ac delphino celebratum est. Nec omnino fabulosum est, quod scribit Maro, Frigidus in pratibus cantando rumpitur anguis: ne persequamur omnia miracula, quibus artem musicam, seu ueris, seu confictis commendauit antiquitas. Sed ut hæc sint omnia uera, adde & illa quæ plurima de Orphei cithara præci cōmemorant, talem musicæ uim quis unquam commemorauit: aut quis unquam ausus est fingere? Dauid ad tempus cithara sua temperabat furorē Saulis, sed protinus recurrebat spiritus domini malus. Verum quid hoc ad omnipotentem Christi citharā, quæ dæmones abigit, & dei patris iram uertit in misericordiam? Obmutuerat hæc cithara paulisper corpore domini in sepulchro recondito. At non sustinuit pater suauissimæ citharæ diutinum silentium. Excitat dormientem in mystico psalmo clamans: Exurge gloria mea, exurge psalterium & cithara. Cui mox respondet cithara: Exurge diluculo. Et hic quoq; uaticiniū loquitur cithara. Siquidem diluculo surrexit dominus, per uniuersum orbem illustraturus gloriā patris. Quāquam idem citharæ dus & hodie canit nobis in literis sacris, canit per pios doctores, si modo nos aures purgatas adhibeamus. Et hodie, sanat ægrotos, pellit dæmones, excitat mortuos, dum excutit languorem animis, dum insanis cupiditatibus liberat, dum ab impia uita reuocat ad studium pietatis. Iuuaret in huius citharæ diuini contemplatione diutius immorari, sed tituli breuitas ad Idythum considerationem reuocat. Quemadmodum enim dominus fuit citharæ dorum omnium præstantissimus, ita etiam inter saltendi laude celebres lōge primas tenet. Hic si quidem est ille, quem sponsa prophetica oculis uidit in cantico mystico, quum ait: Vox dilecti mei, ecce uenit iste saliens in montibus, transiliens colles. Non incedit uulgari gradu, qui sic amat. Salto fertur, qui impotenti fertur affectu. A monte transiit in montē, colles properandi studio transiit. Excelli mōtes sunt, inter angelos Seraphim & Cherubim, nec in his moratus est Idythum ille mirabilis, sed per hos salijt filius dei. Eximij montes fuerunt ante legem Iob, Melchisedec, Abraham, Isaac & Iacob: insignis mons erat Moses, ac reliqui prophete: in nullo tamen horum conqueuit, sed uelut per gradus, amoris impatiens ad sponsam suam ecclesiā desiliit dominus, omnes huius mundi sapientes uelut colluculos trāsiliens. Quod enim iuxta uulgus hominum altissimum est, ad dei sublimitatē collatum humile est. Qui insilit, figit pedē, sed ad tempus modo: qui transiit, prorsus contemnit: ita iuxta prophanas historias Remus transiit mœnia Romuli. Fortasse colles non absurde quis interpretetur legis uetustæ cæremonias ac præcepta. Cæremonias transiit dominus, per præcepta salijt ad perfectiorē iustitiam, quàm fuerat scribarum & pharisæorum: non quod ipse huc profecerit, sed quod huc sua mēbra prouexerit. Uidit eundem mirificos dantem saltus, propheta Dauid, ita loquens in spiritu psal. xlviii. In sole posuit tabernaculū suum, & ipse tanq; spūs procedens de thalamo suo. Quum audis sponsi nomen, agnoscis opinor eundē qui per montes salit in amoris cantico, nunc mihi specta que sol saltus prodigiosos ultro citroq; facios. Exultauit ut gigas ad currēdam uiam, à summo cœlo egressio eius, et occurus eius usq; ad summum eius. Quod sol est in hoc uisibili mundo, hoc deus est in uniuerso. In hoc sole dei filius posuit tabernaculum suum, qui semper fuit apud patrem lucē inhabitans inaccessam. Ab hac ineffabili sublimitate potens, ille gigas non uipertractus, sed amore pellectus, magna alacritate descendit in uirginis uterum: ac tandem resiliens ab inferis, quo potenter desilierat, ad eandem claritatem se recepit in qua fuerat ante mundum conditum. Sed quemadmodum sic à paterna sublimitate processit, ut nihilo secius cū patre maneret: ita supremo saltu sic ad patris dextram confedit, ut sponsam suam adhuc ex parte in terris agentem non deserat. Psalmi uaticinium elegantibus numeris expressit Christianæ philosophiæ præclarus ille choraulis Prudentius: Procedit, inquit, e thalamo suo pudoris aula regia, geminæ gigas substantiæ, alacris ut currat uiam. Egressus eius à patre, regressus eius ad patrem: excursus usq;

ad inferos, recursus ad sedem dei. Nimirum pedibus amor addidit alas. Profectio mitis erat saltus, quum filius e gremio patris deflisset in uterum uirginis: rursus à terra subsilijt in altitudinem crucis, illinc ad se pertracturus omnia. Rursus à cruce corpore quidem desilijt in sepulchrum, spiritu uero in extremos tartari recessus: hinc denuo subsilijt in terras, à terris ad thronum dei, nec ineleganter idem depinxit prosa, quam chorus ecclesiasticus alternis canit in festo ascensus dominici. Huic nomen extat conueniens Idythum. Nam transiluit omnes strenue montes colliculosq; Bethel, saltum de caelo dedit in uirginalem uentrem, inde in pelagus seculi: postquã illud suo mitigauit potentatu, tetras Phlegetonis assilijt tenebras. Principis illius disturbato imperio, manipulis plurimis inde erutis, mundum illustrat suo iubare, captiuitatemq; detentam inibi uictor ducit secum: & re diuutu iam suis se praeuuit, seruis & amicis. Deniq; saltum dederat hodie maximum, nubes polosq; cursu perpete transiliens. Hos gradus quibus eterna sapientia dispensauit humani generis redemptionem, scriptura nunc cursus, nunc saltus appellat: quod in his nulla fuerit necessitas, quã trahere solet inuitos, sed charitas ultro properans ac sitiens. Hãc spiritus alacritatem promptosq; mentis impetus scriptura nonnunq; & uolatus nomine designat, ueluti quum Esaias admirans a postolos ad imitatione dominicæ charitatis, inestigabili Euagelij propagãdi studio per uniuersas mundi plagas cursitantes, ait: Qui sunt hi qui ut nubes uolant, & quasi columbæ ad fenestras suas. Huiusmodi saltum meditatur & praclarus ille citharædus, quum caneret: Quis mihi dabit pēnas sicut columbæ, & uolabo & requiescam? Negant autem naturæ scrutatores ullam auem cum columba conferri posse uolatus pernitate, quum altoqui sit inermis atq; imbellis. Proinde non optauit propheta pennas aquilæ, aut accipitris, aut milui, sed columbæ: quæ læsa uindictam molire nescit, sed aduersus omnes molestias, quibus uita mortalium undiquaq; obsita est, non aliud querit remedium, quàm fugæ. Quò uero fugit columba Christi? Haud alio quàm ad ipsum Christum in caelis residentem, columbinæ simplicitatis amatorem ac patronum. Mira columbinarū mentium uelocitas, quæ quum domicilium terreni corporis inhabitent, tamen subinde rapiuntur in caelum, atq; illic uerius sunt ubi amant q̃ ubi amant. Congruenter igitur & spiritus sanctus in columbæ specie primum, deinde in figura ignis apparuit: quò de eos quos afflauit, & simplices reddit, nihil habentes fellis aduindictam, & alacres facit ad omne opus bonū, & igneos, semper ad caelestem patriam suspirantes. Porro tamen si Christus princeps citharædorum ac salientium fuit, eximij uero citharædi ac salientis apostoli reliquiq; martyres: cunctis tamen qui Christi nomine proficuntur, pro uiribus enitendum est, ut ipsi quoq; fiant citharædi & Idythum: præcipue tamē ijs qui in uicem apostolorum successerūt, ueluti pastores gregis dominici, doctoresq; multitudinis. Hos enim oportet semper aliquid resonare propheticum de lege domini, non solum cithara, dum erudiunt populum, uerumetiam psalterio, dum increpant delinquentes, ac tympano, dum retundunt obstinate repugnantes ueritati: nam in his tribus organis fuisse peritus narratur Idythum. Rursus cymbalis suauē sonantibus, dum correptionis asperitatem dulcedine leniunt charitatis, ne frater absorbeatur grauiore tristitia: deniq; lyra, dum errore lapsos, blandioribus monitis in uia reuocant, & cum infirmis infirmantur. Ad hoc mulices studium excitat Timotheum suum beatus apostolus. Testificor, inquit, coram deo & Iesu Christo, qui iudicaturus est uiuos & mortuos, & per aduentū ipsius, & regnum eius, prædica uerbum, in sta oportune importune, argue, obsecra, increpa, in omni patientia & doctrina. Nullum autē musicum organum est, quod non porrigat diuina scriptura: nec ullum cantionis genus est, quod illa non suppeditet, quemadmodum ad eundem idem scribit Paulus: Omnis enim scriptura diuinitus inspirata utilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendū in iustitia, ut perfectus sit homo dei ad omne opus bonum instructus. Sed bonus citharædus esse non potest, qui non sit Idythum, omnesq; cupiditates humanas spiritu transilierit. Etenim si inter canendum obstrepit, emolumentū studium, aut gloriæ sitis, aut ira odiumue, aut metus hominum, aut hæreticus error, una chorda dissonas uitiat totā harmoniā. Huiusmodi citharædi erant de quibus ad Philippenses scribit Apostolus: Quidam & propter inuidiā & contentione, Christi annūntiant non sincere. Quod si offendunt aures hominū quoties in cantione resonat aliqua chorda præter melos, & concentum uicinas: quanto magis offenduntur aures dei quum

quum in diuino cantico obstrepit chorda Satanæ: An non uideamus ut homines qui hominibus canunt testudine citharæ, si qua fides æquo tenfior sit aut remissior, mox leuissimum etiam discrimen auribus deprehendant, puta semitonij aut dieseos, nec adducā possint ut pergant canere nisi prius chordam obstrepentem correxerint. Facit hoc Dionysiacus mercede conductus ut deleciet temulentum conuiuium: & non facit idem diuini uerbi citharædus, ut seruet Christi sanguine redemptū populum: Hominis aures non ferunt citharam uel una chorda uitiatam, & deus feret cationem humanis cupiditatibus dissonantem: Subsiliat igitur, qui studet agere bonum citharædum domini, & iuxta uocem Esaiæ, semet ab humilibus curis sustollat in altum. Super montem excelsum ascendet qui Euangelizas Sion, exalta in fortitudine uocem tuam, qui Euangelizas Hierusalem. Ecclesiæ ciuitas in monte sita est, non illi conueniunt humiles & iudaicæ cantiones. Quid autē sublime canet, cuius animus totus humi repit? Si quis hic interpellarit dicens, inter Christianos difficillimum esse reperire talem citharædum, huic quid aliud respondeam, q̃ uetus prouerbium: Quæ pulcherrima sunt, eadem esse tum difficillima tum inuentu rarissima. Quisquis episcopum profitetur, munus profitetur homine sublimius. Id quisquis suscipit, seipsum transiliat oportet atq; ad Euangelicam sublimitatem euolet. Reperitur enim & hic saltus in mysticis literis, quo homo transilit seipsum. Bonus enim citharædus, iuxta beatum Hieremiam, sedebit solitarius, quia leuauit se super se. Qui episcopatum desiderat, bonum opus desiderat, sed etiam atq; etiam uideat, quale sit quod operatur, & q̃ ipse congruat functioni quã ambit, expedit. Si quis ambiat asseribi in militiam cui non sit telum, protinus auudit, quid in bello facies inermis? Neq; minus ridiculū fuerit, si quis cum balista ueniat, neq; tēdendi neq; iaculādi gnarus. Neq; quisq; sic insanit, ut ornatu musico prodeat in theatrū aut non habens citharā, aut si habeat gemmis distinctam, auro ornata, fides pulsare nesciat? Quid huic superest, nisi ut quo maiorem de se concitauit expectationem, hoc turpius exhibeatur? At multo iustius qui ambit episcopi functionem, ineptus ad prædicandum dei uerbum audiat, quid hic facis absq; cithara & diuinæ mulices imperitus? Oportet enim episcopū nihil magis esse quàm bonum citharædum; bonum psalterem, bonum tympanistam, et bonum cymbalisten, semper aliquid occinētem, obmodulantem, obstrepentē atq; obtinnientē ouibus Christi. Sed organis angelicis utendum est, ne quid terrenum resonet tua musica. Labia, inquit Malachias, sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirunt ex ore eius, quia angelus domini exercitū est. Ut falsus est nunciū, nam id sonat Græcis angelus, qui aliud nunciat q̃ mandatum est: ita falsus est citharædus, qui canit canticum quod non cōposuit noster Dauid. Sunt enim propheta qui uaticinantur, non quod suggessit Christi spiritus, sed quod insibilauit spiritus ille mendax, et mendacij pater atq; princeps. Tales citharædi sunt, qui scripturam detorqueunt ad suos affectus, eamq; seruire cogūt, quam decebat esse omnīū dominam totiusq; uitæ nostræ magistrā. Nec minus detestandi sunt citharædi, qui Dauidicas cantiones alijs modis personant q̃ oportet, quicq; nothas ac peregrinas cantilenas inuehant in templum domini. Cantorum officium, scriptura παραπρομῶν ministerium appellat, Paulus dispensationem uocat. Minister, alienæ uoluntatis est exequutor, non suæ persequutor, & dispensator rem alienam tractat: pariter autem & inter ministros & inter dispensatores illud modo requiritur, ut quis fidelis inueniatur. Quisquis igitur pastoris munus suscepit, primū illud habeto curæ, ut seligaris à Dauid, sic enim loquitur scriptura: Dauid & magistratus exercitus segregauerunt in ministerium filios Asaph & Heman et Idythum. Apud multitudinem canit doctor, sed à multitudinis affectibus segregatus sit oportet. Deinde ne cecineris aliud canticum, q̃ quod composuit Dauid. Adhæc canas in templo, canas ad ædificationem ecclesiæ. Male canunt hæretici, qui non cantant in templo domini, sed in prophanis damnatisq; conuenticulis ganniunt. Postremo, ut canas prophetiā, synceriter enarrans mysticū scripturæ sensum, idq; corā domino, haud aliō spectans, q̃ ad illius gloriam. Eiusmodi citharædus fuit ille qui dixit: Modo hominibus suadeo an deor: Aut quæro hominib; placere? Si adhuc hominib; placerem, Christi seruus nō essem. Atq; hoc solet esse præcipuū citharædi studiū, ut placeat theatro seu cōuiuio. Nunq; aut tam præclare fuit actū cū rebus humanis, ut optima uulgo placuerint, sed pleriq; sibi quærunt cantores, qui iucunda canant potius q̃ salubria: et quoniā iuxta Paulū, aures habent

prurientes, malunt tibi cinem qui assentationis uoluptate scabat aures, qui qui ueritatis sinceritate componat affectus. Huiusmodi nonnullos deplorat apud Galatas inueniri, qui ait: Ergo inimicus factus sum uera loquens uobis. Tales nimirum et apud Esaiam obstrepunt propheticæ cationi dicentes: Loquimini nobis placetia, uideate nobis errores: auferte à me uia, declinate à me semitam, cesset à facie nostra sanctus Israel. Qui de terra est, terrena loquitur, & humana placet hominibus. Paulus autem diuinis auribus placere studuit, bona fide resonans canticum non suum, sed dei. Euangelium, inquit, meum non est secundum hominem, neque enim ab homine accepi illud neque didici, sed per reuelationem Iesu Christi. Neque tamen eadem harmoniæ ratio conuenit omnibus: in causa est, partim humanorum ingeniorum uarietas, partim assuetudo. Qui natura ferociores sunt, Phrygijs modis magis afficiuntur, ob animorum cognationem: qui molliores, malunt audire Lydios. Rursus ea cuique musica dulcior est cui assueuit. Hanc uarietatem non oportet latere citharæ dum ecclesiasticum, ut iuxta Pauli exemplum sic omnia fiat omnibus, ut tamē à sinceritate prædicationis non recedat. Consultum enim est optimis assuescere, quibus iucunditatem addet usus. Nihil est magis uarium Paulo, at rursus eodem nihil simplicius. Proinde quam erat insignis citharædus, tam idem erat arte salendi præcellens. An non egregius salus est, quicquid hic mundus habet uel expetendum uel horrendum, magno animo uelur è sublimi despiceret? Sic enim scribit Philippensibus. Sed quæ mihi fuerunt lucra, reputaui propter Christum detrimenta. Quin existimo omnia detrimenta esse propter eminentem scientiam Iesu Christi domini mei, propter quem omnia detrimentum feci, & arbitratum sum stercore, ut Christum lucrificarem. Multos colles habet hic mundus qui obstant ad Christum properanti, uelut affectus cognatorum, carnis imbecillitas, splendor diuitiarum, dignitas honorum, uoluptatum illecebræ, celebritas famæ: & his contrariæ eluiones, solitudo tristis, paupertas ubique conculcata, conditionis humilitas omnibus exposita iniurijs, labores & cruciatus, infamia & ignominia. Hos omnes colles transiliat oportet, qui cationem suam optat placere domino. Deinde saliat per montes, progrediens de uirtute ad uirtutem, donec uideatur deus deorum in Sion. Nam & Sion mons est, & Hebrais speculam sonat. Huc ab humilibus curis subuolet oportet, qui uidere desiderat dominum uirtutum qui in excelsis habitat, & cuius fundamenta sunt in montibus sanctis: sed in his nullo magis delectatur, quæ qui sustinet portas Sion. Hæc est urbs fidelis, quam conuellere non queunt inferorum portæ. Huc igitur transiliat oportet, qui cantare uelit hymnum de canticis Sion. Habet autem & hic mundus montes suos, quos execratur Dauid dicens: Montes Gelboe, nec ros nec pluuia cadat super uos, ubi ceciderunt fortes Israel. Et alibi: Omnes montes in circuitu uisitet dominus, à Gelboe autem transeat. Hi sunt montes inanis gloriæ, quæ primum Luciferum deiecit è sublimi, et hodie multos occidit, qui uel debantur iam pietatis tenere cultum. Metuebat sibi ab his montibus beatissimus Paulus, cui datus est stimulus carnis, & colaphistes Satanæ, ne forte magnitudo reuelationum transuersum raperet in montem Gelboe, quæ uox declarat decursum. Huc enim ascendisse præcipitium est, quemadmodum demisisse sese uerus ascensus est. Sterilis est Gelboe, quoniam in elatam animam non intrat sapientia, sed humilibus datur gratia. Quæ si forte & in montes effundatur, quoniam pluuia ritu mox defluit, nihil adfert bonæ frugis. Quisquis igitur cupit uerè sublimis esse in Christo, sit in seipso humilis: et qui sibi uidetur sapere, stultus fiat, ut sit uere sapiens. Quod si quis stultæ gloriæ flatus impulerit nos in montes Gelboe, mox resiliamus, nec illic figamus sedem, illius exemplo territi qui dum thronum suum collocat in Aquilone, quod est cæli fastigium, similis esse studens altissimæ, deiectus est infra omnem humilitatem. Si Paulum qui transiit in tertium cælum, ubique audiuit uerba arcana, quæ nefas est hominem homini proloqui, terruit ille mons execratus, quanto magis nobis ab omni celsitudine mētis cauendum est. Ingens collis est amor uitæ, horrenda uorago est, metus mortis, utrunque transiit Paulus, quum ait, mihi uiuere Christus est et mori lucrum. Ut igitur efficiamur Idythum, expediti ad saltum, exoneremus nos ipsos omnibus sarcinis, quæ deprimunt sensum multa cogitationem, abruppamus omnes remoras & retinacula carnis. Quomodo subilemus onusti plumbo criminum? Quomodo subuolabimus irretiti uisco uoluptatū, inuoluti spinis diuitiarum, illaqueati luxu, ebrij dulcedine gloriæ mundanæ, immerfi limo terrenarum sollicitudinum, per quas uiu

uia unquam licet ad puriorem auram caput atollere? Cupienti sinceriter dispensare uerbum salutiferum, multa frequenter occurrunt obstacula. Caro dicit, si hæc prædicauero multum labor damno: transili lamam hanc. Si ueritatem libere profitear, incurram principis indignationem: transili rupem istam. Iudicabor hæreticus ijs qui uentri suo seruiunt, magis quam Iesu Christo: transili remoram istam. Rapiar in discrimen capitis: transili scopulum. Ne trepida, sed leua oculos tuos in montes, unde ueniet auxilium tibi. Sustulisse mentis oculos in montes, est subleuisse in montes. Neque enim hi saltus corpore peraguntur, sed animo: In eo nimirum fides habet oculos, affectus sunt pedes. Qui saliant, prius destinant oculis locum, quem petunt pedibus. Ita prius est credere quam amare, prius inquam non tam tempore quam natura. Quot sunt affectus in homine, tot sunt chordæ in cithara, tot sunt pedes in anima. Sed ut sunt affectus quidam improbi, quidam naturales, quidam spirituales, ita sunt uariæ chordæ diuersa sonantes. At chordæ quæ uiciant harmoniam, aut incidendæ sunt, aut si hoc fieri non potest donec animus uersatur in hoc terreno corpore, certe transiliendæ sunt. Si ab affectibus turpibus subleuisti ad affectus naturæ, è monstro factus es homo. Nam si diligis uxorem, aut parentem, aut liberos eò affectu, quo probus Ethnicus diligit suos, nihil aliud es quam homo, uicinus periculo, si per occasionem, necessariorum charitas te pertrahat ad iniusticiam. Verum si naturam transileris, ac subuolaris ad spiritum, iam homine maior, cepisti ad angelorum sublimitatem accedere. Amas uxorem, non uoluptatis gratia, sed quod Christus iussit eam diligere, de ferurus uxorem citius quam à Christi præscriptis recessurus, iam transilisti ab anima ad spiritum. Sunt quinq; sensus externi, sunt totidem interni. Hos omnes transiliat oportet, qui uelit esse uerus Idythum, & in templo coram domino canere. Huiusmodi citharædus erat Paulus quum ait, non enim sumus sicut plurimi adulterantes uerbum dei, sed ex sinceritate sicut ex deo, coram deo in Christo loquimur. Sunt quatuor affectiones humane mentis, tyrannidem exercentes in uitam humanam, spes ac metus, gaudium & dolor. Has fides si intenderit ad res huius mundi, uiciant melos: si ad pietatem, hoc est, si spem figas in deo, si metum dei abstineas à turpibus, si nihil æque doleat ac turpitudine, si nihil iucundius lucro bonæ mentis, suauissimam reddunt harmoniam. Cui dolet iactura rei, nec dolet dispendium bonæ mentis, male tetendit chordam. Esse autem & animi fides ac musicam, Ethnicis etiam poetis, tum animaduersum est, tum literis proditum. Sic enim apud illos tragicus quispiam loquitur de homine, quem praua cupiditas transuersum rapit ab honesto, *λυδὸν ἄπολας τὸς ἀκινῆτος φεγγῶν* id est, Chordas mouendo non mouendas peccatoris. Admonitus per insomnium Socrates ut daret operam musicæ. Cuius præceptore didicit canere sordibus. Quum nihilo fecius rediret insomnium, composuit uersibus aliquot Aesopi apologos, eosque decantauit. Nam & poetice musica quædam est. Quum subinde rediens uisio moneret eadem, cœpit operam dare philosophiæ moralis, quod per hanc compositis animi cupiditatibus, admirabilis ille uirtutum concentus ad rationem temperatur. Quemadmodum temperatura elementorum & qualitatum in corpore humano, tum animæ & corporis coniunctio, & animæ uirium inter se modulatio, musica quædam est quam Boetius humanam appellat. Ac mox desijt admonitrix uisio. Verum humana philosophia non potest hanc melodiam reddere, quæ digna sit templo domini, quoniam illic ad rationem humanam tenduntur chordæ. At humana ratio frequenter discrepat à spiritu dei, ad cuius uoluntatem nisi tendantur omnes animi nostri chordæ, non potest reddi bene modulata cantio. Pythagoras in cœlestibus orbibus admirabilem quandam harmoniam deprehendisse creditur, quam mundanam appellat: negant enim esse uerisimile, ut tam immensa corpora tanta celeritate silentio moueantur: sed illa demum uere cœlestis musica, quæ ad eius uoluntatem modulata est, qui cœlorum orbis & quicquid illorum ambitu cingitur, condidit & gubernat. Est apud philosophos tertium musices genus, quod per organa flatu potissimum & pulsu constat. In quo iuxta historiam præcelluit Dauid & Idythum. Sed nostra musica spiritualis est, quoniam deo qui spiritus est psallimus. Huius illud est caput, ut totus homo concordet diuinæ uoluntati, quæ certissima regula est honesti, quemadmodum docet Apostolus scribens Ephesijs. Nolite fieri imprudentes, sed intelligentes quæ sit uoluntas dei. Audisti quæ res faciat ueram harmoniam. Nunc audi quid uiciet organum, Et nolite inquit inebriari uino

uino, in quo est luxuria. Siccis & extenuatis fidibus redditur sonus gratissimus. Organum autem huius musices cor hominis est, quod diuino spiritu à carnea natura redditur subtile. Sed replemini, inquit, spiritu sancto. Apparatum est instrumentum, nunc audi canticum: loquentes uobismetipsis in psalmis, hymnis & canticis spiritualibus, cantantes & psallentes in cordibus uestris, domino gratias agētes semper pro omnibus in nomine domini nostri Iesu Christi deo & patri. Quoniam autem chorus in omneum reddit cātum, nisi concordia iungat impares, & suo quisque fungatur officio, subnequit: subiecti inuicem in timore Christi. Mulieres uiris subditæ sint, & cætera, quæ nisi seruentur, non constat concordia. Similiter & Coloffenses exhortans ad contentum, in primis cōmendat charitatem mutuam: super omnia inquit hæc charitatem habere, quod est uinculum perfectiōnis: & pax Christi exultet in cordibus uestris, in qua uocati estis in uno corpore: mox adiicit. docentes & componentes uosmetipsos, in psalmis, & hymnis, & canticis spiritualibus in gratia canentes in cordibus uestris deo. Porro quid sit deo canere protinus exponit: omne quodcumque facitis, in uerbo aut in opere, omnia in nomine domini nostri Iesu Christi, gratias agentes deo & patri per ipsum. Qui gratias agit super omnibus, nusquam obstrepit diuinæ uoluntati: itaque corpus capiti congruit. Rursum cum unumquodque membrum corporis suum tenet locum, suoque fungitur officio, dotemque à spiritu traditam conferat ad communem utilitatem, nulla est inter homines dissonantia, ueluti quum uxor obtemperat marito, maritus sic amat uxorem sicut Christus ecclesiam: filij parentibus obsecundant, patres liberis clementer imperant: serui dominis ex animo placere student, heri sic eos habent, ut meminerint conditione quidē esse seruos, sed uocatione fratres. Nec absurdum fuerit flatilem musicam accipere, quæ facit ut omnis oratio nostra congruat præceptis dei: pulsatilem, ut omnes actiones nostræ consonent illius uoluntati. Id subnotasse uidetur Apostolus, quum ait, in uerbo aut in opere, uerbum resonat, opus pulsat. Vitiat & illud harmoniam, quum uox loquentis à corde discrepat, aut quum orationi facta non respondent. Qui canunt hominibus, diligēter apparant citharam: nos autem si cupimus melos nostrum esse gratum diuinis auribus, adaptemus cor, hoc est mentem, & huius chordas id est affectus recte tendamus, id fiet, si ad Christi gloriam, & proximi commo- dum intendamus. Vis audire rationem bene tendendi citharam hanc? Paulus longedictum illo superior ostendit: Siue inquit manducatis siue bibitis, uel aliud quid facitis, omnia in gloriam dei facite. Ad hunc modum temperato mentis organo resonat illa sua- uissima cantio, quam idem depingit: De cætero fratres quæcumque sunt uera, quæcumque pudica, quæcumque iusta, quæcumque sancta, quæcumque amabilia, quæcumque bonæ famæ, si qua uirtus, si qua laus disciplinæ, hæc cogitate quæ & didicistis, & accepistis, & audistis & uidistis in me, hæc agite. Omnis itaque musica quæ dissonat à uoluntate spiritus, et à præscripto mysticæ scripturæ, in amœna est & ingrata deo: magis etiā inuisa, si eam ad quam oportuit effectuum nostrorum chordas dirigere, peruersa ad nostras cupiditates distorqueamus. Quorundam cithara nihil aliud sonat quam mundum, hoc est quæstum, adulatorem & gloriam. Hoc si quis uestrum non satis intelligit, efficiam exemplo perspicuum. Audiui quendam concionantem de uerbis quibus Maria uirgo respondit angelo: Ecce ancilla domini, fiat mihi secundum uerbum tuum, ex singulis uerbis singulas uirginis uirtutes colligebat, commentum hoc è Bernardo ni fallor mutuatum. Sed illius bene modulata citharam, duabus chordis uitabat. Quum enim exposuisset his uerbis secundum uerbum tuum, declarari fidem, adiecit in cōmendationem indulgentiarum pontificiarum: qui uelit eas sibi bono esse, necesse esse ut crederet illud pontifici Romano in manu esse, animam quam uellet ex inferis ereptam repente collocare in cælo: simulque rem totius corporis gestu representabat, primum demisso quantum potuit cum flexu corporis dextro brachio, moxque in sublime porrecto. Hæc nimirum duæ chordæ questus & adulationis corruptum pebāt alioqui bene modulata cantione. Tales non sunt citharædi quos instituit David nos- ter, sed Aspensij potius, in quos est locus uetus pro uerbis, quod intus canant sibi, uide licet suo uentri ut ait apostolus, seruiētes, non Iesu Christo. Quidam alienis fidibus admixtis corrumpunt diuinam harmoniam, dum uel humana philosophia corrumpunt celestem sapientiam, uel sanæ doctrinæ admiscēt errores hæreticos: cuiusmodi citharædus fuit Origenes, Tertullianus, & Arius, qui unica chorda pessime resonante totum uitabat canticum

1. Cor. 10

Philip. ca. 4

canticum. Sunt nonnulli, quia nimia subtilitatis affectatione uitant musicæ simplicitatem. Laudantur Lacedæmonij, qui Timotheum Milesium è ditione sua eiecerunt, quod unica chorda ad citharā addita, musicam reddidisset operosiores. Sed grauius peccant, qui celestem doctrinam superuacaneis argutationibus & ascitijs difficultatibus corrumpunt. Multa ueterum querimonia est de ecclesiasticis, qui dictionis amœnitate, crebrisque epi- phonematis plautum captabant imperitæ multitudinis. Erhetorum schola manabat hoc uicium. Eloquētiæ studio successit amor philosophiæ, præsertim Aristotelicæ, nec leuitor hinc diuinæ musices corruptela, dum quidam ad ostentationem acuminis, tantum illi non necessariæ difficultatis admiscuerunt, ut Aristotelica philosophia ad hanc collata, simplex ac facilis uideri possit. Male canunt & hodie infelices Iudæi, qui se subducunt à choro, quia male temperatam habent citharam, sedulo pulsantes imam literæ chordam, quum nulla sit harmonia, nisi graues acutis misceantur, ac sensus historicus concinne ad allegoriam attemperetur. Interdum immodulate canit Origenes, allegoriam resonans, literam rejiciens: sed frigidissima est Iudæorum cantio, nihil aliud quam historiam crepantium. Ne Christianorum quidem musica deo grata est, nisi totus homo sibi consonet, atque externus cum interno congruat. Modulate canebat Paulus, quum ait, Psallam spiritu, psallam & mente: orabo spiritu, orabo & mente. Qualis autem illa melodia est, quum lingua sonat laudem dei, & cor meditatatur uindictam proximo: quum uox canit cœlestia, & animus cogitat scelestia. Male psallit & is, qui corpore ieiunat à cibis, nec animum abstinere à uitijs. Rursum qui carnem continet à libidine, nec mentem puram seruat, à superbia, ira, cæterisque uitijs. Postremo, scite dictum est à præcis, uirtutes omnes, uelut anas inter se cohærent: quarum concentu suauiissima redditur cantilena. Habent & illi male temperatam citharam, qui sic noui testamenti libros recipiunt, ut ueteris respuant: qui alij faciunt deum ueteris legis, ac nouæ. Rursum qui è scriptura canonica alios libros probant, alios repro- bant, quum omnium sit absolutissimus cōcentus. Arbitror & illos inter malos citharædos numerandos, qui tantum tribuunt fidei, ut contemnant opera: contra, qui tantum tribuunt operibus, ut ea negligant, quæ sunt ad pietatem præcipua. His addantur & illi, qui sic ad- dicti sunt humanis constitutionibus, ut ob has uiolent præcepta dei è diuerso, qui dum se- dulo tuentur præscripta dei, contemnunt omnes hominum cōstitutiones. Item qui dum exaggerant ea quæ sunt spiritus, alba (quod aiunt) amussi damnant omnes cæremonias. Reuocemus huc quod superius attigimus, de singulorum membrorum officijs & ordi- ne: unde tanta in corpore harmonia, nisi quod nec manus postulat esse auris, nec pes ocu- lus, nec ueter manus, nec oculus nasus, sed natura suū cuique tribuit locū, ibique neruis apte colligauit, ac suā cuique functionē delegauit. Quantum perturbationis adfert unū membrum luxatum: quanta calamitas sit, si quis manibus pedum loco, aut pedibus manuum uice co- gatur uti, aut si quod nonnullis morbo accidit, lotium & alui excrementa per os reddantur. Similis perturbatio nascitur in rebus humanis, si populus imperet magistratui, leges seruiant priuatis affectibus, principes negociantur, episcopi dominantur, Theologi ca- lumniantur, pontifices belligerentur, monachi uoluptuentur, agricolæ tumultuentur. Fortassis obiter attingimus aliquot fontes dissonantis musicæ, quam hisce temporibus uidemus ac deploramus in ditione Christiana. Iam uero quoties affectus carnis inter se dissonant, ut non solū insuauis, uerum etiam misera sit musica. Veluti quum sonanti chor- dæ libidinis, obstrepit chorda auaritiæ, rursus auaritiæ obstrepit ambitio, ambitioni ob- strepit luxus ac desidia. Minus eriam miser est qui cōstanter malus est. Fluius dissonæ sym- phoniæ molestiā eleganter depinxit Ecclesiasticus: Præcordia, inquit, fatui quasi rota carri, & quasi axis uersatilis cogitatus illius. Item Solomon: Vult piger et non uult. Hoc cupidi- tati inter se tumultu, rixaque quid fingi potest molestius aut miserius? Nusquam est Idythum, nisi uera symphonia, nisi ubi est pax dei, quæ exuperat omnem sensum, custodiens cor- da & intelligentias hominis in Christo Iesu. Ex corde uita procedit, id frustra custodit ho- mo, nisi custodiat dominus. Porro frequēter, in literis sacris ubi fit mentio tympanorum, ibidem fit mentio chori. Chorus autem est, ubi plurium consonantibus uocibus perficitur cantio, nec ulla catio gratior diuinis auribus. Sic enim per os Pauli loquitur dominus: implete gaudium meum, ut idem sapiatis, eandem charitatem habentes, unanimes id ipsum sentientes. Idem admonet Romanos cap. 12, Idem Corinthios. Obsecro, inquit, uos fratres

Cap. 33

Cap. 13

Phil. 2

1. Cor. 5

fratres per nomen domini nostri Iesu Christi, ut id ipsum dicatis omnes, ut non sint in vobis schismata. Sitis autem perfecti in eodem sensu & in eadem sententia. Vehementer offendebant concordiam magistrum illarum dissonarum voces: Ego sum Paulus, ego sum Apollonius, ego Cephas, ego Christus. Deus, pacis deus est, non dissensionis. Laus eius in ecclesijs sanctorum, hoc est, in congregatione piorum, non in dissidijs impiorum. Non enim est pax impijs dicit dominus: ubi vero non est pax, ibi non est chorus. In domo patris Evangelici auditur symphonia et chorus. Eodem gaudio gaudent omnes qui sunt intus, discruciat inuidus qui foris est. Quis autem ex animo diligens decorum domus dei temperet a lachrymis, ubi reputer quod hoc seculo non concordent in cantico, qui tamen eodem Christo nomine censentur. Quam uarie uoces audiuntur undique, sic dissonantes a cithara Davidica, ut nihil minus inter se discrepent. Vtinam & his omnibus dominus det cor unum & animam unam, ut pariter omnes iunctis uocibus in domo domini, decantemus illi symphoniam in choris spiritualibus: ut simul perueniamus ad illam ecclesiam coelestem in qua iugibus hymnis laudatur deus Sabaoth, nec ulla est uocum dissonantia. Haec uenit mysterium citharae propheticarum, & nominis Idythum, quantum dominus dedit exposuimus. Ad psalmum properabimus, si duo quaedam etiam de titulo admonuerimus. Quorum prius est illud pro eo quod septuaginta uerterunt in finem, qui fontes Hebraeorum sequi maluerunt, uerterunt pro uictoria Idythum siue uictori Idythum. Existimant enim inter cantores templi fuisse certamina, propositis uictori praemij. In eo certamine quoniam uicerat Idythum, Dauid hoc canticum illi composuit, spiritualis uictoriae mysterium aperiens: cuius praemium est, non bucina quidem aut patera, qualia ferre solent qui uicissent in Olympiis, sed uita aeterna: Agonothetes dominus, qui nec iudicio fallitur, nec promissis fallit. Voces quidem diuersae sunt, in finem. & pro uictoria, sed in eundem recidunt in finem. Finis legis est Christus ad iustitiam omni credenti. Quisquis igitur a litera transiit ad spiritum, per Christum uicit mundum, superauitque Pharisaeam iustitiam, & cum Idythum suauem melos canit in templo coram domino. Abominatur dominus cantica Iudaeorum, qui dum legem mordicus tenent, nec finem legis agnoscunt Christum: grauantur ingredi domum benigni patris familiaris, maluntque obstrepere symphoniarum canentium & exultantium in choris, quam canticionis simul & exultationis fieri consortes. Posterius hoc: sunt psalmi complures, quorum titulus indicat argumentum historiae. Tale nihil habet hic titulus. Hebraei quidam coniectant psalmum hunc habere prophetiam de malis uenturis populo Israelitico in captiuitate Babylonis. Huic coniectura quantum sit tribuendum alij uiderint, nihil enim aliud est quam humana coniectura. Vero proprius est, quod alij diuinant, psalmum hunc respicere ad historiam, quae memorat quomodo Semei petulantissimis conuicijs impetuerit Dauid, non minus crudelis qui lingua sae uerit in afflictum, quam demens, qui diuisis amarulentis irritauit regem, cui in promptu erat occidere & conuicia retalare nece. Et iam sane perierat ille maledicus, nisi Dauid Abisai manus cohibuisset. Erat autem Semei de cognatione Saulis: eoque spirabat adhuc uetus odium: & in hunc demanasse uidetur spiritus ille a domino malus, qui Saulum agitare coeueuit. Alio qui quid aliud quam mortem quarebat, qui solus ausus est, & lapides & conuicia lapidibus uiolentiora iaculari in Dauid, ut regem, ita fortissimorum bellatorum turmis dextra laeuaque stipatum: Regius animus impatiens est omnis contumeliae, & rebus exulceratis pronior est ad uindictam dolor. Contumeliam insuper exasperare poterat Saulis memoria, qui nunquam desierat Dauidi pro rebus praecclare gestis moliri necem. At Semei furioso non sat erat saxis impetere regem, sed in omnes regis seruos saculabatur lapides, ac terram spargebat, uociferans ex aduerso: Egredere, egredere uir sanguinum, uir Bestial. Reddidit tibi dominus uniuersum sanguinem domus Saul, quoniam inuastisti regnum: pro eo enim dedit dominus regnum in manum Absalon filij tui, & ecce premunt te mala tua, quoniam uir sanguinum es. Non tulit effrenem petulantiam Abisai: Quare, inquit, maledixit hic canis moriturus domino meo regi: uada & amputabo caput eius. Quid hic expectet reliquae ignarus historiae, nisi praecclarum aliquod praemium pro tam singulari erga principem suum studio: At Dauid tot seculis ante Euangelium, Euangelicae lenitatis absolutissimum exemplar exhibens, praemij loco refert obfurgationem. Quid, inquit, mihi uobiscum est filij Saruiae: sinite eum ut maledicat. Dominus enim praecipit ei, ut malediceret Dauid, & quis est

est qui audeat dicere quare sic fecerit: Itaque fateor non absurdum fore, si quis peccatoris nomine aduersus iustum consistentis intelligat maledicum Semei, in quo adhuc spirabat exitiale odium superbi Saulis. Aduersus cuius maledicta, non modo continuit linguam Dauid, ne regeret conuicia, uerum etiam furenti patrocinauit est: & inaudito mansuetudinis exemplo, excusatur maledicus, & arguitur beneuolus. Haec enim uox: Quid mihi uobiscum, est amicitiam renunciantis, ni se contineat. Sic Petrus dum ex beneuolentia non uult Christum mori, audit uade post me Satana, non sapis quare dei sunt. Idem dum aduersus impiam cohortem pro domino stringit ferrum, increpatur. Caeterum an uniuersus psalmus congruat ad hoc argumentum nescio. Nec tutum est hominum diuinationi fidere, praesertim quum Iudaeorum fabulis nihil sit frigidius. Porro nihil necesse est, ut psalmi argumentum semper ex historia repetatur. Nonnunquam sumitur e loco quo praescripturae ueris, uelut hic sumptus uidetur partim e Iob, partim ex Ecclesiasta, adeo multa congruunt quae suis locis rectius indicabuntur. Atrociores querimonias uidetur e Iob mutuatas, querelam de uanitate rerum humanarum ab Ecclesiasta. Habet autem quiddam Iudaeum, hoc est querulum ac plorandum, quum post exortam Euangelij gratiam, omnia sint alacriora. Ac fieri potest, ut perfectus fuerit qui hunc conscripsit psalmum, fortassis & qui cecinit: sed tamen inducitur in eo persona hominis adhuc cum tentatione grauius luctantis, idque non sine periculo: nec exitum habet laetum, sed ut a dolore coepit, & in progressu molestia exasperat, ita in ploratum desinit. Mihi uidetur in genere quadrare cuius ex afflictionibus grauissimis ac desperatione, semet ab omnibus mundi praesidijs auertenti, & ad Christum solum pectore toto conuertenti. Est autem psalmus poenitentialis, quem admodum is qui praesedit. Superior enim psalmus nihil aliud habet, quam luctum & praesces poenitentis. Incipit a tremore: Domine ne in furore tuo arguas me. Nec aliter desinit: Ne derelinquas me domine deus meus. Hic similiter commemoratur grauis lucta cum aduersario: ut omnibus humanis praesidijs destitutus cogatur ad deum afflictionis autorem conuigere. Tamen utique psalmus & alia cum altero in plerisque sententijs consonat. Hic peccator consistit aduersus Dauid, illic amici & proximi aduersus illum appropinquant et consistunt. Hic ponit ori suo custodiam, illic tanquam surdus non audit, & sicut mutus non aperit os suum. Illic cor eius conturbatum est, hic cor illius concaluit intra ipsum. Hic deplorat, quod datus sit, aut orat ne detur, in opprobrium insipienti: illic orat, ne quando supergaudeat ipsi inimici. Illic uicinus desperationi, clamat, ne discesseris a me: hic precatur, Remitte mihi ut refrigerer. Breuiter caetera congruunt, solus huius psalmi titulus habet uictoriam, cuius spem intelligere licet quum ait: Et nunc quare est expectatio mea, nonne dominus: Bona uictoriae spes quoties homo diffusus caeteris praesidijs omnibus, totum sese conuertit ad deum. Nullus potest coronabitur, nisi qui legitime certauerit. Ea tamen uictoria clarius exprimitur psalmo proximo sequenti, nam & illius argumentum cum duobus superioribus congruit. Hic inter molestiarum turbines, leuiter affulgente coelitus spei aura, dicit: Et quare est expectatio mea, nonne dominus: in altero dixit: Expectans expectaui dominum & intendit mihi. Et exaudiuit preces meas, & eduxit me de lacu miseriae & de luto fecis: & immisit in os meum canticum nouum, carmen deo nostro. Hoc nimirum est uictoriam epinicion quod canitur parta uictoria. Quanquam hoc canticum non dabitur pure canere, quoad diu militamus in hoc luteo tabernaculo corporis: latitia nostra uel doloribus uel metu contaminata est, ac tales sunt canticiones qualis est illa apud ueteris comediae scriptorem, *ἄρα δὲ δὲ ἄρα*. Hic enim quando per domini misericordiam contigit uictoria, tamen expectatur alius hostis impetus, ut non liceat cessare, sed semper in excubijs uigilandum & in prociectu standum. Atque hic quoque uerum est, quod uetustissimo Graecorum pro uerbo iactatum est, *κοινὸς ἐνυάλιος*, septies enim in die cadit iustus, sed exurgit. Mea quidem sententia nihil obstat quo minus hic psalmus, uel ad Christum ecclesiae caput, uel ad ecclesiam mysticum Christi corpus, uel ad prophetas, apostolos, & episcopos ecclesiae columnas ac duces, uel ad unum quemlibet sub Christi uexillis militantem possit accommodari. Siquidem proponitur hic exemplar hominis, qui delassatus ingrata improborum malicia cogitet de relinquendo benefaciendi studio, tandem incrudescente cruciatu animi, tedio uitae morte quarat dolorum finem: sed ab hac desperatione reficitur, partim humanae uitae consideratione, quae ut sit afflictissima, diu tamen quum sit breuissima discru-

ciare non potest: partim respectu misericordiae diuinæ, quæ ut interdum grauissimis afflictionibus tentat suos, ita non patitur eos tentari supra vires, sed facit cum tentatione prouentum ut possimus sustinere. Scimus autem Christum exacte tentatum ac per omnia probatum. Nec obscurum est Paulum tot malis exercitum fuisse, ut aliquando cepit illum huius uitæ tedium: nec ignoramus tempestates, quas olim passa est, & hodie patitur ecclesia, plane defectura, nisi Christus illam presente ope fulciret. Demum in se quisque discit experimento non temere dictum apostolo: Quicumque uolunt pie uiuere in Christo Iesu, necesse esse ut persecutiones perpetiantur ab his qui diligunt hunc mundum. Nos tamen iuxta postremum sensum potissimum attemperabimus enarrationem, nullius auctoritati addicti, præsertim quum uix in alio psalmo maior sit interpretum uarietas: semper enim nobis placuit in scripturis diuinis simplex minimeque uiolenta tractatio. Tantum deprecamur dominum nostrum, ut & linguæ mex citharam ita temperet, & uelut stros animos ita præparet, ut me præcinente, uos sitis chorus propheticus, saltans & exultans spiritali gaudio, & utriusque reddamur Idythum, transilientes huius mundi colles, & exonerati peccatis, per heroicarum uirtutum montes saluamus, donec perueniamus ad conspectum dei deorum in Sion, Amen.

DIXI CUSTODIAM VIAS MEAS.

Abruptum uidetur exordium, ut intelligas post uariam diutinamque cogitationem, in hanc denique uocem erupisse æstuantis animi dolorē. Quod genus est illud apud Comicum: Quid igitur faciam? Multa enim occurrunt undiqueque afflictio, & omni ex parte semet ingerentibus malorum procellis circumagitur oculos dispiciens si qua possit elabi, ac doloris inuenire medelam. His uero quos ingens mœror occupat, grata est solitudo, ac uelut per se conuictum hominum in quibus experiuntur tantum prauitatis, amant secum loqui, & ut nihil aliud, saltem profusus lacrymis utcumque mitigare doloris acerbiter. Tale quiddam accidisse ferunt Timoni cuidam Atheniensi, qui per adulatorem ac faciatos amicos ad summam redactus inopiam, exorsus uniuersum hominum genus, neminem admisit in contubernium. sic & nostrum Idythum hominibus loqui dedit in quibus nihil sani reperit: deus fortasse nondum uenit in mentem afflictionum undis perturbatam. Dixi, inquit, cui dixit: Cui nisi sibi ipsi iam igitur statuit aliquid. Nullus enim mentitur sibi. Quisquis sibi loquitur, ex animo loquitur. Rhetorū mos est, posteaque perorarunt, addere, Dixi sicuti comœdiarū recitator addit, Calliopiū recensui. A thic eo uerbo suum orditur sermonē, ut intelligamus prius in animo faciam consulationem: ac ex uarijs sententijs, tandem aliquam placuisse quam uelit esse raram, siquidem ea uox, dixi, non tantum indicat rationis finem, uerum etiam declarat certum animi decretum. Ita Phormio in Terentiana comœdia, dixi Demipho. Quin & diuinæ literæ frequenter hoc tropo decretum immutabile significant. Dicit dominus omnipotēs. E diuersis igitur cogitationibus posteaque una placuit, ait, Dixi. Videtur igitur sibi aliquod malorum excogitasse remedium, quod ex se præstare possit. Quod nam est illud? [Custodiam uias meas, ut non delinquam in lingua mea.] In simili fluctuatione mentis, aliud loquitur insipiens dum reputat tot malis affligi pios homines, contra malos in hoc mundo, diuitijs, honoribus, uoluptatibus, reliquisque uitæ comodis florere: eoque putās res humanas fortunæ arbitrio temere sursum deorsum misceri, dicit in corde suo, Non est deus: aut si quis est, nullam habet rerum humanarū curam. At in simili mentis perturbatione longe cordatius loquitur Idythum in corde suo. Dixi, inquit, custodiam uias meas, ut non delinquam in lingua mea. Qui sapit afflictione sit cautior: insipiens prosperis rebus pariter atque aduersis sit dissolutior. Apparet autem hunc Idythum, & lingua lapsum, & linguis hominum fuisse uulneratum. Itaque sicuti qui semel est ictus scorpio, huic sub omni lapide dormit scorpions: ita qui lapsu linguæ linguas maledicorum in se concitauit, etiam tuta timēs, circumspicit omnes actiones suas, ne quid fallat imprudētem, & cū beato Iob dicit, uerebor omnia opera mea. [Ut non delinquam in lingua mea.] Qui sermo bifariam potest intelligi. Ideo circumspectiā cogitationes, cōsilia, rationes meas, ne quid excidat è lingua, quod tacuisse præstiterat. Fons autem cogitationum cor est, eoque grauius monet Sapiēs: omni custodia serua cor tuum, ex ipso enim uita procedit

Iob 9

trones, scelere nobiles & merito execrabiles. Vbi compertum est illum reuixisse, precio conducti sunt qui spargerent in uulgus rumorem: corpus exanime noctu sublatum à discipulis: uestimenta milites inter se partiti sunt. Quis expectasset fore, ut quisquam talis hominis uel cognatum uel discipulum auderet profiteri: Et tamen unus ille uere dicere potuit: Custodiam uias meas, ut non delinquam in lingua mea. Nec hodie defunt qui lymphati parricidalibus odijs, non tantum traducunt atrocissime lapsus humanos, uerū etiā leuissima errata miris modis exaggerant, è culice facientes camelū. Parum et hoc, que pie recteque dicta sunt impudenter deprauant ad calumniam, nec interim à manifestis mendacijs temperant, nimirum odio cæci, dum non considerant fore, ut auditor aut lector statim execretur euidētissimam sycophantæ uanitatem. Ac facinus tam impium honesto fatur titulo, uidelicet Christianæ religionis zelo. Quaritur aliquis Pilatus, qui ipsorum furori subseruiat. Nobis, inquit, non licet occidere quenquam: quasi ille solus sit homicida, qui ferro iugulat, & quasi non sceleratius interficiat, qui ueneno necat, quam qui ferro. Non paulo sceleratius letale uenenum gestatur in lingua, quam in pyxide. Venenum aspidum, inquit, sub lingua eorum, pedes eorum currunt ad effundendum sanguinē. Audis uitam & mortem esse in manibus linguæ, pedes sunt affectus. In uotis erat occidere proximum, quid refert, quo telo id facias? Rursus Psalmo 139. Acuerunt linguam suam sicut serpentes, uenenum aspidum sub labijs eorum. Item Psalmo 56. Filij hominum dentes eorum arma & sagittæ, & lingua eorum gladius acutus. Et Psalmo 58: Ecce loquuntur ore suo, & gladius in labijs eorum. Quid mirum si loquendo occidunt, qui gladium portant in labijs? Similiter Psalmo 63: Exacuerunt ut gladius linguas suas. Spiculum est igitur maledica lingua, ueneno tinctum. Veterū literis proditum est, Lacedæmonium quendam nomine Thearidam, quum gladium ad cotem acueret, rogatum num esset acutus, respondisse, acutior calumnia. Denique apud beatum Iob, inter calamitates quæ conficiunt homines, tertius locus datur linguæ: à flagello, inquit, linguæ absconderis. Impudens igitur illorum sermo est, qui dicunt, clericus sum, sacerdos sum, monachus sum: mihi ut non licet occidere quenquam, ita nec telum ferre phas est: quum in ore ferant arma multo omnium perniciosissima, uenentur aspidis, sagittas aconiti succo litas, gladium letaliter acutum, flagellum horribile Tiphones, denique uallum obsidionale. Sic enim habet psalmus 108: Os peccatoris & os dolosi super me apertū est, loquuti sunt aduersum me lingua dolosa, & sermonibus odij circumdederunt me, & oppugnaverunt me gratis. Audis obsidionem crudelissimam. Os aperta fossa est, lingua uallū, sermones iacula. Legimus & apud Hieremiam, uenite & percutiamus eum lingua, & non attendamus ad uniuersos sermones eius. Est igitur & saxum lingua calumniatrix, quæ percutit innocentem obturatis auribus. An putatis quod Pilatus occidit dominum? Ille potius absoluit, iustum pronuntians, in quem cogebatur dicere sententiā. Sacerdotes pharisæi & scribæ occiderunt, qui confinxerunt in nocentem falsa crimina, qui subornauerunt falsos testes, qui præsidē improbis clamoribus ac minis huc perpulerunt ut Iesum ipsorum furori traderet. Illi, illiusquam uere occiderunt innocentem. Quomodo? Non ferro, sed linguis, dum traducunt apud populum, dum accusant, dum clamant crucifige. Et tamen puritatis amatores scilicet, horrent ingredi prætorium ne cōtaminarentur, parantque sese ad esum agni paschalis, Impia religio, sed magis impiū, quā Christianus pharisæo similis, uel illo potius deterior, quasi bene purus accedit ad mensam dominicā, tractat angelis tremenda mysteria, qui gustato forte lupino, non auderet accedere. Qui odit fratrem suū, homicida est, ait beatus Iohannes: & os quod mentitur, occidit animam, ut inquit Sapiens. Is est calumniator, qui fictis criminibus proximum pertrahit in exitū. Et si non perit qui petitur, tamen ille nihilominus parricida est. Id quo fiat dilucidius, fingamus esse quempiam, humili conditione, & ob id nullis stipatum amicis, ut nemo uideatur exoriturus qui necem ulciscatur: ad hæc abhorrentem ab omni seditione, sic ut etiam si possit ulcisci, nollet itum ætate simul ac uatitate inbecillē, adde et animo. Qui in talem ita conspirant: uociferemur simul omnes, alius tradit illi uapula, alius populum rudem, & credulum in cōtentionibus, uel loquijs, in contumacijs, in nauibus, in uehiculis: alius profcindat eū maledicis & calumniosis libellis: alius instillet uenenū auribus principum: ac priuatim in arcanis cōfessionibus aliquid ueneni quibuslibet in aurē infundamus: id si constanter fecerimus, etiā si nemo uim adferat,

Psal. 13

Cap. 5

Sapien. x

tamen infirmus homunculus animi mœre contabescet: nos non solum homicidæ non erimus, uerum etiam pietatis laudem auferemus, si minus apud æquos cordatosq; uiros, saltem apud maximam hominum partem. Hoc inquam animo qui sunt, an puri uidentur, à parricidij crimine, etiam si ille machinis omnibus impetitus non pereat? Dicent, quod facimus facimus in commertum, consulimus ecclesiæ tranquillitati. Vt ubiq; sibi mentitur iniquitas, ut sibi blanditur odium & inuidia. Quid enim facit ita, quod non puret esse iustissimum? Nam ut iuxta Theocriti sententiam, amanti pulchra uidentur, etiã quæ pulchra non sunt: ita cuius animum occupauit odium aut liuor, huic & quæ pulchra sunt uidentur turpia: quemadmodum quorũ oculos sol affectit, his omnia uidentur uirere, non quod rerum natius color sit immutatus, sed quod bilem gerant in oculis. Si organum corporis uitiatum perperam iudicat, multo magis mens affectu corrupta, fallitur iudicio. Proinde quisquis gerit animum liuore odioq; uitiatũ, eum oportet sibi ipsi diffidere, nec iudicis partes sumere. Porro ad pessima quæq; scelera tegenda, nullus fucus accommodatior quã religio. Frustra itaq; uitio suo blanditur qui sibi uidentur immunes ab homicidio, quod nec ense rem gerant nec arcu, quũ dentes illorũ arma sint ac sagittæ, & lingua eorũ gladius acutus. Fortasse haud alienum fuerit hic referre, non fabulam, sed quod pro uero narratur apud Germanos. In pago quodam rusticano grauiter sauebat pestilentia. Quidam gerebat capitale odium in eius loci pastorem. Commentus est nouum uindictæ genus. Quum forte per eum uicum faceret iter, rusticis deplorantibus tãtum hominũ illic perire morbo, ac demirantibus mali causam, si uultis, inquit, continere arcanum, indicabo fontem huius tanti mali. Pollicentibus silentiũ, pastor, inquit, uester uobis hanc lue imprecatur. Non postulo autem ut meis dictis fidem habeatis, nisi experimento cõperatis esse uerum quod dico. Quum consecrat aquam lustralem, diligenter obseruare uoces illius, & nisi inter reliquas execrationes audieritis illic mentionem pestilentia, sũ ego uanus. Hoc iaculo iniecto, profectus est ille. Factum est quod monuit, audite sunt hæ uoces: Rustici rudes ac feroces rem satis compertam rati, corripunt pastorem, & frustra reclamantem, in fossam forte tum patentem conijciunt, uiuumq; sepeliunt. An hunc hominem absoluemus homicidij crimine? Nec ueneno est usus, nisi lingua: nec iaculis, nec gladio, nisi oris, id est sceleratissimi homicidij genus. Vlyses turpius occidit Palamedem calumnia, q̃ si ferro necasset. Non semper is qui stringit ferrum homicida est, sed qui necis est autor. Ioãnes Baptista decollatus est, uis scire uerum necis autorem? Vide quod delatum sit caput. Rex amore uictus permisit, puella iussu matris petijt, spiculator amputauit caput, feralis missus illatus in conuiuium, exhibitus est puellæ, sed puella pertulit ad matrem quæ lingua sanctissimum uirum occiderat. Vt subornatis personis ad decimum gradum transferatur sceleris ministerium, deum non fallit uerus autor. Hæc nolim quenq; eò rapere, quasi patrociner manifestis ac legitime cõuictis hæreticis, peruicaci malitia tranquillitatem ecclesiæ turbantibus, aut notem episcopos ac theologos, qui cũ tremore dei cum Christiana mansuetudine, propriæ nimirum memores imbecillitatis suo funguntur officio: sed eos admonere, qui sub obtentu religionis indulgentes priuatis affectibus, fratrem sceleratius occidunt lingua, quã si ferro necarent. Nam Christianæ mansuetudinis est, non esse præcipitẽ ad iudicandum, suãq; consciũ imbecillitatis ignoscere lapsibus aliorum humanis, ambigue dictum in meliorem interpretari partem, quæ bene dicta sunt ingenue comprobare: ubi peccatum est grauius quã ut expediat dissimulare, si per imprudẽtiam, aut persuasionem peccatum est, secretis admonitionibus simpliciter in uiam reducere: sin error malicia conduplicatus est, tamen nihil intentatum relinquere, quo merdeamur proximo, nec ad extrema remedia nisi magno cum animi dolore descẽdere. Sed fere sit, ut nulli uociferentur odiosius, quã qui nec intelligunt quod reprehendunt, & si maxime sanus sit intellectus, affectu tamen sunt corruptiores quã ut ualeant recte pronuntiare. Qui proximi lapsum hostiliter exaggerat, nec studet mederi sed lædere, turpius errat, q̃ qui per imprudentiam, aut incogitantiam labitur intellectu. ~~Sicut etiam~~ Quid igitur sentendum de eo, qui magna atrocitate damnat quod pie dictum est: reprehendit, quod non intelligit? Quot modis hoc compertum est ac demonstratum, quosdam qui ~~de re uociferantur~~ uideri uolunt, hæreseos ac blasphemiam crimen intendisse, quum ob imperi

imperitiam linguæ non intelligerent quod carpebant: quoties furiosis uociferationibus damnasse uoces, ut impias, quæ non solum in piorum hominum monumentis, sed in canonicis etiam libris inueniuntur: Nec erubescunt deprehensi, nec corriguntur admoniti, sed magis efferantur ad atrocius calumniandum, & si superis placet, è scelere quarunt laudem. Ipsi sibi semidei uidentur, & pertinax uocatur, qui doceri postulat, qui uerum non statim ad quamuis impudentem calumniam, porrigit herbam. Inclamant, scandalum scandalum. Quasi non longe grauissimum scãdalu sit manifestis calumnijs impetere uitam ac famam proximi: sic enim fit, ut rideantur etiam quum uera piãq; docent. In hoc igitur psalmo proponitur uir pius rectaq; mentis, qui permisso dei ab ingratis & improbis agitur sit usq; ad uitæ tædium: nolit tamen par pari referre, ne similis eorum euadat, quos damnat: sed ad tutissimam silentij arcem confugiat, præsertim quum dolor etiam nũ exae suans nondum patitur contactum medicæ manus, sed iuxta ueteris hominis sensum flagitat ultionem. Hic enim multa suggerit animo, quibus homo inflametur ad uindictam: quorum postea q̃ nihil perspicit expedire ad salutem, tandem recepto aliquantisper spiritui secum loquitur. Dixi, Custodiam uias meas. Piscator, ut aiunt, iclus sapit, hic post lapsum. Vbiq; sibi suspectus est, omnes actiones suas obseruat, ne quid per imprudentiam excidat, quod in posterum calumniantibus præbeat ansam. Quid timet, aut quid cauet? Vt non delinquam, inquit, in lingua mea. Expertus incredibilem hominum malitiam nihil non calumniantur, tanta cautione studet omnes actiones suas componere, ut non solum in factis nihil sit, quod iure reprehendi possit, sed ut quod difficillimum est, ne lingua quidem ullum effutiat uerbum, quod merito pateat calumnia. Siquidem hic custodire, non est seruantis, sed obseruantis. Obseruat autem qui cauet, ac periculum metuit. Nihil porro difficilius quã linguã membrum omnium maxime uolubile sic refrenare, ut non uel per incogitantiam, uel per iracundiam alicubi labatur: itaque frequenter experitur esse uerum, quod ait Plato, leuissimæ rei grauissimam esse pœnam. Qui custodit suum & linguam suam, inquit Sapiens, custodit ab angustia animam suam: quoniam ut ^{Prou. 28} ^{Cap. 28} alibi predicat idem, mors & uita in manibus linguæ. Sua cuiq; cogitatio solet ad blandiri, suis quisq; fauet inuentis, non secus ac parentes liberis. Sed hic iustus hominũ malicia doctus, omnes suas cogitationes habet suspectas, easq; diu examinat, anteq; patiat in lingua erũpere, aut calamo prodari in publicũ. Donec error permittitur in cordis recessu, nec alios inficit, & facile corrigi potest. Sed uolat emissum semel irreuocabile uerbum: multo difficilius reuocatur, quod chartis illitũ, uolitat per manus hominũ. Eoq; recte præcipit S. Iacobus, ut omnis homo uelox sit ad audiendũ, tardus ad loquendũ: & Horatius scriptum nouẽ annis premi iubet, anteq; exeat in publicũ. Sũnt qui hinc colligat, hunc quem inducit psalmus, hominẽ fuisse, aut perfectũ, aut perfectioni proximũ, quippe cui omnia membra sic domita sint, ut citra rebellionẽ obtemperent spiritui, præter unam linguã, cui nũc uinculũ iniicit: id si uerũ esset, nõ post clamaret, ab omnibus iniquitatibus meis erue me. Quir igitur solius meminit linguæ: Quoniam hac parte præcipue delinquit homines magnis calamitatibus exacerbati. Non tantũ enim efferuescunt in calamitatum autores homines, uerũ interdũ non ueretur obmurmurare deo: quumq; ob delicta flagellentur, in ipsa castigatione cõmittunt, quur debeãt atrocius uerberari. Non ita beatus Iob, sed hũc in modum sobrie loquitur: Etiã si habuero quippiam iustum, non respondebo, sed iudicẽ meum deprecabor. Et in fine operis, reprehedit seipsum agens pœnitentiã in fauilla & cinere. Perfectionis erat ita cohibere linguã ne quid perperam effutiret. Cæterũ quoniam hoc uix humanæ naturæ datum est, proximũ est, silere: iuxta illud Sapiens: Fili, peccasti ne adijcias. Grauius Athenodorus philosophus Octauianum Augustum admonuisse fertur, ne quid iratus diceret faceretq; nisi prius Græcarum literarum nomina ordine recensuisset. Alludit philosophus ad quorundam superstitionem, qui certis uocibus pronuntiatũ existimãt sedari uehementes animi cupiditates: sed reuera admonuit, nullũ esse presentius iræ remediũ, quã morã & silentium. Legimus Ethnicos à puniendis mancipijs, quæ supplicium commuerat, temperasse, non ob aliã causam, nisi quod erant ira commoti. Quanto magis decet hominem Christianum, ut si quando se commotum senserit, priusquam faciat dicatq; uicquam, pro Græcarum literarũ uocabulis apud se recenseat aliquot è scriptura diuerbia, uelut illud. Ne te superet ira, ut aliquẽ opprimas. ^{Iob 36} Et illud

Et illud: Superbus & arrogans uocatur indoctus, qui in ira operatur superbiā. Idem: Stultus statim indicat iram suam, qui autem dissimulat iniuriam, callidus est. Rursus illud de Psalmis: irascimini & nolite peccare. Idē quod habet Ecclesiastes: Aufer irā à corde tuo, & malitiam à carne tua. Item, Ne sis uelox ad irascendum, quoniam ira in sinu stulti requiescit. Sed in primis illud Euangelij: Qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio. Tum illud Pauli: Non uosmetipso ulciscentes charissimi, sed date locum irę. Item illud Iacobi: Esto tardus ad iram, ira enim uiri iustitiam dei non operatur. Si quis huiusmodi incantamenta occinat animo effervescenti, facile continebit linguam ne prorumpat in uerba procaxia, fietq; Idythum à carne transiliēs ad spiritum, dicetq; suo cum animo: Custodiam uias meas, ut non delinquam lingua mea. Vide uero, ut diligentibus deum omnia cooperantur in bonum, quandoquidem his magno bono est etiam malorum peruersitas. Multos uidere est, qui lacessiti calumnijs excitatur ad tuendum, quicquid quocumq; casu excidit, adeoq; non corrigunt, quod per incogitantia effluxit, ut malis adijciant deteriora. Bonum autem uisum, calumniarum improbitas reddit circumspectiorem in omnibus dictis pariter ac factis. Natura uarijs retinaculis reuinxit linguam hominis, insuper sepsit duplici uallo dentium, & labiorum uallis inclusit: Quid sapiens? Non his contentus, certo animi proposito obdit ori suo Custodiam, siue ut significantius habet Hebraica ueritas, Fibulam aut claustrum, aut postomidem, aut repagulum. Talibus enim modis cohereri solent animalia indomita, & si soluantur, nocitura. Linguam autem, ut ait S. Iacobus, nullus homo domare potest: quum nullum sit animal tam efferrum natura, quod non arte cararum minimum cicuretur. Rursus inter innumeras animantium formas, nullum est mala lingua nocentius. Plus est obdere claustrum ori, q̄ obseruare uias suas. Obseruare uigilantia est, hic adhibetur uiolento membro uiolentia freni, ut quantum libet intus ferociat animus, non liceat tamen propter obiectum repagulum erumpere. Quod autem illud repagulum? Quod aliud, q̄ timor dei. Ergo apud eos qui discendi studio tenentur, cautus est, undiq; circumspectans ne quid delinquat. Sed prorsus os habet clausum & obseratum, quoties peccator, siue ut habet Hebraica ueritas, Impius consistit aduersus iustum. Non dicit peccatores, sed peccator: & Graecus addidit articulum ὁ ἁμαρτωλός, quasi certum quempiam impium designet. Nimirum hic est ille fratrum accusator, qui à calumnia nomē habet, diaboli, cuius instinctu aguntur omnes qui calumniatur proximum. Ille calumniarum omnium autor est, homines improbi nihil aliud sunt q̄ illius organa. Is quidem nunquam desinit facere negotium his qui pie student uiuere in Christo Iesu, & quo sanctius est opus in quo uersatur pius, hoc ille maiore studio conatur obfistere. Nihil autem sanctius, quam saluari doctrina Christum inferere mentibus hominum. Hæc sunt episcoporum ac theologorum partes, & qui libris editis docent orbem. Et sunt qui leues Satanæ assultus facile sustineant, at multo difficillimum est perferre consistentem ex aduerso. Consistit autem quum hominē undiq; uelut obsidione uallat premittq;, omnes ad mouens machinas ut expugnet iusti patientiam, plurimos incitans aduersus unum, nec ullum faciens impetendi finem. Aduersus hanc uiolentia nihil tutius silentio, eoq; pertinaci. Docent hoc nos priscorum prouerbia: οὐκ ἔστιν ἀκίνητος ὕψους, quam sententiam eleganter expressit Flaccus in Lyricis. Est & fidelis tuta silentio Merces. Eoq; prudentissimi uiri, qui studiū omne huc contulerunt ut se suosq; seruarent incontaminatos ab omnibus uitijs, præcipue commendarunt silentium. Si uerum est quod obijcit calumniator: nam calumniator & ille est, qui lædendi animo uera impingit; aut si quod ferē solet, falsa ueris permixta sunt: iustus hostile conuictum sibi uertit in remedium, suo cum animo reputans illud Esaiæ: Si reuertamini & quiescat, salui eritis. In silentio & spe, erit fortitudo uestra. Apud eos quibus studio est perdere, non sanare, pro confessione culpæ sufficit uerecundū silentiū. Interim huc omnis intenditur cura, ne quando rursus ad eundē impingatur lapidem, & denuo committatur quod hostis possit exprobrare. Si falsa intētat calumniator, & odio furit, nihil habēs pen si quid dicat, modo perdat, non est recalcitrandum aduersus stimulum, nec oleum adijcendum camino, sed furori cedendum, quemadmodum cum blandimēto monet Paulus, Non uosmetipso ulciscentes charissimi, sed date locum irę. Ira uehemens, breuis est furor; quę si transeat in odium, furor est immedicabilis. Si peccasti, conscientia sua der silentium: si non peccasti, silentium est ne pecces. Peccat enim, qui quum nulla spes affulgeat

sanitatis, improborum furorem dictis exasperat. Sapiēs autem nouit tempus tacendi, & tempus loquēdi. Dominus apud Herodē prorsus obricit, apud Caiphā pauca loquutus est, quemadmodum & apud Pilatum. Impijs si contumeliose respondeas, malum exasperas potius q̄ sanas. Sin placide tētes docere, sanctum proijcis canibus & margaritas porcis. Difficillimum autē fuerit certo prescribere, quando loquendum sit, quando tacendum. Nec enim ipse dominus ad omnē contumeliā fuit mutus. Est ubi siluisse crimen est. Ad Samaritani conuictū obricit, ad dæmoniaci conuictum accurate respondit. Ad hæc pharisæis tentantibus crebro respondit acriter. Alapam impingenti non fuit mutus, licet placidissime responderit, Erga subornatos testes, erga milites cōspuentes in facie, cedentes colaphis, imponētes coronā spinis contextā, breuiter nullum genus ludibrii prætermittentes, prorsus obmutuit, quia nulla spes erat fructus. Item in cruce pēdens aduersus insultantes pertinax silentiū tenuit. Ita Paulus qui scribit, maledictis impetitur, & benedictus, haud qua q̄ elinguis fuit Elymæ mago, quin & Perro restitit in facie. Præterea nec mutus fuit potiffici cuius iussu cæsus est alapa. Insuper & Timoth. admonet, ut increpet, arguat oportune, importune. Solomō ait: Ne respōdeas stulto iuxta stultitiam suā, ne efficitur illi similis. Respōde stulto iuxta stultitiam suā, ne sibi uideatur esse sapiēs. Qui fieri potest, ut idē eidē respondeat & non respōdeat? Utinā dominus hic dignetur tēperare chordas citharæ nostræ, ut hanc dissonantiā ad consonantē harmoniā reducamus. Forfan nō nulla emphasis est in pronominibus. In Euāgelio loquitur hominis personā agens: Fiat uoluntas tua, non mea. Et doctrina mea non est mea. Dubiū non est quin dominus uolēs suscepit crucē. Sed hominis natura per se mortē horret. Atq; Euāgelicæ doctrine quatenus erat homo, minister tantū erat non autor. Itaq; non simpliciter negat esse doctrinam suam, sed principalē gloriā attribuit patri, quo plus autoritatis apud Iudæos cōsuet sermonibus suis, qui deum nouerāt, dei filiū non nouerant. Plurimū itaq; differunt uia dei à uis hominū, sicut testat Esaias: Non enim cogitationes meæ cogitationes uestrę, neq; uia meæ uia uestrę, dicit dominus. Quia sicut exaltatur cœli à terra, sic exaltata sunt uis meæ à uis uestris, & cogitationes meæ à cogitationibus uestris. Hic itaq; propheta adhuc uelut homo loquitur, quū ait: Dixi custo diā uias meas, ut nō delinquam in lingua mea: ut intelligas & hominis esse linguā, cui freno opus est: & dei linguā esse, quę non loquitur nisi perfecta. Similiter est os hominis cui opus est lupato: & est os dei, quod deo digna certaq; loquitur. Et uidebit, inquit, omnis caro quod os domini loquutū est. Et alibi obiurgat populum, q̄ os domini non interrogauerit. Hoc ore deus olim loquutus est per prophetas, ipsius afflatus spiritu, ac nobis loquitur loqueturq; in scripturis sanctis usq; ad cōsumationē seculi. Multa itaq; circūspecione est opus, quoties homo suo loquitur ore, hoc est, quum humano loquitur affectu, non iuxta regulā scripturarū. Consimiliter peccator, quum persequitur hominē citra dei contumeliā, aduersus illū consistit potius q̄ aduersus deum: ueluti quū obijcit ignorantia, superbiam, auaritiā, inopiam, deformitatē, ignobilitatem, infantia, quod hæc sint humanæ cōditionis fere cōmunia, nec petunt nisi unū hominem: ad quæ respondere non pieratis est, sed uindictæ. Cæterū quoties petitur gloria dei, aut salus populū Christianū, tum non expedit esse mutū. Ego, inquit dominus, non habeo dæmonia, sed honorifico patrē meū: & si in Beelzebub eijcio dæmonia, filij uestri in quo eijciunt: Satanæ scripturis ad fallendū abutenti, dominus respōdit, & non respōdit. Repulit ad impia sollicitantē, at nō proloquitur quod ille captabat. Ita Paulus: Non infans, inquit, optime Feste, sed uerba ueritatis & sobrietatis loquor. Infans conuictū tulisset tacitus nisi uidisset periclitari Euāgelium. Sadducæis quæstionē de septē fratribus unius uxoris maritis proponētibus, Dominus respondit iuxta stultitiam suā: & pharisæis percontantibus qua potestate fretus faceret quæ faciēbat, respōdit iuxta stultitiam suam, dicens: baptisimus loānis unde est, de cœlo an ex hominibus? Siquidē qui non discēdi, sed contenti gratia repugnat, interdū sic cōfutandus est, ut erubescat. Quoties igitur tēpus, nullā ostēdens profectus spē, requirit exemplum Christianæ tolerantiæ, non est respondendū stulto iuxta stultitiam suā: ne rixa turpis nascat, utrinq; reciprocātibus cōuictis. Rursus ubi silentiū officit gloriæ dei, respondendū est non lingua humana, sed ore dei. Nā & in hoc utilis est diuina scriptura, ad retundendā impiorū blasphemiam, et reuincendū cōtradictentes ueritati. His uero qui simpliciter errāt, nec malicioso studio, sed per ignorantia ueri dissentiūt, reddenda

reddenda est ratio spei nostrę, cum omni mansuetudine ac tremore. Possumus & in hanc sententiam interpretari quod dictum, ut accipiamus eum sibi occludere os, non quia prorsus silet, sed quum continet iram ne prorumpat in conuicium. Respondet enim quid dicitur maledictio regerit. Cum odium est sanabile, sit sapienter, ut sermo mollis frangat iram. Ceterum ubi furor est immedicabilis, nihil consultius, quę obticescere, quandoquidem quorundam tanta est prauitas, ut placidissimis etiam dictis irretitur, & simpliciter dicta ironiam interpretentur. Quod si licet, profuerit & loco cedere, omnemque furori maliciam subtrahere. Absolutę tamen mansuetudinis est, maledicentem benedictis prosequi, non in ipso paroxysmo, sed posteaquam senserimus primos impetus aliquantum retrixisse. Quamquam mea sententia non hic proponitur exemplum Euangelicę perfectionis, sed hominis cum graui tentatione colluctantis & Iudęi potius quę Christiani. Aliquę gradū perfectionis attingit, quum ait obmutui. Sed adhuc pugnat cū humano affectu est quod sequitur. [Et humiliatus sum & silui a bonis. Concaluit cor meum intra me, & in meditatione mea exardescit ignis.] Cohibita est lingua, factum est frequenter idem a philosophis, sed adhuc æstuat animus. Silet os, sed intus tumultuatur affectus. Obmutui, sed sic ut sim humiliatus, ac deiectus animo. Minimum igitur abest, quin uictus sit ac prostratus. At qui profecerunt ad Euangelicam perfectionem, adeo non perturbantur conuictis ac persequutionibus impiorum, ut iuxta Christi doctrinam gaudeant magis & exultent, non ignari præmium hoc amplius esse repositum in cœlis, quo hic maioribus affliguntur malis propter Christum. Sed humanius exemplum nobis propositum est, ut hac imagine discamus, quomodo pugnandum sit in procella tentationis. Nondū plane deiectus est, sed tantum humiliatus. Pro eo quod Septuaginta translulerūt humiliatus sum, Hebraica ueritas habet silentio. Obmutui silentio. Hoc tropo solent Hebręi uehementiam significare, uidelicet eiusdem uocis iteratione, quod genus, quum aiunt, si auditu audieritis, & uidentes uidebitis. Et plorans plorabit. Plus est obmutescere quam silere, sed utroque uehementius est silentio obmutuisse. Qui silet potest loqui quum uult; qui mutus est, etiam si uelit aliquid dicere, non potest. Solet autem supra modum uehemens affectus fandi quoque potestatem eripere homini, quod & Tragico quodam animo duersum est, cuius est hic uersus: Curę leues loquuntur, ingentes stupent. At beato Iob septem diebus doloris magnitudo negabat eloquendi facultatem. Sunt qui humiliatum intelligunt, compunctum ad poenitentiam. Mali quoties conuictis impetuntur, intumescunt, dumque respiciunt ad sua benefacta, scelorum mantica in tergum reiecta, sic indignantur, quasi hæc immerentes partiantur. At iustus non tam reputat, quo animo incessat maledictus, sed quid ipse commiserit apud deum. Nam ut falsum sit quod obijcit aduersarius, tamen alijs factis meruit dei flagellum. Obmutescit igitur ad sua respiciens merita, & ad poenitentiam humiliatur: seque patitur uinci ab homine, ut uincat iratum deum, qui nulla re citius uincitur, quę corde contrito & humiliato. Terreri non potest omnipotens: si muneribus fide sollicitus, nullius eget, & ab illo proficiscitur, quicquid est bonorum. Si contendas, in conspectu illius nemo uiuēs iustificatur. Quid igitur super est, nisi ut in afflictionibus agnoscamus dei iusticiam, & nostram confiteamur iniquitatem, abijciamus ferociam, & humiliemur sub potenti manu dei, ut ipse exaltet nos in tempore uisitationis. Et silui a bonis, Non ita David. Siluit a conuictis, at non siluit a bonis, dum Abisai cum suis ad homicidium properatē reuocat, & Semei furiosam petulantiam excusat, hoc argumento, quod dominus ei iussit ut tam immaniter sauiat in afflictum. Nimirum hic est affectus humanus, ut qui pro meritis nihil reportet, nisi odium, contumeliam & afflictionem, offensus ingratitude mortalium desinat benefacere. Nam in arcanis literis interdum omnis quies silentium dicitur. Sic fluctus maris dicuntur siluisse: & terra silere, quum a tēpestatibus ac bellis quiescit: & pię mulieres apud Lucam dicuntur sabbato siluisse, quod ab opere quiesuerint. Euangelicę perfectionis erat benedicere maledicentibus, benemereri de male merentibus, uidelicet ad exemplum patris cœlestis, qui solē suum ortiri facit ac pluit super iustos & iniustos: proque malefactis reponere benefacta, atque ita carbones igneos congerere in caput aduersarij, si quo modo tandem uictus emolliatur ad poenitentiam, & odium uertatur in beneuolentiam. Reclamat interim caro. Quid istis benefaciam? Nulla re bona digni sunt. Nō perdam officium, Recte sic cogitat qui beneficium præstat homini. At qui uerepius est, quoniam

1. Pet. 5

quoniam Christo fecerat beneficium, non potest frustrari mercede sua. Nec absurdum est, quod a nonnullis adfertur: silui a bonis: id est, non factiui mea benefacta, sed ad malefacta uerti oculos, sic enim fit, ut humilietur homo, humiliatus sum, agnoscēs iniustitiam meam non factitans iustitiā. Iustus silet suas laudes, sed eas deus non silet, quę admodum Psalmus 108, Deus laudem meam ne tacueris, quia os peccatoris & os dolosi super me aperit. Mihi, inquit, uindicta, & ego retribuā. Ne tu sileas dei laudem in afflictionibus, ille uicissim pro te prædicabit laudem tuam. Neque qui seipsum comendat, ille probatus est, sed quem comendat deus. Ita summus ille Idythy, non querebat gloriā suā, sciens esse qui & quæreret & iudicaret: nec secus quę ouis quum ducit ad maciandum silet, ita non aperit os suum, & quum maledictis incessetur, non regeffit maledicta, quicquę indigna patretur non cominabatur uindictā, sed tradebat seipsum iudicanti iuste. Nihil respondit falsis testibus, nihil asperius dixit in impiā cohortem, nihil in phariseos insultantes; nunquę tamen siluit gloriā patris, sed ille uicissim non tacuit laudem filij, sed ab impijs illatā ignominiam uertit in summā gloriā, deditque illi nomē quod est supra omne nomen, ut in nomine Iesu steterit omne genu, cœlestiū, terrestriū, & infernō. Christus passus est pro nobis, ut sequamur uestigia eius. Si ad illius exemplum pertulerimus manū domini, ad illius exemplum cum illo glorificabimur. Iudæi accusabāt, Pilatus iudicabat, milites crucifixerunt. In omnibus erat instigator satanas, sed ille respiciebat principālē totius negotij autorē patrem, qui pro nobis redimendis tradidit filiū. Siluerunt martyres in tormentis, non prædicabant uires suas. At deus non siluit illorum laudem, sed adorabilē ac sacrosanctā reddidit eorum memoriā & corā hominibus & corā angelis dei. Ad horum exemplum sileamus & nos de bonis nostris, quoties dei permisi uarijs modis affligimur, sed non sileamus bonitatem illius qui clemēter hic repurgat suos, ut recipiat in suā sempiternā gloriā. Hęc fateor pie distuli, sed prior sensus mea sententia magis quadrat ad totius argumenti seriē. Qui ob sensus hominū maliciā, cessat ab officio, nondū peruenit ad Euangelicā perfectionē. Est tamen in aliquo uirtutis gradu, qui respicit, nec culpā tueretur, aut qui tantū abstinet a benefaciendo, nec aliā molitur uindictā. Legimus quosdā eloquētia claros, probataque sanctorum uiros, quoniam exciderat aliquid diuersum a sinceritate doctrinę catholicę, sibi met in omnē uitam indixisse silentiū. Rectius quidem hoc, quę tueri lapsū, aut errorem errore cumulare: absolutior tamen uirtutis erat, humanū erratum bene dicendo pensare, quam perpetuo ulcisci silentiū. Hic autē frustra remedium quæsiuit a pertinaci silentio, per quod animi ægritudo adeo sedata non est, ut dum premitur, uehementius etiā in crudelit. [Et dolor, inquit, meus renouatus est, siue conturbatus est.] Tectus (ut ait ille) magis æstuat ignis: & malum quiescens, si moueas, rursus exacerbatur. Est autē nonnullum doloris leuamen, si quis animi curas æstusque lingua profuderit: interim talione mitigatur ira. Quemadmodum autē si in picem accensam injicias aquā exasperatur incendium, ita si resistas impotenti mentis acrimonię, magis accrescit dolor. Potest & sic accipi: dolor meus renouatus est, dum nec silentio mitescit impius, sed nouis conuictis exasperas uulnus; iam ceu uictio insultans. Tum enim fit furor, sapius læsa patiētia. Hi sunt tumultus carnis, aduersus spiritū identidē efferuescentis. Ideoque prosequitur iustus. [Incaluit cor meum intra me, & in meditatione mea exardescit ignis.] Foris lingua friget silentio, sed quid iuuat, si incendij manet in corde. Non minuat lingua, sed cor meditat uindictā. Non enim hic erat ignis charitatis, quo flagrabāt discipuli domini quū dicerent: Nonne cor nostrum ardens erat in nobis? Habet & dolor ignē suum, hoc uehementiorē, quod ab his malum adfertur nobis, de quibus sumus bene meriti, dumque pro gratia rependitur opprobriū. Tale incendium sensisse uidetur Hieremias in corde suo quū ait: Factus sum in derisum tota die. Oēs subsannant me, & factus est mihi sermo domini in opprobriū, & in derisum tota die. Et dixit: Nō recordabor eius, neque loquar ultra in nomine illius. Et factus est in corde meo quasi ignis exestuās, claususque in ossibus meis, & defeci, ferre non sustinens. Audiui enim contumelias multorum, & terrorē in circuitu: persequimini & persequemur eum: ab omnibus uiris qui erāt pacifici mei & custodiētes latus meū, si quo modo decipiatur, & prequam leamus aduersus eum, & cōsequamur ultionē ex eo. Similiter & hic iustus non ferens tantam hominū malitiam æstuat animo, & incalefcit illi cor, sed intra ipsum. Nondum eripit incendium, cui tamen proximus uidetur, quum addit: [Et in meditatione mea exardescit

1. Pet. 2

Cap. 20

ignis. Nondum emicuit ignis, sed intus tumultuatur iam iam erupturus. Nam hic meditatio non est cogitatio, sed *meditatio*, hoc est, studium uehemens aliquid agendi. Quid igitur meditatatur iustus iam totus igneus? Varia nimirum meditantur homines quos doloris magnitudo superauit. Interdum animus incitatur ad uindictam, interdum dispicit si qua ratione placari possint inimici, uel abiecta dignitate, quæ concitauit inuidiam, uel aucta eorum fortuna simul & dignitate, ut iam extra inuidiam tela consistant. Extrema enim humilitas & extrema sublimitas solent esse iuta à liuoris insultu. Interdum liber ad artes magicas confugere. Interdum iuuat spontanea morte calamitatibus quærere finem. Verum ubi iustus uidet, ultionem nihil aliud profecturam, quam ut in crudelcat persequutio, & uno hydra capite resecto, subnasci plura: rursus ubi perpendit insanabilem esse malitiam persequentium, plias autem non esse, ut Christi militis anima de praesidio decedat iniustu imperatoris: denique ubi circumspicit omnibus humanis praesidijs, nullum cernit malorum effugium, nullum efficac solatium, undique exclusus, necessario sese uertit ad dominum. Magna profectus spes est, ubi quis mutus aduersus improbos homines, sermonem transfert ad dominum. [Loquutus sum, inquit, in lingua mea, notum fac mihi domine finem meum, & numerum dierum meorum quis est.] Antea sibi tantum loquebatur: Dixi custodiam uias meas. Qui sibi loquitur, lingua non eget. Et tamen lingua tacente nonnunquam magna garritate perstrepat animus. Hic lingua loquitur, sed sua etiam num, id est, humana sic rursus humana ut tamen Idythum, hoc est paulatim ad perfectiora salientis. Nondum enim accepit, per spiritum coelestem linguam igneam, quæ pro cõuictis resonet uerba charitatis, quæ pro scæuentibus deprecetur. Proficit tamen paulatim. Bene habet, quod loqui cepit, bene, quod deo non hominibus loquitur. Maledictus qui confidit in homine. Loquitur qui dem deo, sed nondum prorsus deo digna loquitur lingua sua: [Notum fac mihi domine finem meum.] Est finis uniuersalis ecclesie, quemadmodum fuit finis legis ac prophetarum. Per hunc cessauit expectatio aduentus domini, simul cum typis ac caeremonijs: per illum cessabit afflictio piorum, & omnis totius creature gemitus ac uanitas, uidelicet quæ Christi tradiderit regnum undiquaque purgatum ac pacatum deo patri. Finem legis, hoc est Christi aduentum iuxta carnem, omnes pij Iudæi scire cupiebant: paucissimis tamen patefactus est, idque per ænigmata. Vidit Abraham diem illum, & gauisus est. Didicit Daniel, sed per nebulam. Finem ecclesie sciscitabantur apostoli: Domine quando presentaberis, & quando regnum Israel: sed audiunt: Non est uestrum nosse tempora, aut momenta temporum, quæ pater posuit in sua potestate. Sed est peculiaris cuiusque finis, à deo praescriptus, solique deo notus, quem nosse nec datum est homini, nec expedit. Hunc tamen nosse cupit Idythum, undique punctus malorum aculeis, nec inueniens in quo mens delassata molestis acquiescat. Consimilem in modum loquitur Beatus Iob: Quis det, ut ueniat petitio mea, & quod expecto tribuat mihi deus, & qui cepit, ipse me conterat. Soluat manum suam, & succidat me, & hæc mihi sit consolatio, ut affligens me dolore non parcat, nec contradicam sermonibus sancti. Quæ est enim fortitudo mea ut sustineam, aut quis finis meus, ut patienter agam? Sic & propheta Ionas præ magnitudine dolorum orat mortem. Bonus gradus est, ubi quis ad huius uitæ contemptum tædiumque profecerit. Ac felix calamitas est, quæ nos compellit ad deum. Notum fac mihi finem meum. Idem est finis malorum, qui finis humanæ uitæ. Aeterna mala finem nesciunt. Humana hoc sunt tolerabilia, quod esse diuturna non possunt, quum ipsa hominis uita sit breuis. Ut nihil aliud, certe mors pijs adfert calamitatum finem. Videtur huiusmodi quendam affectum sensisse dominus quum exclamat: O generatio incredula & peruersa, quousque ero uobiscum usque quo parit uos? Et hic psalter alibi: Heu mihi quia incolatus meus prolongatus est. Sensit Iob, quum in tetationis paroxysmo sic deplorat: Tædet animam uitæ meæ. Item: Suspendium elegit anima mea, & mortem ossa mea. Sensit & beatus Paulus scribens Corinthijs: Non enim uolumus ignorare uos fratres de tribulatione nostra quæ facta est in Asia, quoniam supra modum grauati sumus, supra uirtutem, ita ut tæderet nos etiam uiuere. Sed ipsi in nobis metipsis responsum mortis habuimus, ut non simus fidentes in nobis, sed in deo qui suscitatur mortuos. Res est acerba carni tentatio, sed uide quantum boni gignat electis, ut non collocemus fiduciam in nobis, sed in deo. Nihil homini periculosius quam suis fidere uirtutibus, quasi ex sese possit aliquid. Confidens erat Petrus ante tentationem, sed ruina docuit illum

Cap. 6

Math. 17

2. Cor. 1

illum non in se sed in domino ponere spem suam. Confidentis uox erat: & si oportuerit me mori tecum, non te negabo. Sed ruina factus cautior, timide respondet: Domine tu nosti omnia, tu scis quod amo te. Quoties igitur permisso dei procella tentationis similem affectum gignit in nobis, ne prorsus respondeamus animum, neue ad mundi praesidia confugiamus, sed ad deum dirigantur oculi nostri, qui sic temperabit afflictionem ut possimus sustinere. Non est in nobis efficere, ne rebus naturæ molestis conturbetur animus, sed in spe maturæ recreationis fulciendus est. Hoc tædium in se recepit dominus, instante crucis supplicio, quo nobis formam proponeret, ne in simili affectu properemus uel ad ultionem uel ad desperationem, sed prostrati, hoc est nostris diffusis opibus, ad domini exemplum prolixis precibus auxilium diuinum imploremus. Non pigeat pati seruos, quod passus est dominus: sed clament membra cum capite: Pater si fieri potest transeat à me calix iste. Vox hæc est carnis, sed addat uocem spiritus: Veruntamen non sicut ego uolo, sed sicut tu. Ad deum dominus non quærit per homines ultionem, ut ne per angelicas quidem legiones defendi uoluerit. Quam multi sunt qui leuiores afflicti malis, tædio uitæ confugiunt ad precipitium, aut ad flumen, aut ad laqueum, aut ad uenenum. At iustus ne in grauissimis quidem cruciatibus tale quicquam molitur. Ex infirmitate carnis quærit scire finem uitæ, nec hunc tamen cupit discere, à magis, à sortilegis, à uentriloquis, à chiromantibus aut genethliacis aut pythonicis, quemadmodum fecit Saul: sed à domino, qui solus nouit rerum omnium exordia progressum & finem. Ostende, inquit, mihi finem meum, qui si in propequo est, moderatius feram huius uitæ calamitates, quæ ultra uitæ terminum proferri non possunt. Sic nauta quum incruduit tempestas, praesentemque intentant omnia morte, optat ostendi portum: qui sicunde appareat uicinior, erigitur in bonam spem, atque hæc re creatus alacrius luctatur aduersus uim undarum ac uentorum. [Et numerum dierum meorum quis est?] Solent enim qui uiuunt in moerore, & à temporis modo solatium expectant, ueluti pupilli sub duris tutoribus insuauiter uiuentes, non annos modo, sed & singulos dies & horas numerare: quibus hoc leuior sit molestia, quo proprius accesserint ad annos pubertatis. Sic Paulus tædio malorum, cupit dissolui & esse cum Christo, apud quem est omnium molestiarum finis. Et illud quidem commune iustis & iniustis, ut in anxietate cupiant scire finem, sed non eodem animo. Iniustus consulit Babylonios numeros, ut tandem liberatus malis, praeteritas molestias pefet, auidius fruendo carnis uoluptatibus. Ita loquitur quidam Epicuri discipulus: Rapiamus amici occasione de die. Similiter impij loquuntur in libro Sapientie: Exiguam & cum tædio est tempus uitæ nostræ. Umbra transitus est tempus nostrum, & non est reuersio finis nostri. Hactenus cum pijs communis est oratio: sed quid sequitur? Venite ergo & fruamur bonis quæ sunt, & utamur creatura tanquam in iuuentute celeriter. Vino precioso & unguento nos impleamus, & non praetereat nos flos temporis. Alius quidam eleganti sane carmine exemplo rosam eodem die nascentis ac senescentis, demonstrat breuem ac fugacem hominis uitam: sed quid hinc ratiocinatur? Collige inquit, uirgo rosas, dum flos nouus & noua pubes, Et memor esto æuum sic properare tuum. Ineptus, quod ultro perit, uult etiam turpiter perdi. Sic impij. Quid iustus? Ut sci am, inquit, quid desit mihi. Perfici cupit, non solum à molestijs liberari. Doceri optat, quantum uitæ spatium super sit, quo magis aduigilet benefactis reconciliare deum, & ad emigrandum sarcinulas componere. Nec perinde referre putat quod diu uiuat, modo purgatus hinc exeat. Scit deo tentationem immitti propter hominum commissa. Itaque si cognovit in proximo esse uitæ finem, metuit ne nondum satis purgatus emigret. Sin multum adhuc uitæ superesse, gaudet à deo concessum poenitentiae spatium, quo superioris uitæ delicta, benefactis compenset. Paulo uiuere Christus erat & mori lucrum. Si dabatur uita, bonis operibus sibi Christum magis ac magis conciliabat: si mors ostendebatur, lucro deputabatur. Genitimum enim lucrum mors adfert homini pio, finem horum malorum, & initium æternæ felicitatis. Post hæc quasi responsum acceperit, non multum illi uitæ superesse, ait: [Ecce mensurabiles posuisti dies meos.] Pro mensurabiles, Hieronymus uertit breues, sensum exprimens potius quam uerbum. Quidam indicantur Hebraicæ uocem significare mensuram pugilli. Nam uulgo quum minimus rei modus declaratur, pugillum dicunt: hoc est quantum contracta manu, id est pugno complexi possis. Porro quod Septuaginta uerterunt *πάλαιος*, Symmachus uertit *αἰθαλός*. Spithame enim Græcis palmus est, uidelicet

ea forma manus qua porrecta metimur aliquid. Nam ut porrecta manu metimur spatium, ita compressa metimur res acerui. Eandem mensuram Graeci *δωρον* siue *δωρον* appellat, quod explicata manu donamus. palmus autem minor, siue palæsta, quatuor digitorum est sibi iustiorum: maior duodecim, uidelicet manu dispessa a summo pollice, usque ad summum medij digiti. Quod si credimus Graecorum etymologij, *πάλαιος* proprie palmus maior, dicta *πάλαιος* est *πάλαιος* *δωρον* *πάλαιος*, id est, quod diducat digitos: *πάλαιος*, palmus minor, dicta *πάλαιος* est *πάλαιος* *δωρον* *πάλαιος*, id est, ab eo quod ossa digitorum inter se iungat. Quod si *δωρον* siue *δωρον*, siue palæsta habet quatuor digitos coniunctos: Spithama, hoc est palmus maior, duodecim digitos complectetur, hoc est pollices nouem. Vtroque modo declaratur utraque nostrae breuitas: quam siue porrectam consideres, minimum habet longitudinis: siue in summam collectam, minimum est aceruus. Porro *πάλαιος* quod positum est a Septuaginta, uarie reddidere Latini. Quidam dixerunt, ueteres posuisti dies meos, quod *πάλαιος* uetus sonet Graecis. Quod autem ueterascit, tendit ad interitum, & nostra uita nihil est nisi cursus ad mortem, Sola aeternitas nescit uetustatem. Alij palæstas dictos existimant, quasi luctarios, quod haec uita militia sit & colluctatio cum mundo, carne, & satana. Fateor utrumque posse ad rectum sensum accommodari, mihi tamen scopum attingere uidentur, qui docent palæstas dici mensuras architectorum, quibus materiam dimetiuntur, quatuor digitis explanatis & coniunctis: quae illis breuissima mensura est, quum cubiti & decempe de sint longiores, unde & hodie prouerbiali schemate minimum rei modum significantes bolum, ac pugillum, aut latum digitum dicimus. Item Esaias uolens ob oculos ponere totius orbis exiguitatem, sic conferatur ad immensitatem dei, ait: Qui palmo, id est, *πάλαιος* mensus est terram. Et eleganter cantat chorus ecclesiasticus. Mundum pugillo continens, uentris sub arca clausus est. Verum haec uarietas omnis eodem tendit, ut intelligamus hominis uitam, non solum esse breuem, sed in super miseram ac laboriosam. Quod laboriosa est debemus peccato Adae, cui dictum est: In sudore uultus tui, uesceris panetuo. Rursus post ob exundantem hominum maliciam contractus est in angustum uitae modus, ut quum ante diluuium quidam uixerint ultra sexcentos & octingentos annos, post diluuium redacti sint ad septuaginta, ut iam hominis uita facta sit non modo contractior, uerum etiam pluribus morbis & calamitatibus obnoxia. Iam ut nec ualeat uero, nec peculiaris corporis imbecillitas mortem acceleret, extremus uitae modus est octoginta anni. Sed quid, quod hodie quoque uidemus quosdam hunc uitae modum excedere? Excedunt licet paucissimi, uerum quod ultra est, uita dicen da non est, sed iuxta alterius psalmi testimonium, labor & dolor. Quis enim eam uitam existimet, quum tremit omne corpus, caligant oculi, obstruunt aures, balbutit lingua, fugit uox, exciderunt dentes, titubant pedes, nec ulla corporis pars suo fungitur officio: quin & animi uires deficiunt, stupet intellectus, obtorpuit ratio, nihil continet memoria, sed quod de dolio Dauidum est in fabulis, penè prius excidit quod traditur, quam infusum est. An non haec longa mors est uerius quam uita? Hunc terminum uitae humanae praescripsit deus offensus hominum malicia, qui semper peccaturi uidebantur, si semper uiuere licuisset. Nos uero uitae nostrae, quod a deo contractum est reddimus multo contractius: quodque calamitosum erat, reddimus multo calamitosius. Vnde enim tot morborum genera, undetot funera praematura, nisi ex luxus & libidinis intemperantia? Aut unde homini tot malorum est, quod ab homine? Quorsum uero iustus commemorat uitae breuitatem ac miseriam? Non quod obmurmuret deo, qui talem fecit. Iustus est, nec sine causa quicquid facit. Quamquam ne fecit quidem ille, qui condidit hominem rectum: sed peccato debemus aui nostri uel breuitate, uel calamitate. Non igitur haec commemorat iustus, ut incuset deum, sed ut illum fleat ad misericordiam, si suos oculos uertere dignetur ad humanae uitae momentaneam breuitatem, quae nihil aliud est punctulum est, si ad aeternitatem conferatur: & si non grauetur respicere ad calamitates, quibus haec uita firmata est omnibus, licet alijs plus alijs minus additum sit aloes. Ad hoc spectaculum inuitat oculos dei, quum ait: Ecce. Sic mendici praetereuntium oculis ostendunt hucera sua, ut moueant misericordiam. & si quis aspexerit, sperant elemosynam. Hoc animo Beatus Iob commemorat humanae uitae breuitatem, ut dominum ad miserendum prouocet: Parce, inquit, mihi domine, nihil enim sunt dies mei. Et alibi commemorata uitae breuitate & calamitate, subiicit. Et dignum ducis super

Cap. 14

super huiuscemodi aperire oculos tuos, & adducere eum tecum in iudicium? Quidam ob hoc ipsum liberantur a praepotente, quod indigni uideantur ira: quemadmodum aquila non capit muscas, nec in murē sauit leo. Quum Saul crudeliter, ad tempus flexerit uox Dauid clamantis: Quem persequeris rex Israel, quem persequeris? Canem mortuum & culicem unum persequeris: quanto magis nostrae imbecillitatis commemoratio fleat deum natura mitem & exorabilem? [Ecce uita mea quid aliud est quod pugillum dierum, & substantia mea tanquam nihil ante te?] Qui hic uiuit usque ad annum octogelimum, diu uixisse dicitur: sed hominis uita quamuis longa uix momentum temporis est ad illam immensam aeternitatem, quae nec initium nouit nec finem: & tamen hoc punctum perinde quasi sit aliquid, distinguimus in pueritiam, iuuentutem, uirilem aetatem, & senectutem. Emimus, uendimus, aedificamus, amplificamus latifundia, ambimus regna, tumultuamur, quasi perpetuo uiuamus. In causa est, quod affixi terrae, non attollimus oculos ad ea quae uere semperque sunt. Caeterum quemadmodum humanae uitae tempus collatum ad aeternitatem, minimum pugillus est: ita substantia hominis nihil est ad illam substantiam incomprehensibilem, quae semper est sui similis, nullam in se recipiens mutationem, quum ipsa creet, recreet, mutet, moueat & gubernet omnia. Substantiam enim, id est, *πάλαιος*, non *δωρον* hic appellat, quod per se subsistat ac solide est. Solus autem deus uere est ex se, nec ab alio quopiam pendens, sed ipse fulciens uniuersa, quae nobis esse uidentur, quum reuera in rebus humanis nihil subsistat, sed fluant omnia. Si quaeras a dialeptico nunc homo sit substantia, respondebit maxime. At si idem quaeras a philosopho, qui spiritualibus oculis contemplatur res aeternitatis, etiam ostendas hominem inueniendum praegrandi ualidoque corpore, umbram esse dicet, non substantiam. Si bulla est homo ad deum comparatus, quanto magis bullae & umbrae sunt, quae uulgius hominum sectatur in hac uita: opes, forma, uires, honores, uoluptates: quae ludibrio fortunae frequenter & uiuis eripiuntur: & si maxime perseverent, mors tamen auferet omnia. Quicquid hic uidemus, siue experendum, siue fugiendum, umbra est, fumus est praeterfluens ac mox euanescentes, Et haec uita quid aliud est, quam torrens magno impetu currens ac rapiens omnia ad interitum? Fluctuat quisquis haeret rebus non habentibus substantiam: quemadmodum habet alius psalmus: Venerunt aquae usque ad animam meam, & non est substantia. Qui uelit subsistere, collocet se in solida petra Iesu Christo qui est heri & hodie, idem & in secula. Illud admonendum, particulam ante, *πάλαιος*, hoc est in conspectu tuo, ad utrumque uerficuli praecedentis comma referendum. Momentanea est uita hominis in oculis dei, qui solus uere uiuit, solus uere est: & omne tempus quae uis longum uideatur homini, momentum est apud eum, qui nullo tempore circumscribitur. Si cornicem cum homine conferas, longaua est: si ceram cum chalybe conferas, solida res est chalybs: si hominem cum homine componas, alius uiuax, alius breuis aui uidebitur: uerum simul ut uentum est ad oculos dei, friuola momentanea sunt omnia. Quid autem mirum si tempus humanae uitae tanquam nihil sit apud deum, quum uniuersum aeuum quo mundus hic coepit ac duraturus est, nihil aliud in conspectu dei quod punctum instar sit. Non mirum si unius hominis substantia tanquam nihil sit ante deum, quum iuxta Esaiam omnes gentes quasi non sint, sic sint coram eo, & quasi nihilum & inane reputatae sunt. Et substantia mea tanquam nihilum ante te. Quod in homine uidetur esse naturae solidissima, coram deo nihil est. Solidior autem hominis pars est animus, & in animo ratio. Atque haec quoque substantia pro nihilo est ante deum, sine quo nihil possunt humanae naturae uires. Quae simul atque peccato corrupta est, ac spoliata gratia dei per quam erat aliquid, reducta est in nihilum, egens restitutore, quemadmodum egebat conditore, quum nondum esset. Tam nemo se potest refingere, quam nemo se potuit fingere. Sed nunquam magis hominis substantia nihilum est ante deum, quam quum ipse sibi uidetur esse aliquid. Qui se, inquit Apostolus, existimat esse aliquid, quum nihil sit, ipse se seducit. Qui alteri persuadet esse gemmam quod uirum est, impostor appellatur: sed maior impostor est, qui imponit sibi ipsi, persuadens hoc esse quod non est. Quisquis autem agnoscere coepit, quod ex se nihil sit, iam hoc ipso coepit esse aliquid, hoc est initium aliquod creaturae eius, iuxta beatum Iacobum: aut initium substantiae eius, iuxta Paulum. Iam enim coepit transformari in Christum, in quo quisquis est, noua creatura est. Proinde quemadmodum idem admonet Apostolus, ut qui sibi uidetur sapiens, stultus fiat quo fiat sapiens: ita monendi sunt omnes, ut

Cap. 40

Gal. 6

Iacobi 1
Heb. 5
2. Cor. 5

qui sibi uidetur esse aliquid, nihilum fiat, ut uere sit aliquid. Abhiciat ueterem hominem, ut in eo deus condatur nouum. Ut autem perspicias quàm ex teipso nihil sis, prodeas in cōspecum dei, ne te conferas cum hominibus, exēplo pharisæi, qui sibi uidebatur iustus ad comparationem publicani. Sic formosus homo uidetur collatus deformiori, diues cōparatus pauperiori, sapiēs cōpositus stultiori, iustus ad motus iniustiori: uerum hæc omnia nihil sunt si prodeant sub oculos dei. Homo hominī fallax est speculum, solus deus indicat quod uere bonū est. Ille enim uera lux est, ad quam euanescent inanium simlachrorum ludibria, & coarguuntur esse uana quæ se magnifica specie oculis hominum uenditabant. Vocatio dei facit ut homo sit aliquid, non ipsius uires: ille enim iuxta Paulum uocat ea quæ non sunt, tanquam sint: ut igitur uoceris, esto nihilum in conspectu tuo, præbe illi cor contritum in puluerem, & quodammodo redactum in nihilum: ille liquore gratiæ suæ, è sicco puluere refinget mollem argillam, ex argilla uas honorificum in domo domini. Huc igitur erigendus est animus, ut uideat quàm nihil sit omnis ipsius substantia. Huc iam peruenit Idythem. An non egregium saltum dedit noster transiliens, qui transiit terrena omnia, qui transiit omnes cœlos, angelos insuper & quicquid temporum mutatione obnoxium est, & ad ipsum æternitatis fastigium peruenit. Dixerit quispiam: Quid utilitatis habet huius uitæ miseræ ac fugacis contemplatio? Ut quicquid hic obtingit rerum specie bonarum, eas possideamus tanquam non possidentes: quicquid obijciunt tristitium, æquiore feramus animo. Quis enim in eo figat amorem, quod intelligat præstigiū esse, & hoc ipsum mox relicturus? Rursus quis est tã abiecti animi, ut non fortiter ferat, quod scit mox finiendum, atq; ita finiendū, ut temporarijs molestijs succedat æterna felicitas. Rursus ea feruntur moderatius, quæ nobis cum uniuerso mortalium genere sunt cōmunia. Eoq; se ueluti reprehendit Idythem, quod suam calamitatem ceu propriam ac peculiam deplorauerit, quum hæc sit humana uitæ generalis conditio: quam tamen deo non possumus imputare, sed eam peccato ferimus acceptam. Hinc humanæ uitæ breuitas, hinc tot calamitatum formæ, ut nemini sint numerabiles. Hinc tanta mentium humanarum caligo & prauitas. Sibi itaq; quodammodo loquitur. Quid ita tuam unius deploras sortem? circūfer oculos per omnia mortalium genera, uidebis conditionis esse, quod tu putas esse calamitatis. Veruntamē uniuersa uanitas, omnis homo uiuens, Non dicit omnia, sed *ὅσα ἔστιν* id est simul omnia. Vanitas dicit, non mendacium, sed quod inutile est, inane, ac frustraneū. Friuolum est, inane est, quicquid suis præsidijs in terris agunt homines, uarijs studijs inter se tumultuantes. Alius nihil nō tum facit tum patitur, ut decoretur honoribus: alius inietus est cōgerendis opibus: alius perungit se melle uoluptatum, & quoniam diu uiuere non est datum, dat operam, ut suauiter uiuat. Quis non existimet esse præclarum, obtinuisse præcipuum locum apud principē, aut ipsum etiã principatum, obtinuisse præposituram, episcopi dignitatem, cardinalis maiestatem, pontificis fastigium? Quis non beatum ducit eum, cui dormienti opima obtigit hæreditas: cui non felix uidetur in delicijs uiuēs? Rursus alius plorat repulsus, aut honore deiectus. Alius deflet opes bello aut naufragio perisse: pro uoluptatibus irruisse molestiarum agmē. Hos uulgius hominum miseros appellat, illos felices. Sed quid dicit Idythem? Simul omnia uanitas. Siquidē nec humana felicitas uera felicitas est, nec humana calamitas uera calamitas est. Hoc esse uerum perspicias, si quæ hic uides momētanea, cōferas cum æternis. Non dixit omnia uana, sed *ἐπιφανῆς*, omnia uanitas: quo tropo hominē uehemēter scelerosum scelus appellamus, & uehementer contaminatum labem. Nec mirum si uanitas est quicquid geritur sub sole, quum ipse homo cuius causa condita sunt hæc omnia, sit uanitas. [Omnis homo uiuens, siue ut Hieronymus uertit, omnis homo perseverans.] Alius quidā reddidit, itas semper. Ergo qui uelit effugere uanitatem, ex hac uita migret oportet. Stant hic diuites qui solatium suum habent in hoc seculo, optantq; uitam hanc esse perpetuam. Et perseverat esse homo, qui totus affixus est huic mundo, nec spiritu subsilit in cœlum, quem admodum facit hic Idythem, qui nunc uelut in edito stans è sublimi despicit quicquid habet hic mundus. Transiit terram, lunam & solem, deniq; cœlos omnes, ac perspexit nihil usq; non obnoxium uanitati, donec transuolemus ad ipsum rerum omnium conditorē, in quo uno uera, sincera ac perpetua sunt omnia. Hoc igitur loco interpositum diaplasma significat illum aliquandiu detineri rerum conditarum cōtemplatione, quo magis inflammetur ad illam

illam uitam, in qua non est transmutatio, nec uicissitudinis obumbratio. Subuolemus & nos eodem charissimū quod subsiliit Idythem, cumq; illo paulisper consideremus, nihil esse sub sole non obnoxium uanitati. Contemplemur ipsam terram solidum elementū, quo & sustinemur & alimur, quot malis obnoxia est, quot exitia gignit hominī, quoties cōuulsa terremotu, ædificia subruit, homines obruit. Nonnunq; subsidens totas urbes unā cum populis absorbet u dragine. Allicubi iaculatur cinerem, fumos & flammās, frequenter exhalat spiritum pestilentem è specubus. Quid hic memorem harenarum cumulis obrutos exercitus, quid harenas quicquid inciderit absorbentes? Quid malæ fidei terras, ingrediētes in abyssum demittentes? Iam quot nobis gignit animalia, uel ut perniciofa, uel uene no pestifera? Quot fructus arborū, quot herbas præsentaneo ueneno mortiferas? Ac sæpe numero specie blādiora sunt, quæ lædūt maxime. Sorba pulchriora maxime præfocāt hominē: mel quod letifero sudore perimit gustantē, ceteris dulcius est, ut dicas nat urā nō matrem, sed nouercā priuignis suis insidiantē. Fallit & rerū similitudine. Quoties anguis pro anguilla sumptus morte docuit errorē? Quoties cicuta pro serpillo deuorata mortem attulit? Adde quod subinde fallit spēs cultoris. Nec minor ab aquis perniciēs. Sunt fontes simplicissimis aquis, quæ potæ mortē adferunt. Quid nō calamitatū adfert mare inundās unoq; æstu pagos & oppida innumera delens? Exundant & flumina, exundant lacus incredibili rerum hominumq; dispendio. Arua cursum mutante mari uertuntur in paludes, agriq; feraces, in steriles harenas. Nec illinc raro ueniunt flatus humano generi exitiabilēs. Habet & pisces mare qui uel icu uel contactu, uel esu mortem adferunt, ut scorpūs, torpedo, & lepus. Porro nauigantibus quot modis insidiatur? Præter uentorum & undarum uolentiam, syrtes undis occultantur & rupes nauisfragæ: & quasi hoc parum sit, habet uortices ac uoragines, nauim in gyrum circunactam absorbētes, habet montes & specus è longinquo nauim attrahentes. Quid plura uix ab ullo elemento plus exitiorum hominī. Aere uiuimus ac spiramus, sed frequenter cum aere mortem attrahimus. Ignis inter elementa purissimum quot calamitates, quot mortes quotidie inuehit generi mortalium? Erigamus oculos in sublime, illinc ueniunt diluuiā, illinc grando segetum perniciēs, illinc fulmina subitam mortem adferentia. Illinc uarijs figuris funestū cometæ, horrenda mala minitātes hominī. Altius attolle oculos, uenisti ad cœlestes orbes, quorum infimus est lunaris: corpora sunt immensa, pulcra, simplicia, & ob id expertia mutationis ac senij. Sed hic quoque solis ac lunæ defectus, & quorundam syderum inter se coniunctio aut diuortium, respectus exultationes & retrogradus incessus, quantum calamitatum partunt hominibus, pecoribus, arboribus ac segetibus? Hæc considerans Idythem, perspicit uniuersam creaturam subiectam magnæ uanitati. Et tamen his omnibus præstantior est homo cuius gratia sunt condita omnia, quæ mundus hic complectitur. Sed huius conditio tot incommodis obnoxia est, ut non sine causa quidam pronunciarit, nullum animal esse miserius homine. Non hic recensco natiuitatem lacrymosam, infantiam miserabilem, pueritiam mille expositam iniurijs, adolescentiam fugacem, iuuentutem laboriosam, uitalem ætatem mille dissentiam curis, senectutem Aetna atque Athone grauiorem, mortem omnibus certam, diem mortis nulli certum. Non commemoro, tot morborum formas, easq; subinde nouas, tot casus inopinatos & inuitabiles, ignobilitatem generis, paupertatem, deformitatem, & si excutias animum, tarditatem, ignorantiam, stuporem, obliuionem. Illa ipsa quæ felicitatis nomine blandiuntur hominibus, & in quibus concupiscit acquiescere, quantum habent admixti fellis. De uicijs non loquor, ubicunque turpitudine est, ibi summa uanitas est. Legitimi honores quantum habent sollicitudinis, quantum molestiarum etiam si recte fungaris tuo munere. Tanta est hominum morositas, tanta ingratitude. Dignitas liuori obnoxia est, humilitas cōtemptui & iniuriæ. De diuitijs quid attinet dicere, quas ipse dominus spinas appellat? Dulce est coniugū, sed quā plus habet aloes quàm mellis. Iuuat habere liberos, sed quotocuique contingunt tales, ut non poenituerit suscepisse? Superest amicitia, præcipuum humanæ uitæ solatium. Sed hic quàm rara fides, quanta inconstantia, quanta simulatio, quanta perfidia, ut uix aliunde plus malorum hominī. Ab affinis & cognatis non minima molestiarum portio accedit, ut quibus studio est iucundam ac tranquillam agere uitam, nihil prius curandum existimēt, quàm ut q̄ longissime absint à suis. Sunt qui in liberalibus disciplinis,

& in contemplatione naturæ conquiescunt, semoti à Reipub. negocijs. Verum hic quoque quantum laborum, quantum errorum, quantum caliginis, denique quantum cōtentionis. Verum ut uniuersam philosophiam ad plenum assequaris, non hæc tranquillam animam: ubi uentum est ad articulum mortis, clamat homo se perdidisse uitam in nugis. Quid quod in ipsa Theologia, tanta est opinionum pugna, tam morosa plurimorum iudicia, tam rara sinceritas, tanta calumniandi libido, ut multos eius studij pœniteat pigeatque. Denique nullum est uitæ institutum usque adeo felix, in quo non multa sint deuoranda tedia. Solitudo per se molesta est et egena: In collegijs dissidia & contentiones discruciant hominē. Quin & ipsa hominum benefacta, quantum habent uanitatis admixtum. Quis largitur elemosynam sic ad unum Christum spectans, ut non obrepat, uel inanis gloria, uel fauor peculiaris, uel spes cum lucro redituri beneficij, uel aliquis similis humanus affectus. Pallimus, oramus, contemplamur, sed quantum hic torpor, quanta segnitias, quoties inanium cogitationum incursus interrumpit mentis intentionem, ut post preces mox alij sit opus precibus, quibus pro negligenter dictis precibus ueniam postulemus. Quis homo diligit hominem pure ob Christum? Quis proximo suo non secus bene uult quam sibi ipsi? Iam quantum absunt etiam probata religionis homines ab ea charitate: quæ à nobis exigit deus? Nam si quis per laudatissimas etiam monachorum sodalitates obambulet, fatebitur esse uerissimum, uetere Græcorum pro uerbo iactatum. πολλοὶ βουνοῦται, πᾶσι δὲ τὴν γῆν ἀπορῆγες. Si in his quoque quæ uidentur optima tanta uanitas est in hac uita, non est quod quisquam in hoc mundo quærat solidam beatitudinem, in quo sunt pariter omnia uanitas, atque ipse insuper homo totus. Sic enim intelligi potest, πᾶς ἀνθρώπος. πᾶς enim & omnem sonat & totum. Vnde & plurimi ueteres, uniuersum hoc omnia complectens rerum genera τὸ πᾶν appellabāt. Constat autem homo, prima diuisione corpore & anima. Corpus quinq; sensibus instructum est, animus totidem: quicquid his uiribus assequitur aut molitur homo uanitas est, ut merito clamat propheta. Omnis caro scenum, & omnis gloria eius quasi flos sceni. Et in his quidam uidetur eminere, ueluti forma aut robore, aut salubritate corporis, sensuum acrimonia, ingenij celeritate, consiliorum solertia, memoriæ fidelitate, eloquendi gratia. Exaggera hic quantum uoles, tamen ad illam æternitatem omnia uanitas, atque in his omnibus homo quantum est uanitas est. Nunc si uidetur à diapysmate ad psalmum redeamus. [Veruntamen in imagine pertransit homo.] Incertum uideri potest, an hic uersiculus confirmet superius dicta, an aduersetur. Hieronymus pro ueruntamen uertit tantum, tamen si suspicor ab illo scriptum tamen, idque scribarum incuria uitiatum. Rectius igitur accipimus uocem aduersatiuam, hac quidem sententia. Quum nihil usquam sit in hoc mundo non obnoxium uanitati, si ad illa quæ uere sunt comparetur, tamen hominum uulgius in imagine, hoc est in rebus inanibus & umbraticis, perinde ut solidis ac ueris ambulat, nec ambulat solum sed hæret quoque & unā cum illis rapitur. Ob has tumultuatur, nauigat, belligeratur, litigat, sceneratur, fraudat, peccat. Hæc facit homo, nimirum ut uanus, ita uanis gaudens. Quid enim aliud est quam homo, qui nihil amat nisi quod uidet. Tales erant ex parte quos increpat Apostolus. Nonne homines estis. Tales de quibus dicit, si adhuc hominibus placerem, Christi seruus non essem. Iam Idythum sese supra hominem extulerat, exiitque in specu, in quo iuxta Platonem uincti nihil aliud quam rerum umbris commouentur. At sapiens ille, qui res ueras in sole uiderat, frustra clamat, quid insanitis miser, ob inanes rerum imagines plaudentes, gaudentes, dolentes, metuentes? Nihil istic solidi est, umbrarum ludibria sunt, quæ uos uel territant, uel delectant. Similiter Idythum iam sublimis demiratur hominum dementia, qui neglectis ueris bonis, inanibus bonorum simulachris hæret, dumque horrent umbras malorum huius uitæ, in uera æternaque mala sese præcipitant. In huius uitæ cōmodis sibi uidetur homo cōquiescere, sed pertransit & ambulat uelut nolit. Præterit enim figura huius mundi, sibi que affixum secum defert quamuis inuitum. Et si illa maneret, homo tamen transire cogitur: & si homo maneret, illa pertranseunt. Non aliter quam qui lembo uehitur, licet ipse dormiat, transit tamen. Talis est igitur prophetae sermo, ac si quis dicat: hic merum est triticum & tamen uos oblectamini glandibus: hic est uinum purum, & tamen uos bibitis aquam turbidam: hic est purgatissimum aurum, & tamen uos laboratis in ruderibus, hic sunt nativæ gemmæ, & uos amatis uitrum, Quod Septuaginta uerterunt τὰς ἀσσοῦς, id est

est, turbatur, quidam uerterunt, strepitum facit, apposito uerbo significantes tumultum uulgi pro rebus hisce fluxis & inanibus sine fine digladiatis. Quid enim aliud est uita principum, episcoporum, negociatorum, opificum, quam ridiculus quidam uel miserabilis potius tumultus? Hic totus est in propaganda ditio, quasi semper uicturus, quum nemo sibi unius diei uitam certo polliceri possit. Alius per phas nephasque festinat ad diuitias, hoc auditor, quo plus congestum est, nec audit illam uocem Euangelicam: Stulte hac nocte repetunt abs te animam tuam, & ista quæ cōgregasti cuius erunt? Itaque qui cum Idythum transilerunt omnem sublimitatem felicitatis humanæ, oculisque fidei contemplati sunt uerorum honorum Ideas, leuiter ac uelut in transcurso non fruuntur, sed utuntur hoc mundo tanquam non utentes. Sed qui adhuc nihil aliud quam homo est, nec dum exiit ueterem hominem luteum, hic thesaurizat perinde quasi iam sit in patria, ac non potius, hospes paucorum dierum in terra aliena. Recondit in mundo, quasi sit quicquam solidum, quum nihil hic sit præter falsas ac fallaces rerum umbras. Colligit hic, ubi spargendi locus est. Recondit hic, ubi nihil est certi, nihil tuti. Recondit hic ubi diu manere non licet, & quum abierit, nescit quis fruatur sit ijs quæ reposuit. Solet enim hoc esse aliquod solatium ex hac uita decedentibus, si paratus sit hæres quem uolunt. Atque hoc fucus mortui animi solent excusare auari. Non mihi inquiunt colligo, sed liberis meis. Hæc pietatis uox est, sed fucus iniquitatis, ut eleganter dicit Augustinus. Verum honestior est species, quum aiunt, non mihi recondo, sed instituendo sacello aut extruendo collegio. Verum interim ignoras cui recondis ista. Si liberis, fortasse non contingent, aut si contigerint qui scis an tibi futuri sint superstitēs, qui scis an tales futuri, ut digneris illos rerum tuarum successione, quando multi patres filios suos exheredant, & abdicant. Si recondis in pium usum, fortasse quod repositum est fur auferet, aut bello incendioue peribit. Quod in pios usus congregatum est, fortassis absumet aleator, aut gurges, aut nepos aliquis. Sunt qui recondunt apud foeneratores, cum lucro recepturi quod deposuerunt. Verum ut nihil aliud accidat, sit interdum, ut illi mensa (quod aiunt) rupta fugiat, tibi que fors unā cum lucro pereat. Expedi omnes cautiones tuas, nullo tamen modo recōdis quod cōgeris, nisi recondas in celo. Qui in presentē pauperū egestatē dispēsat quod possidet, tamen deponit, & scit cui thesaurizat, Deposuit in sinu Christi, qui depositum seruabit in uita æternā. Vile est quod deponitur, inestimabile quod reponitur. Quid thesaurum fodis in terrā auaræ? Quantum uis profunde infoderis, & eo penetrat fures ac prædones. Frequenter et hodie qui fodit in agris, aut fundamēta parant structuræ, thesauros non quæritos reperit. Qui deposuerant, hoc agebant, ut essent in tuto, eosque in aliquod egregium negocium seruauerant, ad structuram palatij, ad magnifice elocandam filiā, ad emendam splendidā aliquam dignitatem, & ecce thesaurus ad eos deuenit ad quos minime uolebat qui defoderat. Per thesauri uocabulum non solum designatur aurum, gemmæ & huius generis alia, uerum etiam quicquid homini magnopere charum est, & unde sibi promittit in hac uita uel felicitatē uel solatium. Quid non tum facit tum patiuntur quidam, ut absoluant cyclopediā, addunt linguam linguæ, disciplinā disciplinæ, semper aliquid adijciunt thesauro. At frequenter inopinata mors conatus illos omnes interrumpit. Ibi semel periit tot annorum uigilia. Idem usu uenit ijs, qui ambiunt dignitates. Fit enim non raro ut frustrentur eo quod immensis laboribus & impendij experunt. Fit rursus, ut unde sperabant tranquillā uitā, inde ueniat exitus: unde uoluptatem, inde capiant extremos dolores. At qui prudenter parant thesauros, ea cōgerunt, in quæ nullum ius habet fortuna, atque ibi reponunt, ubi nec fur effodit, nec tinea corrumpit. Vidit hæc esse plena uanitatis quisquis factus est Idythum. Videt homines ob res inanes frustra tumultuari, & in his quærere solatium. Vulpes enim foueas habent, & uolucres cœli nidus. Sed quid interim Idythum qui & huius mundi malis affligitur, nec ullum inuenit doloris leuamen? Circumspicit omnes res mortalia, nihil conspicit in quo ualeat mens conquiescere, nec licet spontanea morte finem molestijs quærere. Quod se uertat in medio pendens, cui iam sordet quicquid habet hæc uita, & ad illam nondum datur euolare? Quo solatio interim fulciet afflictum ac penè delassatum animū? Auertit oculos ab ijs quæ uidentur ad ea quæ non uidentur, sed sperantur, à presentibus ad futura. Maximum autem in malis solatiū est, spes nihil hæsitās. Et nunc quæ est, inquit, expectatio mea, nonne dominus? Sic Hieremias in medijs malorum procellis, Pars mea dominus, Thren. 3 dixit

dixit anima mea, propterea expectabo eum. Ac mox, Bonum est cum silentio expectate salutare domini. Item psal. 39. Beatus homo qui sperat in domino, & non respexit in uanitates & infanias falsas. Nec tamen ille beatus non est qui post uanitates figit spem in domino. Minimum interest, inter spem & expectationem, nisi quod spes potest esse qualis cunctis, uehemens, mediocris & languida. Rursus speratur, & quæ procul absunt: Sed expectatio uehemens est ac rei iam e propinquo apparentis. Vox enim inde Latinis dicta est, quod qui magno rei cuiuspiam desiderio tenentur, solent subinde prospicere si iam appareat. Quam emphasim habet & Græca uox *λεπεδονία*, licet ea Græcus interpres non sit usus hoc loco, sed posuerit *ὑπομονή*, quod sustinentiam sonat: quo uerbo usus est beatus Lucas 21. In patientia uestra possidebitis animas uestras, *ἢ τῆ ὑπομονῆς*. Item Paulus Rom. 2. Secundum patientiam boni operis, *καθ' ὑπομονήν*, ea uox pulchre competit in eum, qui in rebus molestis perdurat expectatione præmij, ac spe fulcitur ne pressus sarcina malorum succumbat. Sed qui cōmodis huius uitæ innituntur, innituntur arundini, quæ fracta non solum non sustinet innitentem, sed sæpe etiam perforat manum. Maledictus qui confidit in homine, sed æque maledictus qui spem suam figit in rebus huius seculi. Varius est hominum error, simplex autem est pietatis propositum. Hic plurimæ rerum species, sed omnia plena uanitatis. A multis igitur ad unum confugiendum. Et nunc quæ est expectatio mea? Quod in tantis malis solatium: Vnicum est, sed cæteris omnibus in unum cōflatis efficacius. Quod? Quod nisi dominus: Quis dominus? Ille qui clamat in Euangelio, uenite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam uos. Hoc margaritum bene emittit iactura rerum omnium. Et coniunctio seruit affectui. Nec ociose additum est aduerbium, nunc uim habet colligendi, postea quæ omnia uiluerunt quæ mundus ostentat, postea quæ nulla datur hic à malis requies, quid superest, nisi ut in domino figam spem? Nam fides & spes cessabunt, quum resecta facie gloriam domini contemplantur. Nunc interim dum hic uersamur in ænigmate, nec aliud uidemus quàm in speculo ut cunq; redditas imagines, nostra felicitas non in re est, sed in spe. Sed spes hominum plerumq; fallit. At hæc spes quæ figitur in domino, non confundit nec pudescit unquam, quia nunquam fallit. Audis hominis Christiani professionem. Qui alibi fixit spem quàm in domino, nomine Christianus est uerius quæ re. Iam ipsa per cōtatio habet epitalinam fiduciam. Quum omnia sint inania, quæ mundus hic habet, quid superest nisi ut me totum cōijciam in dominum, qui solus diuitem, solus honoratum, solus potentem, solus sapientem, solus felicem potest redere. Sat diu uixit, qui se illi reconciliauit. Beatus qui mundo mortuus, uiuit in domino, sed & beati qui in domino moriuntur. Siue enim uiuimus siue morimur, dominum sumus. Et qui sunt illius, in tuto sunt, perire non possunt etiam si fractus illabatur orbis. Itaq; totus ad dominum spectans illum alloquitur, & substantia mea apud te est. In harena edificat qui fluxis rebus innituntur, in quibus nihil est solidi: sed substantia mea apud te est, si quid in me boni est, abs te est à quo proficiscitur omne bonum: & apud te est apud quem reposita sunt pijs benefactorum præmia. Id demum in tuto est, quod apud dominum est. Qui sua merita iactant, non habent suam substantiam apud dominum, sed apud se, & ideo perdunt quod habere uidentur. Quin & quæ per se uana sunt, si deposueris apud dominum, fiunt solida. Si obtigit claritas generis, si opes, si uxor ex animi sententia, si liberi, si ingenium, si robur aut salubritas corporis, uanitas est nisi apud illum deposueris, cuius munificentiā cōtigit. Idem sentiendum de beneficiis hominum omnibus. Si apud te seruaueris, corruptentur arrogantia tinea, depreddabitur ea diabolus. Quidam admonet apud Hebræos hic aliam esse uocem pro substantia quàm paulo ante, licet utrobique Septuaginta uerterint *ὑπόστασις*. Verum qui hoc admonuit, non addidit rationem discriminis. Latini substantiam appellant facultates. Græci *ὑπόστασις*, quo uerbo usus est Lucas cap. 15. referens domini parabolam de filio prodigo, qui disspauit partem substantiæ à patre traditæ. Fortasse tale quiddam exprimit hic Hebræa uox. Audite qui magna sollicitudine torquentur in, ubi iusto collocetis ea quæ possidetis. Idythum ostendit locum turissimum, ostendit custodē fidelissimum. Nemo se deploret pauperē, aut abiectū, aut afflictum qui suam substantiam deposuit apud dominum. Ille nobis est unus omnia, diuitiæ, robur, forma, honos, sapientia & iusticia, modo totam spem in illo figamus. Beatum dixerūt populum cui hæc sunt, sed Christus uere beatos appellat, quorum merces copiosa est in cœlis. Illic igitur dilectissimi sit

sit cor nostrum, ubi thesaurus noster est, ut & ipsi simus aliquid in eo qui solus uere est, quum in nobis ipsis simus nihil, & in illo simus diuites, qui in nobis sunt egeni. Qui filium unicum suum dedit nobis, utiq; simul cum illo donabit nobis omnia. Videte quantum bonum operantur in nobis undiq; circumuallantes hominem afflictionum procellæ. Dum pangunt omni ex parte, dum non sinunt usquam animum requiescere, huc compellunt, ut cum sibi tum rebus omnibus externis diffusus, fiduciam omnem collocet in domino, domum ædificans non in harena, sed in solido lapide, qui est Christus Iesus. In hoc qui consistit, etiam si omnis uentorum impetus, omnis undarum uiolentia insurgat, non potest deijci. Si facultates eripiuntur, dicit domino, [Substantia mea apud te est.] Si ab honoribus deijcitur, ait: honor meus Christus est. Si apud homines afficitur ignominia, propter iusticiam, gaudet, quod nomen habeat scriptum in cœlis. Si quis mortem intentat, a quo animo dicit, Etiam si mille mortibus afficiar, & si præcipiter in gehennam, tamē substantia mea apud te est, qui tuis pollicitus es capillum capitis non periturum ab ipsis. Vide quantos salus dederit qui ad hunc usq; montem transilierit, e quo res conditas uniuersas despicit, totiusq; felicitatis spem in uno deo fixerit. Iam ne igitur quietus est, nec est quod moleste ferat? Grauat ad huc corpore mortali, oneratur peccatis, quo minus liceat subuolare ad perfectam illam requiem, quam oculis fidei prospicit modo: intelligit afflictiones externas ob cœlera immittere hominibus, ac uelut ab amico medico pro pharmacis adhiberi: intelligit, quicquid per improbos homines in nos molitur Satanas, propicij patris permisso gerit, qui nos hic flagellat, ut correctos ac purgatos in æternam domum suam recipiat. Clamat igitur Idythum noster: [Ab omnibus iniquitatibus meis erue me. Opprobrium insipienti dedisti me.] Non clamat, eripe me domine ab homine malo, sed ab omnibus iniquitatibus meis. Horret omne peccatum, tanquam separans à deo. Nam sunt qui quedam uitia sua detestantur, sed idem aliquibus blandiuntur, quum sint omnium grauissima. Oderunt libidinem aut ebrietatem: auaritiæ, superbiæ, inuidiæ blandiuntur, illam appellantes providentiam, hanc constantiam, tertiam iusticiam, atq; item de cæteris. Qui ex animo diligit illud summum bonum, ac preciosum ex Euangelio margaritum, is odit omnia, quæ quocunq; modo ab illo separant. Non iam orat ut liberetur ab afflictionibus, quæ si ob commissis infliguntur, medicina est: sin ob probationem, corona: sed ab omnibus iniquitatibus optat fieri liber. Iam enim magna ex parte purgatus erat. Fontem malorum attingit, nam à peccato scitent omnia huius uitæ mala. Ergo si commeruisti quod pateris, patienter tolera Christi pharmacum spe sanitatis: si non commeruisti, patienter expecta coronam. Quis autem non commeruit? Doler amissio facultatum, sed medicina est auaritiæ. Molesta est orbitas, liberos anteposuiti deo. Cruciat erepta placens uxor, intemperantius illam amasti. Discruciat morbus corporis, sed immodice delectarunt carnis uoluptates. Grauis est infamia, nimium dulcis fuit humana gloria. [Opprobrium insipienti dedisti me.] Quorundam uitia latent sub umbra sanctimoniam, periculosius autē est apostema quod non erupit. Sic latebat peccatum Dauid, sed dominus cupiens illi mederi, in apertum protulit, ut per confessionem tolleretur. Ecce clamat Idythum, [ab omnibus iniquitatibus meis eripe me.] Dauid admonitus dicit, peccaui domino, & tu dicis: Vnde hæc calamitas immerent? Quod Nathan propheta fuit Dauid, hoc nobis frequenter est afflictio. Per hæc igitur quoties admonemur, dicamus cum Dauid, peccaui domino. Et si proscinderis improborum maledictis, dic cum eodem: dominus præcepit illis ut maledicant mihi. Illi quidem petulantiam morbo faciunt, sed horum morbo dominus abutitur ad correctionem famuli sui. Felix augurium est, quod te perire non uult. [Opprobrium insipienti dedisti me.] Quem ante uocauit peccatorem, hic appellat insipientem, de quo psalmus alius, Dixit insipiens in corde suo, non est deus. Non est piorum, peccatorem resipiscientem probris afficere, sed misereri potius ac subleuare. At pharisaicum est dicere, sicut hic publicanus. Nulli enim petulantius alienos errores insectantur, quàm qui ipsi grauioribus madent uicijs. Talis erat Semei, superbi Saulis cognatus, & odij in Dauidem hæres. Exulabat Dauid, ibat lachrymans, nudis pedibus, aperto capite, expulsus regno, expositus morti. Huic sic abiecto quàm ferociter insultat Semei uere insipiens. Grauis erat in tantis calamitatibus petulantissimi hominis insultatio, terram insuper & lapides e sublimi iacientis: sed felix erat insultatio, quæ Dauidi cōciliauit domini misericordiam. Eoq; patienter tulit, quod sciret à misere,

à misericordia domini immitti. Sed quid? Tantam afflictionem sequuta est læta uictoria, reddita est regni dignitas. Sic & dominus noster uerus Dauid, datus est in opprobrium insipienti, quum audit, Samaritanus es, & demonium habes, quum audit per ludibrium, aue rex Iudæorum, quum audit, uah qui destruit templum dei, descendat nunc de cruce &c. Cæca impietas insultat ueluti iam extinctis & conclamatis quos castigat manus domini, & perniciè esse putat quæ est curatio. Atq; haud scio an quicq; animis generosis sit molestius hac insultatione, præsertim quum non unus Semei, sed undiquaq; furentium uoces obstrepunt auribus, undiq; sex linguarū milibus impetitur fama, tam ficti prauicq; tenax q; nuncia ueri. Nec tamen inter hæc despondet animum, cui substantia est apud dominum, intelligens quod à domino datus sit in opprobrium insipienti. Opprobrium, inquit, insipienti dedisti me. Hæc non est uox conquerentis, sed agnoscentis medicum curam. Alioqui si murmurans hæc diceret, respondere poterat dominus, imò tu teipsum dedisti opprobriū insipienti, qui te peccato inquinaris & probro digna commiseris. Nisi tu morbum collegisses intemperantia, non opus erat curatione. Insipientium opprobrijs obiecte, quia tu teipsum reddideras insipientium maledictis ac probris obnoxium. Quid enim dementius q; creaturam anteferre creatori, proq; momentaneis ac mox euanituris bonis, amittere æterna? Quid probrosius q; deserto Christo seruire seruitutem Satanæ? Et quoniam noluisti apud deū erubescere de peccatis tuis, effeci ut uelis nolis erubescas coram hominib. quo uel sic respicias à malis tuis. Non erubuiisti peccare, & pudet emendari? Et quoniam à sapientibus amice monitus, noluisti relinquere peccatum, curauit ut insipientium hostilis exprobratio extimulet te ad pœnitentiā. Hæc audire merentur, quicunq; in rebus aduersis obmurmurant deo. Id quidem impiorum est. Quid iustus? Dat deo gloriam, agnoscens sua commissa, deiq; iusticiam prædicans, ad eiusdem confugit misericordiam. Sunt qui & p̄p̄ri interpretantur Satanam omnium insipientium dominum. Is enim primus reliquit cum à quo conditus erat, & recessit à deo salutari suo. Idem ad ruinam impulit humanum genus, nec unquam desinit per organa sua p̄ijs negocium facessere. Et hæc nunc quidem Satanam agit, uerum dum eosdem quos in scelus impulit, sceleris infamia denobilitat, diabolus agit, hoc est infamatorem, traductorem, & calumniatorem. Hic est enim ille fratrum accusator, qui accusat illos in cōspectu dei nostri die ac nocte. Si quem pertraxerit ad ruinam, insolenter exultat, deq; uictio triumphum agit. Sed hunc calumniatorem non timēt p̄ijs, scientes se habere bonum aduocatum apud patrem; & cum Paulo dicunt, si Christus pro nobis, quis contra nos? Quis accusationem instituet aduersus electos dei? Hic est ille insipiens qui per seipsum calumniatus est Iob apud deū. Hic idem qui per uxorem maledicam & impiam insultauit afflictio, sed non uictio. Hic itidem per mulierem exprobrauit Thobia. Hic qui per Semei insultauit Dauid, per Micol uxorem irritauit, per Phariseos & scribas Christo cōuiciatus est. Hic qui quotidie per maledicos homines insultat p̄ijs, siue quum respiscunt ab erroribus ad pœnitentiā, siue quum spreto mundo, hæret iusticia. Nam utrunq; uidetur insanix genus ijs quibus non sapiunt ea que sunt dei. Illis sapere uidetur qui supplices sunt homini regi, ut cum eo redeant in gratiam; & insanire uidentur qui se submitunt deo, ut illum pro irato habeant propitium. Beatus Hieronymus legit, opprobrium stulto ne des me. Idque congruit cum eo quod habet psalmus superior, ne quando supergaudeant mihi inimici mei. Iam non ego tantum admonui prophetici sermonis esse morem, ut pro futuro ponat præteritum, & contra, Iustus patienter fert, si hic pudeat per improbos, modo ne in extremo iudicio pudeat; nam illic aderit Satanæ, cuiq; sua exprobrans flagitia, quæ hic per pœnitentiā deleta non sunt. Tunc enim beati futuri sunt, quorū tecta erunt peccata, ut traductor ille non habeat quod exprobet. Id ne fiat, orat iustus, ut ab omnibus, iniquitatibus seu transgressionibus hic liberetur. Qui hic cœlāt sua cōmissa coram deo & huius uicario sacerdote, illic erubescunt coram Angelis dei, prolatis in lucem omnibus turpitudinum scenis. Rursus qui hic produnt sua scelera apud deū & dei uicarios, illic erunt tecta improbo exprobratori. Nec absurdus fuerit sensus, si quis accipiat hoc dictum de genio cuiusq; malo. Is enim exultat quoties homo prolabitur in peccatū, & dum conspicit illum à deo tradi in uarias calamitates, sperat esse desertum, ac magnitudine afflictionum deuenturum ad desperationem ac blasphemiam. Orat igitur iustus ne in hoc probriū incidat, ne uic exultandi et insultandi materiam

materiam præbeat hosti. Id enim grauius est homini q; ipsa calamitas. Potest insipiens intelligi Iudæus, aut ethnicus, qui diuine dispensationis ignari, si quando conspiciunt Christianos turpiter uiuere, blandiuntur impietati suæ, & dicunt: isti sunt qui nos pro impijs abominantur, ipsi nobis sceleratius uiuētes: rursus si quando uident Christianos atrocissimis calamitatibus atteri, insultant, Bene, inquiunt, tractantur à deo suo, habent culturæ præmium: Ea contumelia quoniam in deum recidit, orat iustus, ut sublati aut mitigati malis, insipienti subtrahatur exprobrandi materia. Hoc mea quidem sententia orauit Paulus ter deprecans dominum ut discederet spiritus Satanæ: uerebatur enim ne nonnullos deterreret alienarēt uic ab Euangelio apostolus tot malis exercitus, toties cæsus, toties lapidatus, toties pulsus, toties naufragus, postremo eò redactus inopie, ut consuendis pellibus sibi pararet uictum. Sed interim dum per maledicos homines undique insultat Satanæ, dum pro saxis ac puluere, omni probrorum genere lacepsit, quid facit Idythum? Deo loquitur quem scit misericordem, homini tacet, sciens quis per illum loquatur, & cuius permissu loquatur. Deo confitetur quem nouit exorabilem & facilem ad ignoscendum, nec exprobrat quæ semel ignouit: insipienti mutus est, ne fiat illius similis, ac bis uictus discedat, si semel prostratus in lucra tentationis & in peccatum prolapsus, nunc turpius desiciatur, conuicia conuicijs regerens, & uel per proteruiam mala sua defendat, uel per hypocritism et arrogantiam bona sua iactet. Etenim qui in tentationibus obmurmurat, deo obmurmurat non homini; & qui maledicū uincit conuicijs, uincitur ab eo qui oppugnat per maledicum. Illum uiceris, si teipsum uiceris. Patientia uincet, obluendo uincet. Dicit igitur. [Obmutui, & non aperui os meum, quoniam tu fecisti.] Pertinax siletium indicat idem sensus repetitus. Obmutescere, plus est quam obticescere; & nō aperire os, plus est quam obmutuisse. Fit enim sæpenumero ut conuiciū natet in lingua, licet non erumpat, interdum gemitu aut interiectione proditur iritatus animus, At Idythum adeo non reponit maledicta, ut nec labra diducat ad loquendum; non quod id promereatur conuiciator, sed quoniam iustus intelligit hanc esse manum domini flagellantis, non ut perdat, sed ut emendet. Silentio igitur agnoscit & suum uictum, & domini iudicium. Quum enim à domino iudicamur ab eo corripimur, ut ne cum hoc mundo damnemur. Si patienter fert homo ferrum medici fecantis, aut urentis, ut tollatur uictum corporis, qua fronte recusat ferre dei manum animi salutem procurantis? Ideo, inquit, obmutui, quoniam tu fecisti. Tuo permisso mihi percussit os conuiciator, quem admodum Satan tuo permisso uexauit beatum Iob. Agnosce quid lateat in organo. Exemplum nobis exhibent taurorum certamina. Taurus ad primum aspectum sese mouentis machinæ, oris rictu, aut cornuta fronte minitantis, metu resilit: sed mox apprehendit homines esse, qui latentes intus, machinam mouent. Eos igitur conatur impetere, machinæ latera cōcutiens. Sentit hoc brutum animal, & homo non sentit hominem maledicum esse Satanæ machinam, atq; organum. Illi indignare, non homini. In illum molire uindictam. Nulla autem uindicta tibi speciosior, illi grauior, quam si confitens culpam tuam patienter feras manum domini. Ad tempus molestum esse potest, quod facit dominus, sed perniciosum esse non potest. Cruciat flagellum, sed expecta sanitatem. Diuus Augustinus hic legit, quoniam tu fecisti me, sed deceptus mendo codicis. Quanquam & illa lectio piū habet sensum. Absurdum enim sit, si creatura reluctetur creatori suo, hoc est, calces iacet aduersus stimulum. Quicquid igitur calamitatis obrigerit homini, tutius erit, si tacitus apud se dicat illud Dauidis & Heli: dominus est, conditor est, redemptor est, faciat de me quicquid bonum est in oculis ipsius. Dicit illi, tu autor es huius tentationis, sed rationem habere dignaberis tu rei plasmatis, proq; tua misericordia facies cum tentatione prouentum, ut possim sustinere. Ergo postea q; tua manus hæc uulnera pro peccatis meis merito infligit, eam pro tua misericordia digneris amouere, ne inter flagella tua deficiā. Vna manus famulo uulnus opemq; ferat. Quoniam tu fecisti, hæc particula potest utrolibet referri. Solus amouere potes, quia solus potes infligere. Aut ideo obmutui in tentatione, quoniam sciebam hæc perte infligi, cui nemo potest dicere, quare sic facis. Duo sunt qui uulnerant, deus & Satanæ, & tamen soli deo dicitur, Quoniam tu fecisti: soli dicitur, amoue à me plagas tuas. Ita Iob afflixit Satanæ, & tamen ille deo loquitur. Aufer à me uirgā tuam, & pavor eius non me terreat, & rursus, Manum tuā longe fac à me, & formido tua non me terreat. Iterum.

Quia sagitta tua in me. Vterque flagellat, sed alter ut iudex, alter ut supplicij minister. Alter ut emendet aut coronet, alter ut perdat. Ea propter deo aguntur gratia. Satanas execrabilis est. Sic reus, quum iudicis sententia plectitur, nec indignatur, nec supplicat carnifici, sed iudicem rogat ut mitiget poenam, penes quem est auctoritas. Carnifex agit ex praescripto, nec ius habet uel augendi uel minuendi cruciatum. Eoque qui spem suam fixerunt in Christo, non terrentur saeuicia Satanæ, cui quaquam adest perpetua uoluntas perendi hominem, tamen ne pilum quidem eius laedere potest, ultra permissum dei. Annotandum & illud quod plagas deo tribuit, dicens amoue à me plagas tuas. At quum de peccatis loquitur ab omnibus, inquit, iniquitatibus meis erue me. Mortiferae plagae sunt quas homo infligit sibi, sed medicae plagae sunt quas deus infligit homini, Grauis est medicina, sed efficax. Hac perturbata humana infirmitas, clamat inter cruciatum, Quonia tu fecisti, amoue à me plagas tuas. Rectissimus ordo seruatus est. prius clamat, ab omnibus iniquitatibus meis erue me, post amoue à me plagas tuas. Praepostere facit hominum uulgus. Omnes clamant à pestilentia, à fame, à bello, à diluuiio, à fulmine, libera nos domine, prius clamandum erat, à luxu, à libidine, ab ambitione, ab ira & odio, à uicijs omnibus libera nos domine. Siquidem haec mala quae sibi metipsis accersunt homines, sunt radices malorum quae immittit deus. Alioqui qui perseverant in peccatis, & postulant ab externis malis liberari, quid aliud orant, quam ut deus sinat ipsos diu ac tranquille frui uicijs suis? Cupis à corpore depelli pestilentiam, quum uolens tot pestes multo capitaliores foueas animo? Deprecaris famem, quum ipse monopolij, fraudibus ac furtis non desinas proximum ad famem adigere. Oras benigniorem annonam prouentum, quum ea si quando obrigit tenebulo faciat in fratrem egenum benigniorem, sed auidiorem potius. Non uis bello minui rem tuam, quum ipse quotidie facias proximo, quod hostis facit hosti? Meruis diluuium quod laedit agros, quin potius horres diluuium quod inundatione uiciorum corrumpit animos? Horres fulmen quod uibratur è nubibus in corpora, quin potius illud fulmen horres quod corpus pariter & animam praecipitat in gehennam? utrunque postulandum est à domino, qui ut solus condonat peccata, ita solus quum uult liberat ab externis afflictionibus. Sed prius cura ut amoueas quod tu fecisti, mox ora dominum ut auferat aut mitiget quod ipse fecit. Tecum reputa quod dixit beatissimus Iob. Beatus homo qui corrumpitur à domino. Inreparatione ergo domini ne reprobes, quia ipse uulnerat & medetur, percutit & manus eius sanabit. Hic enim est qui loquitur per Esaiam. Ego dominus & non alter, formans lucem, & creans tenebras, faciens pacem & creans malum. Ego dominus faciens haec omnia. Similiter apud Ezechiel: et scietis quod ego sum dominus percutiens. Agnosce percussorem, ut scias unde petenda sit medela, & reuertaris ad dominum: quia iuxta uocem Osee: ipse coepit, & saluos faciet nos, percutiet & curabit nos, uiuificabit post duos dies. Non solum igitur curat uulneratos, sed & ociosos reuocat in uitam, & quemadmodum habet Annæ canticum: dominus mortificat & uiuificat, deducit ad inferos & reducit. Chirurgi à quibusdam uulneribus abstinent manum, quod negant esse sanabilia. Quid autem periculi est illo percutiente, qui potest & mortuum excitare? Iam enim à fortitudine, siue à uirga manus tuae ego defeci. Qui secantur à chirurgo, formidant ferrum, ne profundius quam expediat infigatur. Quid igitur mirum, si homo tam imbecillus horret manum illam omnipotentem secantis dei? Sed quomodo defecit, qui paulo ante dixit, Et nunc quae est expectatio mea, nonne dominus, & substantia mea apud te est? An subito ex tanta spe relapsus est in desperationem? Absit. Caro est hic quae loquitur, quae infirma est, non spiritus qui promptus est. Defecisse se dicit qui iam ne deficeret periclitatur, & iam quod in ipso erat defecerat. Et quid mirum si sic in tentatione loquitur homo non omnino liber à peccatis, quum ipse dominus ante mortem praeterea & horrore supplicij impendentis, sudarit sanguinem, & in cruce sic orauerit: Deus meus, deus meus, quare dereliquisti me? Patitur suos interdum dominus aliquosque deficere ut agnoscant imbecillitatem suam, & abijciant confidentiam suam. Sic defecit Petrus ter abnegans dominum. Cecidit, ut fortior atque etiam cautior resurgeret. Non est ualida manus tyrannorum, quae corpus tantum potest occidere. Robusta manus est, quae sic percutit quum uult, ut corpus simul & animam praecipitet in gehennam. Nec est qui de manu illius possit eripere. Quis sibi male conficius, manum illam ad plagam extentam non horreat, non praeter horrore deficiat?

Imò

Imò quis tam purus est à crimine, ut dei iudicium sustinere possit? Sensit huius manus uim Paulus, cum ter dominum rogaret, ut amoueret Satanæ flagellum. Clamat qui secatur, Omitte, satis est, ferre non possum: at medicus nihil secius suum peragit officium, Nouit eas uoces humanae imbecillitatis esse, quum ratio desideret sanitatem. Audit patienter, quod loquitur: sed facit quod cupit spiritus. Bene deficit à fortitudine manus diuinae, qui suis diffusis uiribus, totum se submittit uoluntati dei, agnoscens culpam, deprecans rigorem iudicij, implorans misericordiam. Horrescit caro, sed non in totum desperat spiritus, sciens qualis sit artifex qui secat aut urit. Interdum atrociam infligit uulnera, sed non errat illa manus. Certa est, si grauius uulnerat, addit plus gratiae, & habet parata remedia. Non deficit à fortitudine manus dei qui calamitatem studet humanis uiribus consilijs depellere, qui culpam uel negat uel extenuat. Sed hic iustus sciens calamitatem licet per homines inferatur, tamen à deo proficisci, sequitur totum se permitit dextrae excelsi, in cuius conspectu nemo iustus uideri potest: praesertim quum haud ignoret deum in hoc infligere plagas, non ut enectet, sed ut sanet, eoque subdit: In increpationibus propter iniquitatem corripuisti hominem. In increpationibus iuxta Hebraicum idioma dictum est, pro eo quod erat, per increpationes. Agnoscit dei iustitiam, qui iuste punit hominem: sed simul agnoscit clementiam, quod punit in hac uita malis temporarijs, ne punit in aeternum gehennae supplicij. Dolet medicina, sed nouit morbum esse grauiorem. Defecit ab impetu manus dei, quum sua merita cum iusticia dei comparat, sed recreatur, dum cogitat quanta sit misericordia, pro gehenna quae debebatur: facilius ipsius, leuibus hic ac mox transiuntis afflictionibus esse contentum. Eoque non dixit in uocem, sed in uocem, hoc est, erudiendi gratia castigasti. Et quoniam in rebus secundis oblitus uis, defluxit in delicijs, & in crassatis recalcitrauit, sibi quod uisus est esse aliquid. Ideo tabescere fecit sicut araneam siue tineam animam eius. Merito sic contabescit ad poenitentiam qui male floruit in uoluptatibus. Leo fuit cum potentia diuitijsque ferox opprimeret inopem, equus erat libidinis, & adulterio seruiens, & adhihiens omni foeminae. Sus erat luxu, quum uelut ex adipe prodiret illius iniquitas. Pauus erat, inani gloria turgens, sibi quod magnum quiddam esse uisus, quum reuera nihil esset. Verum simul atque tergit illum robusta domini manus, e leone, equo, siue aut pauone sit araneus aut tineae. Nam utrunque legunt hoc loco. Nihil aranea siccius, nihil imbecillius, nihil tabidius magisque tabificum. Terxit operosas telas, sed fragiles. Venatur, sed muscas easque minores. Nihil tineae abiecius, in situ suo contabescit, ac tabefacit quae attingit. Ferunt qui rerum naturas prodiderunt, eos qui ueneno aranei contacti sunt paulatim lento quodam torpore contabescere. Neque enim eodem modo laedunt omnia uenena. poetae qui singulis rebus norunt epitheta ac commoda tribuere, araneam appellat aridam. Arida cum tota descendat aranea tela. Habet & ipsa tela sicca diuim, eoque uulneribus admouetur sistendi sanguinis causa. Idem animantis naturae affixere fabulam. Aiunt fuisse puellam texendi peritissimam, sed a deo sidentem arti suae, ut ipsam etiam Palladem praese conteneret. Nam apud poetas, etiam deae textrices sunt. Ventum est in certamen, at Pallas non ferens puellae arrogantiam, rupit opus, radiocque percussit Arachnem, nam id foeminae nomen. Illa se laqueo suspendit. At Pallas pendentem succo hecateidis herbae perfudit. hanc eandem putant cum aconito, quod ita temperatur, ut longo tempore paulatim tabefaciat hominem, uix post duos annos interimat, sed hoc miseriorem quo uiuit diutius. Ita uixit Arachne sed suo malo, uersa in araneam, minimo capite, turgido uentre, leuissimis pedibus, a deo imbecillum, ut si digito imposito leuiter contingas, protinus ruina sit, quemadmodum memorat beatus Augustinus. Post ea quod homo persuasum Satanæ coepit affectare aequalitatem cum deo, in hanc miseriam coniecius est, ut ob res nihili iugibus curis semetipsum discruciet. Hinc est quod uulgus hominum confidit in rebus nihili, loquitur uanitates ac telas araneorum textit, & sic

Esaiæ 59
Iob 8

Tom. 5

K 2 Vbi

omnia. Vbi sunt nunc Memphisicae pyramides, ubi fornices & arcus triumphales? Vbi colosi? Vbi reliqua monumeta quibus reges aeternitate magnis studiis & impendijs moliebantur? Quid aliud texerunt quam telas araneorum? & opera eorum non profuerunt eis, & opera eorum inutilia. Nihil solidum, nisi quod in nobis extruit spiritus Christi. Nihil autem uetat, quo minus hic locus accommodetur ad peculiarium cuiusque commissa, in quibus sine fine contabescit homo, nisi per dei misericordiam, in nouam transformetur creaturam, hoc est, ex elephanto uertatur in araneum, ex araneo in aquilam, renouata iuuentute ad aeterna subuolantem. Haec est illa diuina metamorphosis, nouam medians creaturam in Christo, ac ueterem Adam transfigurans in nouum. Sic natura dum ex uili eruca refringit picturatum papilionem, tabefacit ac propemodum occidit uetus animal, ut euolet nouum ac succulentum uolucrum. Sed eiusdem est refringere ac fingere. Solus potest hominem transformare, qui se inuenit illum. Formatus est in uita, ut non efferretur in superbiam, memor originis suae, mox auditurus quid superbis terra & cinis. Sed homo ad haec surdus intumuit lutum contra figulum suum, limus aduersus conditorem suum: perijt prima conditio, rursum opus est manu domini, quae restituat quod collapsum est. Iuxta naturae rationem nihil noui gignitur ex aliquo, nisi prius corrumpatur quod erat. Quicquid autem corrumpitur a contrario corrumpitur. Proinde dolore quum extenuatur anima, fit araneus & ex araneo uertitur in agnum immaculatum, ex agno in aquilam. Pro eo quod nos legimus, animam eius, quidam uertunt, preciosum eius, siue desiderabile eius. Sic & Romani sermonis consuetudo, quod cuique insigniter charum est, animum illius uocat. Meus fac sis animum, quando ego sum tuus, ait amans in comedia. Nihil autem homini charius anima, hoc est uita, quae si periclitetur, nemo dubitat omnium rerum iactura illam redimere. Vitam itaque qua nihil habuit dulcius homo, quum in delicijs agenti amara esset mortis memoria, domini manus adeo reddit amaram, ut pro dolorum magnitudine, mortem optare incipiat, nimirum spoliatus his quae habebat in delicijs, & excussus ab his in quibus acquiescebat. Opulentia uertitur in egestatem, autoritas in contempum, gratia in odium, gloria in ignominiam, uoluptas in cruciatum, forma in deformitatem, salubritas in miseram ualitudinem, animi tranquillitas in anxietatem. Quo uehementius illa delectabantur, hoc acrius discruciant in diuersum uersa. Aegre enim ponitur quod magnopere fuit charum. Omnibus igitur spoliatus homo, quibus sibi beatus uidebatur, contrahitur, exarescit, contabescit, confidens se delusum falsa rerum imagine, a ueris bonis excidisse: atque interim nec illis fruisset, nec haec assequi. Quod dulce fuit ademptum est & euauit, quoniam erat inane: quod praeteritum est, in edito situm est: in medio contabescit homo totusque colliquefcit, ac plane perit, nisi domini succurrat misericordia. Nam tristitia seculi mortem operatur, at qui patienter ferunt manum domini, & secundum deum contristantur, hi contristantur ad salutem. Affligitur & exarescit caro ad tempus, ut spiritus saluus fiat in die domini, qui dies non habet uesperam. Medicorum ars prius exhaurit & inanit corpus aegroti, ut purgatum nouo succo uegeret. Interim quidam artis imperiti clamant, quid facis medice, occidis hominem. Quid huic respondeat medicus peritus ac fidelis: Sinite macrescat nunc, ut alii quanto post pinguescat felicitus. Malis humoribus turgenti non potuit prodesse mea ars. Quod nunc ferre molestum est, paulo post iuuabit pertulisse. Qui secundum hominem contabescunt, alij uertuntur in phrenesim, alij confugiunt ad laqueum, aut uenenum, his perituri. At qui agnoscunt manum domini, patienter exarescunt lacrymis, se iunij, uigilij, metu gehennae, quia sperant successuram sanitatem, & quicquid amissum est, multo cum foenore rediturum. Beato Iob nihil reliquum fecerat Satanus, sed dominus illi restituit omnia duplicata. Et si non restituat quae detracta sunt, sola conscientiae tranquillitas & gaudium spiritus potius est uniuersis huius mundi bonis, dulcius uniuersi seculi delicijs. Tota itaque fiducia sese committat homo manui dei castigantis, pater est, non infligit plagas ultra quam expedit. Sapiens & omnipotens medicus est, non uulnerabit ad mortem: & si profundius impingat ferrum, id facit non ut perimat, sed ut sanet celerius. Et si occidit, occidendo uiuificat. Sic Paulum deiecit furentem, ut exurgeret Paulus praedicator. Prostravit lupum, ut existeret agnus. Feliciter moritur, qui mortificatis cupiditatibus uiuit Christo. Dominus beatos dixit, qui hic lugent, quod hos maneat consolatio, sed perfecta consolatio non contingit in hac uita. Tentatio tentationem, tempestas tempestatem excipit, uelut

unda

unda superuenit unda. Non omnes igitur beati, qui lugent, quum hominis conditio lacrymo sa sit undique ac lugubris. Circumspicite etiam illos qui pro felicibus habentur, nulli deest lugendi materia. Caterum quum luceant omnes, hi soli beati sunt, qui lugent ad poenitentiam, qui lugent ob iustitiam, qui lugent desiderio rerum caelestium. His enim etiam communia conditionis humanae incommoda, cedunt in lucrum pietatis. Haec publica mortalium omnium conditio, leuius reddit afflictionis pondus. Si recuses affligi a corripiente deo, tamen affligeris ut homo. Quod igitur necessitatis est, fac bene ferendo tibi uertas in uirtutis materiam. Posteaquam Idythum huc & huc transiliens ac defiliens, a suis priuatis malis uertit oculos ad communem hominum sortem, dicit. [Verum uane perturbatur omnis homo, siue uanitas est omnis homo] Quisquis nihil aliud est quam homo misere tumultuatur, uarijs rationibus conatur effugere quicquid molestum est, nihil non molitur, ut sibi pariat iucundam ac tranquillam uitam, oblitus sese hic peregrinari in ualle lacrymarum: sed frustra tumultuatur, hic uitare studens, quod hic uitari non potest, hic quaerens, quod hic non inuenitur. Vitat molestiam, sine qua nulla est uitae humanae pars. Captat perfectam tranquillitatem quae negata est homini in hac uita. Cui non infans uideatur, qui natans in mari studeat esse siccus: aut qui piscetur hamo in aere, aucupetur in maris. Ad hanc sententiam acclamat Sela id est semper, quisquis eum subduxit animum quo subijit Idythum. Non acclamat Amen, quia uoti res non est, sed ueritatis inuitabilis. Semper omnis caro foenum, et omnis gloria eius quasi flos foeni: Exarescit uelut nolit caro, sed feliciter exarescit, mox reffloritur per Christi spiritum. Granum frumeti non germinat, nisi prius in terra computruerit. Nec mediocre ad salutem gradum attingit, qui huc profectus ut intelligat, ut sentiat, ut ex animo pronunciet, hominem quantum quantum est, nihil aliud esse quam uanitatem, omnem carnem nihil aliud esse quam foenum, etiam quum floret uiretque maxime. Hoc quisquis non sentit, quoniam non agnoscit suam miseriam, non inelamat misericordiam. Vidit hoc Idythum, eoque clamat: [Exaudi orationem meam domine, & clamorem meum exaudi, ad lacrymas meas ne obsurdescas.] Ter idem dixisse uideatur propheta, precandi uehementiam simul & instantiam hac repetitione nobis commendans. Primum orans audiri cupit. Rursus clamans exaudiri postulat. Exaudimus enim proprie quod est longinquo percutit aures nostras. Maximam autem interuallum est inter hanc terram, quam calcamus, & thronum dei. Et tamen illinc exaudit preces humilium dominus ad se clamantium. Quamquam hic clamor non est uox corporis spiritu uehementi producta, sed igneus affectus animi. Tertio loco meminit lacrymarum. Nam habent & haec uocem suam, etiam in silentio linguae. Alioquin parum apposite dictum uideri poterat, ne obsurdescas ad lacrymas meas. Nam lacrymae cerni possunt oculis, non auribus audiri. Dicere poterat, respice ad lacrymas, sed tropi nouitas admonet nos non absque mysterio dictum, ne obsurdescas ad lacrymas. Apud homines saepenumero qui nullis precibus flexi possunt, tacitis lacrymis emolliuntur ad misericordiam. Ad eam res petax est lacryma, nec ulla uox efficacior, quam fletus singultu uocem intercepti, sed refert quae appellat manantes lacrymae. Ab hominibus nihil est auxilij eoque beatus Iob dicit: uerbosi amici mei, ad deum stilat oculus meus. Agnoscit egestatem suam qui orat, magno desiderio tenetur qui clamat, sed uim facit qui lacrymat. Porro lacrymis & suspirijs suam esse uocem testatur Ecclesiasticus. Non despicies, inquit, dominus preces populi, nec uideat si effundat loquelam gemitus. Nonne lacrymae uideae ad maxillam descendunt, et exclamatio eius super ducentem eas? A maxilla enim descendunt usque ad caelum, & dominus exauditor non despectabit illis. Nihil ergo lacrymis taciturnius, sed ipsae nihil clamorius, nihil infirmius, sed ipsae nihil uiolentius. Primo loco est προσευχη quae uox est orationis. Secundo ἄγγελος, quae supplicis est & egeni. Tertio lacryma. Votum impellit ut oremus, egestas urget ut clamemus, lacryma facit ut extorqueamus. Vbi est uotum, ibi non est simulatio: ubi est clamor, ibi non est cessatio: ubi sunt lacrymae, ibi quodam modo uis admouetur diuinae misericordiae. Clamore improbo uicit Cananaea, & audit, o mulier magna est fides tua, fiat tibi sicut uis. Nihil dixit Magdalena, sed ad huius lacrymas non obsurduit dominus et audit: Dimissa sunt tibi peccata. Sunt qui pro, obsurdescas, legant ne fileas. Diuersis uocibus res eadem declaratur: qui silet ad opploratis lacrymas, uideatur non audire. Agnoscunt gramatici synecdoches spectem, quum aliud ex alio intelligitur, ueluti quum expalluisse dicitur, qui metu correptus est, aut

Tom. 5

K 3 erubuisse

erubuisse, quem pudor cepit. Si non obsurdisti domine ad lacrymas meas, audisti uocem tuam. Quam uocem? Vocem quam audiuit illa beata peccatrix. Remittuntur tibi peccata. Vocem misericordiae. Clamat in corde meo spiritus tuus: Abba pater. Vult exaudiri, sed opere precium est audire quibus titulis sese commendat, ut dignus uideatur quem exaudiat dominus. Quonia, inquit, aduena sum & peregrinus apud te, sicut omnes patres mei. Quid hoc ad commendationem deprecatis? Quin potius commemorat, hostias immolatas, decimas bonorum erogatas in pauperes, euigilatas noctes, chameunias, in edias aliisque nefacta sua. Id si faceret, iam secum ipse pugnaret, quoniam bis in hoc psalmo pronunciarit omnem hominem esse uanitate. Citius flexeris dominum, si commemorares illi miseras tuas, quam si merita. Nec mediocriter ad uirtutem profectus est, si quis uere ex animo dicere possit deo: Aduena sum & peregrinus apud te. Is enim intelligit sese hic non habere manentem ciuitatem, sed futuram inquiri. Obiter autem utitur hoc mundo ueluti non utens. Non hic thesaurizat, sed excusis omnibus impedimentis, per læta ac tristitia festinat ad caelestem illam Hierosolimam. Omnes quidem homines siue agnoscant siue non agnoscant aduenae sunt & peregrini, sed apud dominum non omnes sunt peregrini. Rursus hæc inter se pugnare uidentur, esse apud dominum, & peregrinari à domino. Ac re uera pugnant, nisi duplex esset hominis substantia. Qui corpore contingunt terram, sed cor habet in caelis, hi uere peregrini sunt & aduenae apud deum. Ibi patria est. Eo suspirat uota, sed hic hæret externus homo. Huiusmodi peregrinus erat beatissimus Paulus qui sic scribit Corinthiis. Quae uidentur temporaria sunt: quae non uidentur, aeterna. Scimus enim quod si terrenum nostrum domicilium huius tabernaculi destructum fuerit, aedificium ex deo habemus domicilium non manufactum, aeternum in caelis. Et aliquanto post, itaque bono animo sumus semper, & scimus, quod quoniam domi sumus in corpore, peregrinamur à domino: per fidem enim ambulamus, non per speciem. confidimus autem & probamus magis peregre abesse à corpore, & praesentes adesse apud deum. Peregrinum se fatetur, quod adhuc corpore uerteretur in terris, sed fide ac spe uersabatur apud deum. Ut peregrinus contemnebat temporaria, quae cernebat oculis corporeis, sed festinabat ad aeterna, quae prospiciebat oculis fidei. Haec ratio ne quo quis hic magis est peregrinus, hoc est felicitior. Filij huius seculi, quoniam hic toti habitant, quam discruciantur quoniam emigrandum est à corpore, quas emittunt querimonias. At pius qui per Christianam philosophiam didicit à corpore, quatenus licet, peregrinari, gaudes exiit, nimirum ab exilio in patriam. Quo magis autem exaggeret huius uitae peregrinationem, non satis habuit dicere, aduena sum: sed addidit, peregrinus *περιπατος* est, qui aliunde commigrat uit in alienam domum, *παροικιους*, qui ad alienum populum. Nemini ueniat hic in mentem Platonis somnium de animabus, quae delapsae à caelis hic sortitae sunt alia corpora. Ceterum unde igitur commigrat hic aduenas? E paradiso. Quod demigrat: In uallem lacrymarum. Quo properat? Ad ueram patriam nostram Hierosolimam, ibi conspecturus euidenter, quod hic cernit in imagine. Talium lacrymas exaudit dominus, obsurdescens ad clamorem eorum, qui solatium suum habent in hoc seculo. Addit, [Sicut omnes patres mei. Utique de iustis loquitur, Abraham, Isaac, Iacob, aliisque pietatis elogio commendatis. Diuites erant, potentes erant, sed tamen omnes apud deum erant aduenae & peregrini. Viuebant in tabernaculis, subinde uertebant solum. Dauid extruxit ciuitatem Sion, sed nihil fecit & is peregrinus erat apud deum. Alio qui quid est quod clamat, Heu mihi quia incolatus meus prolongatus est: Non refert ubi sedem habeat corpus, sed ubi habitet animus. Eoque subiungit multum incola fuit anima mea. Beatus hic qui multum est peregrinus. Alius igitur est alio minus aduena, Quo minus est in hac uita quod delectet, quo uehemētius suspirat animus ad illam beatam requiem, pertesus huius uitae labores, hoc magis est aduena homo apud deum. Expectat igitur finem huius erummosae peregrinationis, ac tantum non desatatus tor malis undique uallantibus sibi que succedentibus, petit aliquam tentationis relaxationem, ne deficiat humana infirmitas. [Remitte, inquit, mihi ut refrigerer, priusquam abeam & amplius non ero.] In hac peregrinatione non audet postulare requiem à laboribus. Militandum est usque ad extremum uitae diem, tantum orat aliquid laxamenti quo respiret, ut alacrior redeat ad certamen. Nec enim deus semper urit aut secat, admiscet in medijs afflictionibus arcana spiritus solatia. Non enim petit relaxationem à principibus, ab amicis, aut cognatis, sed à deo, ut ab eodem ueniat recreatio spiritus, unde uenit afflictio

carnis

carnis. Quidam uiri pietatis studiosi, hoc nomine sibi displicuerunt, quod post diuitinos labores, ieiunia, uigilias, elemosynas, deprecationes, meditationes, non sentirent illam arcuam mentis alacritatem qua deus intus aspirans solet amicis suis interdum dare gustum aeternae felicitatis. Quod de Ioanne Gersonensi commemorant, nec de illo tantum referri scio. Sunt & aliorum super hac re querelae. Quonia autem illud spiritus gaudium, non tantum est solatium afflictionum, uerum etiam testimonium nos esse filios dei, homines pijs quoniam sibi metuunt, ne deum non habeant fati propitium, orant ut hoc afflatu recreentur, priusquam exeat à uita, uidelicet quo securius hinc emigrent confirmati testimonio spiritus. Hoc spirituale solatium, deus alijs in hac uita impartit crebrius, alijs rarius: rursus alijs maturius, alijs serius, quibusdam in ipsa denique morte. Nouit ille pro sua inscrutabili sapientia quid cuique expediat. Nec est quod ideo quisquam cesset à benefactis, aut patientiam abiciat, si non statim contingit hoc spiritus gaudium. Amat deus interdum sibi uelut extorqueri gratiam, interdum ultro largitur afflatum. Permittamus nos illius arbitrio in omnibus, pro laetis pariter ac tristibus illi gratias agentes. Nec hanc refocillationem tacuit Paulus, quom ait: Porro qui parauit nos in hoc ipsum, deus est qui idem dedit nobis arrabonem spiritus. Hoc nimirum est huius erummosae peregrinationis solatium. Nec absurdum sit hunc sensum accipere: Relaxa manum tuam, à cuius impetu deficio: da paulisper à labore certaminis requiescere, ut quædam modum haec uenit agnouit iustitiam punientis, ita experiar misericordiam consolantis. Vita breuis est, mors imminet, res omnium tristitum tristissima: ut igitur ad extremum illum conflictum, multo omnium grauissimum ueniam uegetior, sine me nunc paulisper à malis respirare. Aut si uis afflictionem esse perpetuam in hac uita, intus aspira solatium, quo leniatur malorum acerbitas, hoc petit, priusquam abeat & amplius non sit, hoc est, emigret nunc in hanc uitam rediturus. Hic ubi certaminis locus est, quam diu uiuimus, ut est periculum ne uincamur, ita spes est uictoriae. Post hanc uitam, nec ceromati locus est, nec brabei spes, nisi hic parata fuerit. Certantibus autem robur addit, certaminis intermissio. Vbi respirarint, ueluti redintegratis uiribus alacriores redeunt ad conflictum. Interdum uox imperatoris excitat uim militis, aliquoties donatio reddit alacriorem. Nonnunquam theatri applausus & acclamatio confirmat pancratis. Sic & imperator noster, aut depulsa tepestate malorum, respirandi spatium concedit militi suo, aut arcano afflatu addit robur & alacritatem spiritus, ut licet afflictio superet humanas uires, tamen infraacto perferat animo. Alio qui quis martyrum defecturus non erat in illis immanibus tyrannorum cruciatibus, quos tantum audientes commemorare inhorrescimus, nisi spiritus donatum illos intus confirmasset. Pro eo quod legimus remitte mihi, siue ut Hieronymus, parce mihi, quidam uerterunt declina à me, Verba dissonant, sensus concordia est. Premebatur Idythem robusta manu domini, & periclitabatur ne succumberet humana fragilitas, tetatio nis ponderi sustinendo impar. Sentit sibi luctam esse non cum hominibus, sed cum deo, cuius permisso possunt improbi quicquid possunt. Quod si deus urgeat hominem pro meritis, nequaquam poterit subsistere. Declinat itaque cum urgere desinit. In scripturis autem interdum rogatur deus ut discedat, interdum ut adsit. Qui sibi male conscius timet iudicem, cum Petro dicit: Domine recede à me, quoniam peccator homo sum, Qui sperant misericordiam clamant: Excita potentiam tuam & ueni. Ostende faciem tuam & salui erimus. Oramus ut discedat iustus iudex, & ueniat misericors & miserator: ut abeat castigator, & ueniat seruator. Non tamen dicit discede, sed declina. Declinat qui dat locum, qui concedit & obsecrat nec utitur suo iure. Sic interdum & homines pijs rogant deum, ut auertat faciem, interdum ut aspiciat. Auerte faciem tuam à peccatis meis. Oculis diuinae iustitiae nulli quamuis sancto tolerabilis est, sed oculus misericordiae super iustos, hoc ipso iustos quod suam agnoscent in iustitiam. Et Psal. Ante faciem frigiditatis eius quis sustinebit? Idem alicubi clamat: Quarite faciem domini semper. Habet ergo dominus geminam faciem, ac geminos oculos, iustitiae quibus terret, & clementiae quibus opitulatur ac recreat. Proinde quoniam clamat Idythem, declina à me, à iustitia conditoris appellat illius misericordiam, à uindicante provocat ad seruatore, ut illum habeat propitium priusquam animus emigret à corpore, priusquam abeam & amplius non ero, hoc est, non amplius futurus. Coniunctim enim legendum est: nam hæc particula designat migrationem ex hoc mundo, à qua non est remigratio. Absit ut existimemus Idythem sentire cum quibusdam philosophis aut cum Sadduceis,

Psal. 174.

K 4 qui

Thren. 5

qui putarunt à morte nihil hominis superesse præter cadaver: sed Iudaico tropo mortem naturalem significauit, quod genus est illud: Rachel plorans filios suos, & noluit consolari, quia non sunt. Extinctos dicit non esse, non quod perissent animæ, sed quod nobis non extarent. Similiter Hieremias, Patres nostri transierunt, & non sunt. Rursum Psalmo 36, Adhuc pusillum & non erit peccator. Solent autem Iudæi magno luctu prosequi mortuos suos, quod ante seruatoris aduentum, animæ piorum nondum euolabant in cælum, sed apud inferos detinebantur, eoque sæpenumero plorant morituri. Sic Ezechias: Ego dixi in medio dierum meorum uadam ad portas inferi. Et Iob 10. Antequam uadam & non reuertar ad terram tenebrosam & opertam mortis caligine. Quod hic dicit non ero, illic dicitur, & non reuertar. At post deuictum à Christo regnum inferorum, non iam plorant homines pii quum mors imminet, sed cupiunt dissolui & esse cum Christo, ac suauiter obdormiscunt, certa spe resurrectionis: quam Iudæorum multi non credebant, & qui credebant frigidius credebant quam nos, qui audiuius Christum expresse promittentem corporum resurrectionem, qui uidiuimus illum uere mortuum uereque in eodem corpore quod mortuum fuerat in sepulchro reuixisse. Quanta cum alacritate beatus Andreas accessit ad crucem: & Paulo mori lucrum est, quod mors recta transmittat ad Christum. Similem spiritus alacritatem cognouimus martyribus in horrendis corporum cruciatibus non de fuisse. Sed habet hic psalmus quiddam adhuc Iudaicum, neque nobis ob oculos ponit exemplum Euangelicæ perfectionis, sed hominis adhuc cum carne luctantis, eoque paulatim per afflictiones proficientis, ut diffusus humanis præsidijs, ad dominum conuertat oculos, à quo sese iam intelligit ob peccata iuste meritoque castigari: nec ab alio petit, ut à doloribus liberetur, quæ à quo scit immisso. Implorat autem domini misericordiam, ut qui seuitus, propitius factus mitiget afflictionem, idque antequam ueniat supremus uitæ dies: ut deo reconciliatus tutius ac securius hinc demigret. An impetrarit Idythum quod petit præfens psalmus non indicat, sed astuantem & opplorantem reliquit. Caterum psalmus qui sequitur declarat deum non obsurduisse ad lachrymas orantis, eoque illic dicit, [Dedit in os meum canticum nouum, carmen deo nostro.] Et hic psalmus, canticum habet uetus, canticum poenitentis; proximus, canticum gratiarum actionis, quod deo canitur, non hominibus. Illud canitur in Synagoga, hoc in ecclesia. Lex enim minitabatur poenã transgressoribus, Euangelium pollicetur gratiã credentibus. Proinde charissimi si qui sunt inter nos qui nondum profecerunt ad Euangelicam alacritatem, saltem cum hoc Idythum proficiant primum ut intelligant calamitates nec ab astris, nec ab hominibus, nec à fortuna, nec à fatana nobis immitti, sed à deo sceleribus hominum offenso, qui flagellat, non ut perimat sed ut emendet. Hoc reputantes, ne qui molantur uindictam, ne conuicia conuictis regerant, ne iniuriam iniuria retaliant, nec deo flagellanti obmurmurent, sed dolorem intus estuantem taciti ac patienter ferant. sic apud se cogitantes: iustus est dominus, grauiora commerui. Ad hæc, considerata huius uitæ miseria simul & breuitate prorsus abducant animum ab amore rerum inaniũ & umbrarum ritu euanescentium, ad æterna bona quæ pijs promissa sunt in uita futura. Tum aduigilent, ut à sceleribus ob quæ dominus immittit exter nos cruciatus repurgentur ante mortem corporis, scientes post hanc uitam nihil expectandum nisi iudicium. Huc si profecerint & instanter cum lacrymis clamauerint ad dominum, futurum est ut à malis recreati, post canticum poenitentis, cantent canticum uictoriae, dicantque: Expectans expectaui dominum & intendit mihi. Fortassis ueniet alicui talis cogitatio in mentem. Si credimus esse manum domini castigantis quoties affligimur, quin taciti ferimus eam: Scit ille quantum nobis expedit ad emendationem. Concessum est hoc imbecillitati nostræ, ut ea quæ molesta naturæ sunt inculpatis rationibus à nobis depellamus, aut si minus hoc licet, à domino liberationem precemur. Sic puer, quamuis non rit se à patre beneuolo cædi ad emendationem, clamat tamen inter plagas, ac dolorum finem optat. Vult autem dominus rogari, ut citius misereatur, & ut copiosius penset tentationis acerbitatem, modo precibus addatur hæc clausula, ueruntamen non sicut ego uolo sed sicut tu. Non fuit Paulo fraudi, quod ter appellarit dominum, radio fatanæ flagellantis: sed laudi fuit, quod æquis animis audiuit, sufficit tibi gratia mea. Scio me in huius psalmi enarratione multis in locis recessisse à ueterum uestigijs, qui & ipsi inter se discrepant, ut uix in alio psalmo magis: & interdum affectatius quædam uidentur interpretari, quod

prisci doctores Origenis exemplo crebro sibi permittunt in explicandis allegorijis: in quibusdam lapsi uidentur, ut delicti decepti, uel mendo codicis, uel culpa translatoris: uelut ita eo quod habetur, [& numerum dierum meorum quis est,] quidam ingeniose philosophantur de diebus illis qui numerum non habent, quasi parum conueniat, ut Idythum cupiat scire modum huius uitæ, sed ad æternam aspiret uitam. Beatus autem Augustinus, ut ante attingimus, argute quidē & pie *πρωτι* in eo quod legit qui est, quod hic nihil uere sit, sed ille solus uere sit, qui dixit, ego sum qui sum, quum nec Hebræa ueritas nec Græca translatio patiat, ut hæc uox, qui, sumatur relatiue. Atque ad eundem sensum applicant quod sequitur, ut sciam quid desit mihi, quasi hic sermo sit desiderantis immortalitatem. Neque falsum est tamen quod adferunt, uerum id prophetae uerbis non exprimitur sed colligit. Consequens enim est, ut uir iustus pertæsus huius uitæ miseras, aspiret ad æternam requiem. Sic & finem interpretantur Christum, qui est finis legis, imo totius ecclesiæ principium & finis, hoc est, exordium & consummatio. Iam quoniam *πρωτις* quidam per errorem ueterunt ueteres, pro eo quod Hieronymus reddidit breues, sensum tenens à uoce recedens, quicquid huius occasione uerbi differunt, non potest esse accommodum ad germanum huius loci sensum. Nec multo magis quadrat, quod alij palæstas interpretati sunt luctatores: quanquam enim Græca uox affinitatem habet cum lucta, tamen Hebræica reclamationem ueritas. Et palmum minorem dici palæstam in confesso est, an palæstæ dicantur palæstriæ nescio. Certe nondum reperi. Rursus quod ait propheta in imagine pertranlit, detorqueat ad Christum qui est imago patris, & ad hominem, qui factus est ad imaginem dei. Sed quid hoc ad exaggeradam humanarum actionum uanitatem? Similiter quoniam tu fecisti, amoue à me plagas: Augustinus legit, quonia tu fecisti me: quum me pronome nec sit apud Hebræos, nec apud Græcos. Nec est *επισης*, id est, finxisti, sed *επισης* fecisti, ut ad plagas referatur aptius quæ ad hominem. Denique quod est in extremo uersiculo: Remitte mihi ut refrigeret, prorsusquam abeam, interpretantur de remissione peccatorum, nec id sane perperam, si rursus huc adhibeas synecdochen. Nam afflictionis relaxatio, significatam remissa peccata, ob quæ castigabatur. Sed *επισης* qui dicit, non eo uerbo petit remissionem peccatorum, sed afflictionis relaxationem: in precatione dominica habetur *επισης* non *επισης*. Mox super hac clausula, [Et amplius non ero, uarie diuinant, non ero amplius peregrinus, non ero obnoxius uanitati: non ero in statu merendi, non ero, id est peribo cum impijs. Nam hi sunt & non sunt, sicuti uiuunt & non uiuunt. Huiusmodi multa sunt per hunc psalmum differuerunt homines pii iuxta ac docti, quos ut non est animus reprehendere, ita malui id sequi quod uisum est simplicius, & ad totius psalmi tenorem ac feriem accommodatius. Equidem non ignoro, aliquid libertatis concessum traçantibus allegorias, & habent delectationem ac pietatem suam, etiam falsæ, modo scite traçantur: Cæterum synceri doctoris arbitror esse, nusquam scientem à germano scripturæ sensu discedere, qui si dubius est, præstat ab asseuerando temperare: nec omnia tamen attingere, quæ dicit per occasionem possunt, sed ea duntaxat, quæ ad alios scripturæ locos collata, & ad totius argumenti perpetuum sensum accommodata, uidentur uero proxima. Quod si cui dominus aliquid melius inspirarit, prior taceat, & gratias agat spiritui sancto. Simul illud omnes iunctis precibus flagitemus à summo chorago nostro Iesu Christo, ut quibus erudiendi populum munus delegatum est, nihil aliud præcinent gregi dominico quam prophetias, hoc est doctrinam non terrenam sed cœlestem, et ad horum melodiam saltet chorus, correptus & ipse spiritu prophetico. Porro saltare prophetice, est cum alacritate mentis obtemperare præceptis dei, cui laus & honor in omne æuũ, Amen.

ENARRATIONIS IN PSALMVM XXXVIII PER
Des. Erasmus Roterodamum, Finis.



Vantopere te pigeat horum semper in peius gliscētium disidiorum, quam
toq; peccatoris ardore suspires pijs omnibus oprabilem, ecclesiae concordiam
Iuli vir ornatissime, satis arguunt tot tuae ad me epistolae, semper eandem oc-
cidentes cantilenam, magnaq; instantia efflagitantes ut huius tēpestatis me
sedatorem praebeam: quod tu quum nihil uerecundius facias, quam si iube-
as pygmaeum Atlantis uice sustinere coelum, tamen a me nullam admittis excusationem.
Erras tu quidem mi Iuli uehementer ignorantia mei, uerum hic error quo maior est, hoc
magis declarat insignem tuam pietatem erga dei domū, in qua tu non infimum tenes lo-
cum, tenesq; ob eximias uirtutes tuas meritissimo: quibus hoc decentius ornaris, quod
hinc nullum omnino tollis supercilium, sed agnoscis domini munificētiam, quales uiros
si multos haberet Respub. Christiana, aut hi tumultus nō extitissent, aut iam pridē essent
conspiti. Ipse uero sic inter factum, ut aiunt, & saxum constrictus, ut quod flagitas nec
recusare per te liceat, nec ex me praestare ualeam, medium quiddā reperi, quo te posthac
utar aliquanto placatiore. Tractaui Psalmum 83, in quo diuinus ille spiritus mire nobis
commendat ecclesiae cōcordiam. Non parū iuuat hortator in hoc sane negotiorum gene-
re, in quo bona pars facti est, propensa uoluntas cui nunquam deesse solet benigni numi
nis praesidium. Quod si Christus & illud largiri dignetur, ut ecclesiastice pacis amor, quo
tu tam insigniter flagras, omnium animos corripiat, breui futurum est, ut nec tu flagitan-
do, nec ego recusando sumam inanem operā, sed uterq; alteri gratulemur. Verum a Psal-
mo non te remorabor diutius, Datum Friburgi pridie calen. Augusti M. D. XXXIII.

DES. ERASMI ROT. DE AMABI-

LI ECCLESIAE CONCORDIA LIBER.

Enarratio Psalmi LXXXIII.



Psalmum octogesimalimum tertium ob id selegimus enarrandum, quod
in eo spiritus sanctus, multis argumentis magnaq; tum euidentia tum
uehementia, nobis speciosam illam ac beatam ecclesiae concordiam
commendat: qui sermo quum omni tempore salutaris est atq; utilis,
tum uero hoc seculo sectarum feracissimo uidetur ita necessarius, ut
non alio magis. Quisquis igitur diligit pacem illam, quae iuxta bea-
tum Paulum exuperat omnem sensum, quaeq; sola custodit & ab o-
mnibus malis tuet corda & corpora nostra in pacificatore Iesu Chri-
sto domino nostro, ad hanc auditionem aures animosq; attentos adferat. Titulus nonni-
hil habet scrupulorum, sed his quāta poterimus breuitate discussis ad pulcherrimi simul
& amoenissimi spectaculi contemplationem alacriores ingrediemur. Titulus igitur in
codicibus nonnihil uariat, siue id accidit scribarum studio, siue sermonis Hebraici ambi-
guitas hanc nobis peperit uarietatem. Septuaginta sic reddidere: In finē pro torcularibus
filijs Core Psalmus. Hieronymus hoc pacto: Vincēti pro torcularibus filiorū Core Psal-
mus. Quum audis in finem, intellige psalmum tractare de Christo, qui finis, hoc est, per-
fectio legis est omni credenti. Nulla est enim uera perfectioq; iustitia, nisi per fiduciam in
ceram erga illum, qui solus fide purificat corda mortalium. Quum audis Vincenti, siue
Pro uictoria, protinus in mētem tibi ueniat illud Paulinum: Neminem assequi beatam il-
lam coronam gloriae nunquam marcescentis, nisi qui legitime certauerit. Quidam ex He-
braei sermonis peritia submonuit pro Vincenti, potuisse uerti, Effundenti sanguinem, ut
non leuem & incruentam pugnam, sed acre praesidium, & ut Graeci dicunt ἀποδοῦναι πόνον
intelligas. Quū enim qui huic militant mundo toties sua corpora telis hostium obij-
ciant, suamq; uitam ambigui Martis alee committant, ut supplicationem, ouationem, aut
etiam triumphum assequantur, eumq; ridiculum uerius ac ludicrum quam speciosum,
quem

destinauit semel. Regis Ferdinādi bonitas & animus planè philosophicus, qualē in prin-
cipe requirit Plato, non meretur contemptum, sed abundantiore reuerentiam, ac religio-
siorē obedientiam. Nunquam habuere felicem exitum ausus Cyclopici & inconsulta
temeritas: Sed ut uerissime dixit ille uates acutiss. Vis consilij expers mole ruit sua. Vim
temperatam dii quoque prouehunt In maius. Ergo si moderatis consilijs, affectibusq; se-
datis incubuerimus ad faciendam ecclesiae concordiam, fiet quod uaticinatur Esaias. Et
sedebit populus meus in pulchritudine pacis, & in tabernaculis fiducia, & in requie opu-
lenta: iamq; simul omnes uno ore nobis inuicem gratulantes dicemus: Quam amabilia ta-
bernacula tua domine uirtutum.

PSALMI LXXXIII ENARRATIONIS PER DES.
Erasmum Roterodamum, Finis

R. IN CHRISTO PATRI AC D. D. IOANNI LONGLON/
do Episcopo Linconienti in Anglia Des. Erasmus
Roterodamus S. D.



Etus ac uera sententia est suspiciende praesul: Rogando cogit, qui rogat po-
tentior: sed longe magis rogando cogit, qui rogat benemeritus. Potentiori
non gerere morem, parum est tatum, sed benemerito non obsequi turpissi-
mum est. Longe detestabilius est ingratitude, quam imprudentia uitium.
Porro quoties rogat, cuius est imperare, is hoc ipso magis imperat, quia
non imperat, sed rogat. Si quidem imperanti negare, contumacis est, roganti, inhumanti-
tatis. Iam qui quum possit pro sua autoritate praecipere, pro meritis reposcere, uerecunde
etiā rogat, & quodammodo rogādo non rogat, is nimirum multo uolentissime rogat, ut
frequenter impetret pudor, quod nulla impetrasset flagitatio. Tot igitur machinis quū me
pulsaris reuerende pater, autoritate, meritis, uerecunda petitione, hoc minus libuit excu-
sare, quod ipse quasi suggereris excusationem. Mihi uero nec una, nec simplex erat excu-
sandi materia, eaq; fortasse iustior, q̄ tu quoq; uelles, sed tanto Praesuli, sic merito, sic pe-
tenti, negare non potui. En habes Psalmum, ut cunq; tractatum, tamen obsequij citra o-
mnem exceptionem deuoti testimonium. Animum probes oportet, si minus probas in-
genium. Nec conatum potes aspernari, si parum respondet euentus. Non te remorabor a
Psalmō diutius, Bene uale. Datum Basilea: mense Aug. Anno 1528.

IN PSALMVM LXXXV EXPOSI-
TIO CONCIONALIS PER DES. ERAS-
mum Roterodamum.



Philosophus quidam rogatus quid esset dulcissimum, respondit, ac Exordium
cipere. Applausit huic dicto sensus communis mortalium. Sitis igitur
alacribus animis fratres, coelestis philosophie studiosi, ac spiritua-
lium opum auidi, adfero quod gratis accipiat, & quidem hoc maio-
re fructu uestro, quo accipietis auidius. Dei munus est, quod adfero,
ipse nihil aliud q̄ porrector alieni muneris. Vtriq; nimirum & auto-
ri & porrectori, gratiam optatam retuleritis, si quod defertur, sitienti-
bus animis receperitis. Si quis uobis dono offerat byssum, gemmas,
aurumq; ut repente serenatur frons, hilarescunt animi, quanta cum alacritate porrigitis
purgatas manus: Si quis offerat cibum praelautum, patinis purgatissimis excipitis. Ecce
defero, quod omnibus gemmis, bysso & auro preciosius est, quod omnibus placētis sua-
uius est, atq; etiam salubrius. Inuiriā facitis muneris, imò potius uobis ipsis, si quod gra-
tis offertur, somnoletis, segnes ac tristes excipitis. Hilarem datorem diligit deus, rectissime
dictum est ab Hebraeo sapiente, sed aequè diligit hilarem acceptorem. Qui tristis dat, dete-
rit partem gratiae beneficio suo, qui tristis accipit, ingratus est & priusq; accipiat. Hilari-
ter accepisse magna pars est relatæ gratiae apud homines, apud deum pro in solidū relata
N 3 gratia

gratia deputatur. At ne diu uos teneā ænigmate suspensos, adfero Psalmum octogessimum quintum, cuius initium: Inclina deus aurem tuā. Arrigite illi aures uestras, ut ille uicissim inclinet aurem suā uobis. Si quidem et illud de illius munere uenit, ut quod offert alacriter accipiamus, fideliter teneamus, cum fructu exerceamus. Quare agite fratres in domino charissimi, purgate cordis aures, expandite sinus animorū, porrigite manus affectuum auidas, ut hic Psalmus fiat in uobis fons aquæ salientis in uitam æternam.

Titulus psal-
mi

Quamquam Psalmi titulus cōmunis est omnium, totumq; hoc opus Psalterium appellatur, tamen quidam peculiaribus titulis distinguuntur, dum alijs præscribitur, canticum, alijs canticū psalmi, alijs psalmus cantici, alijs intellectus, alijs aliud: nec est otiosa titulum uarietas, indicat pie curiosi argumenti, quod in psalmo tractatur, uim ac rationem, ad quam oportet eum, qui psalmi adytum ingreditur, mentem ac spiritum religiosa diligentia componere. Quem nūc adfero cum paucis alijs titulum habet *προσευχη τῷ Δαβιδ*, oratio Dauid. Nihil humile, nihil terrenum loquuntur psalmi, aut homines canunt cum angelis gloriam deo, quam ueteres *δοξολογία* appellabant: aut pro beneficijs agunt gratias diuinæ benignitatis, aut aliquid postulant à deo, aut deus loquitur hominibus, & utiq; loquitur se digna, uel deterrens à malis, uel inuitans ad bona, uel cōsolans, uel docens non humanam sapientiam, sed cœlestem philosophiam. Impudenter itaq; huc irumpunt animi prophani, somniculosi crapula, graues curis humilibus. Nec tamē hæc ita sunt in psalmis, ut singula tantum sint in singulis. Quin potius ut natura coherent, ita in psalmis permixta sunt. Qui laudibus uehit potentem, etiam si nihil petat uerbis, re promeretur accipere. Quoniam autem deus non sibi tantum, sed nobis magnus est, sapiens ac benignus, illum laudare, est gratias agere. Porro qui gratias agit diuini, quid aliud quam grate commemorandis acceptis, inuitat ad plura largiendum? Itaque uidebimus in hoc ipso *δοξολογία, ευχαριστία, & προσευχη*. Non torquebo charitatem uestram superstitione uocū, *ευχη* uotum est animo conceptum, *προσευχη* uotum est apud deum effusum, quasi dicas, precationem & appreciationem. Precatur qui simpliciter optat, non laborans unde cōtingat, at qui *προσευχηται*, nouit unde petere debeat quod optat. Qui salutem petit, non petit à demoniis, non ab incantamentis, non à seipso, deniq; non à Mose, aut Helia, sed ab unico salutis autore deo. Iam fortasse non cuiuslibet precationis eadem est ratio. Est oratio Moysi, est oratio pauperis ignoti hominis, sed eximium quiddam habet precatio Dauid, regis & prophetae, qui tot figuris representauit personam domini Iesu Christi. Proinde quum omnis precatio requirat animum uehementer ab omni fece terrenarum cupiditatum purgatum, quippe penetrans ad ipsum thronum diuinæ maiestatis, & in illius conspectu loquens, cuius sublimitatem tremunt Cherubicæ Seraphicæq; mētes, eximium quiddam ac diuinius habet precatio Dauid. Nihil humile petit rex, nihil non deo dignum orat uir secundum cor dei. Atq; ut hoc magis credatis, hic Dauid est unicus ille manu fortis, qui deuictio satana construxit nobis ac muniuit arcem Sion, Ecclesiam, qui solus undiquaq; placuit cordi dei, obediens usq; ad mortem, & in cuius ore non est inuentus dolus, agnus expers omnis macula. Hoc elogium non competit in Dauid Solomonis patrem. Puris igitur atq; attentis auribus audiamus filij Sion, quid oret rex noster, sacerdos noster, & caput nostrum. Nobis enim orat quicquid orat. Et si uolumus in nobis et pro nobis orat ille, ac nos uicissim in illo, & per illum. Caput enim & membra corporis unum sunt. Ita dominus Iesus Ecclesiæ totius caput, & Ecclesia iuxta mysticam conglutinationem, totus & unus Christus est. Dicam crassius quiddam ob simpliciores: quum estis in templis, auditis sacerdotem hortantem ad precandum, quum dicit oremus, & præbetis aures, alioqui quomodo ad illius precationem responderetis Amen, si nesciretis quid orasset? Solus ille dicat preces, sed per unum totius ecclesiæ uox sonat, & si uox unius est, uotum tamen est omnium cōmune. Nec enim quorumlibet est, orare sicut oportet. Donum est dei, quemadmodum & prophetia. Sed fieri potest, ut homo sacerdos si de corde suo precetur, non iuxta præscriptum ecclesiæ, perperam oret, quemadmodum Paulus interpellans deum, ut à stimulo carnis liberaretur, audiuit, sufficit tibi gratia mea. Nam ipsi neque quid orandum sit, neq; quomodo orandum sit, scimus, nisi spiritus Christi suggerat hoc quoq; qui iuxta beatū Paulum, pro nobis & in nobis interpellat gemitibus inenarrabilibus. Qui postulat à deo exitium inimicorū suorū, quibus iubemur et benefacere, quid orent

Rom. 8

orent nesciunt, & cum apostolis perperam orantibus audient, nescitis cuius spiritus sitis. Nam humana cupiditas homini persuadet hoc esse deo gratum, quicquid impensius orat. Itaq; quum orent humano spiritu, precari se credunt diuino spiritu. Rursum qui flagrant opes ac uires corporis, ut suauiter, ut cum dignitate uiuant in hoc mundo, nesciunt quomodo sit orandum. Rursum qui salutem animi & corporis petunt à diuo Christo, phoro aut Barbara, nesciunt quomodo oporteat orare. Postulant enim ab hominibus, quod solus deus potest largiri, & unde illi ipsi gratis acceperunt, quod ab ijs petitur. Sed in his si absit affectus impius, diuinus ille spiritus ignoscens hominum simplicitati, corrigat precationis errorem, id largiens non quod postulatum est, sed quod cōducit postulanti. Ergo si homini sacerdoti altaribus astanti, & ad orandum inuitanti, quum sonat, oremus, præbemus aures animosq;: quanto religiosius attendere debemus, quas preces concipiat episcopus animarum nostrarum, sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech dominus Iesus Christus, iam accinctus ad sacrosanctam aram crucis, atq; hostiam deo gratissimam, seipsum immolaturus pro salute generis humani: Puris ac pijs animis, religiosus cordibus audiamus Christi milites, quid oret rex & imperator noster, cū hoste nostro pro nobis conflicturus. Auditur ille quidem pro sui reuerentia, sed tamen potest quisq; nostrum hoc efficere sua negligentia, ut ipsi quidem sit inefficax & irrita precatio tanti regis, tam sancti antistitis. Vt igitur pro sit sacerdotis nostri precatio, simus in Ecclesia, extra quam nulla est salus, simus inter nos concordes, ut quum episcopus noster dixerit, pax uobis, hæreat pax illius in cordibus nostris, simus uiua membra Christi, simus unum cum Christo, ut pariter oremus in illo, ille uicissim in nobis & pro nobis, tamq; sacrosanctæ uictricis participes semper uiuamus in illo, & regnemus cum illo, qui solus immortalitatis est autor, solus regnum habet, cuius non erit finis. Proinde quum auditis psalmi titulum, precatio Dauid, existimate dominum Iesum sacerdotem uere summum, dicere suis omnibus, oremus, formamq; præscribi, quid quemadmodum nos quoq; orare oporteat. Potest enim quisq; nostrum esse Dauid, & esse Christus iuxta modum quendam suum. Vnus est quem unxit deus præ participibus suis, sed hinc colligitur illum esse summum non solum. Alioqui qui solus, quum habeat participes: Ne cuiusquam aures horreat me Christi nomen tribuere homini, quod scriptura tribuit sanctis, Nolite, inquit, tangere Christos meos. Vt igitur ille unicus filius est, multos tamen habens fratres, quos adduxit patri: ita unice unctus est, gaudens habere multos participes eiusdem per ipsum unctionis. Ergo Christi simus, ut oremus cum Christo, ne quid perperam oremus. Habet ille plenitudinem spiritus, & solus nouit, quid quo pacto sit orandum. In ethnicorum mysterijs antistes iubet exire prophanos, ipse prophanus sumus. Non idem clamat antistes noster, quin potius inuitat prophanos, ut accedentes ad hoc mysterium desinant esse prophani. Si prophanus es, prophanus est autem qui seruit satanae, exit à te ipso, & intrasti in Ecclesiam, exue te ipsum, & Christum induisti. Qui Christum induit, prophanus esse desit, alleclus in sortem sanctorū dei. Sancti igitur sanctum & sanctificatorem omnium audiamus, orantem, ut ex animo dicamus Amen.

Neq; uero cuiquam nostrum sit illud offendiculo, quod orat dominus, quum orare uideatur egentis & inferioris. Quid miraris pro te orantem, qui pro te factus est infans, qui pro te uagijr in cunis, qui pro te mori dignatus est? Orat secundum hominem assumptum, quo similis factus est nobis: idem quod orat largitur, iuxta diuinam naturam, qua æqualis est patri. Ne quenquam offendat humilitas, sed omnes inflammet admiranda charitas. Iuxta naturam nostram nihil habebat dominus Iesus, quod non acceperat à patre, iuxta naturam diuinam, nihil est cuiquam boni, quod ab illo non acceperit. Adora sublimitatem, & imitare humilitatem. Frequenter in Euangelicis literis legimus orasse dominum, legimus egisse gratias, ob id etiam, ut nobis formam exprimeret. Quod si qua reperitur in precibus Christi, quæ non uidentur illius dignitati congruere, etiam iuxta naturam assumptam, cogitemus caput & corpus idem esse. Quid mirū si recipit in se uoces nostras, quum receperit in se peccata nostra: nō quod his inquinatus sit, sed quod pro his pœnas dependerit. Orabat in cruce peragens adorandum illud & unicum sacrificium, Longe à salute mea uerba delictorum meorum. Vnde tibi peccata domine Iesu, qui solus agnus eras sine macula: Quæ crimina sua debāt animæ tuæ sanctissimæ salutis desperationem?

N 4 Nihil

Nihil horum proprie competit in Christum. Nostram illic agebat personam, nostris peccatis oneratus erat, pro quibus abolendis preciosum sanguinem suum fudit. Itaque nostrae uoces sunt quas loquitur, quum de peccatis loquitur, qui peccatum ipse non fecit, nec est inuentus dolus in ore eius. Nihil mirum, si tunc loquebatur uoce membrorum suorum, quum post ascensum in caelum adhuc persecutionem patiatur in membris suis, reclar mans Paulo, Saule Saule quid me persequeris: refocillatur in membris suis, sibi patiens imputari, quicquid uni cuiuslibet ex minimis ipsius membris fuerit impensum. Quum ad huc mortalis ageret in terris, similitudinem quidem habebat carnis peccati, peccatoris sustinens personam, dum capitur, dum accusatur, dum uincitur, dum flagellatur, dum caeditur, dum damnatur, dum in crucem tollitur, immunis ab omni contagione peccati. Caeterum ex peccato profectas poenas, non grauatus est nobiscum habere communes, dum esurit, dum lassatur, dum perfert graues corporis cruciatus, dum angitur animo, dum moritur. Agnoscetes in eo communem naturam fragilitatem, adoremus illius bonitatem, qui uolens eam amore nostri suscepit: audientes uerba peccatoris, intelligamus nostram in illo personam loqui, & gratias agamus tam benigno medico, qui suo dolore nostris morbis remedium attulit. Sed audiamus orantem, non modo iungentes uota nostra cum uotis illius, sed & obseruantes orandi formam, ac reputantes quis oret, quem oret, quid oret, quomodo oret. Quis sit qui orat iam ostendimus charitati uestrae, non ignari, quod qui literis hebraeorum affatim tribuunt, uolunt huius Psalmi argumentum esse Saulis persecutionem, à cuius manibus quum ope diuina iam semel atque iterum esset liberatus, orat ut à periculis ac mœroribus prouehatur ad leticiam & regnum. Hinc illud esse, Da imperium tuum puero. Hæc ut recte coniecerent hebraeorum Rabini, nihil officium interpretationi nostrae: sensus enim Historicus ueluti substratum fundamentum, non excludit, sed sustinet sensum mysticum. Non itaque certabimus cum hebraeorum diuinationibus, sed ecclesiasticorum doctorum autoritate sequuti, adferemus pro incertis certa, pro partim frugiferis salutifera. Iesus Christus Dauid noster, rex noster, & antistes noster orat hoc psalmo. Quæ autem orat? Num Abraham? Maior est Abraham, qui optabat uidere diem eius, uidit & gauisus est. Num Heliam? Prophetarum dominus est, & prophetarum omnium redemptor. Num Moyses? Ille seruus est, hic filius. Num angelum quenquam? Condidit angelos, & iuxta dignitatem animæ maior angelis. Quem igitur orat? Quem nisi illum, quo nihil est maius Adonay, patrem luminum à quo bonum omne promanat omnibus, à quo Christus etiam iuxta superiorem naturam, citra æqualitatis detrimentum habet originem. Quid orat? Num opes, num uoluptates, num dignitates huius mundi, Num uindictam de inimicis suis? Quæ ne Solomon quidem petijt à domino, & hic Solomone maior, imò cum hoc nullus est conferendus Solomon. Atqui in medijs huius sacrificij mysterijs pendens in cruce, orat pro his à quibus occidebatur. Quid igitur postulat? Ecclesie suæ salutem, ac propagationem gloriæ paternæ, id quod in explicando fiet dilucidius. Iam quod restat, Quomodo orat? Multo secus quam ille publicanus. Non commemorat sua benefacta, non exaggerat sua merita, sed egestatem, humilitatem, necessitatem suam aperit deo, fiduciam erga deum proficitur. Quoniam inops, inquit, & pauper sum ego, & filius ancillæ tuæ, & quoniã in te speraui, & quoniã ad te leuaui animam meam. Beneficia dei commemorat, nimirum orandi formulam nobis ostendens. Talibus enim precatoribus aurem inclinât pater cœlestis. Dominus cuius erant immensa merita, sua merita non commemorat, & nos homunculi, commemorandis benefactis nostris, ceu debitum flagitamus à deo. Inclina domine aurem tuam & exaudi me, quoniam inops & pauper sum ego. Qui in forma dei, patri est æqualis, nunc iuxta serui formam clamat supplex, Inclina domine aurem tuam, nimirum inferior, ac iuxta personam quam agebat, abiectissimus omnium uirorum, quemadmodum in alio Psalmo dicit, ego sum uermis & non homo, opprobrium hominum & abiectio plebis. Quando igitur terreni uermiculi preces peruenirent ad illum, qui sedet super Seraphim, nisi inclinaret aurem suam? Non hic arbitror repetendum, quod toties admonui charitatē uestram, in deo quum sit mens purissima simplicissimaque, nihil esse corporeum, aut earum rerum, quæ corporibus accidunt, neque quicquam affectuum humanorum, quod genus sunt ira, misericordia, dolor, gaudium, poenitentia, odium, sed scriptura uerbis hominum balbutiens, quo familiarius

militarius intelligatur, accommodat semet ad hominum imbecillitatem, ueluti nutrix aut mater cum infantulo suo blesse loquitans, ut uel sic intelligatur. Deus itaque loco nec attolitur, nec demittitur, sed iuxta modum humani sermonis auertit aurem, quum non præstat ea quæ rogamus, inclinât aurem, quum propitius audit uota nostra: Quæadmodum irascitur, quum punit, miseretur, quum seruat & ignoscit: Quemadmodum & uulgo dicuntur audire pronis auribus, qui fauent oranti, supinis & auersis, qui non fauent. Ita quum nos intuemur medicum afflictum, pannosum, ulcerosum ac morbidum, ille spem concipit auxiliij. Aspectus enim calamitosi, prouocat ad misericordiam. Ac sanè uerissimum est, quod auris cœli audit omnia, neque quicquam potest latere conspectum dei, qui sedet super cherubim & intuetur abyssos, & tamen de pio dicit, Clamabit ad me & exaudiam eum. De impijs uero loquitur sapientia, Tunc inuocabunt me & non exaudiam. *Proverb. 28* Aequum est, ut qui noluerunt audire monentem, non audiantur opplorantes. Ita respexit deus ad munerâ Abel, ad Cain autem & illius munera non respexit. Sic nouit dominus uiam iustorum, & nouit dominus qui sunt ipsius. At fatuæ uirgines quid audiunt? Non noui uos, & iuxta Paulum, Qui ignorat ignorabitur. Fratres charissimi, agnoscamus dominum obediens illius iustis, ut ille nos agnoscat in afflictionibus nostris. Respiciamus in omnibus ad illum, ut ille uicissim aspiciat nos. Inclinemus aurem nostram illius preceptis, ut ille dignetur aurem suam inclinare precibus nostris. Denique si uolumus, ut illius sublimitas inclinât se nobis, illi se inclinât nostra superbia. Auerfatur elatos, non audit sua merita iactantes, non agnoscit sibi iustitiam arrogantes. Non hæc eò dico, quasi non oporteat bonis operibus distecere, sed ne quid hinc nobis arrogemus. Etenim qui commemorat, uelut exprobrat ei, cui decuit gratias agere. Exauditus est publicanus humilis, non est auditus pharisæus arrogans. Agnoscit in Euangelio, qui quod boni fecerant non nouerant, & agniti non sunt qui dicebant, Domine nonne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo dæmonia eiecimus, & in nomine tuo uirtutes multas fecimus? Quid audiunt gloriosi commemoratores gestorum suorum? Non noui uos. Item apud Lucam, *13* qui familiaritatis etiam argumenta commemorant, dicentes, Manducauimus coram te & bibimus, & in plateis nostris docuisti, Quid audiunt? Horribilem uocē audiunt. Quam? Nescio unde sitis. Si non agnoscuntur, qui uere commemorant in nomine Iesu prophetias, eiectiones dæmones, actam familiaritatem, decimas bonorū datas pauperibus, quadruplo pensatum, si quid cui fraude detrahitur est, quomodo agnoscuntur qui maiore supercilio his frigidiora iactant: Tot annis carnes non gustauī, tot annis uestē illius aut illius hominis gessi, tot annis cingulum coriaceum portauī, tot annis non attigi carnem, tot annis non egressus sum hunc locum: non quod hæc mala sint, sed quod eius generis, ut fieri possint & à sceleratis. Ne bonum quidem opus agnoscit dominus, si adsit arrogantia, Omnis quidem inuisa deo superbia, sed nulla inuisior, nulla periculosior, quàm quæ de uirtutis imagine tollit supercilium. Inclinemus igitur ceruicem nostram amici charissimi: ut cum humili pontifice nostro dicamus orantes, [Inclina domine aurem tuam & exaudi.] Et quid mirum si nostra causa inclinât aurem, ut audiat preces nostras, quum inclinât cœlos & descenderit ad nos, ut satisfaceret pro peccatis nostris? Siquidem pater erat in filio, mundum reconcilians sibi. Pro quibus autem hic orat dominus Iesus? Orat pro infirmis, orat pro impijs, & blasphemis, Inclina domine aurem tuam & exaudi, Quomodo enim deus audiret talium preces, nisi inclinaret aurem? Erigit aures dei iustitia, inclinât misericordia. Inclinauit autem, exaudisse est. Præcessit illius fauor hominum merita. Quum enim essemus inimici, ille prior dilexit nos, & ita dilexit, ut filium unicum traderet in mortem pro nobis. Hic filius pro nobis interpellans patrem dicit, inclina domine aurem tuam & exaudi me. Non agit causam unius, sed electorum omnium, qui fuerunt, sunt, eruntque ab orbe condito, usque ad consummationem seculi. In uno Christo sunt omnes. Nulli non fuit opus inclinata aure dei, nisi si quis fuit, cui non fuerit opus gratia dei. Sed quo tandem iure postulat, ut Deus inclinât aurem? Num commemorat sacrificia, num elemosynas, num ieiunia, num alia merita? Nihil horum. Quid igitur adfert causam? Quoniã inops & pauper sum ego. Et hæc uox iuxta quendam modum conuenit in Christum secundum naturam hominis assumptam, iuxta quam uere dixit, Vulpes foras habent, & uolucres cœli nidus, filius autem hominis non habet ubi reclinet caput suum

suum. Vere dixit, regnum meum non est de hoc mundo: neque falso descripsit illum. Et factus nouissimum uirorum, non habentem speciem neque decorem. Talis erat Christus in mundo inuisus scribis ac pharisæis, contemptus ac desertus à fratribus, irrisus ab Herode, conspuratus à cohorte, damnatus à Pilato, destitutus & abnegatus ab ijs ipsis quos unice selegebat. Talis, inquam, erat oculis mundi, sed qualis erat oculis prophetis: Speciosus forma patris filijs hominum, diffusa est gratia in labijs tuis. Qualis in oculis Dei: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacitum est. Hæc in eum competebant etiam secundum hominem. Vnde ergo pauper & inops, in quo habitabat plenitudo diuinitatis corporaliter, de cuius plenitudine accipiunt & illi, quos scriptura prædicat gratia plenos, & plenos bonis operibus: Qui pauper est, qui dicit tot sanctorum milia: Hic bifariam responderi potest; egenus & pauper est ipse, qui quicquid habet, agnoscit quod ex sese non habet, sed ex alio. Quicquid in Christo homine fuit, Dei donum fuit. Deinde nos profecto uere sumus egeni, & pauperes, quorum nomine loquitur. Loquitur enim ecclesiæ nomine, sed peculiariter ex gentibus collectæ, quæ dicit Psalmo 39. Ego autem mendicus sum & pauper, dominus sollicitus est mei. Iudæus habebat in speciem quod iactaret apud homines, ecclesiæ gentium nihil habebat, quod uel apud homines, uel apud deum gloria retur, nisi de misericordia redemptoris. Ex nobis enim ipsis nihil habemus nisi malum. Si quid habemus boni, Dei gratuitum munus est. Siue igitur ecclesiæ, quod est Christi corpus, hic sermo tribuitur, siue cuiuslibet ex ecclesiæ membris, uere dicitur, quia egenus & pauper sum ego. Erubescat nostra superbia fratres mei, quum dicit, illa & illa opera feci. Hæc uox fuit Abraham, fuit Moysi, fuit prophetarum omnium, fuit Ioannis baptistæ, egenus & pauper sum. Fuit Petri, fuit Pauli, fuit martyrum ac sanctorum omnium. Quid autem sumus nos ad illos? Si licet fateri quod res est, malorum rerum diuites sumus omnes, bonorum egeni, quarum si quid assequuti sumus, alienum est, nec aliter sit nostrum, quam si alienum esse confiteamur. Tunc enim incipit esse nostrum, quum intelligimus non esse nostrum: & tunc desinit esse nostrum, quum nobis arrogamus, quod aliunde profectum est. Noua ratio possessionis spiritualis, tunc sit nostri iuris, quum alteri ceditur proprietas, tunc amittitur, quum in nostrum ius uindicatur à nobis. Nulla possessio preciosior aut certior, quam quæ nobis gratis donatur à deo, neque quicquam tam nostrum est, quam quod sic nostrum non est. Quod iure uendunt homines, sæpe lite repetunt, quod donant amici, frequenter eripiunt, ex amicis facti inimici. At dei benignitas nescit poenitentiam, ille ditissimus est, cui suas opes largitur Deus, diues in omnes, qui inuocat illum: ille pauperimus est, qui agnoscit quicquid habet, non ex suo merito habere sese, sed ex gratuita dei benignitate. Qui aere alieno diuites sunt, non diuites sunt, sed pauperes diuitiarum ostentatores, hoc miseres, quod alienis bonis sese uendunt. Qui uirtutes iactat quas non habet, ambitiose miser est, indignum se reddens ut quicquid accipiat. Qui suis uiribus arrogat, quod habet ex dono dei, dignus est qui hoc ipso quod habet spoliatur. Bene habenti dabitur, ei uero qui non habet, etiã id quod habere uideretur auferetur. Si grate habes agnoscis te egenum & pauperem, & hoc ipso diues es, quod egestatē tuam agnoscis. Cōmonstra uit beatus Paulus nouā uiam, ad sapientiā. Si quis inquis, uidentur sapientes inter uos, stultus fiat, ut sit sapiēs. Hic Psalmus indicat unicā uiam ad opulentiam, Si uis ditescere in Christo, in te ipsos fias pauper. Agnosce paupertatē tuam, & parata est opulentia dei. Agnosce iniustitiā tuā, & parata est dei iustitia. Agnosce insipientiā tuā, & accipe dei sapientiā: agnosce tuam miseriam, & accipe Christi beatitudinē. Audi bene pauperem Apostolum, Scio quod non habitat in me, hoc est in carne mea, bonum. Audi eundem in Christo diuitem, Omnia possum, inquit, in eo qui me confortat. Ut egentes, inquit, et multos locupletantes. Quis est tam opulentus, ut omnia possideat? Idem alicubi dicit, Minimus sum apostolorum, & indignus qui dicar apostolus, Audis pauperem respicientem sua merita, Sed audi eundem diuitem, Plus, inquit, omnibus laboraui. Gloriosa uox est, non pauperis, sed diuitis: Sed quid addit? Immo non ego, sed gratia Dei, quæ adest mihi: hic uidet diuitem ac pauperem, pauperem in se, qui sibi nihil laudis arrogat, diuitem in Christo, cuius gratia tribuit omnia. Porro locupletare multos planè regium est. Quos autem locupletauit ille ditissimus pauper? Omnes nationes per quas obambulans repleuerat Euangelium, ab Hierosolymis usque ad Illyricum, & eos quibus scribit, Omnia uestra sunt, uos autem Christi.

Item

Item Corinthijs, In omnibus, inquit, diuites facti estis in illo, in omni uerbo, et in omni scientia, ita ut nihil uobis desit in ulla gratia. In se pauper erat & infirmus, in Christo fortis & omnia potens: & ideo addidit, in eo qui me corroborat. Multos locupletauit, sed adiecit, dispensatio mihi credita est. Et, minister eius, cui credidistis. Neque qui plantat, neque qui rigat est aliquid, sed qui incrementum dat Deus. Quumque dixisset omnia uestra sunt, adiunxit, uos autem Christi. Quod si ipsi erant Christi, quid habebant suum, unde gloriari possent? Et ne uideretur abiectus ac seruilis esse iuris alieni, clausulam addidit, Christus autem dei. Væ tibi cordis humani superbia, Christus non grauatur esse dei, & tu uis esse tui iuris? Similiter Philippensibus optat, ut iam diuites magis ac magis abundant in omni scientia, & in omni sensu, repleti fructu iustitiæ. Audis uoces opulentas, sed quid addit? Per Iesum Christum in gloriam & laudem Dei. Iudem quum Corinthiorum opulentiam exaggeraret, non omisit hanc particulam, in illo, ut scirent alieni muneris esse quicquid haberent, & si gloriari uellent, non in se, sed in domino gloriarentur. Quid autem est gloriari in domino? Est illius benignitatem laudibus uehere, Est illi pro sua in nos munificentia gratias agere, Est nostram cōfiteri indignitatem, illius efferre benignitatem. Huc hortatur & Psalms 80. Exultate iusti. Vbi in uestris meritis? Nequaquam, sed in domino. Hæc est sancta deoq; gratissima pauperum gloriatio. Quoniã autem non ita gloriabatur Corinthijs quidam, scribit illis. Non est bona gloriatio uestra. Quam obrem? Quia non in domino, sed in se gloriabantur. At Paulus nouerat quomodo gloriandum esset, qui scribit Thessalonicensibus, Quæ enim est spes nostra, & gaudium, & corona gloriæ? Nonne uos? Gloriosa uox, sed audi quid addit, Ante dominum nostrum Iesum Christum, in aduentu eius. Tuto gloriatur, qui in Christo gloriatur. Periculose gloriabatur ille, cui Paulus impingit in os. Quid habes quod non accepisti? Quod si accepisti, quid gloriaris, quasi non accepisti? Sed stultius gloriabatur ille Laodiceus Episcopus, qui audit in Apocalypsi, Et dicit diues sum, & locupletatus sum, & nullius egeo: & nescis, quod tu es miser & miserabilis, & pauper & cæcus & nudus. Nihil inuisius deo paupere superbo, hoc enim Ecclesiasticus indicat unum è tribus esse, quæ odit & auersatur anima domini. Charissimi si deflectimus oculos ad eos, qui spiritu aguntur huius mundi, quibus artibus, quibus sceleribus, quibus laboribus, quibus difficultatibus grassantur ad diuitias, mox morte ad alios transitorias, etiam si nullus interim casus eripiat? Quibus uigilijs, quo studio, quibus periculis contendunt ad gloriam, primum inanem, deinde mox euanitam? Omnis enim caro fœnū, & omnis gloria eius quasi flos fœni. Ob hæc nauigatur & ultra Phasim, ultra Gades & Gangē, ob hæc bellatur, ob hæc sursum deorsum miscetur res humanæ. Quin igitur nos uigilantissimo studio paramus nobis solidam gloriam, & in æternum nobis permanens? Id fiet, si gloriabimur in domino: paramus nobis ueras æternasque diuitias: Id fiet, si in nobis pauperes, didicerimus in domino ditescere. Homo nouit homini dicere, tua sum creatura. Tui muneris est, quicquid sum, quicquid possum, quicquid habeo. Hoc dicit seruus gratus domino, hoc dicit filius frugis, patri. Hoc dicit aulicus suo principi, cuius fauore euectus est, hoc dicit Episcopus aut Cardinalis Pontifici, per quem allequutus est dignitatem. Quanto iustius id dicemus deo, imò quanto maiore cum fructu modo dicamus ex animo. Atque ubi sunt interim qui tantum absunt ab hac professione, inops & pauper sum ego, ut merita sua quasi ipsis domi redundant, alijs diuedant unciatim? Vidimus in Christo pauperis exemplum, uidimus in Paulo, quod unusquisque nostrum sequatur. Nunc uideamus Ecclesiæ personam, in se pauperem, in Christo diuitem. Spectaculum hoc exhibuit nobis Euangelium, quo spectaculo delectatum dominum legimus. Spectauit ille, ut exemplum nobis commendaret, spectemus & nos ut imitemur. Quid illa uidua pauperius, quæ uniuersam substantiam suam misit in gazophylacium? Atqui hoc ipsum uniuersum quod nihil erat. Quantulum? Duo minuta, quod est quadrans. Quis hodie tam mendicus est, ut non plus habeat? Et tamē uoluit esse pauperior. Id postea abiicit, quid sibi fecit reliquum? Nihil nisi meram egestatem. Intellectum naturalem subiecit fidei, uoluntatem charitati. Si quis habet aliquid dotis beneficio naturæ, quanquā & huius conditor est deus, ut & in tuto sit & augeatur, conijciat totum in gazophylacium, totum domino dedicit. Hæc paupertas, unica est ad ueras diuitias uia. Nunc mihi contempla re mulierculam eandem, suis spoliatam, Christi opibus locupletatam. Exhibet eam nobis

bis Psalmus quadragésimus quartus. Astitit regina à dextris tuis, in uestitu deaurato, circumdata uarietate. Omnis gloria eius ab intus, in fimbrijs aureis. Nihil est prius interius, quam Christi spiritus. In hoc est omnis iustorum gloria. Et tamen hæc uictua quantum, uis diues benignitate noui sponfi, tamen clamare non desinit. Inclina domine aurem tuam, & exaudi, quoniam inops & pauper sum ego. Hoc molestum esse solet etiam ut, cuniquè benignis diuitibus. Si dederunt hodie farinam, cras redeunt mendicij cum utre, postridie cum lecytho, rursus cum lebete. Interim clamat homo diues, Ohe, quis modus? In dolium pertusum confero quod largior, & uerissimum esse comperio, quod Græcorum prouerbio dicitur, mendicorum sacculos semper inanes esse. Nam humana benignitas, ut exhauriri potest, ita potest & delassari. At hæc mendicorum petax improbitas benignissimo Deo gratissima est. Quid nisi sit, cui naturalis est bonitas, & cuius liberalitas largiendo non potest exhauriri? Sed hoc proniorem inuenies tuis precibus Deum, quo tu proniores exhibueris pauperibus aures tuas. Apud Deum nemo non mendicus est, apud homines, alij diuites sunt, alij tenues. Quos grauat egestas, obsident fores potentum, opplorant auribus diuitum, Inclina aurem tuam, quoniam inops & pauper sum. Hoc ipsum quod hic habent diuites, dei dono habent, & tamen homo diues & abundans, non inclinatur auri fratri egenti, & audet Deo dicere, inclina aurem tuam? Qui surdus est ad clamorem pauperum, opplorabit surdis auribus Dei. Deus enim non audit nisi pauperem. At qui quomodo pauper est, qui mori te proximo, sibi habet quod habet: Clamat ad te pauper, imò clamat in paupere Christus, et tu transis supra aurem: Peccauit in te proximus & clamat, ignosce, peccauit, nec ponis iram, frustra clamabis tu Deo, inclina aurem tuam. Agnosce pacem Dei, Date inquit, & dabitur uobis. Et beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. Huic concinit alius Psalmus, Beatus qui intelligit super egenum & pauperem, in die mala liberabit eum dominus. Quis est diues malus? Dies tentationis, dies afflictionis, dies iræ & iudicij, non misericordia. In illo die malo dominus inclinabit illi aurem suam, quoniam ipse proximis afflictis non supra nauit aurem suam. Euangelicus ille diues non inclinatur auri Lazaro mendico, & in die malo quum cruciaretur apud inferos, non reperit qui ipsi opploranti inclinaret aurem. Iam quod non simpliciter dictum est, quoniam pauper ego sum, sed cum congeminatione, inops & pauper, aut iteratio uocis idem declarantis facit ad uehementiam inopiæ, aut si quid interest, πτωχός dicitur qui profertur egestatem mendicando, πτωχός cui defunt necessaria. Nec semper est pauper, qui mendicus est: nec semper est mendicus, qui pauper est. Porro πτωχός quod hic uertit inops, interdum uertit pauper, ut in Psalmo nono: Tibi derelictus est pauper. Rursus Psalmo trigésimo nono uertit, mendicus. Ego autem mendicus sum & pauper, πτωχός ἔσθαι πτωχός, quasi minimum aut nihil interfit. Multi dicunt domino, inops & pauper sum ego, sed his non inclinatur dominus aurem suam, quia non dicunt ex animo. Clamemus ex animo, quoniam inops & pauper sum ego, & exaudiet nos, qui in scripturis ubique fauet pauperibus. Psalmo decimo, Oculi eius in pauperem respiciunt. Psalmo uigésimo primo, Non spernit neque despicit deprecationem pauperum. Trigésimo septimo, Parauit in dulcedine sua pauperi deus. Centésimo sexto, Audit pauperem de inopia. Centésimo octauo, etiam astat à dextris pauperis. Nono. Desyderium pauperum exaudit dominus. Quid multis? Tota scriptura facit deum in pauperes propensum. Denique in Euangelio pronuntiantur beati, pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum. Habet mundus suos pauperes, sed magna felicitas est esse pauperem dei, nisi forte uulgaris felicitas esse creditur, habere propiciam deum. Non exaudit deus nisi pauperes. Quem non audit Deus, quid restat nisi ut pereat in æternum? Nullus excipitur, non rex, non Cæsar, non Satrapes, non Cardinalis, non summus pontifex, nisi clament pauperes, non audientur. Nec pudeat eos huius cognominis, cuius non puduit Dauid, talem regem, tantum prophetam, ac talem dei amicum. Magis hoc agant, quod ut difficile est, ita & necessarium est, ut digni sint hoc cognomine. Iam & pronomen ad dictum nonnullam habet emphasim, inops & pauper sum ego, significans ipsum in se pauperem esse, sed agere cum eo, qui solus uere diues est in omnes, & cuius opulentia superat omnem egestatem. Si uulgus hominum æstimes, quantum ad est singulis uitiorum, & raræ uirtutes, & hæc quam imperfectæ, quot modis contaminatæ, Deinde quanta natura

inops & pau-
per

imbecil

imbecillitas, quot nos circumstant pericula, qui thesaurum hunc habemus in uasis fictilibus, semper anxij, ne hoc ipsum quod habemus, eripiat nobis. Ne sanctorum quid est quibus quam est, cui non multa desint, cui non super sit quo proficiat, & quo se extendat, eorum quæ à tergo sunt oblitus. Inops igitur & pauper est omnis homo, quamlibet pius in hac uita, semper esuriens & sitiens iustitiam, donec in resurrectione saturetur. Sed operæ precium est audire, quid roget hic pauper. Nec enim uulgare est, cuius gratia sic opplorat diuinis auribus. Custodi, inquit, animam meam, quoniam sanctus sum. Hoc si capiti accõmodus, erat ille reuera sanctus sanctorum, per quem sanctificantur omnia, solus absque peccato, atque ut sanctificaret omnes in se credituros, tradidit corpus suum in mortem, ac sepulturam, anima descendit ad inferos. Id facturum, animam suam comendat deo, quem admodum & in cruce clamasse legimus, pater in manus tuas commendo spiritum meum. An ille sanctus sanctorum aliquid timuit animæ suæ? Nequaquam. Certus erat de promisso patris. Certus erat animam suam non posse teneri captiuam apud inferos. Verum his tropis scriptura nobis declarat, quicquid hic gestum est, gestum esse patris autoritate, si huius obedientia, duntaxat iuxta naturam assumptam. Ab huius unius anima pendebat salus animarum omnium. Si enim non resurrexisset dominus, cætera nec profuissent, nec credita fuissent. At itaque, pater iuxta tuam uoluntatem, animam meam pono pro ouibus meis, cui mille modis insidiatur hostis, cui deuorandæ iam inhiat mors, sed eam tuam commendo fidei pater, uel cruciatibus ac doloribus affligendam, uel e corpore migrantem, uel in regnum mortis descendentem. Te custode tuta futura est, nec trepidabit in medio umbræ mortis ambulans. Deglutiet illam mors, quemadmodum cetus absorbit Ionam, sed intra triduum reddet uiuam. Et quoniam tu me pater sanctificasti filium tuum, quem sanctificandis omnibus misisti in mundum, iuxta promissa tua, non dabis sanctum tuum uidere correctionem, nec in corpore, nec in anima. In me profer, quid per me credituri in te, sperare debeant. Ideo me misisti in mundum, ut animas seruarem, non perderem. Vna datur pro omnibus. In una serua omnes, quas dedisti mihi. Vnus potentior es omnibus, seruante nemo rapiet de manu mea, quos aeterno consilio tuo semel dedisti mihi. Anima Christi non periclitabatur, & tamen frequenter quasi periclitans, clamat: Educ de carcere animam meam, ut confiteatur nominis tuo: Erue à phramea deus animam meam, & de manu canisunicam meam. Et ne derelinquas animam meam in inferno. Per unam animam innoxiam, cõsultur omnium animabus. Caput & uniuersa ecclesia sanctorum, qui fuerunt ab exordio mundi, usque ad consummationem, quodammodo unus homo sunt, nunquam clamare desinens: Serua animam meam, quoniam sanctus sum. Clamat caput pro membris, clamant membra in capite, clamant membra pro membris. Quemadmodum enim qui Christum induunt, una cum illa caro fiunt, unus spiritus, iuxta rationem corporis mystici, ita omnium, qui eundem Christi spiritum hauerunt, una est anima. Sic enim de ecclesia recenti prædicat Lucas: Multitudinis autem credentium, erat cor unum & anima una. Hanc animam pauper ille, nec alibi fiduciam habens, quam in bonitate clementiæ patris, commendat ei, cui cura est pauperum: quicquid solus orphano & pauperi adiutor est, iuxta psalmum. Ego autem mendicus sum & pauper, dominus sollicitus est mei. Huic animæ quot laqueos tendit mundus, quot insidias struit diabolus, obambulans ut leo rugiens, quærens quem deuoret, sed tua uigilante custodia, nihil potest prædonis malicia. Satanæ expetierat Petrum cum cæteris apostolis, ut cribraret sicut triticum. Deinde quot mortibus, quot artibus ac blanditijs mundus impetijt animas piorum: Nulla perijt sanctorum, hoc est, qui fiduciam omnem in tua misericordia collocant. Hoc ipsum est, quod oramus in precatone dominica: Ne nos inducas in tentationem, sed libera nos à malo, hoc est, custodi animam nostram. Charissima possessio est anima, nec huius corporis uita potest ulla permutatione pensari, iuxta sententiam Euangelicam, & fortunatus habetur, qui iactura rerum omnium uitam redemit, paulo post tamen fugiuram. Corpus collabitur, si discedit anima, at ipsa perit, si discedit ab illa deus. Quam anxie clamamus ad hominem, serua penum, serua uestes, serua pecuniam, ne quid pereat. Clamamus ad medicum, serua uitam meam. Quin clamamus ad deum, serua animam meam quæ nisi sit incolumis, reliqua frustra seruantur, nec seruari potest, nisi custodiente deo: Iam si quisque nostrum in se descendens, reputet quam undiquaque sit inops & pauper,

Tom. 5

O in quantis

Psal. 21

Act. 4

in quantis uersetur periculis, qui fieri potest, ut non assidue clamet ad deum, custodi animam meam, sed fortasse non audebit adiungere, quoniam sanctus sum, tot criminum sibi conscius, praesertim apud deum. Ut sit, qui apud homines sanctus dici possit, quis est nostrum, qui stans in conspectu dei, cuius oculis aperta sunt omnia, dicere audeat: Sanctus sum? Petrus horruit Christi praesentiam, quem nondum opinari plane crederat esse deum: Discede, inquit, a me domine, quia peccator ego sum. Nondum abnegarat dominum, nec legimus illum ante hoc tempus aliquid sceleris commisisse. Sed in conspectu dei, nec astra munda sunt, qui & in angelis suis reperit iniquitatem. Quae fronte igitur audebit quisquam dicere deo, quoniam sanctus sum? Unus est sanctus, sanctificator sanctorum omnium dominus Iesus, unus in quo per omnia complacitum est patri citra exceptionem. Absit ut huius cognominis honorem sibi uindictet ullus ceterorum hominum. Est tamen inferioris gradus sanctorum genus, quorum subinde meminit in Epistolis suis apostolus Paulus, qui salutat Romae agentes, quotquot erant uocati sancti, non quod immunes essent ab omni peccato, sed quod per Christi mortem ac fidem Euangelicam purgati essent a peccatis uitae pristinae, gratuitaque dei bonitate uocati ad uitae sanctimoniam, quos alibi secundum propositum uocatos sanctos dicit, non utique iuxta propositum hominis, sed dei, quo gratis sanctificati, sancti sunt, si qui sunt. Et Ecclesiam Catholicam sanctam dicimus, quae tamen non caret omni peccato, quam diu uersatur in hac mortalitate, corpus circumferens, quod agrauat animam, carne onusta, quae concupiscit aduersus spiritum: alioqui quid est, quod quotidie clamat: Dimitte nobis debita nostra? Nec enim dubium quin debita uocet peccata. Sanctus est iuxta suum modum, non in quo nullum est peccatum, sed in quo non regnat peccatum. Sepies enim cadit iustus, & resurgit, nec interim amittit iusti cognomen. Vocem igitur discernamus, simulque nostram imbecillitate discernamus a sublimitate capitatis, nec nobis uindicantes, quod illi proprium est, nec abnegantes, quod illius munificentia datum est. Ille totus sanctus iuxta naturam assumptam, & idem omnium sanctificator iuxta naturam diuinam. Impius est qui sibi usurpat laudem capitatis, sed in gratus est, sed iniurius est, qui se negat esse sanctum, posteaquam illius sanguine purgatus est a peccato originali, posteaquam baptismo seu poenitentia remissa sunt illi delicta omnia, uel quae cotraxit nascendo, uel quae ueluti malum scenus mala fortis addidit, imple uiuendo. Ille te gratis sanctificauit, quia dissimulas domini beneficium ingratus: Induisti Christum, & ita factus es membrum Christi, quia iniuriam facis Christo, negans illius membra esse sancta. Habes sanctitatem, sed ex te non habes, ne efferaris in superbiam: nec tuo merito nactus es, ne redemptoris obscures gratiam. Dic igitur deo, quum essem natura filius irae, tua gratuita bonitate factus sum sanctus, ita nec impius eris, nec ingratus. Haec tenus partim loquitur de peccatis sanctorum, quae per iniuriam committit humanae naturae infirmitas. Quid de eo, qui criminibus pollutus est, odio proximi, adulterio, temerulentia, inuore, amarulentia, homicidio, ueneficio? An is etiam audebit dicere: Custodi animam meam, quoniam sanctus sum? An potius clamabit procul: Sana animam meam, quia peccaui tibi, & miserere mei deus secundum magnam misericordiam tuam? Et tamen quum haec dicit, & dicit ex animo, iam sanctus est, quia posuit affectum impium. Fortasse & illi, qui nondum exuerunt affectum peccandi, modo maneat in illis semen fidei, quoniam baptismum habent & Ecclesiae sacramentis utuntur, licet indigni, tamen non absurde dicuntur sancti, ueluti uasa dicuntur sancta, quae semel sacris uisibus dicata sunt. Sed praestat istos ab hoc Psalmo tam sublimi relegare ad alios Psalmos, poenitentibus magis accommodos. Vbi se lachrymis purgarint, ubi uita Christi membra esse ceperint, tum cum capite poterit quisque canere: Custodi animam meam, quoniam sanctus sum. Et is, qui Christi sanctissimam animam seruauit ab omni peccato, seruauit in morte, seruauit apud portas inferorum, seruabit & animas sanctorum suorum, ut non regnet in eis peccatum. Et si patietur illas teterari, quo fiant probatiores, faciet cum tentatione prouentum, ut possint sustinere, seruabit eas a morte secunda, restituetque eas suis quascumque corporibus, in resurrectione iustorum. Sed interim ne cui subrepat impia cogitatio, Animam custodere habeo deum, illi semel eam commisi, non poterit tanto custode perire. Ego securus uiuam, nec est, quod me bonis operibus discruciet. Voces tam absurdas, pro dolor, audimus hodie spargi a nonnullis, fiduciam

etiam nescio quam iactantibus in deum, quasi tibi sit uita fides, ubi sunt mala opera. Qui profectio misere fallunt seipsum. Deus custodit animas, sed pro sua quoque uigilantium, eoque monet Solomon, ut omni custodia seruemus cor nostrum, quoniam ex ipso uita procedit. Tu frustra uigilaris, nisi dominus eam custodierit, sed ille non custodiet, nisi pro tua proportione aduigilaris. Quod ille seruat, beneficij est, quod tu uigilas, officij. Subueni pauperibus, doce indoctos, exhortare cessantes, consolare afflictos, ignosce delinquentibus, macera corpus ieiunio, & inter haec clama, custodi animam meam. Quo merito, quae fiducia postulas, ut custodiam animam tuam? Quoniam tua misericordia, per filij tui sanguinem purgatus sum a peccatis, & ex peccatore factus sum sanctus, ut post hac non mihi uitam, sed tibi. Tuam munificentiam est, quod sanctus sum. Serua tuum beneficium. Ut enim ex me non potui liberare animam meam, ita sine te custodire non possum liberatam. Absoluat in me tua gratia, quod coepit. Te largiente sanctus factus sum, non mea iustitia sed filij tui, te custode perseuerem, ut perficiar. At perfectus non ero, nisi totum seruaris, totum restituas in resurrectione. Sunt enim qui profitentur resurrectionem animarum, corporum negant. Hi diuidunt sanctorum felicitatem. At aequum & conueniens est, ut qui se totum mancipauit obsequijs diuinis, totus seruetur: quemadmodum orat Paulus pro Thessalonicensibus: Ipse autem deus pacis sanctificet uos per omnia, ut integer spiritus uester & anima & corpus sine querela in aduentu domini nostri Iesu Christi seruetur. Prius orerat animam cura, quia potior hominis pars est: nunc corpus etiam, quod fuit quasi socius ac minister laboris, uult esse confors gloriae. Saluum fac seruum tuum deus meus sperantem in te. Primo uersu dominum appellans, professus est paupertatem suam: Seruus enim nihil habet, & si quid habet, domino habet, cuius beneficio habet. Quid enim ille habet suum, qui ipse non est suus? Hic sese seruum appellat, non hominum, sed dei. Gloriosus titulus est, appellari seruum dei. Magna felicitas est, esse seruum dei. Nisi enim fueris seruus dei, non regnabis cum deo. Nemo sibi blandiatur, regno, summo pontificio, alicuius quauis humana dignitate, saluus non erit, nisi sit seruus dei. Atque ut in summo dignitatis splendore, potest quilibet esse seruus dei: ita nullus est tam abiectae seruitutis apud homines, quin possit esse seruus dei. Qui deo possidet diuitias, qui deo tenet ac gerit imperium, apud homines rex est, apud deum seruus est, & hoc ipso uere rex est, quia dei seruus. Qui facit peccatum, seruus est peccati, nec potest quisquam duobus dominis seruire. Cui dominatur libido, auaritia, ira, ambitio, etiam si decem regnis praesideat turpiter seruus est, non dei, sed cupiditatum suarum. Somnabant philosophorum acutissimi, quos Stoicos appellant, libertatem quandam, in qua summam felicitatis ponebant, rursus seruitutem, in qua constituiebant summam infelicitatem. Sed huiusmodi in somnijs deludebantur, ignari uerae libertatis. Non adfert ueram libertatem habitus ille sapientis, quem illi praedicant, efferunt ac iactant. Quid igitur? Gratia dei. Nam uere liberi sunt, quos filius liberauerit. Quomodo liberat ille? Eramus serui peccati, liberi iustitiae, Christus abstulit nostra peccata, itaque exemit a seruitute satanae, & suam nobis contulit iustitiam, quam ex nobis nec habebamus, nec habere poteramus. Hoc pacto commutata est feliciter nostra conditio. De seruis esse serui diaboli, & coepimus esse filij ac serui dei, filij propter charitatem, serui propter obedientiam. Seruus totus pedit a nutu domini, nec agitur arbitrio proprio, sed domini uoluntas illi pro lege est. Nihil enim aliud est seruus, quam uituum instrumentum domini. Proinde in quibus mortuae sunt humanae cupiditates, nec ipsi iam uiuunt, sed in eis uiuit agiturque Christus, hi uere sunt serui dei. Hunc titulum ubique iactat apostolus Paulus, Iesu Christi seruum sese appellans, non quarens quae ipsius erant, sed quae Iesu Christi, nec hominibus placere studens, sed deo. Quid enim dicit? Si adhuc hominibus placerem, Gal. 1 Christi seruus non essem. Quid autem est hominibus placere? Est ab hominibus laudem, aut emolumentum uenari potius quam a deo. At qui uere seruus est, nunquam dimouet oculos a uultu domini sui, ad illius nutum semper intentus, ad illius uoluntatem moderans omnes uitae actiones, non discernens quid ipse ferre possit, non expauescens minas hominum, non mortem imminentem: Alacer capeffit, quicquid uiderit domino placere. Talem seruum undique perfectum solus egit Christus, qui non faciebat uoluntatem suam, sed patris, id est, non tristis ac responsans, sed laetus, uolens & alacer. Quum enim instaret hora mortis, exultauit in spiritu, & gratias egit patri. Non hic agitabo quaestio-

Christus seruum, an in Christum competat serui uocabulum: Qui fauent eius dignitati, nascunt filium dici, quam seruum. Qui respiciunt illius humilitatem, & ad mortem usque obedientiam, non horrent serui uocabulum. Filij nomine magis gaudent sacrae literae, & ipse dominus patrem saepius appellat, quam dominum aut deum suum, & tamen Paulus scribit illi susceptam formam serui, hoc est hominis, ut interpretantur quidam, nec serui modo, uerumetiam serui mali & uerberibus digni, quemadmodum dicitur est eidem, uenisse in similitudine carnis peccati. Sed absit hac de re inter conseruos contentio, qui seruum appellare gaudent imitentur illius obedientiam, quibus magis arridet filij nomen, imitentur illius charitatem, qui utrolibet nomine agnoscunt dominum Iesum, utrunque pro ueribus exprimant. In rebus enim spiritualibus nihil uetat eundem nunc seruum, nunc filium appellari. Imò quemadmodum admonuit, eos solos uere diuites esse, qui uere pauperes sunt: ita dicendum est, neminem uere liberum esse, nisi qui dei seruus sit. Triste nomen est seruitus, & nulli non dulcis est libertas. Sed innumera sunt seruitutis genera, a quibus omnibus liberat una seruitus dei. Audimus quotidie queremonias hominum. Alij deplorant se durius haberi ab heris suis, alij uix ferunt iugum principum, plerique praedicant intolerabiles hominum constitutiones. Sunt & filij, qui grauantur imperio parentum: Sunt uxores, quas premit imperiosa maritorum autoritas, quam uerissima seruitus est seruire peccato: Sed nullum est seruitutis genus, unde non eximat seruitus dei. Ad hanc libertatem uocat Paulus 1. Cor. 7. Precio empti estis, nolite fieri serui hominum. Habes herum, ex animo seruias illi, non metu plagarum, sed amore dei, qui hoc iussit per apostolum Paulum. Si deo ministras in heris, iam desisti esse seruus hominis. Sin contempseris deo, falleres aut copulares herum tuum, ni metueres furcam, iam uere seruus es non dei, sed hominis, deum negligens, hominem metuens. Hac est Christiana libertas, ad quam nos saepe uocat Apostolus. Sic excutere iugum hominum pium est ac deo gratum. Alio qui si religio liberaret a conditione seruitutis, Paulus non remississet Onesimum fugitiuum seruum domino suo Philemoni. Si principum iussa sunt a qua, parendum est alacriter, ob hoc ipsum, quia uocant ad bonum, sin iniqua, modo ne impia, domino in illis obtempera, qui iussit nos audientes esse praepositis, non solum commotis, sed morosis etiam ac difficilibus. Et ubi iussit hoc, inquit: Iussit per os & calamum Perri: Subiecti, inquit, estote omni creaturae. Clamabis protinus, o miseram seruitutem, sed indicat libertatem, quum subdit propter deum. Qui propter deum subijcitur homini, non homini seruit, sed deo. Ac mox: Quia sic est uoluntas dei, ut beneficientes obmutescere faciatis imprudentium hominum ignorantiam, quasi liberi, & non quasi uelamen maliciae habentes libertatem, sed sicut serui dei. Fucata libertas est, sub Euangelici nominis umbra seruire proprijs affectibus. Esto uere ac totus seruus dei, & excussisti iugum hominum. Si monet amicus quod est in rem tuam, libens audis, & agis gratias, nec tibi uideris seruus, quod obtemperas alienae uoluntati, sed gaudes tuum negotium agere. Ita si constitutiones principum inuitant ad honesta, non traheris, sed admoneris: sin iniquae sunt & graues, sic eas tolera, quemadmodum martyr tolerat impium tyrannum. Iubet ire in uincula, ita iubet extendi in eculeo, extenditur, non tyranni iussis obtemperans, sed domini uoluntati, deo subditus, homine superior. Quamquam impia praecipient, nec homini nec angelo parendum est. Dicit tyrannus martyri, pone ceruicem, ponit. Dicit, incende thura Ioui, recusat. Ita si maritus aut pater praecipit honesta, puta deum tibi per illos praecipere, sin molesta, in illis morem gere deo, & incolumis tibi manet tua libertas. Sin impia, iam nec est quod amplectaris, uelut a deo praescriptum, nec quod amore dei tolere, ut illic obedientiae, hic patientiae laudem feras. Hac uia proficiscimur ad ueram libertatem, ita desinentes esse serui hominum, ut simus serui dei. Nam seruire deo, regnare est. Infeliciter autem affectant libertatem, qui sic excutunt iugum hominum, ut ceruicem induant iugo diaboli. Faciat alacriter charitas, quod praescribit constitutio, & liber es ab imperio legis. Sed ne uos diutius circumagat digressione, ad psalmum redeo. Dominus Iesus Christus cum toto corpore, quod est ecclesia, unus quodammodo seruus est, quem perire non uult, & proclamat. saluum fac seruum tuum. Annotandum & illud, quod ait deus meus. Deus enim iuxta suam omnipotentiam, omnium deus est, sed iuxta scripturarum proprietatem, non dicitur deus nisi piorum, qui illum pro deo colunt, qui nihil illi praeserunt, qui illum ex toto corde, tota anima, totis uiribus amant, quemadmodum dicitur est deus

est deus Abraham, deus Isaac, & deus Iacob. Impudenter hic dicit deus meus, cuius deus uenter est, cuius mamona deus est, cuius deus est uoluptas, aut aliud quiduis, cuius gratia deum negligit. Pari impudentia patrem illum uocant, qui sunt ex patre diabolo, huius autem filius est, quisquis odit proximum. Impudenter illum appellant dominum, qui iussis illius non obtemperant, sed multo impudentissime deum suum appellant, qui tot dijs suis seruiunt. Non est deus haereticorum, qui se separant a Christo & ecclesia. Si mus igitur in Christo, simus in ecclesia, ut comuni uoce dicere possimus: Saluum fac seruum tuum deus meus. Vide quot argumentis hic peccator sollicitat, & quodammodo urget dei benignitatem. Primo uersu dixit, quoniam inops & pauper sum, quasi deus non audiat nisi tales, & quasi talem esse, sit emeruisse diuinum fauorem. Proximo uersu dicit: Quoniam sanctus sum. Non audire pauperes, est contra dei misericordiam, non custodire, quod ipse sanctificauit per mortem unigeniti sui, non congruit diuinae substantiae. Pauperes oclamant, ut audiantur. Sancta uiolare nephas est. Nunc quid allegat: Seruum tuum. Etiam mali homines succurrunt quibuslibet seruis suis perclitantibus, non ob aliud nisi quia serui sunt. Sed sunt & serui nequam, hoc est, *ἄδελφοὶ*, ab his ut se distingueret, adiecit, sperantem in te. Veri serui tota gloria in domino est, tota spes in domino. Cui si probatur, habet, quicquid habet ille. Spes est eorum, quae nondum apparent, quemadmodum docet beatus Paulus. Seruus itaque dei dum est in hac uita, omnia facit alacriter, omnia tolerat patienter, & ad mortem oppetendam paratus, non alia re fretus, quam domini promissis, quem scit non posse fallere, quum sit ipsa ueritas. Quamquam hic spem positam arbitror pro fiducia. Aut si quid interest, spes expectat, fiducia non dubitat, & fiducia uocabulum latius patet, quam spei. Beati autem omnes, qui confidunt in domino. Contra maledictus homo, qui confidit in homine. Quid igitur dicemus de his, qui confidunt in incerto diuitiarum, qui fidunt in uiribus suis, qui fidunt ingenio suo, qui fidunt meritis suis: hoc est, qui fiduciam collocant in seipsis, non dissimiles illi pessimo seruo e comedia, qui ita loquitur: In me omnis spes est mihi. Est spes humana de rebus humanis, qua quaedam sperant homines ab hominibus. At quisquis ancoram spei, qua speramus salutem aeternam, collocat in homine, maledictus est. Ad deo uerum est, ut nec in Christo collocanda fuerit spes nostra, si nihil aliud esset quam homo. Non enim seruat in aeternum, nisi solus deus. In hoc igitur uno ponenda est spes omnium, qui se gaudet illius seruos appellari. Spes reliqua frequenter pedefaciunt hominem, spes in deo fixa, neminem confundit: & si confunduntur ad tempus, non confunduntur in aeternum, quia liberantur ab ignominia, & probrum ueritur in gloria, non per iustitiam ipsorum, sed dei, iuxta Psalmum alium: In te domine speraui, non confundar in aeternum, in iustitia tua libera me. Quae autem est haec iustitia dei? Quia pollicitus est auxilium suum omnibus, qui spem suam fixerunt in ipso. Iustus autem est, qui quod recepit, facit. Ergo debiti est, non gratiae, quod opitulatur seruis suis: Esset, ni fuisset gratuita promissio. Sic ad tempus confusus est dominus gloria, quam esset opprobrium hominum & abiectio plebis, sed ignominia redundauit in gloriam. Quod si nec in Christo ut homine, reponenda est spes ecclesiae, quantum aberrant isti, qui contaminate uiuentes spem salutis collocant in Barbara, Christophoro aut Georgio, sibi persuadentes se non perituros utcumque uixerint, modo illos certis quibusdam ritibus colant. Porro quod cantio quaedam olim nautica, nunc etiam in templis quibusdam canitur, in qua sacratissimam uirginem appellamus spem nostram, quamquam ad eiusmodi conuiuet ecclesia, indulgens simplicium affectibus, & probabiliter excusatur a pijs hominibus, tamen spiritualibus uiris hoc debet esse charius, quod in literis diuinis ita frequens est, ut aliud non reperitur. Ne quis uero suspicetur hunc sermonem eò tendere, ut daneatur cultus diuorum, sed ut intelligamus, in quo scriptura doceat esse sigendam spei totius ancoram. Ut multum ualeant sanctorum suffragia, certe salutis sacram ancoram non oportet figere nisi in deo, cuius beneficium est, quicquid accipimus, undecumque aut quomodoque collatum. Ita quidam spem suam collocant in precibus monachorum aut monachatum. Dant cibum et stipulantur meritorum consortium, atque hac spe freti, uiuunt suarum cupiditatum arbitrio. Quod opitulatur egentibus, laudo, quod sentiunt piorum preces multum ualere apud deum, probò. At quod plus fidunt hominibus quam deo, quis possit approbare? Hic protinus dices, imò spero in domino. Si speras, muta uitam. Qui enim spe-

rat in domino, timet dominum, diligit dominum. Stulta spes est, quæ sibi pollicetur à deo quæ non est ille pollicitus. Pollicitus est misericordiâ suam, sed conuersis, sed timentibus, sed inuocantibus, sed diligentibus. Adde piorum interpellationes, ueluti secundaria subsidia, sed ipse potius implora domini misericordiâ, ut uictor affectuum, spem tuam colat in deo. Nemo uere sperat in domino, nisi cõtemnit omnia mudi præsidia. Oēs undique clamant se sperare in deo, cæterum ignis tentationis prodit, quis uere spem suam fixerit in deo. Complures uidemus, qui quum orbantur liberis, excutiuntur facultatibus, spoliantur honoribus, quas querimonias adunt, quos eiularus excitant, quos tumultus miscent: Lacerant capillos, percutiunt pectus, uellunt genas, quidam etiam ad laqueum proferant. Sunt qui nec à blasphemijs in deum temperant. Hos si rebus tranquillis percontaris, num spem habeant in deo, nihil contantes respondeant, maxime. At afflictionis procella satis arguit, ubi spem fixerint. Qui orbatus filio clamat: O me deploratũ, o me perditum, in filio fixerat spem suam, non in deo. Qui amissa uxore despondet animum, ac ut tam sibi acerbam clamat, spem in uxore collocat non in deo. Qui spoliatus facultatibus querit morte finire dolorem, in facultatibus spem suam reposuerat, nõ in domino. Qui uere spem fixerunt in deo, dicunt cum beato Iob: Dominus dedit, dominus abstulit, sicut domino placuit ita factum est, sit nomen domini benedictum. Dicunt cum Paulo: Mihi uere Christus est, & mori lucrum. Non est quorũlibet dicere, spero in domino. Præcipua commendatio pietatis hoc elogio continetur. Nam & hoc beatus Paulus inter titulos ueræ uiduæ posuit: Si sperauit in domino. Fortasse humiliter uidebitur alicui, parumque dignum concione, sed tamen in simplicium utilitatem dicitur. Doctorum charitas patenter audiet, quod imperitorum tribuitur necessitati. Apud Latinos qui dicitur clamaui, significat se finisse clamorẽ, qui dicitur stetit aut sperauit, rem significat præteritã. Apud Græcos non item, sed plurima uerba sunt, quæ declarant actionẽ cõceptam quidem, sed etiamnum manentem, ueluti quum dicitur sperauit in te, non significat abiectam spem, sed fixã. Quum dicunt lætatus sum, non significat transisse gaudium, sed inhæreret: ita quum dicunt clamaui, non indicant silentium, sed clamorẽ perpetuum, quemadmodum & in paucis Latinis actiue uocis: qui nouit, non desijt nosse, sed impressam animo notitiam tenet: qui odit nõ desijt odisse, sed odium conceptũ habet in animo: qui meminit, nõ desijt tenere memoria, sed habet impressum. Itaque sperasse in domino, est spem fixisse in domino: & clamasse ad dominum, est iugiter illum deprecari, quod uerbum habet uersiculus sequens. Sequitur enim:

Miserere mei domine, quoniam ad te clamaui tota die. Quid habebat Christus miserabile, nisi quod nostram assumpserat miseriam, ut eam nobis uerteret in felicitatẽ: Pro toto igitur corpore suo clamat caput, miserere mei domine. Non est proprie miseria, ubi non est peccatum. Nam solus uere miser est, qui habet iratum deum. Solum autem peccatum separat inter deum & homines. Erasmus autem omnes natura filij iræ, & inimici dei. Orat igitur antistes noster, ut deus omnibus in ipsum credituris, per mortem ipsius, sua peccata condonet. Hic non appellat dei iustitiam, sed misericordiam. Gratis enim liberati sumus, magno quidem precio, sed alieno. Verum ut in literis diuinis, uox maliciæ non semper sonat uitium, sed interdum afflictionem, ueluti in Euangelio: Sufficit diei malicia sua. Psalmus item diẽ malum uocat, diẽ horroris & periculi. Et patriarcha Iacob Gen. 47 dicit uitæ suæ dies paucos & malos, non utiq; scelerosos, sed afflictos. Quin & Ephe. sjs scribens beatus Paulus, iubet redimi tempus, quod dies sint mali. Similiter & Ecclesiastes, iubet nos frui die bono, & præcauere malum, bonum appellans prosperitatis, malum calamitatis. Sic & miseria nonnunquam sonat afflictionem, quæ maxime solet urgere sanctos in hoc mundo, quemadmodum legimus Psalmo 11. Propter miseriam inopum & gemitum pauperum, nunc exurgã: ubi Græci legunt *πλευροπία*, quæ uox à tolerãdis molestijs dicta est, nõ à uitijs. Eandem uocem usurpauit Paulus Rom. 7. Miser ego homo, quis me liberabit, *πλευροπός*. Porro libri Hebræorum, iuxta linguæ illius proprietatem, interdum quoduis beneficium, pietatis ergo gratis collatum, appellant misericordiam, nos etiam latine loquentes, Græcam uocẽ usurpamus, dicentes eleemosynam. Est ergo locus misericordiae, ubi peccatum quidem non est, sed non deest afflictio, non deest periculum. Vbi cunq; igitur misericordia, ibi miseria, quæ nemini deest, quæ diu grauat hoc mortali corpore. Ergo quæ diu uersamur in mundo, clamandum est ad dominum: Miserere mei domine. Clamor

Clamor est uehemens cordis affectus, non uocis intentio, quemadmodum in clamabant sacerdotes Baal. quorũ tumultus optimo iure irritus propheta, quasi stertentẽ, aut peregrinantiem, aut alijs intentum, uociferatione uoluerint excitare deum suum, non quod improbandum sit orare uoce, cõuenit enim ut oret totus homo, sed uox corporis inanis est, nisi clamet affectus: nec clamor in uoce debet esse, sed in affectu, qui uel in silentio ferit aures diuinas. Corporis uocem oportet esse modestam. At hodie quidam in tẽplis mira uocis ostentatione tonant uerius, quæ canunt, quum interim animus sit otiosus. Habent & pietatis officia uocem efficacem. Ut enim charitas uocalis est, ut fides *μεγαλόφωνος* est, quæ ferit aures dei, etiam si lingua sileat: ita clamorem suum habet eleemosyna, uocẽ suam habet cõdonata proximo offensa, deniq; clamant omnia hominis benefacta, & clamant ad deum, quæ à charitate in deum profecta sunt. Quæ autem gloriæ causa sunt, clamant ad homines, apud deũ muta sunt. Vis tibi probari, quod opera bona clamorẽ suum habent? Audi dominum per os Esaie loquentem, dimitte eos, qui contracti sunt liberos, & omne onus dirumpe. Frange esurientem panem tuum, & egenos uagosq; induc in domum tuam, cum uideris nudum, operi eum, & carnẽ tuam ne despexeris. Quid sequitur? Tũc inuocabis, & dominus exaudiet, clamabis, & dicit ecce adsum, quia misericors sum dominus deus tuus. Nimirum hæc fecisse, clamasse est. Astipulatur huic Ecclesiasticus: Cõclusa de, inquit, eleemosynam in corde pauperis, & hæc pro te exorabit ab omni malo. Quæ re trusa sunt, non solent facile audiri: at eleemosyna, quo magis est in abdito, hoc uehementius occlamat diuinis auribus. Gratissimus deo clamor, quum simul & affectus pius opera charitatis, & uox corporis, ubi res postulat, suauem harmoniam occinunt auribus dei. Quanquam corporis uocem nihil moratur dominus. Clamabat sanguis Abel ad deũ de terra, quum nihil loqueretur. Audijt à deo Moses: Quid clamas ad me, quum prostratus oraret tacitus. Clamaui, et audita est Anna Helchang quum uox nulla proriperet. Cum his clamemus fratres, ut exaudiamur. Sed clamemus ad dominum, non contra dominũ. Clamant multi rebus afflictis, sed contra dominũ, qui uociferantur sibi à deo fieri iniuriã, quod talia patiantur. At qui spem fixerunt in domino, clamant ad dominum. Qui si duciam collocarunt in principibus, ingruente procella, clamant ad principes. Qui confidunt in diuitijs, ad has clamant, quum periclitantur. At oues dei nesciunt clamare, nesciunt balare, nisi ad pastorẽ suum deũ. Quid autẽ clamant? Miserere. Nihil nominatim orãt. Satis est si miseretur. Quomodo sit miserendum, ipse nouit optime. Miseretur interdum, quum immittit afflictiones, a deo plus dicere: Miseretur, quum patitur suos labi in graue crimen. Miseretur, quum afflictionẽ solatio temperat, ut nostra imbecillitas possit sustinere, miseretur, quum liberat à malis ac pro tristibus immittit lætiora, miseretur quum largitur gratiam, miseretur quum auget, miseretur quum seruat. Quicquid muneris accipimus à deo, quoniam indebitum, quoniam gratuitum est, misericordia est. Vnde non solum misericordia domini plena est terra, sed & super cœlos & apud inferos misericordia eius. Nec est simplex domini misericordia, sed misericordia: illius multæ, paratæ omnibus clamantibus ad illum. Alia liberat, alia preuenit, alia comitatur, alia sequitur, alia tuetur, alia consolatur, alia flagellat ut emendet, alia largit ut ditet. Quid plura? Ut sapientiæ, ita nec misericordiae eius est numerus. Diuites huius mundi nimium uocales & clamorosos mendicos submouent à uestibulo, quod obstrepant deliciantibus. At deus talibus mendicis fauet, non quod ipse hinc capiat uoluptatẽ, sed quod nos utilitatẽ. Videte enim huius mendici improbitatẽ, Clamaui toto die, & hoc ipso postulat esse cõmendatus, quod non destiterit clamare. Quid autẽ est toto die, nisi per omne uitæ tempus? Exortus mundi diẽ incipit, occasus finit. Ita suus cuiq; dies incipit nascenti, occidit morienti. Nasci nobis orti est, senectus uespera est, mors occasus. Quanquam occasum nostrum non semper monet in stare præcedens uespera. Nec quisquã hominum numerare potest horas sui diei, quemadmodum metimur clepsydri & horologijs diem mundi. Morituros nos scimus omnes, quãdo quisq; moriturus sit, nouit nemo. Quod expediebat nobis, scire datũ est: quod nõ expediebat, cœlatũ est. Expectemus singulis horis occasum nostrũ, nec cõperendinemus conuerti ad dominum. Viator si desint æra aut horologia, quæ nũtiant horas, quàm solitatis oculis obseruat umbras arborum, metitur cœlum: quod si nubium densitas obstat, quo est incertior, hoc magis accelerat iter, ne nox occupet. Nobis autem ut nihil est cer-

tius morte, ita nihil incertius hora mortis. In foribus esse credamus, quod omni momento potest accidere. Ne cessemus in hac uia nostra, properemus, acceleremus, ne nos occupet aeterna nox. Viator oppressus nocte, spe lucis rediturae consolatur noctis tedium, at nostro diei, si cessauerimus, succedit aeterna nox. Clamemus ad dominum fratres charissimi, & clamemus indefinenter, & clamemus in die. Vbi uenerit nox, inutilis erit clamor. Frustra clamauerunt fatuae uirgines, quia nocte clamauerunt. Frustra diues Euangelicus, quia post occasum: frustra qui in nomine Iesu prophetias aediderant, quia noctu clamauerunt. Omnia tempus habent fratres, quemadmodum scribit Ecclesiastes. Est tempus loquendi, est tempus tacendi. Quamdiu sumus in hac uita, tempus est loquendi, ubi hinc migrauerimus, tempus erit tacendi. Ibi loquetur aduersarius, accusans nos apud deum: ibi loquetur iudex, reddens unicuique, pro ut gesserit in corpore. Quid enim illis loquamur, aut cui loquamur? Misericordiae? Audiemus, misericordiae tempus praeteriit, nunc iudicij tempus est. Tunc clamandum erat, quum dies esset. Appellabimus iustitiam? Audiemus, ante iudicium para iustitiam. Quamquam tutum non est appellare iustitiam dei, nisi adit misericordia, quae superexultat iudicio. Ibi iustitia suas agit partes. Hic domini misericordiam appellemus, & per illam iustitiam praeparemus, ut ad illud tribunal iuxta uaticinium Esaiæ, praecedat nos iustitia nostra, & gloria domini colligat nos. Toto die clamandum est, sed qui non clamauit in aurora, qui siluit in meridie, qui non clamauit uesperis, saltem in extremo crepusculo clamat ad dominum. Nec enim desperandum, quamdiu spirat homo spes est. Simul atque efflauit animam, nox est. Fortasse alij possunt clamare pro te, ipse pro te clamare non potes. Atqui legimus in arcanis literis sanctos media nocte clamasse ad dominum. Nam nox erat, quum Christus in orto clamaret ad patrem. Quicumque uult clamant ad dominum, in die clamant, etiam si coelum habeat profundam noctem. Est & nox afflictionis ac tentationis. In hac maxime clamandum ad dominum. Nox erat gemina, quum fugerent apostoli, quum Petrus abnegaret dominum. Nox erat etiam hora sexta, claro die, quum dominus crucifigeretur, quia haec tunc erat potestas tenebrarum. Ibi recitauit Psalmum 21. in quo sic loquitur, Clamaui per diem & non exaudies, & nocte, & non ad insipientiam mihi. Et in prosperis & in aduersis clamandum est ad deum, etsi non protinus dat quod petimus, ne desinamus a clamando, si non audiuit clamorem diurnum audiet nocturnum, Audiet, inquam, etiam si non dederit quod uotis expressisti. Hoc precipuum uotum tuum est, Optas salutem aeternam, ad id si non conducunt res prosperae, deus inmittit afflictionem, ut uel uexatio det intellectum auditui. Hoc quoties fit, tum non auditus in die clamans, audiris in nocte. Habes summam uotorum tuorum, etiam si negatum est quod humanus flagitabat affectus. Iam est & nox ignorantiae, in qua uersabantur Iudaei, literae adhaerentes, sed longe magis ethnici, deum ignorantes, ac muta idola pro dijs uenerantes. Hanc noctem dispulit exortiens Euangelij lux, discussit umbras legis, detexit errores gentium, per uniuersum orbem emittens radios clarissimae ueritatis. Hoc est quod scribit Apostolus: Nox praecessit, dies adest, abijciamus ergo opera tenebrarum. Hic erat dies quem fecit dominus, ut qui prius eramus filij tenebrarum, nunc exultemus & laetemur in lumine domini dei nostri. Totum autem hoc tempus, quod annorum mensium ac dierum uicibus ab Euangelij exortu decurrit, usque ad consummationem seculi, unus est dies, quemadmodum ex Paulo docuimus. Imò tempus uniuersum, quod ab orbe condito numerosa seculorum serie uoluitur, usque ad iudicij diem, unicus est dies. Quamquam enim ante praedicationem Christi gratiam, Euangelium erat in multis absconditum, tamen nulli piorum defuit dies Euangelicus, quantum illi seculo satis erat. Necto hoc die cessat ecclesia uelut unus homo, clamare ad dominum, miserere mei. Alij nondum nati sunt, alij migrarunt hinc, perpetuus tamen est ecclesiae clamor in his, qui supersunt, nec muta est pro his, quos leuiores commissa cum spe relaxationis remoratur in cruciatibus. Quoniam autem miseriam ac molestiam suam profiteatur, qui implorat misericordiam, ideo subiicit. Lætifica animam serui tui, quoniam ad te leuauit animam meam. Toties scriptura mystica nominat animam Christi, & ubi sunt Apollinaris discipuli, qui negant Christo fuisse animam humanam, mentientes illi loco animae fuisse diuinam naturam. Tres diuersae res siue substantiae erant in Christo. Verum corpus humanum doloribus ac morti obnoxium, aut certe harum affectionum capax: diuina natura, quae sibi naturam

humana

humanam assumpserat: & anima humana, pura quidem a peccatis, sed eiusdem conditionis, cuius nostrae sunt. Et haec omnia unus & idem Christus, cui gloria in omne aeuum. Totum hominem assumpsit, ut totum hominem restitueret. Corpore mortem pertulit, anima cruciatus. At qui in diuinam naturam nihil horum cadit. Porro dolore sentit in anima, qui rogat laetificari animam suam. Tristis erat anima Christi usque ad mortem, quum horret & angeretur, adeo ut guttae sanguinae defluerent in terram ab ipsius sacratissimo corpore. Hunc dolorem se recepit, non fictum, sed uere, partim ut nobis argumenta daret assumptae nostrae infirmitatis, partim ut suis martyribus formam ostenderet, unde in simili rerum statu solatium petere deberet. Nec tam dolebat mortem imminentem, quam quod uideret tam multos infirmitate carnis ipsius offensos, in aeternum perituros. Sistebat hominum salutem ardore ineffabili. Nec solus tristis erat, sed erant & electiores ipsius omnium, quos mortis suae conscios esse uoluit, animi constantia grauari. Quin & post resurrectionem, confabulantur duo discipuli euntes in Emaumtem de Iesu, sed tristes, ac propemodum desperantes. Orat igitur caput pro membris suis periclitantibus, ut qui fuerant contristati morte domini, laetificarentur resurrectione domini. Quamquam autem dominus Iesus semel mortuus est pro peccatis nostris, nunquam postea moriturus, semel resurrexit, semper in caelis uisurus, tamen post commemoratam quadragesimae diebus mortem illius, ubi illuxerit ille resurrectionis dies, ut hilarescit uniuersa ecclesia, ut gessit, ut triumphat. Quae letas uoces decantat, subinde repetens alleluia, subinde recitans illum uersiculum: Haec dies quam fecit dominus, exultemus & laetemur in ea. Verum haec leticia in multis inepta est, in nonnullis otiosa, si non adsit alacritas spiritus. Quidam male precantur tandem, tandem exhaustae quadragesimae, gaudent submota ieiunia, redditas carnes, abijciunt uestes sordidas, sumunt splendidas. Instruuntur mensae lautioribus epulis, reuocatur fastus, reuocatur delicta, choreae, quas in quadragesima non abiecerant, sed dissimularant. Quid multis? Ita lugere desinunt, ut de integro lugenda committant. Fratres mei non haec est leticia, quam tanto clamore rogat hic Psalmus, neque enim clamat laetifica uentrem, gulam, aut carnem serui tui, sed laetifica animam serui tui. Nemo uere laetificatur resurrectione Christi, nisi qui cum illo resurgit a uitis, in nouitatem uitae. Quid refert sumptisse uestem candidam, si anima magis etiam sordidetur, quam antea? quid prodest ore sonare alleluia, si infelix animus sibi male conscius, intus decatet lamentationes & uae. Vis autem impetrare ueram animae laeticiam? uide quid sequatur, quia ad te leuauit animam meam. Nisi leuaris animam tuam ad deum, non senties illud uerum paschale gaudium. Resurrexit Christus, surge & tu. Mundus inhumilis est. Et in mundo, inquit dominus, tristitiam habebitis. Sed ubi gaudium? Ipse demonstrat. Iterum, inquit, uidebo uos, & gaudebit cor uestrum, & gaudium uestrum nemo tollet a uobis. Vtinam resurgat Christus in nobis omnibus, & iterum dignetur uidere nos, ut gaudeat non lingua nostra, non gula nostra, non uenter noster, non caro nostra, sed cor nostrum. Nemo non quaerit gaudium, plurimaeque sunt artes, quibus homines id sibi conantur ascescere, sed non est gaudium cordis in mundo, mihi credite, non est gaudium cordis in mundo. In Christo uerum est gaudium, in Christo cordis est gaudium, in Christo gaudium est, quod nunquam aufertur. Sed Christus subuectus est in caelum, eo si non possumus tollere corpora nostra, saltem tollamus corda nostra, eo leuemus animas nostras, non sapientes ea, quae sunt super terram, sed quae sunt in caelis. Vbi amas, ibi uersatur anima tua, ut possis cum Apostolo dicere: Nostra autem conuersatio in caelis est. Ibi uersans anima, gustat ea quae nec oculus uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt, quae praeparauit deus diligetibus se. Homines sunt, qui carnem sapiunt. Res est terrena caro. Supra hominem sit oportet, qui uelit hoc sentire gaudium. Multi leuant animas suas contra deum, et implicat se doloribus multis. Quisquis leuat animam ad deum, sentit esse uerum, quod dixit Sapiens Hebraeus: Secura mens quasi iuge conuulsum. Orantes leuamus capita, manus & oculos sustollimus in caelum, & recte facimus, si simul leuemus & animas ad deum. Qualia sunt quorum amore ducimur, tales sunt animi nostri. Nihil est peccato grauius, hoc conusta anima quomodo se leuaret ad deum. Apud Zachariam propheta mulier insidet plumbo, & plumbum massa conijcit in os eius: plumbum est iniquitas, mulier est praua cupiditas, adhæsit plumbo, & hausit plumbeam massam. Habes imaginem animae peccatis grauatae. Iam mihi perpende, quae sunt humiles res, quarum amore tumultuant homines, huic mundo dediti. Aurum, argentum, & gem

& gemme, in intimis terræ tenebris nascuntur. Illic habitat anima auari. Libido corporis in extremas corporis partes relegata est. Illic habitat anima libidinosa. In cellis uinarijs habitat anima temulenti. Nonne tales cum uulpibus & ursis habitant in foueis terræ, nonne cum suis uoluntur in cœnor? Nonne cum anguillis uoluntur in limo, cum limacibus humi repunt? Quando isti possint animas in cœlum attollere, nisi ex uulpibus & suis fiant columbæ, ut subuolantes in foramina petrae, petra autem Christus est, inueniant requiem, inueniant ueram læticiam, quam in se non inueniunt? Columba fieri cupiebat propheta, qui in alio quodam psalmo, pertelus corporis huius sarcinam: Quis, inquit, dabit mihi pennas sicut columbæ, & uolabo & requiescam: In uolatu labor est, sed succedit requies. Durum est humane naturæ, ab his rebus, quæ in presenti delectant aut cruciant, animam subducere ad amorem spemque cœlestium, sed nisi subuolaris, non habebis requiem, non habebis cordis gaudium. Humile est totum quod habet hic mundus uisibilis, humilis totus homo, nisi transuolarit seipsum, non lætificabitur anima ipsius. Parum dicit, qui dicit sordidas uoluptates, sordidius lucrum, esse rem humilem. Cape summum fastigium humane dignitatis, humane sapientia, humane iustitia, humile quiddam est, nec lætificare potest animam hominis, nisi surrigatur in sublime. Dices quomodo poterit hoc fieri, ut quod Græcis est in prouerbio, fiat alinus auis? Effectus à domino est, qui nos attrahit, ut leuemur ad ipsum. Adimit sarcinam peccatorum, addit alatum fidem, igneam charitatem, gestientem spem, his uehiculis leuatur anima ad dominum. Modum autem docet Hieremias: Bonum est, inquit, uiro quum portarit iugum ab adolescentia. Sedebit solitarius & tacebit, quia leuauit se super se. Hic occurrit animis quorundam, quid iugum ad uolatum? Deprimat magis, quam subleuat. Sed domini iugum leue est, adeo ut & in cœlesti subuehat. Ergo quisquis subuolare cupit ad dominum, excutiat iugum satanae, & huius mundi, & suscipiat in se commodum ac leue iugum Christi, idque ab adolescentia sua, hoc est quum posita infantia, coeperit proficere spiritu. Habet enim & pietas infantiam, adolescentiam, iuuentutem, ac uirilẽ ætatem suam, senectutem nescit. Senectus enim peccatum est. Cæterum quisquis exiit ueterem hominem cum actibus suis, repubescit in Christo. Sedebit autem iam sedatis carnis cupiditatibus, quæ degraunt animam: & sedebit solitarius, abdicatis presidijs omnibus, quæ sese ingerunt, non respiciens, nec ad patrem aut matrem, nec ad uxorem aut liberos, nec ad principes aut dignitates, nec ad iuuentutem corporis, nec ad uires aut opes, nec ad huius mundi sapientiam, nec ad mortem, nec uitam, denique nec ad diuos, nec ad angelos. Sedens autem tacebit, non obmurmurans in aduersis, non iubilans in prosperis, sed quemadmodum habet uersiculus præcedens apud eundem prophetam: Cum silentio præstolabitur salutare domini. Qui potest, inquit, homo terrenus rem tam arduam? Quia leuauit se supra se. Pedibus terram contingit, sed cor habet apud deum. Oremus dominum fratres, ut ex animalibus reptilibus faciat columbas eos, qui nondum possunt animas suas leuare ad dominum. Ille deuolauit à cœlis, nobiscum reptit in terris, ut nos ex terrestribus animantibus faceret cœli uolucres, paulatim affectus nostros subuehens ad cœlestia, uelut aquila prouocans ad uolandum pullos suos. Frequenter orabat in monte, in monte transfiguratus est, sublatus in crucem, mortuus est cœlo uicinior, è monte sublatus est in cœlum. Quid hoc aliud erat, quam pullos adhuc inuolucres ad uolandum prouocare? Misit spiritum igneum, ex terrenis fecit homines flammæos. Ignis autem non alio fertur, quam in cœlum. Quam erant humiles, quam crassi discipuli prius quam leuaret se supra se? At quanto altius, uidit illos propheta Esaias, quum admirans diceret: Qui sunt hi, qui ut nubes uolant, & quasi columbæ ad fenestras suas? Petrus & Paulus in epistolis suis nunquid humile, nunquid terrenum habent? Meras flammæ loquuntur, fulgura crepant, ac tonitrua cœlestia resonant. Horum exemplo commoti rogemus dominum, ut trahat animas suas ad se, ut illius ope adiuti, leuemus animas nostras ad ipsum, & inueniamus ueram læticiam ab eo, qui fons est omnis gaudij. Sed ut dixi leuemus animas ad eum, in ipsius benignitate, non in nostris meritis collocantes nostram fiduciam. Vnde subiecit: Quoniam tu domine suauis es & mitis, & multæ misericordia, omnibus inuocantibus te. Ideo lætifica animam serui tui, non quod ego merear, sed quod natura benignus es ac mitis, quod nos legimus, suauis, Græcis est *χρησός*, quod magis bonum commodum ac benignum sonat. Quod nos mitis, Græce est *επιεικής*, quod humanum possis uertere. Item quod in

Euang.

Euangelio legimus, iugum domini suauis, Græce est *χρησός*, ut distinguat à iugo tyrannico satanae, quod graue est & iniquum. Et *επιεικής* proprie dicitur, qui non utitur summo iure suo, sed humanitate potius sequitur. Tollere iugum domini, est leuare animam ad dominum. Sed nemo potest tollere iugum dei, nisi prius excusserit iugum diaboli, quo misere deprimuntur, qui seruiunt peccatis. Nec est quod horreas iugum domini. Commodus est ac benignus, dono charitatis leuia reddens quæ præcepit, & in æstimatione nostrorum operum æquus est & humanus. Agnoscit infirmitatem nostram, & ignoscit imbecillitati nostræ, si minus quam oportet, sustulerimus ad illum corda nostra, adiuuat uirculas nostras, & condonat nobis negligentiam nostram, tolerans & opitulans, donec proficiamus: nec solam benignus est & humanus, sed etiam *πολύελεος*, hoc est multæ misericordia. Misericordia est donare peccata, sed multa est misericordia, etiam ditare gratia spirituali, cui peccata remittit. Accedamus igitur imbecilles cum fiducia ad dominum, sed benignum ac lenem: accedamus imperfecti ad dominum humanum, & æquum leuioribus erratis: accedamus poenitentes ad eum, qui magnus est misericordia. Sic enim sonat Hebræis, quod Septuaginta uerterunt *πολύελεος*. Flores magnitudinem potentia, cogita magnitudinem misericordia. Tantum inuoca, agnosce culpam, & implora ueniam. Non est apud illum personarum discrimen, multum misericors est omnibus, qui inuocant illum. Iudæi conabantur gentes ab Euangelij gratia secludere, non agnoscentes magnitudinem et amplitudinem diuinae misericordia, sed dominus neminem submitit à sua gratia, non Iudæum, non Græcum, non Asianum, non barbarum. Inuocauit Scythia, auditus est: inuocauit Danus, non repulsus est: inuocauit Hispanus, admissus est: inuocauit Hibernus, expertus est misericordiam: clamauit Indus, auditus est: clamauit Aethiops, exauditus est. Gentes tam effertis moribus, ut dubitari potuerit, hominesne essent an ferae, inuocarunt nomen domini, & expertæ sunt illius diuinae misericordiam. Nec sexus ullus, nec ætas ulla submota est à misericordia domini, prius angusta apud Iudæos, mox largius effusa per omnes terrarum nationes. Hoc est, quod iturus ad uicissimam dominus orabat patrem, ut non solum in angulo orbis Iudæa, sed in omnibus quaqua patet orbis, nationibus inuocaret nomen domini, & experti rentur omnes illius benignitate, humanitatem ac misericordiam. Et hodie quicumque inuocat nomen domini, saluus est. Sed inuoca dominum, hoc est, seruus agnosce dominum, & inuoca non uoce tantum, sed & corde. Alioqui nihil moratur illos, qui labijs clamant domine domine, quum cor ipsorum longe aliud clamat. Nec dominum inuocat, qui petit aliquid inutile ad æternam salutem. Qui petit mortem inimici, non inuocat dominum, id postulans quod displicet domino. Dominus iussit inimicum diligi, & tu illius petis exitium? Malus seruus est, qui domino suo præscribit, quid per eum uelit fieri. Qui petit, ut morbo leuetur, nescit an inuocet dominum, quippe ignarus, an hoc expediat ad salutem. Ergo si durat morbus, ne murmuret, ubi est ille dominus benignus, humanus & multum misericors inuocantibus ipsum: Ecce toties inuocauit, non exaudior. Si uere inuocasti, exauditus es. Non datum est quod petebas, sed maioris erat misericordia negare, quam dare quod petebas. Summa uotorum esse debet, ut habeas ipsum dominum. Proinde id datum est, quod isti uoto conducibilis erat. Inuocemus dominum cum Christo, & in Christo, qui nos inuocare docuit, qui pro nobis inuocauit, & in nobis inuocat, si modo illius spiritu ducimur, & per illum exaudiemur. Et si differretur quod petimus, ne protinus desperemus. Imitemur uicissim improbam in Euangelio nobis propositam, imitemur nocturnum petitorum, qui uicissim instantia sua coegit è lecto surgere, & treis panes porrigere. Iterum atque iterum pulsamus fores, clamantes: Auribus percipe domine orationem meam, & intende uoci deprecationis mee. Auxit huic mendico clamandi fiduciam, considerata domini benignitas humanitas & misericordia multa. Primum clamabat, inclina aurem tuam, nunc factus audacior, orat ut precessionem suam recipiat in aures suas, nec leuiter recipiat, sed intentum se præbeat oranti. Agnoscitis linguam scripturarum, tropis quibusdam humanis, hominibus balbutientem. Deus inclinat aurem, quum non aueratur preces. Percipit aure, siue inauertit, ut Græcam uocem imiter, quæ est *υβρισις*, quum largiri dignatur, quod petimus. Intentus est preconi nostræ, quum hoc largitur, quod nobis potissimum conducit ad æternam salutem. Homo rogatus interdum dat, quod quia petenti nocet, dedisse poenitet. At qui intencius audit preces, diiudicat precessionem flagitantis, melius illi prospiciens, quam ipse prospicit sibi.

Homini,

Homines interdum recipiunt preces in aurem, quas non demittunt in animum, at deo non est aliud auris, aliud animum. Et si recipiunt in animum, rursus obliuiscuntur, ut subinde sint appellandi. At deo nihil excidit, quod semel demisit in aures, quanquam nostris interpellationibus gaudet, non ut commoneatur, sed ut noster augetur in ipsum affectus. Petamus igitur ipso digna, si uolumus ut intendat uocibus nostris. Multi petunt a deo, quæ non auderet petere a bono principe homine, & audent dicere, intende uoci deprecationis meæ. Hoc non est emereri misericordiam, sed prouocare iram domini. Oras exitium proximi, crudeliter oras, & postulas domini misericordiam? Dicis domino, quoniam suauis es & mitis, & tu tam asper atque immitis es in fratrem? Quomodo placabis dominum qui placando offendis, aut quo sacrificio propiciabis illum, quum tuum sacrificium crimen sit? Aut qua fronte postulas, ut dominus intendat precibus tuis, quum tu surdus sis ad preces proximi tui? Aut quo ore rogas, ut tuam deprecationem recipiat in aures suas, quum tu ad illius præcepta surdas habeas aures? Verum ut hæc libera fronte petere possimus fratres, utque cum fructu dicamus, ne dimoueamus oculos nostros a præfule nostro Christo Iesu. Ille semper aures intentas habuit præceptis patris, usque ad mortem, semper habet aures patulas ad clamorem miserorum. Hinc pro uiribus imitemur, ut cum illo exaudiamur. Clamauit ille in cruce, & exauditus est. Conscendamus & nos crucem quiscuis suam, et inde clamemus ad dominum: In die tribulationis clamauit ad te, quoniam exaudisti. Vide ut crescit inter orandum fiducia. Proximo uersu prædicauit dominus benignitatem, humanitatem, misericordiam. Vnde cognitam? Expertus sum inquit. Dicit Psalmus alius: Videte & gustate, quoniam suauis est dominus. Hic pauper gustatam domini benignitatem, maiore fiducia implorat denuo, contra quam faciunt multi, qui experti, quæ bonus sit dominus, tamen obliti beneficiorum illius, alio se uertunt. In die tribulationis. Græce est *ὄλεος*, quod aliquoties uertit pressuram, interdum afflictionem. Iam diximus totam hominis uitam esse diem unam, atque is uere dies est tribulationis. Nam hoc uerbo delectati sunt interpretes Ecclesiastici. Est enim uere iuxta Græcorum prouerbium *ὄλεος ὁ βίος*, id est, spinosa uita hominis, qui natus de muliere, breui uiuens tempore, repletur multis miseris. Excussis enim est paradiso, & in hoc relegatis exilium, quid aliud profert nobis terra nostra, quæ spinas ac tribulos? Pungimur undique, laceramur undique. Habent & diuitiæ spinas suas, habent & honores spinas suas, habent et uoluptates spinas suas, non tantum afflictiones. Hanc spinosissimam uitam dominus nostra causa suscepit, pauper, contemptus, afflictus, denique spinis coronatus, nostras spinas in se recepit, ut nos paradiso restitueret. Orauit a baptismo, & exauditus est. Argumenta quaris? Cæli aperti sunt, columba descendit, uox patris audita est, hic est filius meus dilectus. Hic erat exordium afflictionis. Quid enim postea legis in uita Christi? Ieiunium, peregrinationes, pernoctationes in precibus, docendi labores, sitim, famem, lassitudinem, toleratas obrektiones, persequutiones, probra, uerbera, crucem. Hic postremo clamauit, & exauditus est. Rursum Ioannes 12 loquitur: Nunc anima mea turbata est. Et quid dicam? Pater sanctifica me ex hac hora, sed propterea ueni in hanc horam, pater clarifica nomē tuum. Quum audis turbatā animā, agnoscis diē afflictionis. Dolores enim nostros ille portabat. Exauditus est. Sequitur enim: Venit uox de cælo: Et clarificaui, & iterum clarificabo. Orauit post mysticā cenā, & exauditus est. Orauit in horto & exauditus est. Venerunt enim angeli, & ministrabant ei. Clamauit in ara crucis, denique clamans reddidit spiritum. Agnosceamus hic imaginē quandam sacrificij nostri. Sunt preces, quæ præcedunt consecrationem, sunt quæ sunt in ipsis mysterijs, sunt quæ finiunt mysteria. Peractis itaque mysterijs eius sacri dixit, consummatum est, & postrema uoce clamauit ad dominum, dicens: Pater in manus tuas commendo spiritum meum. Et hic exauditus esse, testabatur sol, subducens mundolumen suum, testabatur uelum templi, scissum a summo usque ad imum, testabantur petrae fissæ, monumenta aperta, rediuiti mortui. Hanc igitur extremam preces egerat dicitur. In die tribulationis clamauit ad te, quoniam exaudisti prius clamantem, scies quod semper me audis. Quicquid autem hic egit caput, pro corpore suo egit, quod est ecclesia. Huic uiam aperuit, ac formā præscripsit. Quot afflictionibus impetita est ecclesia? Quot persecutionum undis pulsata, quot cruciatibus ac mortibus examinata? In hanc principum crudelitas, in hanc ludæorum peruersitas, in hanc hæreticorum impietas, in hanc

totus

totus mundus, omni machinarum genere insurrexit. At ea in memor exempli dominici in die afflictionis num confugit ad arma bellica? Num ad fauores regum? Num ad philosophiæ præsidia? Nihil horum. Quid igitur? In die tribulationis clamauit ad dominum, & audita est. An non audita est? Quid enim aliud perfecit immanitas persequentium, quam quod latius inclaruit Euangelij gratia & Iesu gloria? Hoc erat quod illi petebant Euangelij præcones, datum est quod petebant. Occisi sunt martyres, uicit Euangelium. Quamquam autem non semper sunt Annae & Caiaphæ, non semper Nerones ac Diocletiani, tamē ab exordio mundi usque ad finē, uerum est quod scribit beatus Paulus: Quicumque uolunt pietate uiuere in Christo Iesu, persecutionem parietur. Breuiter undique spinarum satis cuique est. In his clamemus ad dominum, non ad Baal, non ad artes magicas, non ad homines, uel uiuos uel mortuos, clamemus ad illum, quod ut nihil est clementius, ita nihil potētius. Exaudiuit nos in capite clamantes, quum liberaret nos a tyrānide Belial, exaudiet rursus nos quoties in eodem manentes, clamamus afflictum propter iustitiam, ac nostram afflictionem uertet in nostram multorumque salutem, & in nominis sui gloriam. Videmus orbem terrarum subiectum Euangelio, Trophæa crucis nusquam gentium non erecta, tantā mundi mutationem uidemus, admirabili consilio dei procuratā, per ignominias, per mortes, per paucos, humiles, & iuxta mundum idiotas apostolos. Summi monarchæ ad nomen Iesu ceruices inclināt. Idola gentium cum agminibus deorum prostrata sunt, imō ut melius dicam nusquam sunt, ab uno deo, salus petitur ab omnibus. Hoc ut fieret clamauit Christus accinctus ad sacrificium, hoc & hodie clamant oēs, qui sunt membra Christi. Ut omnes gentes renascantur per Christum, & illius amore foriter perpetentes omnia propter iustitiam, crucifigantur huic mundo per Christum, ut ambulantes in nouitate uitæ ad exemplum Christi, mereantur cum eodem regnare & glorificari. Non est similis tui in dijs domine, & non est secundum opera tua. Clamauit pro gentium conuersione, & exauditus dicit: Non est similis tui in dijs domine. Hoc gentes per Euangelij tui lucem cognoscent, & abijcient, quod impie coluerunt. Nam qui sunt dii gentium? Portenta detestanda. Coluerunt dracones, crocodilos, boues, & similes pro dijs. Quid demētius? Sed hoc quoque stultius, quod lapides mutos, ac ligna pro dijs coluerunt, ut præ his excusandi uideantur, qui quibusdam hominibus honores diuinos detulerunt. Sed his omnibus execrabilius, quod demones impios, impostores, & generi humano inimicos pro dijs uenerabantur. Ab his maioribus orti sumus, ab his abominabilis malis per Christum liberati sumus. Sed qui solem & lunam, reliquamque cæli militiam pro dijs coluerunt, magnifica quidem corpora coluerunt, sed quid ad deum, qui ista condidit, quum nihil essent? Da creaturam quælibet sublimem, da potestates ac principatus, da super premum angelum ex ordine Seraphico, nihil conditum cum conditore conferri potest. Angeli ministri sunt dei, cum tremore seruientes illius maiestati, cuius sublimitas nobis est incogitabilis. Ad tantam maiestatis splendorē exortum, merito euauerunt omnia ficta deorum nomina, & uno ore nunc clamat uniuersis orbis: Non est similis tui in dijs domine. Vnde id liquet: Ex ipsis factis, subiicit enim: Et non est secundum opera tua. Dij gentium demonia, deus autem cælos fecit. Dei uirtus, sapientia & bonitas undique nobis relucet in rebus ab ipso conditis. Nam hic primus est gradus ad cognoscendum deum. An non admirandum opus hic mundus? In hoc opere quanta relucet autoritas, potentia, bonitas & sapientia? Ex huius contemplatione, quidam mundi sapientes perspexerunt dei uirtutem ac sempiternam illius diuinitatem, quanto plus uisuri, si contemplati fuissent oculis fidei. Nec cælos fecit tantum, sed & angelos fecit. Breuiter nihil factum est, quod ab ipso factum non est. Quam admirabiliter autem hoc opus suum tuetur & gubernat? Quanto admirabilis genus humanum restituit? Quam incōprehensibili consilio ecclesiam suam redemit, instituit, ditauit, prouexit? Ipse deus induit hominem, & morte sua reconciliauit homines deo. Quid simile fecerunt dii gentium? Illi deluserunt miseros, ut haberent mortis socios, hic patefacta ueritate sanauit omnes. Illi pelliciebant ad turpitudinem, hic abstulit peccata mundi. Illi demergebant cultores suos in barathrum, hic euehit in cælum. Quorsum igitur attrinet alios deos querere, quum unus sit adeo ceteris sublimior, ut nullus sit illi similis, nec in cælo nec in terra? Hic si respicimus ad horum temporum mores, fortasse non inuenimus templa, in quibus Ioui, aut Mercurio, aut Veneri iherificatur, at uereor ne in multorum peccatoribus uelut in templis, huiusmodi dijs fiant sacra. Quicquid deo prætor

Tom. 5

P liste

Isti, Deum tibi fecisti, & quodammodo Deum unicum ac uerum abnegasti. Quemadmodum autem piorum corpora templum sunt Dei, quæ prophanare uetat Paulus, ita peccius auari, templum est Mamona, corpus libidinosi templum est Veneris, peccius ambitiosi templum est Iouis, peccius Genethliaci, templum Apollinis, peccius luxu uacantis, templum est Comi, aut si mauis Sileni. Quoties eiusmodi cupiditatibus, contemptis Dei præceptis obtemperas, toties uictimam offers non Deo, sed dæmonibus. Non est quod horreant aures uestræ, sermonem omnis abominandi, magis horreant animi uestri rem multo detestabiliorem. Atqui hic si quis uelit animo serio rationem subducere, quantum inter sit inter ea, quæ nobis largiuntur isti dii cupiditatum nostrarum, & quæ donat deus noster, toto pectore clamabit: Non est similis tui in dijs domine, & non est secundum opera tua. Si quaeris honorem, ille largitur æternam gloriam. Si principatum, asciscit in regnum suum, cuius non erit finis. Cum hoc conier, quæ tibi promittit tuus Iuppiter, si quid omnino potest promittere. Si diuitias, in illo possides omnia, qui solus dominus est omnium. Ad hoc quid est, quod tuus tibi pollicetur Mercurius? Si oracula, habes scripturam certissimæ fidei, qua tibi loquitur Deus ex adyto suo, quoties uis. Si uoluptatem, solus ille dat gaudium plenum, quod auterri nemo potest. Quid simile dant suis cultoribus Venus & Comus? Liceat apud pietatem uestram fratres quod uerum est, libere dicere: Quid refert explosos esse deos è templis gentium, si nos illis immolamus uictimas, in mentibus nostris? Multi sunt tituli Christiani, qui re colunt dæmones. Explodamus itaque, exhibemus deos inutiles è peccatoribus nostris, & tota fiducia collocata in uno Deo, qui fecit & cælum & terram, memores tot beneficiorum, quæ in nos effudit, dicamus, & dicamus ex animo:

Non est similis tui in dijs Domine, & non est secundum opera tua. Omnes gentes quas cunque fecisti uenient, & adorabunt coram te Domine.

Iudæi Hierosolymis adorabant. Samaritani in montibus. Gentes innumeris superstitionibus, uarijs que ritibus uarios deos adorabant. Verum hoc impetrauit mors Christi, ut unius ueri Dei nomen, per uniuersum orbem omnibus gentibus inclaresceret. Non omnes homines crediderunt Euangelio, sed nulla est natio, quæ non receperit Christi doctrinam. Quid mirum si restituit omnes gentes, qui fecit omnes gentes? Non passus est benignus conditor perire plasma suum, refecit per mortem filij, quod fecerat per filium. Nam uerbo suo condidit uniuersa. Semel illas fecerat, & auersa conditore, coluerunt creaturam supra eum qui condidit omnia. Denuo fecit illas, regenerans uerbo uitæ, ut essent noua creatura. Iudæi crucifixerunt Dominum, & iudicauerunt sese indignos regno Dei. Horum itaque incredulitas inuam aperuit omnibus gentibus, ut uenirent per fidem, qui per impietatem recesserant à Deo, & contemptis simulachris adorarent. Venient omnes, quid obstrepis inuide Iudæe? Venient citra discrimen omnes gentes, in latitudine populi gloria regis. Inuitat omnes ad nuptias, uult impleri domum suam undecunque conuocatis. Ante canebatur: Laudate Hierusalem dominum, lauda Deum tuum Sion. Venit tempus alterius Psalmi: Cantate Domino canticum nouum, Cantate Deo omnis terra. Et: Laudate Dominum omnes gentes, laudate eum omnes populi. Venient igitur, sed uocati: uenient, sed attracti. Alioqui nemo uenit ad Christum, nisi tractus à patre. Deus prior ad illos uenit, ut possint ad ipsum uenire. Unde uenient? A profundis ignorantiae tenebris, à seruitute dæmonum, ab inquinatissimis moribus. Quò uenient? Ad lucem Euangelicam, ad cultum ueri Dei, ad uitæ sanctimoniam. Quò uenient? Num ad Moysen, num ad Cherubim, num ad propitiatorium? Nequaquam. Quo tandem? Ad domum inuitantis, quæ est Ecclesia. Illic sacro lauacro renascuntur, exuentes ueterem hominem cum actibus suis, & induentes nouum. Illic impositis manibus sacerdotum, accipient spiritum sanctum, ut incipiant loqui nouis linguis, non iustitias suas, quas habent nullas, sed magnalia Dei. Vetus lingua canebat Iouem, Mercurium & Bacchum, acclamabant: Magna Ephesiorum Diana, blasphemias faciebant in dominum & in Christum eius: Innouata lingua, omnes uno ore glorificabunt nomē Domini, quem unum adorabunt. Vbi: Non est designatus locus, sed adorabunt coram te Domine. Antea prouolebatur coram mura statua Iouis, ab eo

ab eo petentes uitam, qui ipse uita carebat, procidebant ante Crocodillum, anguē aut uerem, nondum enim uenerant ad lucem, sed posthac adorabunt coram te domine. Quid est coram te? Deus spiritus est, & hunc noui adoratores in spiritu adorant. In tuo pectore deus est, illic adora eum. Dilatauit ecclesia tentoria sua, pro exigua Iudæorū gente, recepit uniuersitatem omnium gentium, & in omni loco offertur nomini illius, immolatio munda in spiritu, non macatis pecudibus, sed correctis mentibus. Quum legimus impias maiorum nostrorum religiones, animo inhorrescimus, ac detestātes idola cum suis dæmonibus, glorificamus nomen domini, cuius potentia, sapientia, bonitate liberati sumus ab illa turpissima seruitute, & asciti in regnū filij dei. Hoc erat quod sitiebat, hoc orabat antistes noster, ut exaltatus à terra, omnia traheret ad se, & ex infinita diuersitate errorum, fieret unus pastor, & unum ouile. Nec solum adorabunt dominum, sed adorabunt etiā coram domino, persuasi eum nusquam non esse præsentem, & illum intuētes oculis fidei, & mundo corde, quatenus in hac mortali uita cerni potest. Ut autem adores coram domino, ab omni sensus humani phantasia subducas animum, oportet. Nihil eloqui, nihil cogitatione fingere potes, quod deus est, qui unus est adorandus. Vbi transcenderis omnem sublimitatem mentium angelicarum, adhuc infinitis partibus abes à celsitudine dei, qui lucem habitat inaccessam. Sed adorans aspicias imaginem dei. Aspice, sed ut lignum aut lapidē, hominis manu factum. Clausis oculis, sed erecto corde oprime uideretur deus. Et tamē non obturbabo, si corporis oculos intendas in statuam, modo mens tua sit apud deum: tamen si mira crassitudo est in homine Christiano, nō posse contēplari deum, nisi per imaginem, si tamen dei potest uilla fingi imago. Mendax imago fallit. Et tamē hominis licet uera imago, quantum est hoc, quod repræsentat hominis? Et dei requiris imaginem? Non hæc eō dicuntur, quod probē istos idolomachorū tumultus, sed quod conuentius existimem, ut templa Christianorum nec multas habeant imagines, nec quaslibet, alioqui pura, & ipsa iudicium ad religionem prouocantia. Præter hæc habet suos gestus adoratio. Compositæ manus tolluntur in cælum, flectuntur genua, figuntur oscula, totius corporis habitus ad religionem componitur. Hæc decenter fiunt, si fiunt pariter inuis, si fiunt coram domino. Effundis uerba, simul & cor effunde corā domino. Interim illud cogitate fratres, quanta puritas, quanta reuerentia requiritur ad hoc, ut quis adoret in conspectu dei: tum quantum absint ab hac adorandi religione, qui in cultu diuino stantes, aut sacris etiam altantes altaribus, animo uoluunt non solum inania, sed etiā turpia, non minus incompositi corporibus, & mentibus. Qui tales sunt, nōdum ex his gentibus sunt, quas fecit dominus. Gerunt signum dei, sed adhuc ignorant dominum, nec adorāt corā eo. Oremus ut & illos refingat dominus, ut rursus ueniāt cum cæteris, & simul adorent coram domino, & glorificent nomen eius. Sequitur enim: Glorificabunt nomen tuum. Iudæus dum elatus iactat suas iustitias, non glorificat nomen dei, sed suum. Gentes autem quoniam nihil habebant meritorum, quæ commemorarēt, gratuito à tantis malis uocati ad confortium ecclesiae, quid aliud possunt, & glorificare nomen domini, cuius misericordiae debent, quicquid habent? Considerant sua facta, & horrent quod meruerunt. Considerant magnitudinem dignitatis ac felicitatis, ad quam ultro uocantur, & confitetur domino quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia eius. Qui suam agnoscit miseriam, & gratias agit dei misericordiae, ille glorificat nomen domini. Hominū salutem, uult nō hominū, sed suam esse gloriam, quam non cedit alteri, quæ admodum ipse loquitur apud Esaiā. Acceptis itaq; nouis linguis, cantabunt canticum nouum dei, cuius laus est in ecclesia sanctorū. Quod canticum? Quoniam magnus es tu, & faciens mirabilia, tu es deus solus. Quicquid habet hic mūdus quilibet sublime & altum, humile est, imò nihil est, si cōferatur ad deum. Solus ille uere magnus est suapte natura. Solus facit mirabilia, quæ admodum solus uere bonus, solus uere sanctus. Mirabiliter condidit mundum, mirabiliter restituit, mirabiliter consummabit. Nec in se tātum, sed & in sanctis suis mirabilis est, per quos operatur quicquid uult, immensa potentia, inscrutabili consilio, ut sublimitas sit uirtutis dei. Solus deus oīa quæcunq; uoluit, fecit in cælo & in terra. Quantum uidemus miraculorū in animantibus, in fontibus, amnibus, arboribus, herbis, gēmis, in stellis & sole, in ipso cū primis homine. Hęc omnia solus deus facit. Quicquid miraculorum aditū est per prophetas, apostolos, martyres aut alios sanctos, solus deus operat.

Quid aliorum deorum miracula? Præstigiæ sunt ac ludibria, & si propius inspicias, impositura. Certe maleficia sunt, quicquid mirandum obijciunt oculis hominum. At dei miracula, sunt hominum beneficia. Magi uertere uidebant uirgâ in serpentem. At quotidie deus quot rerum speciem mirabilius transformât in usus hominum, dum ex tâtillo grano facit arborem, dum ex paululo liquoris creat hominem, cæteraq; animantia. Non est magnum miraculum, uirgam in serpentem uertere, aut ex culice facere camelum, maximum miraculum est ex homine impio, idololatra, facere piû dei cultorē. Non est miraculum, urbem unâ aut alterâ expugnare machinis, totum orbem innouare ad eandem Euangelij religionem, solo uerbo, magnum erat miraculum. Quis hoc hominum aut deorum potuit? His pie consideratis dicunt uno ore gentes: Tu es deus solus. Solus magnus legit Augustinus, pio quidem sensu, sed codicis modo falsus. Audis nouam linguam uocem. Superius dixit: Non est similis tui in dijs dñe, & non est secundum opera tua. Præfert tibi deum, sed tamē alios quoq; deos nominat. Hic cōspicis tot mirabilibus, libera uoce profite: Tu es deus solus. Gradus profectus nobis expressit hic sermo. Principio gētes irridebant Euangelij prædicationem, quæ admodum inquit Paulus: Gentibus quidē stultitiâ. Verum ubi uiderunt per apostolos tenues & humiles, inuocato nomine Iesu profligari demones, depelli morbos insanabiles, reuiuiscere mortuos, quod nec dijs, nec illorum uates, magi, aut augures potuerunt, expauescunt dicebant: Quis similis tui in dijs domine: Hoc erat mutæ mentis præludium. Mox per catechismum edocui, patrem, filium, & spiritum sanctum unum solum uerum esse deum, nec esse alium, præter illum, in cœlo aut in terra, abiuratis dijs prioribus, abominati simulachra, relicis phanis, currunt ad ecclesiam, accepto dono linguarum profitentur, Quia tu es deus solus. Sic caput ecclesie glorificauit patrem, ut cognoscant te solum uerum deum, & quem misisti Iesum Christum. Iudeus agnoscit patrem, filium negat, nec spiritum sanctum adorans. Non dicit igitur tu es solus deus, sed deum mutuum facit. Item Arius dum facit filium & spiritum sanctum creaturam, lacerat diuinitatem, quæ diuidi non potest. Vbi deus est, ibi tota est trinitas, quam confundit Sabellius, dissecat Arius. At ecclesia docta discernere personas, ne discerpere naturam diuinam, quæ secari non potest, clamat cum Christo: Tu es deus solus. Quamq; arbitror hoc oēs in Christo renatos profiteri, sed ueraciter nemo potest dicere, tu solus es deus, qui pluris facit hominem, quæ deum, qui quicquid sic amat, ut illum potius studio, negligat iussa dei. Qui deperit in scortum, inuenit sibi alium deum. Si idē sit temulentie deditus, superbiae reliquisq; uitij, quæ pluribus seruat dijs, qua fronte dicit: Tu es deus solus. Psalmus hic uidetur pugnare cum eo, qui præcessit 82. Illic enim orat ad uersus omnes gentes, hic causam agitur omnium gentium. Attamen si propius inspicimus, idem precatur utrobique. Non enim poterant gētes glorificare deum, nisi prius occisus impijs gētibus. Deus enim sic occidit, ut uiuificet. Occidit impiū, & erigit piū, sicut prostrauit Saulum, & erexit Paulum, occidit lupum & erexit pastorem ouium. Nam in baptismo moritur uetus homo, & exilit nouus. Porro hostilia illa nomina Moab, Agar, Gebal, Ammon, Amalech, cæteraq; quæ illic referuntur, in pectoribus nostris erant, nimirum affectus impij, his interfectis, gētes glorificat deum. Aduersus tales impios affectus orat dñs: Deus meus pone illos ut rotam, & sicut stipulam ante faciē uenti. Sicut ignis qui cōburit syluam, sicut flamma cōburens mōtes. Ita perseque ris illos in tēpestate tua. Dura interpellatio, sed audi felicē exitum: Imple facies eorum ignominia. Ad quid? Ut turpiter intereant. Non. Quid igitur? Et queret nomen tuum domine. Prima uox Euangelij est, pœnitentiā agite, adest regnum cœlorum, & securus ad radicem arboris posita est, & reuelatur ira dei de cœlo, super omnem iniustitiā. Territi sunt, docti sunt, erubuerunt, respuerunt. Tales erant Romani, quibus scribit Paulus: Quem ergo fructum habuistis tunc, in quibus nunc erubescitis? Hæc arguunt has minas non ad exitum spectare, sed ad salutem. Durius est autem, quod sequitur: Erubescat & cōturbentur in seculum seculi, & confundantur & pereant. Pereat impietas, & respicientes cognoscant, quia nomen tibi dominus, tu solus altissimus super omnem terram. Sic interficit deus, uere iuxta Græcorum prouerbium, beneuolus trucidator. Ab illo interficere, uiuificari est. Habemus ex ordinem ecclesie, quæ primū cœpit à Iudæis. Habemus dilationem ecclesie, cōfluentibus ad eam undiq; gentibus. Nunc profectum orat, ut perseueret in fide & charitate, ut semper in melius proficiat. Redemit ac purificauit sibi sponsam, sed absq; præsidio dei nemo potest in bono persistere, nisi gratia dei, quæ uocauit immitos, dirigit, moderetq; uocatos. Restat

Restat acre certamen aduersus potestates aereas, aduersus principes huius mundi, aduersus incredulos & indociles. Hinc atq; hinc sollicitat uel terriculamenta, uel blanditiæ, quæ reuocant à uia ueritatis. Orat igitur pro Petro, hoc est, pro tota ecclesia, ne deficiat fides eius. Deduc me domine in uia tua, & ingrediar in ueritate tua. Per fidem ac baptismum abducti sunt à uis suis pessimis, inducti sunt in uiam, quæ ducit ad uitam. Quid restat? Ut progrediatur in uia domini. Ut ingrediamur in uiam, opus est deducere gratia, ut in ea gnauiter ambulemus, opus est comite gratia. Christus ostium est, per hunc inducimur in uiam. Idem est uia, quæ ducit ad uitam, angusta quidem, sed certissima & cōpendiaria. In hac mirabiliter inductæ sunt gentes. Mortuæ sunt peccatis, resurrexerunt cum Christo, superest ut iuxta doctrinam & exemplum illius, in nouitate uitæ ambulent. Nec enim res est otiosa fides, sed si uita est, per dilectionem operatur: si non operatur, mortua est, & indigna fidei nomine. Ne quis igitur dixerit: Per gratiam iustificatus sum, inuitus sum membris Christi, saluus ero. Inuitus es, sed ut fructifices, non ex te ipso, sed ex succo radicis. Gratia te ab erroribus restituit in uiam, sed quare dicitur uia, si te nusq; deducit? quomodo deducet, nisi per eam ambules? Hic domum non habemus, in uia sumus. Ut autem ambules in uia domini, opus est illius deducere gratia, ut quæ præuenit, eadem comitetur, donec peruenias ad uitam. Ni fructifices inuitus Christo, uide ne excidaris. Minuitur hoc tibi dominus in Euangelio Ioannis: Omnem palmitem in me non ferentem fructum tollet pater. Factus es arbor bona, superest ut bonos edas fructus. Nam fictum quæ folijs nitebat expers fructuum, execratus est dominus. Quum gētes essent carnales, carnis fructus adferebant: posteaquam hauserunt Christi spiritum, spiritus fructum producit. Fructus autem sunt opera bona, per quæ dignoscitur arbor bona. Eum fructum Pelagianus tribuit libero arbitrio, semel per gratiam liberato, nec canere dignatur hinc uersiculum: Deduc me domine in uia tua. Lex ostendit uiam, lex præluceat ambulanti, iuxta Psalmum qui dicit: Lucerna pedibus meis uerbum tuum, sed gratia largitur, ut ambules in uia. Dono cuius? Cuius? nisi illius, qui dixit in Euangelio: Sine me nihil potestis facere? Si incipis fidere uis uirtutibus, & obliuisci gratiam, iam excidisti à uia. Nam ipse Christus uia est, in quo quisquis manet, securus ambulat in uia domini. Itaq; quod hic orat, alijs uerbis orat in Euangelio Ioannis: Pater sancte, serua eos in nomine tuo, quos dedisti mihi, ut sint unum sicut & nos. Quam multi dilabuntur à uia domini, & in pristinos errores relabuntur, etiā post actam pœnitentiā. Idne cui nostrum accidat, clamet unusquisq;: Deduc me domine in uia tua. Beati enim immaculati in uia, qui ambulant in lege domini. Habes præceptis dominicis septem uiam, ne declines ad dextram, aut sinistram. Hanc uiam angustior em reddidit Evangelica perfectio. Verum ne te terreat angustia uia, dilatata est gratia, dilatatum est cor, ut non solum ingrediaris, uerum etiam alacriter curras in hac uia, quemadmodum loquitur Psalmus uiam mandatorum tuorum cucurri, quum dilatastis cor meum. Porro uerbum ingrediendi non ita positum est in hoc Psalmo, quemadmodum ingreditur domum, qui foris erat, aut ingreditur uiam, qui suscipit iter, quod Græcis est εισελθειν siue εισερχομαι, sed ingredi, positum est pro ambulare, nam Græci codices habent πορεύσομαι, id est proficiscar ac pergam. Habet & impietas uiam suam, in qua ingredi perniciosum, stare perniciosius, sedere perniciosissimum, sicut nos docuit primus Psalmus. Cōtra in uia domini, nec standum est, nec sedendum, sed aut ambulandum, aut currendum. Ambulat mediocres, ac paulatim in melius proficientes, currunt perfecti, quod Paulus hortabatur, quum scriberet: Sic currite ut comprehendatis. Talis erat ipse quum ait: Cursum cōsummaui. Quoniam autem hic agitur de primordijs ecclesie, mediocritatis, non perfectionis uerbo est usus propheta. Nam planè quod ad Christum attinet, strenuissimus omnium in hac uia cursor fuit, quemadmodum docet Psalmus 38. Exultauit ut gigas ad currendam uiam. Ambulemus fratres per angustam uiam, si nondum possumus currere, semper detrahentes uitijs, addentes uirtutibus, donec expediti siamus cursores, et si fieri potest etiā uolucres. Nihil desperandum Christo duce, & auspice Christo. Ne circūspice uires tuas, ne tibi uertiginem moueat hinc atq; hinc præcipitata, respice deducere tuum, ut tutus ambules. Quod igitur Christus orauit pro ecclesia, hoc ecclesia quotidie orat pro filijs suis, quos Christo gignit. Deduc me domine in uia tua. Nemo dicat libero arbitrio: Deduc me in uia domini, nemo philosophiæ humanæ, deduc me in uia domini, dic ipsi domino, deduc me in uia, non in uis hominum, sed in uia tua.

In ueritate

Hæc sola nescit errorem. Variæ sunt uia: philosophorū, uariæ Iudaorum, uariæ sunt hæreticorum, sed unica est ad salutē uia, non hominū, sed dei. Ita est & hominū ueritas, sed incerta, nec raro fallēs admixtis erroribus. Unica est domini ueritas, quæ manet in æternum. Si tu mihi dignaberis esse deducor, ingediā in ueritate tua, ambulans per fidē & spem. In his enim est ueritas dei, credimus illius uerbis, & speramus promissa, utrobique solus est uerax. Qui iuxta doctrinā Euangelicā operatur, qui fretus promissis Euangelicis, non ponit spem in hac uita, sed in futura, securus ingreditur in ueritate dei. Nec enim periculū est, ne sit falsitas in doctrina, neue sit uanitas in promissis. Securus ambula, incessanter quod bonum est operare, magistrū habes, qui nec seducit, nec seducitur: remunerator rem habes, qui seipsum abnegare non potest, quā sit natura ueritas. Et habet quidē piæ uitæ studiū in initio nōnihil amaritudinis, dum cōsuetudo peccandi subinde meditatur repulsa scere, dum caro belligeratur aduersus spiritum, sed hanc molestiā deducit ille clemētissimus, spiritali solatio mitigat, aspirans alacritatē bonæ conscientiæ, qua fit, ut non solum non pœniteat tædeat uita, uerum etiā cum gaudio peragas. Eoq; sequitur: Lateatur cor meum, ut timeat nomē tuum. Hic sermo iuxta sensum cōmunem uidetur subabsurdus. Quis enim in hoc gaudet ut timeat, quum gaudiū & timor inter se pugnent? Gaudiū dilatat animum, timor contrahit. Et si alterum paratur ex altero, ex timore nascitur gaudiū, non ex gaudio timor. Si quidē in initio sapientiæ timor domini. Sed Græca sic habent ut magis hunc reddant sensum: Lateatur cor meum, eō quod timeat nomen tuum, *ἐν φρονήσει τῆς καρδίας μου, τὸ φοβεῖσθαι τὸ ὄνομα σου*. Antea gētes uelut impune peccabāt, quia nō timebant dominū, partim quia nō nouerāt, partim quia spreuerunt. Deinde reuelata per Euangelium iustitia dei super omnē impietate, didicerunt timeere nomē domini, & per hūc timorē respicerunt ad uitam amarum correctorē, sequentes præcepta dei. Ac sicut post amarum pharmacum, gaudet homo restitutus sanitati, ita gaudet peccator, timore dei cōpulsus ad uitæ puritatem. Quid igitur orat antistes noster? Ut dolorem pœnitentiæ, excipiat gaudiū bonæ cōscientiæ. Non cœlabo pietatē uestram, quod Latini sonamus deduc, Græcis esse *ἀδύγασον*, quod uerbum propriè cōpetit in eum, qui dux ac monstrator est itineris. Nam Latinis deducendi uox anceps est. Interdum enim deducere dicitur, qui hospitium aut amicum aliquod proficiscētē, officij causa profequitur. At diu Hieronymus iuxta ueritatem Hebraicam ita transtulit: Doce me domine uiam tuam. Ne quem offendat sermonis uarietas, quæ nōnihil lucis etiā adfert ad intelligentiam. Nam sensus eōdē tendit. Animaduerte dilectissimi pulchre seruatum ordinem. Primus ad salutem gradus est, ex ipsis rebus conditis ac miraculis agnoscere diuinam potentiam, atq; hinc timorem cōcipere, quoniam ultor est malorum. Itaq; prima uox est, non est similis tui in dijs domine. Secunda: Tu es deus solus. Hæc profitentur nobiscum Iudæi. Ac nōnihil promouit, qui didicit unum ac solum esse deum, conditorem, gubernatorem ac iudicem omnium terrestrium pariter ac cœlestium. Proximus gradus est catechismus, baptismus & professio Christianæ militiæ. Nam hæc quodāmodo rudimenta sunt nostræ religionis. Est autē doctrina duplex. Simplicior illa, quæ paucis articulis cōprehensa, traditur catechumenis. Perfectior, quæ iam initiatis aperitur. Ea constat duabus partibus, quarum altera patefacit abstrusiora quædam Christianæ philosophiæ mysteria, altera uiuendi rationem præscribit. Habet enim mater ecclesia lac suum, quo refocillat infantes, habet & solidum cibum, quo pascit iam grandes in Christo. Sit ingenij mei somnium, nisi palā indicat hoc Euangelium Matthæi: Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris & filij & spiritus sancti, docetes eos seruare omnia, quæcunq; mādauit uobis. An non auditis geminā doctrinam, unam ante baptismum, alterā post baptismum, quæ de seruandis mandatis meminit? Nec dubium est, quin de adultis loquatur Euangelium. Nunc uero quoniam ex prisca ecclesiæ autoritate baptizantur infantes, qui tinguuntur, doceri nondum possunt, utinam saltem post baptismum ea discāt, quæ nefas est hominem Christianū nescire. Quamq; hæc posterior doctrina nunq; est omittenda, sed semper proficiendum est in ea, quemadmodum in operibus & affectu pietatis. Iam abiectus est error, iam tradita sunt rudimēta fidei. Post hæc ostensa est uia, quæ iuxta Christi formā ducit ad uitā. In hanc sumus inducitur, rogāte pro nobis capite nostro, doce me dñe uiam tuam. Cōstitimus in secundo gradu. Quid super est? Ut iuxta id quod didicimus ambulemus

mus, proficientes de cognitione ad cognitionē, de uirtute ad uirtutē. Hic est status proficientium tertius, quibus tandem incipit dulcescere iugum domini, quod initio uidebatur subsperum: ac dicunt, Lateatur cor meum, quod timeat nomen tuum. Tandem eō perfectionis prouehuntur, ut cum Paulo gaudeant etiā in afflictionibus suis, quod deus ipsos hoc honore dignatus sit, ut pro nomine Iesu contumeliam patiantur. Hic perfectionum gradus est ordine quartus. Tales erant quorum pietatē collaudans Paulus, ait, Rapinam honorum uestrorum cum gaudio suscepistis, cognoscentes uos habere meliorem & manentem substantiam. Huc hortatur beatus Iacobus, quum scribit, Omne gaudiū existimate fratres mei, quum in tentationes uarias incideritis. Quin & ipse dominus in Euangelio discipulos in persecutionibus gaudere iubet & exultare. Vnde gaudiū in rebus tantis tribus: A certa spe futuri præmij, Quoniam merces uestra copiosa est in cœlis. Annotandum & illud, quod dixit, Lateatur cor meum. Non omne gaudiū, cordis est gaudiū. Est iræ gaudiū ex uindicta, Est libidinis gaudiū ex flagitio, est uentris gaudiū ex luxu, est oculorum gaudiū, ex honoribus delatis. At cordis gaudiū non habet, nisi qui timeat nomen domini. Imò cor non habet, qui non timeat hoc nomen. Quomodo autē cordis gaudiū habebit, qui cor non habet? Tales erant, ad quos per Hieremiā loquitur dominus, Audi popule stulte, qui non habes cor. Rursus per Osee, Effraim factus est quasi columba seducta, non habens cor. Quidam redeuntes ad uomitum, abijciunt timorē domini, Ab hoc malo procul absunt, qui de hoc ipso gaudent etiā, quod dono cœlesti conceperint timorem domini. Qui sunt enim qui laudant dominum, iuxta Psal. 21? Ac uerum quidem est, quod scribit Ioannes in epistola, Charitas expellit timorem: sed æque uerum est, quod habet Psal. 18. Timor domini sanctius permanēs in seculum seculi. Verum est timor, quem seruilem appellant, qui sic cohercet a peccando, ut tamen animus dicat: face rem, si liceret impune. Seruus malus sustem metuit potius, quàm dominum. Et tamen hic quoq; nonnullus est gradus ad emendationem uitæ. Sed hunc timorem expellit charitas, per quem iam non metu gehennæ, sed amore dei uolentes, & alacres facimus, quod ille præcepit. Prius est quod animale, deinde succedit quod spirituale. Manet tamē in seculū seculi timor sanctus, hoc est reuerentiā quædam cum charitate cōiuncta, quæ facit ut nec in minimis si liceat, uelimus offendere tam benignum dominū. Ab illo timore concipitur spiritus, qui quo magis uiget in uobis, hoc magis euanciscit tristis ille metus, & anxius timor uerius, q̄ sanctus. At filij qui conceperunt spiritū dilectionis, norunt exultare cū timore hoc impensius timeant patrē offendere, quo uehementius diligunt. Cedit pedagogus, ubi ratio prōpta uoluntati melius persuadet, quid sit agendū, q̄ ille cogebat. Cæterum Hebraica ueritas hic nōnihil discrepat ab eo, quod & latina & Græca cātat ecclesia. Nam pro eo quod est, lateatur cor meū, Hieronymus uertit, unicū fac cor meū, siue ut alijs placeat, uni cor meū. Iuxta naturā corporum nihil est cōpaciū, & ut ita loquar, unitius corde animantis, quod uelut ex filis in sese replicatis cōglomeratum est. Nec ullum est animal, quod non habeat unicū cor. Verum iuxta sensum tropologicum, quàm multi sunt homines, qui habent diuersa corda, q̄ multi, qui habent diuisa & distracta corda. Illi quos scriptura narrat loquutos in corde et corde, nō habebant unicū cor. Qui dicebāt, ego sum Apollo, ego Cephæ, ego Pauli, ego Christi, non habebant unicū cor. Inter hæreticos nec cum ecclesia consentientes, & inter ipsos dogmatibus dissentientes, non est unicū cor. Qui dicitis ac rebus externis pietatem simulant, quum intus sint longe alij, non habent unicū cor: deniq; qui distrahuntur curis huius mundi, solliciti de diuitijs, de uoluptatibus, de dignitate, nō habent cor unicū, sed quod de coniugata dicit Paulus, diuisi sunt ac diffuunt corde. Sed quomodo cogitur in unū tale cor: Coagulo timoris domini. Per hoc peccator redit ad cor, colligit sese in unum. Natura metu contrahitur animal. Expelluntur gaudia carnis, ut succedat gaudiū spiritus. Huius gaudij nō est capax cor nostrum, nisi fiat unicū a multitudinē deorū, a uarietate cupiditatum, a diuersis philosophorum opinionibus, a multitudinē dogmatum hæreticorum, a contentionibus ac dissidijs, a uacillatione fidei, a distractione curarum mūdānarum in unum redactum, & in simplicitatem spiritus conglutinatum. Et hoc dei munus est. Ille contrahit cor nostrum timore sui, ille dilatat cor nostrum amore sui. Si confuseris peccata tua, & gratiam non expectas, nisi a solo Deo, cor habes unicū & simplex. Tale cor orabat Dauid, prius corde diffuens.

dum fictis uerbis agit cum Vria, dum dolo procurat illum occidendum, dum ad alienam uxorem cor applicat. Cor, inquit, mundum crea in me deus. In immundo corde, quod potest esse gaudium? Nec est mundum cor, nisi deus creauerit, creat autem per spiritum suum, de quo Psalmus, Emitte spiritum tuum & creabuntur. Quorum unus est spiritus, his unum est cor. Ecclesiae uariae sunt dotes, sed in uno spiritu. Ad cor unicum loquitur deus, ut exhilaret illud. Sic enim Osee, Loquar ad cor eius, & canet iuxta dies iuuentutis suae. Loquitur ad cor unicum Hierusalem, quae est mater nostra. Tale cor promittit dominus populo suo, Hier. 32. Dabo eis cor unum & uiam unam, ut timeant uniuersis diebus. Idem pollice tur Ezechielis 11. Et dabo eis cor unum, & spiritum nouum tribuam in uisceribus eorum. Ad unicum cor multa cum obtestatione hortatur beatus Paulus, Si qua ergo consolatio in Christo Iesu, si quod solatium charitatis, si qua societas spiritus, si qua uiscera miserationis, implete gaudium meum, ut idem sapiatis, eandem charitatem habentes unanimes, id ipsum sentientes. Ergo qui cor unum, & unicum facit, qui mundat, idem iustificat, Proinde orat, Latetur cor meum. Orat hoc caput, qui ouem perditam humeris baiulans cum gaudio reportat, laetior de una recuperata, quam de nonagintanouem, quae non aberrant. Orat idem mater Ecclesia, quae non habet abundantius gaudium, quam si uideat filios suos in ueritate ambulantes, & in timore domini suam salutem operantes. Pacem amat Ecclesia, quum credentium est cor unum, & anima una, tunc cordis uniti gaudium habet Ecclesia. Sic affectos etiam uulgus appellat concordēs & unanimes. An non latissimus timor est, per quem fit, ne quid timeamus? Si times deum, non est quod timeas satanam, aut gehennam. Si uere times deum, non timebis quid faciat tibi homo, non timebis egestatem, orbitatem, exilium, non denique mortem. Vnus igitur cum gaudio timeendus, ne multa cum dolore timeamus. Solent autem qui petunt aliquid abs quoquam, uicissim polliceri gratiam, quo magis impetrent, quod cupiunt. Hic uero pauper, qui tam multa flagitat, inclinat aures dei, custodiam animam suam, iustificationem animam suam, deductionem per uiam, quid tandem pro his omnibus pollicetur? Quid autem polliceatur ei, qui nullius est indigus? Nihil aliud pollicetur, quam sacrificium laudis, quo delectatur dominus, non quod eius gloriae per nos accedat aliquid, sed quod nos illo laudando reddimus meliores. Confitebor tibi domine deus in toto corde meo, & glorificabo nomen tuum in aeternum. Si custodieris animam meam, ne absorbeatur a morte, si resurrectione iustificaueris animam seruam tuam, confessionem laudis offeram tibi coram uniuersis gentibus, idque ex toto corde meo, non labijs tantum, & glorificabo nomen tuum in aeternum. Nec enim mihi ascribam quicquam eorum, quae uoluisti fieri per me, sed tuo nomini transcribam omnem gloriam, & ut Ecclesia non est habitura finem, ita nunquam definam celebrare tuam gloriam. Per mortem enim meam & resurrectionem uoluisti gentibus omnibus inclarescere nomen tuum. Misericordiam tuam ineffabilem agnosci uis ab omnibus, & hoc nomine glorificari cupis apud homines. Redditus ab inferis, liberatus de manibus Iudaorum, rediimus a morte deuotio satanae, confitebor quia misericordia tua magna est super me, & eruisti animam meam ex inferno inferiori. Quanto insignior fuit illorum crudelitas, tanto futura est illustrior tua misericordia. Quanto terribilius periculum, tanto clarior est seruantis benignitas. Eruiisti animam meam ab inferno inferiori. Extremum malorum audis, unde nemo potest eripi, nisi misericordia dei, & magna misericordia. Vbi enim abundauit delictum, ibi abundauit & gratia. Quod ad capitis personam attinet, hoc temporis, quo corpus domini in monumento iacebat exanime, anima descendit ad inferos, atque illic destructio mortis regno, spiritibus qui in carcere erant, praedicauit Euangelium, nuncians illis morte sua deuictum satanam, & apertam uiam in caelum. Hoc crediderant futurum, hac fide uixerant, hac spe decefferant, hac spe apud inferos alebantur, desiderantes uidere Christum domini. Viderunt & gauisi sunt. Ante in inferno nulla erat redemptio, donec ueniret anima, in quam nihil habebat omnino iuris princeps huius mundi. Aperuit tartarus fauces suas, praedam aduenire credens, & pro praeda accepit praedonem, qui ingressus est domum fortis, & diripuit uasa illius. Vertitur itaque cantio, Et qui sedebant in tenebris & umbra mortis, noua luce exhilarati, & unicum agnoscentes redemptorem, dicunt, Quia apud dominum misericordia, & copiosa apud eum redemptio. Talis anima nunquam descenderat ad hoc regnum, sed omnes detinebantur, licet dispari spe, nec eadem conditione. Quemadmodum dominus corpore

corpore descendit ad nos corporibus amictos, ita spiritu descendit ad spiritus: & quem admodum hic corpus uidebatur absoruisse mors, iam in sepulcro conditum, nec tamen tenere potuit, sed belua reuouit Ionam nostrum intra triduum, adeoque non potuit quem absorberat, tenere, ut per unum corpus, multa corpora coacta sit reuomere: ita anima descendit in carcerem mortis infernum, unde non erat fas cuiquam redire, & adeo detineri non potuit, ut illinc ascendens, secum captiuam abduxerit captiuitatem. Non hoc erat humana uirtutis, sed misericordiae diuinae. Videtis quanta res sit timere dominum, per quam non timetur inferi. Christus itaque iuxta susceptum hominem agit gratias deo patri, cuius potentia debellasset regnum inferorum. Iam enim ueluti factum narrat, quod certo nouerat futurum. Prophetis oculis interdum quae longe post futura sunt, uel peracta sunt, uel praesentia. Hinc fit ut in literis diuinis interdum quae futura sunt, ita narrentur, quasi iam facta, aut quasi facta sint. Nos Christum ab inferis cum triumpho redeuntē cernimus oculis fidei. Ille prophetis oculis hoc cernebat ueluti factum, quod nihilo minus erat certum, quam si factum fuisset. Magnum erat erui ab inferno, sed maius quiddam indicare uideretur, quum ait ab inferno inferiori. Certe non temere hoc additum est, ab inferiori. Haeret hoc loco diuus Augustinus, deprecans ueniam ab auditoribus, si minus certa proferret de rebus incertis. Esse enim perdifficile de his liquido definire, quae nec uidimus ipsi, nec manifesta scripturarum narratione didicimus. Nullus nostrum apud inferos uersatus est, ut uel mentiens argui possum, uel ab alio audire compertiora. Et tamen quoties incidunt in scripturis huiusmodi nodi, ut uitanda est pronuntiandi temeritas, ita probata est inquirendi sedulitas. Hanc igitur ueniam, quam barbaricus ille populus tanto uiro non negauit, uos mihi concedere dignabimini. Non absurda sententia est, quae inferos in tres diuisit regiones. Vnam quae ante Christi aduentum tenebat animas piorum, cum quiete expectantes redemptorem, Alteram quae tenebat animas eorum, qui in fide quidem obdormierant, sed aliquid secum traxerant ex carnis inquinamentis, quod igne purgatorio excoqueretur. Tertiam quae tenebat animas impiorum, iusto dei iudicio aeternis cruciatibus addictas. In prima regione uideretur fuisse Lazarus & Abraham, nimirum in requie. In tertia diues ille uoluptuarius, discruciatius in flammis. Nec mea refert, si quis uelit animas ad tempus purgandas, ab ijs quae sine spe redemptionis cruciantur non loco sed conditione discerni, nec alio torqueri igne, sed alio sine. Erunt igitur ueluti duo tartari, unus superior, alter inferior. Id prope odum liquet ex uerbis Euangelicis, quae referunt diuitem sublati oculis uidisse Lazarum, utique superiorem: narrant & ingentem hiatus ita dimississe regionem suppliciorum, a regione quietis, ut nec inferioribus esset ascensus, nec superioribus descensus ad alteram. Vtrumque tartarum probabile est adisse animam Christi, superiorem, quem totum euacuauit, & inferiorem, unde liberauit omnes, quae cruciatibus purgabatur. Etenim si Romanus Pontifex tot animas liberat ab inferis, quanto probabilius est, summum illum Ecclesiae principem, fretum plenitudine potestatis diuinae, cunctas a cruciatibus liberasse, exceptis ijs, quos diuina iustitia sempiternis supplicijs tradidit, non purgandos, sed cruciandos: Nec defuerunt qui suspicarentur, animam Christi gustasse pro nobis dolores inferorum, quae admodum hic gustarat mortem, uerum eam sententiam non agnoscent ecclesia. Anima Christi debellatura descendit, non passura, praedatura, non crucianda. Sed quomodo dicitur erui, qui captus non est: Liberari nonnunquam dicitur & ille, qui seruatur a periculo. Sic medico consiliū qui dedit uitae pestilentiae dicimus, Liberasti me a morte. Sic qui nauclero procul ignem erigit, ne impingat in symplegadas, dicitur liberasse a naufragio. Sic eruit deus animam Christi ab inferis etiam inferioribus, quia nusquam teneri potuit, sed uictrix optima spolia retulit. Iam si quis dicat, quod in Euangelio refertur de Lazaro, parabolam appellari, fortasse quaeret alium huius loci sensum, quae equidem non arbitror deturbandum, modo ne molestus obstrepat aliorum piae probabilitate sententiae. Beatus Augustinus dicitur uniuersitatē rerum in tres ordines, ut superi dicatur, qui uersantur in caelis, ubi neque mors est neque peccatum, nec afflictio, nec tēratio, sed perpetua felicitas. Ad eum tamen nos interim aspiramus, tamē quod diuinae nostrae degunt in hoc domicilio, quod Paulus corpus mortis appellat, dum dolēt, gaudēt, cupiūt, timēt, pugnat aduersus concupiscentiam, periclitatur & interdum uelint nolint uiuunt, quodammodo apud inferos sunt. Vbi peccatum, ibi mors, ubi mors, ibi inferi. Circūspice miseras huius uitae, & cōfer cū uita caelitus, fateberis hic esse tartarum

tartarum, sed quem dicere possis superiorum, si conferas cum eo, quo demigrant impiorum animæ. Siquidem ut nos cœlites uocamus superiores, ita qui tenentur illic, nos superiores appellant. Hoc commentum Augustinus hausisse uidetur e Platonicis, etiam si dissimulauit errorem. Animas enim alibi commisisse, quod immersa corporibus humanis uerent, alienum est a pietate. Ceterum animas ob corruptam Adæ peccato naturam, hic ea ferè pati, quæ Plato, & hunc sequutus Maro tradidit de inferis, nec impie, nec absurde dicitur. Habet suum quisque Rhadamantum in pectore, patiuntur suas furias animi, criminum sibi cōscij. Sunt quos sine spe reditus habet barathrum illud profundissimum, quibus nos quibus ignota sunt hominum corda, neminem oporteat desperare, quod diu uiuit. Sunt quorum commissa cruciatibus quibusdam expiantur: sunt qui eo profecerunt, ut uelut in campos Elysios translati, domitis carnis affectibus, in tranquillitate spiritus uiuant, iam nunc prægustatione quadam fruente cœlestibus gaudijs, donec soluto corpore subuolent ad dominum. Et ab his inferis deus eruit animam Christi, quam nec ullo peccato passus est inquinari, & a laboribus huius uitæ, a cruciatibus & a morte restituit, et ab infero rari tartaro inuolantam reduxit ad hos inferos, sed immunè iam omnis mortalitatis ac denique gloriosam & immortalem, cum corpore immortali subuexit in cœlum, ubi uerit sunt superi. Hæc omnia mihi uidentur probabiliter disserta. Nec enim me mouet ille scrupus, quod in Psalmo non habetur inferiori, sed infimo. *is dicitur ueritas & uoluntas.* Etenim si distinguas in hac uita gradus peccantium, inuenies plures inferos, & post mortem offendimus, non eandem esse conditionem inferorum. Et cœlum suos habet ordines. Ut igitur summus est deus, quo nihil sublimius, ita infimus est tartarus, quo nihil esse potest a deo remotius. Nihil enim a summo bono longius abest, quam summum malum. Quisquis obstrictus est crimini, profecto apud inferos agit, uivit sub imperio diaboli, absorptus est a morte, longissime recessit a deo. Sed quoniã in hac uita nemo, ut dixi, desperandus est, nobis quidē nondum est in infero infimo, in quo nihil est boni, nihil non est mali, deo tamen est. Ab omnibus inferis deus eruit animam Iesu. Nunc contemlemur uelut unam personam capitatis aut corporis, & iuxta mysticam rationem, ut unam omnium carnè, ita omnium piorum unam esse animam, quam magna misericordia liberauit a tot inferis, dum gratis condonauit nobis peccata, redemit a seruitute satanæ, non sinit nos obrui tentationibus, dat utincere in cruciatibus, & si mori patitur, non patitur mortem esse perpetuam, etiam hæc mortalia corpora reuocaturus ad immortalitatis gloriam. Sentit anima Christi beneficium, quod singulis animabus impenditur, quemadmodum & adhuc quodammodo perfcitur ac refocillatur in membris suis. Quam longe gētes erant a deo, dum uel nullum crederent esse deum, uel heftias ac muta signa colebant pro deo, tam contuminate uiuentes, quam erat illorum impia religio. An nō tum in profundo tartaro uersabamur: Iudæi qui uidebantur deo propiores, nōne in profundissimum barathrum deuenerant, quum occiderent filium dei? Et tamen tanta fuit misericordia domini, ut ab his inferis tot animarum milia liberaret. Quid dicam de nobis, qui post baptismum toties reuoluimur in barathrum criminum, in adulteria, in homicidia, & tamen toties relapsas, per pœnitentiã misericordia domini liberat animas nostras ab infero inferiori. Qui agnoscit in quibus tenebris fuerit, celebret domini misericordiam, dicens hunc uersiculum, Confitebor tibi domine deus in toto corde meo, & glorificabo nomen tuum in æternum, Quoniam misericordia tua magna est super me, & eruisti animam meam ex infero inferiori. *J* siue ut diuus Hieronymus uertit, extremo. Nam & in Euangelio quidam conijciuntur in tenebras exteriores. Pugnavit pro nobis caput nostrum, uicit nobis, ostendit spem & exemplum præmij, sed reliquit Ecclesiæ suæ perpetuam certandi materiã, Tradidit illi crucem suam, sed eidem impertit opem suam, ostendit certandi formam, fregit hostis uires non extinxit, exhibuit uictoriã, ostendit coronam. Aduersus hanc conflictationem dominus orat sponse suæ uictoriã, Deus iniqui insurrexerunt super me, et synagoga potentium quaesierunt animam meam, & non proposuerunt te in conspectu suo. *J* Hæc in ipso capite præcesserunt, quando fremebant gentes, et populi conueniebant in unum, aduersus dominum & aduersus Christum eius. Quid non tentauit Satanas per scribas & Phariseos, per seniores & populū, per Annam & Caiapham, per Pilatum & Herodem, per cohortem & milites, ut occiderent dominum; non hoc erat satis illorum impietati, ut occisi

occisi nomen funditus abolerent. Atqui hoc erat nomen, in quo salutem assequuntur omnes, quicunque salui fiunt. Qui insurrexerunt in dominum, an parcerent discipulis? Si patrem familiã appellarunt Beelzebub, filij non debent sperare mitiora. Si mundus, inquit, uos odit, scitote quod & me priorè odio habuit. Sed nolite timere pusillus grex, uestrum est enim regnum cœlorum, & confidite quia ego uici mundum. Quo fastu, quibus artibus, quibus minis mundus intumuit aduersus discipulos Iesu? Quantus erat fremitus Iudæorum, quantus tumultus gentium? Quod latinus uertit iniqui, Græce est non *ἐνομοί*, sed *παρὰ νόμοι*, *ἄνομοι* dicuntur exleges, quod magis cōgruit gentibus, *παρὰ νόμοι*, transgressores legis, quod aptius dicitur in Iudæos. Vnde diuus Augustinus legit, pretereuntes legem insurrexerunt super me. Sanctus Hieronymus ex Hebraica ueritate uertit superbi, quæ uox congruit ijs, quæ sequuntur. Et synagoga potentium siue robustorum inquisierunt animam meam. Initium omnis iniquitatis superbia, Lex iugum est, quod excutunt, nec ferre dignantur superbi. Habebant gentes naturæ legem insitam cordibus eorum, & hæc excussa, proruperant in omnem impietatem. Iudæi non excutiebant legem, sed præuaricabantur, studio legis aduersus legem pugnant, & in eum, quæ lex promiserat ac depinxerat, coniurantes. Nimirum hæc erat synagoga potentium, siue robustorum, et ideo ferocium. Turgebant gloria legis a deo data, penes illos erat arx religionis, tuebant scientia legis & prophetarū, superbiebant iustitijs suis ac ceremonijs, Animos addebat templum dei iussu constructum, sacerdotium & uictimæ. His rebus robur collegerat synagoga, ferrox aduersus Ecclesiam dei, humilem & imbecillè in se, sed fortem ac potentè in deo corroboratore. Accessit ad robur etiã concordia. Quicquid potuerunt scribæ uerutia, pharisæi peritia, seniores autoritate, Annas & Caiphas muneris dignitate, populus clamoribus ac tumultu, id omne expeditum est in Christum, ac mox in apostolos. Homicidium fortuito commissum, solet leuiore plebi supplicio. At pharisæi diu prementis animi maliciã, quot cuniculis moliti sunt mortem Iesu? Quærebant illum occulte interficere. Vbi hoc consiliū uicisset animi furor, quæsitus est prætextus, ut amore pietatis ac religionis uiderentur ad necem adegisse dominum. Sic & Nero urbis incensã inuidiam trãtulit in nomen Christianorum, sic obijciebant illis maleficia & infanticidia. Nimirum hoc est quaerere animam iusti. Sed magis in Iudæos quadrat, quod addit, Et non proposuerunt te in conspectu suo. Gentes enim non nouerant deum, Iudæi nouerant quidē, sed non proposuerunt eum in conspectu suo, sed uocant et inuitant obuerterunt dorsum, auerterunt oculos, obturauerunt aures. Etenim si deum patrem proposuissent in conspectu suo, quomodo non ueriti fuissent illum occidere filium? Sed prauæ cupiditates ueluti lemæ obuersabatur oculis illorum, ut deum uidere nō possent. Obuersabatur auaritia, obuersabatur autoritas, quam obtinebant apud populū, obuersabatur uitæ dignitas, qua ceteris præminebant, aliãq; cōmoda, quæ tueri malebant, quæ intueri deum. Quisquis oculos figit in deum, nō potest diu peccare, At qui auersus a deo sese permittit animi sui cupiditatibus, tandem in barathrum extremæ impietatis deuoluitur, in tantum excacatus, ut sibi persuadeat, etiam sancte fieri, quæ sceleratissime designat. Dicunt Iudæi, hominem occidimus, deum esse nesciebamus. Esto sanè, occidistis hominem, sed innocentem ac benemeritum, nec horruistis, quod horruit facere Pilatus, qui quæsiuit occasionem dimittendi innoxium, quod horruit uxor Pilati, & mulier & ethnica, sed uicit uestra malicia, quæ nisi prorsus excacasset uos, potuissetis in Iesu perspicere quiddam homine maius, Si peperissetis homini, per hominē peruenissetis ad deum. A nobis, inquit, occisus nō est, imò uos illum uestris uocibus occidistis, hoc sceleratius, quod dolis diu quaesistis animam illius, & iustum præsidē ad impij facinoris ministerium, improbè uociferationibus adegistis. Hæc erat querimonia capitatis, hæc erat querimonia nascentis Ecclesiæ, quæ non solum principū sauitia, per exilia, cruciatus & mortes fuit crudeliter exagitata, uerum etiam per Iudæos, in seruitutē legis retrahere molientes, per hereticos, Ecclesiæ retia uarijs dogmatibus rumpentes, per falsos fratres qui hoc crudelius persequebantur Ecclesiam, quod in illius sinu fouerentur. Quamquam autem non semper eadem est rerum humanarum facies, tamen ab exordio mundi usque ad consummationem, corpus Christi clamat ad deum, Deus iniqui insurrexerunt super me, & synagoga potentium quaesierunt animam meam, nec proposuerunt te in conspectu suo. *J* Nulla ætas non habet Herodes suos infantium trucidatores, nulla non habet Annas & Caiaphas

Caiphas, scribas & Phariseos suos, etiam tranquillissimis ecclesie temporibus, non solum hoc turbulentissimo seculo, quo dissidijs & opinionum & animorum ita discissa sunt res, ut uix ab ijs, qui tenent apostolorum uices, reconcinnari queant, quod in Euangelio legitur fecisse apostolos. Atque ut haec tempestas absit, nunquam non tolerare cogitur Ecclesia intra sinus suos, titulo Christianos, uita Paganos, qui dum pestiferis colloquijs & exemplis corrumpunt mores bonos, quanto plures quantoque crudelius occidunt, quam fecit Herodes, aut Nero? Quid enim potuit illorum ad extremum exasperata crudelitas, nihil aliud quam occidere corpus. Hi tot animas mittunt in gehennam. Proinde non deflet martyrum mortes Ecclesia, sed eas gaudijs celebrat, natales appellans: hic uero deplorat amarissimis lacrymis intra complexum suum suos filios, quos Christo genuit, trucidari. Super his plorans, lamentans & eiulans non recipit consolationem, quia non sunt. Nam totus ac uere perijt, quod quidem est in ipso, qui crimen admisit, crimine, inquam, quod occidit animam, quod illi uitam eripit deum. Intelligunt quid dicam, quicunque sunt uita Ecclesiae membra, qui gaudent quoties glorificatur unum membrum, ac discruciantur, quoties offenditur, aut obfuscatur aliquod membrum. Si quidem in uiuo corpore, membrorum omnium consensus est, siue ut melius graeci, *συνάδεια*. Qui fieri possit igitur, ut haec non discrucient animum hominis uere pijs? Paulus subinde parturiens clamat, Quis scandalizatur & ego non uror? Quot auellunt à Christo, temulentis, aleatores, scortatores, ambitiosi, malefici? Non potes non uidere, quod nusquam non ingeritur oculis. Si uides nec doles, non uiuit in te Christiana charitas. Quin hunc tumultum quisque nostrum in seipso sentit, nisi totus mortuus est. Beatus Paulus nullam relaxationis spem dedit in hac uita, neque quenuquam exemit ab hoc certamine, sed omnibus qui uolunt pie uiuere in Christo Iesu denunciat futurum, ut persecutionem patiantur. Si sentis, utique clamas, si non sentis, non pie uiuis in Christo. Appello singulorum conscientias, quis nostrum est, qui non discruciat, quoties aduersus bonum propositum nostrum coartantur impiae cupiditates, uere *μαρτυροί*, non obtemperantes legi, sed excitantes nouam legem in membris nostris, repugnantem legi mentis nostrae? Si quis inficietur se nihil tale perpeti secum, quid aliud lucrifaciet, quam impudentis opinionem, quum ipse Paulus hoc certamen professus, ac ueluti tegiduo uictus, clamet, Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Lex Dei dicit, Communica pauperi de tua substantia, aduersus hanc coartatur avaritia reclamans. Immo rem quocunque modo possis, auge. Lex dei clamat, Noli omnino resistere malo. Sed reclamatur ita, Perde hostem, ut fruaris uindicta. Clamat lex dei uigilate & orate, sed animo ad haec properanti grauiter obstrepit luxus, & huius comes somnolentia. Lex dei inuitat ad pudicitiam & continentiam, sed insurgit libido profusus alio stimulant. Et quis sufficiat commemorandis omnibus affectibus, qui ueluti conuerti moluntur in nobis Christum occidere? Superbi sunt & paranomi, qui contempto deo abducunt à praecipis dei, Synagoga sunt, quia cupiditas cupiditatem adiuuat, potentes sunt, quia deijcunt interdum uiros fortissimos. Quam ualidis machinis quatit animum nostrum carnis libido, quam uehementes impetus habet iracundia? Quod non mortalia pectora cogit auri sacra fames? Quos arietes admouet ambitio? Aduersus unum quemlibet hostem tam potentem configere durum est, quanto durius aduersus raltum agmen uel phalangem potius? Verum in his nemo despondeat animum, gaudeat potius, agnoscat in se sortem piorum communem, et accinctus armis spiritualibus, fortiter pugnans clamet ad dominum hoc quem nunc tractamus uersiculo: et qui Christo dedit uictoriam à morte, qui Ecclesiam suam tot fluctibus agitaram mergi non patitur, neminem nostrum finet opprimi rebellionem cupiditatum, si modo fiduciam in ipsius misericordia, non in nostris uiribus collocauerimus, nec auerterimus oculos nostros à deo, sed illum in omnibus proposuerimus in conspectu nostro, illi offerentes corda nostra, cunctasque nostras actiones ita moderemur, tanquam uersantes coram oculis dei. Quod autem exposuimus de Iudaeis et regibus, deque prauis cupiditatibus, potest & ad impios spiritus accommodari, quibuscum est omnibus pijs assidua conflictatio, donec militamus in hoc tabernaculo. Sed quid petit hic clamator, tot inimicorum conspiratione grauatus? Num exitum horum? Nusquam legimus in Euangelicis aut apostolicis literis, Ecclesiam orasse mortem persecutorum hominum, sed magis exemplo captis orat pro persecutoribus, ut conuertantur

uertantur & uiuant, Pro diabolo non orat, quia nec interire potest, nec conuerti. Aduersus affectus carnis pugnat ac suspirat, haec uis uincens, ut illis non seruiat, non ut extinguat. Scit enim hoc non dandum, nisi post hanc uitam, & ideo optat dissolui & esse cum Christo. Caterum pro hominibus quamlibet impijs, quam diu uiuunt orat, ut respiciant à laqueis diaboli. Victoriā orat, sed si fieri possit incruentam. Ea demum laeta uictoria, quum & qui uincit liberatur à molestia, & qui uincitur, liberatur à malicia. Tanta enim est domini misericordia, ut & persecutorem ad se trahat, per eos qui persecutionem patiuntur. Hanc ineffabilem misericordiam implorat antistes nos, Iesus dominus Iesus, Et tu domine deus, miserator & misericors, patiens & multae misericordiae & uerax. Magna & multiplex misericordia sit oportet, quae tantam superet malitiam, & pro tantis malis tantum bonorum reponat. Principio dominum Deum uocat, qui potest quos uult, exitio dare, sed pro immensa bonitate sua non uult mortem peccatorum, magis autem cupit omnes fieri saluos, quum nemini debeat salutem, uidelicet per Adae peccatum corrupta generis humani massa. Nec arbitror ociosum, quod quinque uoces hic tribuit Deo, miserator, misericors, patiens, multae misericordiae & uerax. Quod latine est miserator, Graece est *μετρίμων*. Ea uox competit illis, qui miseris ac miserandis opulantur. Quod nobis est misericors, Graecis est *ελεήμων*. Quod nobis est patiens, illis est *μακροθύμος*, quae uox declarat animi lenitatem, segnis ac leni ad uindictam. Quod nobis est multum misericors, illis est *πολύκεος*. Si quis uelit hac uocum congerie nihil aliud quam exaggerari magnitudinem diuinae misericordiae, mea sententia non absurde dixerit. Nec tamen impii fuerit curiositas, haec ita distinguere, ut miserator pertineat ad remissionem peccati originalis. Hic enim miseria uerius est, quam malicia, Peccatum est, sed alienum, & huic obnoxij, ita sunt miseri, ut sint & miserandi. Vagiunt infantes, ac ploratu suo appellant miseratorem, & horum infelicitati subuenit Dei miseratio, per circumcisionem sub lege Moisaica, per baptismum sub Euangelica, sine sua culpa perierant, sed sine sua opera seruantur. Alieno peccato mortui sunt, sed aliena fide reuiuiscunt. Miserator igitur est infantibus, misericors etiam ijs, qui adulti baptizantur, magis grauari suis peccatis, quam Adae. Iam quum omnibus sit paratus baptismus, tamen multi solent differre in extremum uitae, seruientes interim cupiditatibus suis, quumque cunctos inuitant ad Euangelij gratiam, tamen à Iudaeis ferè spreta est Dei benignitas, & à gentibus irrisum est Euangelium. Quid talibus debebatur, nisi extremum exitium? Sed hos quoque diu tolerauit Dei lenitas, si forte tandem respiciant, & ad cor redeant. Est ille quidem praecius, qui mutaturi sint animum, qui non, & tamen tolerat, partim ut illustriorem reddat suam iustitiam, partim ut nos doceat lenitatem erga peccantes, de quibus certi non sumus, quando sint ad bonam frugem conuertendi. Iudaei tot seculis persistunt in caecitate sua, & tamen tolerat illos dominus, quotidie per Ecclesiam suam inuitans ad regenerationem. Tolerat eosdem populus Christianus blasphemus in Christum, male precantes nobis omnibus, quum possit illos funditus extinguere si uelit. Magna paucitas est Iudaeorum ad numerum Christianorum, non habent ciuitatem, non habent leges, non habent magistratus, aut principem, non habent arma, neque copias, possent uno die trucidari omnes, sed tolerantur in spem, quam nobis dedit Paulus apostolus scribens Romanis. Negat enim sic prolapsos esse Iudaeos, ut conciderint, & arcum aperiens amicis praedicat futurum, ut posteaquam plenitudo gentium intrauerit, respicientibus de nouo Iudaeis omnis Israel fiat saluus, iuxta uaticinium Esaiæ, Veniet ex Sion, qui eripiet & auertet iniquitatem ab Iacob. An non haec admiranda domini lenitas? Si quis conuictum iaciat in hominem principem, ut subito rapitur ad supplicium, quam atrocibus modis exanimatur? Et tamen interdum uere digneque dicitur, quod in principem dicitur. At Deus, cui debetur omnis gloria, tanta lenitate tolerat Iudaeos, paganos & haereticos, inuitans ad poenitentiam. Miranda sane lenitas, sed admirabilior est, qua quotidie tolerat Christianos, post acceptam baptismi gratiam, post statutum bonum Dei uerbum, toties relabentes in omne scelerum genus, ostentui habentes

bentes filium Dei, & illius sanguinem pollutum ducentes, eumque, quod sane, in ipsis est, denuo crucifigentes. Nec in hos saltem uibrat fulmen irae suae iustissimae, sed auersos reuocat, conuersos recipit remedio poenitentiae. Nec recipit semel atque iterum, quotiescumque ingemuerit peccator, recipit ac restituit. Habebis insignem Dei lenitatem, quam septuaginta uerterunt μακροθυμίαν, eam nonnulli uerterunt longanimitatem; μακρόν enim longum, & θυμός interdum significat impetum atque ardorem effervescentis animi. Vnde quidam ex Hebraeo sermone, pro patiens, uertere maluerunt, lentus furore. Apud homines enim quamuis placidos, furor sit laesa saepius patientia, at diuina lenitas inuincibilis est. Quam diu durat haec uita, parata est misericordia, & si quando immittit hic afflictionem peccantibus, medicina uerius est, quam uindicta, Nec uero solum miserator est erga paruulos, misericors erga adultos, & suis quoque sceleribus contaminatos, patiens erga reuoluntarios ac subinde relabentes, uerum etiam πολυέλεος est erga resipiscentes, uel ex Iudaismo, uel ex Paganismo, uel ex sceleribus in Christianismo commissis, non modo condonans eis omnia peccata, sed insuper locupletans multis donis spiritualium gratiarum, centuplum reddens in hoc seculo, & insuper uitam aeternam in futuro. Fratres dilectissimi, an non haec largissima misericordia? Quid simile reperitur inter homines quantum uis placabiles aut misericordes? Hic memineritis, quod frequenter admonuit, quicquid nobis remittit Deus, quicquid nobis largitur, misericordiam esse, ne perdamus munus, si non agnouerimus autorem muneris. Postremo loco posuit uerax, quae uox ad promissa Dei pertinet. Haec enim omnia, quae largitur nobis, non facit nostris meritis prouocatus, sed ita destinata aeterno suo consilio, prius quam mundus oriretur, & ante tot annorum milia pollicitus est per prophetas sanctos, nec haecenus quicquam omisum est eorum, quae promiserat. Nec dubitandum, quin eadem fide sit praestaturus, quae promisit de consummatione mundi, de iudicio supremo, resurrectione & felicitate iustorum. Promisit autem, ut nobis aueret fiduciam. Siquidem ut dona, ita & promissa Dei nesciunt poenitentiam. Natura uerax, etiam si nos negauerimus eum peccando, ipse seipsum abnegare non potest subtrahendo misericordiam, qui pollicitus est ueniam cuius resipiscerit. Ergo deus meus quum talis sis bonitate naturali, quum per prophetas tuos fidem tuam omnibus obstrinxeris, quum haecenus coepisset praestare promissa, me misso in mundum, ut mea morte restitueretur genus humanum, Respice in me & miserere mei. Reluctatur tuae bonitati pertinax Iudaeorum malitia, ac mox totus mundus uniuersis machinis insurget aduersus Euangelium, extinguere studens regnum caelorum. Ne respicias Deus caecitatem illorum, sed in me respice, cui pollicitus es hereditatem omnium gentium, & possessionem meam terminos terrae. Dixisti, Intende prospere procede & regna. Ecce adsum conflicurus cum hoste pro regno tuo, quod per me tibi uolueris uindicare. Fave praesertim, da uictoriam, da imperium puero tuo, siue da potentiam filio tuo. κρᾶτος enim, & robur significat & imperium. Robur conuenit certantem, imperium uictori. Hic enim est ille Dauid manu fortis, qui dilacerauit ora leonis & ursi, pro gloria totius Israelis, singulari certamine congressurus cum superbo Goliath, cuius fiducia erat in gladio, hasta & clypeo: hic autem uenit exarmatus gladio Saulis & galea aerea, loricaque: non enim affluuit dux noster talibus armis, nec in hoc uenerat, ut armis sibi pararet regnum huius mundi: sed aggreditur armatus fiducia nominis diuini. Orat igitur Dauid noster sub conflictum, cupiens totam uictoriae gloriam ascribi Deo. Respice in me deus & miserere mei, da imperium puero tuo, siue filio tuo. Nam Graeca uox anceps est πᾶσι, declarans uel aetate tenerum, uel filium, uel famulum. Quicquid horum intellexeris, nihil existit absurdum sensus. Dauid adolescens fuisse legitur, quum adoriretur Goliath, sic enim habet historia regnorum. Erat autem adolescens rufus & pulcher aspectu. Et dominus iuxta carnem florenti erat aetate, quum adiret crucem. Iuxta mylticum sensum, uiride lignum erat, sicut ipse testatur, erat iuxta Pauli testimonium ille nouus Adam, qui sustulit ueternum, ac senium totius mundi, nimirum innouator omnis creaturae. Postremo

Postremo puer erat expertus omnis maculae doluae. Erat & filius dei, non adoptione tantum, sed & natura. Erat minister ac seruus iuxta dispensationem ipsi creditam, legatus patris, noui testamenti minister, & peccator sacrificij, quod pater iniunxerat. Vt puer, caret omni macula, ut filius, nihil non impetrat, ut minister nihil omittit eorum, quae mandauit pater. Rufus erat, totus ardens igne charitatis, animosus, sed in nomine domini, pulcher aspectu, quia plenus gratia, quemadmodum habet alius Psalmus. Speciosus forma patris filij hominum, diffusa est gratia in labijs tuis. Pulcherrimus erat in oculis patris, qui non semel testatus est in eo sibi complacitum esse. Neque solum pulcher oculis dei, uerum etiam hominum ac daemonum oculis, in quo nec Iudaeorum rabies ullum crimen potuit inuenire, nec princeps huius mundi repperit quicquam, quod accusaret, & Pilatus homo profanus perspexit innocentiam, quam de illo professus est etiam Iudas proditor. In initio Psalmi clamarat, ut deus inclinaret aurem, quo causam cognosceret: hic petit, ut oculos etiam ad hoc certamen deflectat, ut quod patris iussu gerebatur, in conspectu ipsius gereretur. Beati quos deus dignatur aspiceret, cuius oculi non sunt nisi super iustos. Quicumque potest ex animo & in spiritu dicere deo, Respice in me, iam iniustus esse desit. Illud fortasse mouebit aliquem, qui congruat, ut implorata misericordia, mox postulet imperium, ac denuo sequatur, Et saluum fac filium ancillae tuae. Qui misericordiam orat, proficitur miseriam, & qui rogat ut saluus fiat, proficitur discrimen. Sed propius intuenti sermo nihil habet absurdum. Misericordiam orat ut uictoriae laus uni deo tribuatur. Imperium postulat, ut labefacto regno satanae, nascatur regnum Ecclesiae. Rursus petit ut saluus fiat, hoc est, ut regnum Ecclesiae sit perpetuum, nec aduersus hanc praeualeant inferorum portae. Quod si hic contempleris unum illum hominem, ex capite cunctisque membris constantem, nihil erit quod offendant. Liberatur enim is dei misericordia, cooptatur in regnum caelorum, seruatur ut perueniat ad brauium immortalitatis. Tum enim uera, solida, certa quae salus erit, quum Christus in unum collectis omnibus membris suis tradiderit regnum deo patri. Hic nec securitas est, nec perfectio: Quare fortassis & illud charitas uestra, quid tibi uelit, quod non satis habuit semel dixisse, puero tuo, sed adiecerit, saluum fac filium ancillae tuae: haec enim clausula uideretur innuere, quod puerum pro seruo posuerit, idque more scripturarum insigere uoluerit iterando, & filium ancillae tuae. Iuxta mundum dicitur men est inter seruum & seruum, id quod indicat etiam Graecorum prouerbiu, ἄλλος πρὸ δουλοῦ, & potest tibi seruus esse, qui non sit filius ancillae tuae. Vltiores sunt emptiij, ueritae chariores, ac propemodum pro liberis amatur. Si placet iterationis tropus, intellige summam in Christo obedientiam: si placet gradus, ita seruus fuit Christus, ut idem esset filius dilectus & unice charus patri. Sunt qui ancilla interpretantur sanctissimam uirginem Mariam, quae proficundo se ancillam domini, concepit Iesum iuxta carnem. Hic sensus arrisit Augustino & Arnobio, nec uideo quur sit reijciendus, quum sit & pius & uerus. Alij tamem malunt interpretari de Ecclesia, cuius filius an Christus dici possit nescio. Magis uideretur sponsus Ecclesiae, quae filius. Nec tam hunc genuit Ecclesia, quae ipse genuit & condidit Ecclesia. Synagoga filius non absurde diceret, quod iuxta corpus humanum natus est ex Iudaea, sub Iudaismo, quemadmodum testatur & Paulus, de Iudaeis loquens, Ex quibus Christus secundum carnem. Seruiebat & Mosi lex ad tempus uoluntati diuinae, dum paedagogi uice fungeretur, deducens ac praeparans ad Christum Ecclesiae sponsum, Ancillae uero cognomen melius congruit synagoga, quae sponsae filiaeque nomine cohonestatur. Illa meum cohercebat, haec gratia consolatur. Ioannes Baptista dixit, Qui habet sponsum sponsus est, et ipse dominus in parabolis aliquoties sponsi nomine seipsum indicat. Canticum Solomonis sub titulo sponsi, figurauit mysticum amorem inter Christum et Ecclesiam: & Psalmus 44. dicitur Ecclesiae. Audi filia & uide, & inclina aurem tuam. Et concupiscet rex decorem tuum. Ac dominus noster Ecclesiam suam appellauit regnum caelorum, cuius summam potestatem Christo traditam legimus. Sic enim ipse loquitur in Euangelio. Data est mihi omnis potestas in caelo & in terra. Sed ubi potestas tradita corpori mystico: An non magnam potestatem dedit, quum illis daret potestatem efficiendi daemonia, pellendi uenena, sanandi morbos quoslibet: An non magna potestas tradita est, quum diceret dominus: Quicquid solueritis super terram, solutum erit in caelis: quicquid ligaueritis super terram, ligatum erit in caelis: Rursus quum inflans in eos, diceret, Accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata

remittuntur, & quorum retinueritis, retenta erunt: Tantum in hac uita. Quid simile habuerunt unquam huius mundi monarchæ: Sed maioris autoritatis est, quod in futuro promissit dominus, Quam sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis et uos super duodecim sedes iudicantes duodecim tribus Israel. Et Paulus, Nonne, inquit, & angelos iudicabimus? Regnat itaque Christus in sua Ecclesia, & in illo regnat Ecclesia, tam potens, ut nec inferorum portæ ualeant aduersus illam, nec Iudæorum improbitas, nec tyrannorum immanitas, nec philosophorum arrogantia, nec hæreticorum peruerbia. Illa per Christum omnia uincit, triumphat, ac regnat. Hoc regnum quoniam nondum undiquaque tranquillum ac plenum est, ut dilatetur ac perficiatur, quotidie clamat Ecclesia, Aduentat regnum tuum, fiat uoluntas tua, sicut in cælo & in terra. Quod igitur orauit Christus, quod orat totum Christi corpus, nihil uetat, quo minus unus quislibet oret Christianus. Da imperium seu robur puero tuo, & salutem fac filium ancillæ tuæ. Cuius ancillæ, nisi Ecclesiæ: Hæc nos denuo genuit sponso suo, per lauacrum renascentiæ uerbo uitæ. Vnusquisque renatus in Christo Dauid est, fide fortis, innocentia decorus, uitæ nouitate adolescens. Vnusquisque conferit manus cum Goliath, eumque deiecit, dum superat diaboli terationem, uictaque carnis concupiscentia, spiritu agitur. Qui uincitur affectibus carnis, in eo regnum habet diabolus, Qui ducitur in spiritu dei, in eo regnat Christus. An non præclarum regnum est, imperare libidini, calcare auaritiâ, subigere luxum, deiecere superbiam, contemnere mortem? Non ille maior est, qui occidit, sed qui superat. Occidebatur martyres, sed moriendo uinciebant, ac triumphum agebant de his, à quibus occidebantur. Rex eris, inquit ethnicus quidam, si te ratio rexerit. Imò Christianus quisque rex erit, si illi Christi spiritus rexerit. Quid enim possumus ex nobis, qui ne cogitare quidem aliquid boni possumus ex nobis? Proinde si quando spiritu facta carnis mortificaueris, ne tibi canas encomium, sed gratias age domino. Etenim si hoc imperium haberes ex te, quid opus erat quotidie clamare, da imperium puero tuo? Ergo Dauid quum rogaret imperium, orabat ut ueniret Christus à prophetis promissus: & Ecclesia quum idem orat, ut accipiat imperium, illud orat, ut in toto corpore suo uincat & regnet Christus. Hoc quum unusquislibet nostrum orat, petit ut cohibitis carnis affectibus agatur spiritu Christi, quum orat ut saluus fiat ancillæ filius, orat ut in Ecclesia perseverans, uitam finiat in Christo, & ad eam perueniat uitam, ubi iam non periclitatur certator, sed coronatur uictor. Vult autem dominus a deo uictoriam esse illi stresem, ut suo splendore perstringat oculos repugnantium, ac tandem uel inuicti respiciant, agnoscetes amentiam suam, uel pudeant in æternum. Ad confirmandam autem Ecclesiæ suæ fiduciam, petit ut dominus faciat cum ipso signum in bonum. Multi signum petunt, sed in malum. Nec dicit fac mihi signum, sed fac mecum signum, ut intelligas esse signum confirmans pactum ac fœdus. Sic legitur quod dominus posuit irim, signum fœderis inter ipsum et terram, ut eo conspecto non expectarent rursum simile diluuium. Hoc nunc datum fuisset, ad omnes nubes, & ad quamuis pluuiam trepidassent homines, qui Audiverant prius diluuium. Et Abraham petiit signum à deo in bonum, quo certior esset promissio, sic multiplicandam ipsius posteritatem, ut stellis cœli posset æquari. Petiit & Moses signum & accepit multa signa, quæ tamen efficere non potuerunt, quo minus detraxerit mandata dei. Obsecro, inquit domine, mitte quem missurus es. Et ob hanc diffidentiam iratus est dominus in Moysen. Ahas iussus est petere signum à domino, & recusanti datum est signum. Simile signum petiit Gedeon, & accepit. Quamquam nec is unico signo fuit contentus. Primum signum dedit angelus exultis sacrificij carnibus, ad quod expauit Gedeon. Secundum iam conficiendus cum hoste, postulauit à domino, quoque certior esset uictoriæ spes, iteratum est cum uarietate miraculum. Datum est & Abraham signaculum fidei circumcissio, quam in Genesi dominus signum fœderis appellat. Post multa signa quæ Moyses addidit coram Pharaone, quod uirga dissecuit mare signum erat, quod nubes præcedebat interdium, noctu columna ignis, signum erat, aqua è petra exiliens, & comitans proficiscentes signum erat, Manna cœlo defluens, signum erat, serpens in deserto sublatus in stipite, signum erat. Breuiter quæcumque mirifice gesta sunt in ueteri testamento, signa sunt, & figura nostro tempore. Habet & Satanas sua signa, sed in malum, etiam quum uidentur data in bonum. Posuit dominus signum super Cain hominem impium, sed tamen in illius bonum, ne quis illum

illum interficeret. Datum est impio uitæ spatium, ut respiceret. Iudæi signa quæerunt, ut scribit apostolus, nec tot insignis acceptis didicerunt fidere domino. Nam et ipsi domino dicunt, Quod signum ostendis nobis, quod hæc facis? Et flagitabat signum è cœlo, quasi tot miracula quæ quotidie dabat dominus, non essent satis signi. Quoniam igitur multitudine signorum, non ita multum profectum est, diffidentibus Iudæis, iridentibus gentibus. Pontifex ac Dux noster, conficiendus cum hoste, unum tantum petit signum, sed eximium, sed in bonum, utique credentibus, sed euidentibus & efficacibus, quod sublatum totum orbem ad se trahat. Fac inquit signum mecum in bonum. Da signum, quod & consoletur amicos, & pudefaciat inimicos. Hoc signum solus potuit dare deus. Quod autem signum? Quod signum nisi Ionæ prophete. Hoc signum promittit ipse dominus in Euangelio. Sicut Ionas fuit in uentre ceti tribus diebus & tribus noctibus, ita & filius hominis erit in corde terre. Dicitur est illis hoc signum, sed non in intellectu. Idem signum alijs uerbis proposuit. Soluite templum hoc & in triduo restructum illud. Hoc signo semel confirmata fide totius Ecclesiæ, non est quod expectemus alia signa. Habemus signum Ionæ, Christum iuxta carnis infirmitatem mortuum, iuxta spiritus uirtutem resuscitatum. Habemus signum crucis, trophæum ducis nostri: habemus in Eucharistia symbolum æterni fœderis inter caput & membra. Verum hæc omnia unum sunt signum, nimirum ipse dominus Iesus, qui datus est in uiam & resurrectionem multorum, & in signum cui contradicitur à multis ad hodiernum usque diem. In hoc signo absoluta sunt omnia signa ueteris testamenti. Verbum caro factum est, & habitauit in nobis, uisum est, auditum est, contrectatum est ab hominibus, occisum est in propatulo, resurrexit, assumptum est in gloriam, prædicatum est cunctis gentibus, creditum est mundo. Luceat, eminet, coruscat omnibus ad salutem. Tale signum nusquam legitur æditum in ueteri testamento. Nullus perit usque, nisi qui ab hoc signo auertit oculos. Signum datum est in bonum, ne tua incredulitate tibi uertas in malum, quod euenit Iudæis, de quibus testificatur dominus, Si non uenissim et loquutus fuissim eis, peccatum non haberent. Hoc signum iam erigi uolebat dominus iturus ad crucem, sitiens humani generis salutem, Hoc per uniuersum terrarum orbem inclarescere, ut uideant inquit, non solum diligentes me, quorum de numero erat Simeon ille senex, uerum & illi qui oderunt me, ut qui sermone meo credere noluerunt, uelint nolint, uideant hoc signum euidentius, quæ ut possit dissimulari, & pudeat saltim tali signo tam diu, tam pertinaciter repugnasse, illi uideant ut confirmentur, huiusmodi conuertantur. Quod enim nos legitimus confundatur, grecis est *ἀπογογγυθιστορας*, quod magis sonat pudeant. Felix erubescit, quæ reuocat ab impietate. Erubuit, inquit senex ille Comicus, salua res est. Hoc rubore suffusus erat ille publicanus, qui procul stans non audebat oculos in cœlum attollere: Sic erubuit filius ille profugus, qui reuersus ad se, ultro abdicat filij cognomen, quo se fatetur indignum, et ambit inter mercenarios habere locum. Sic erubuerunt multi Iudæi, qui per ignorantiam crucifixi erant dominum: sic erubuerunt gentes, à simulacris et inquinatis moribus conuersæ ad Euangelium cælum. In quibus nunc inquit Paulus erubescitis. Sic erubuit ipse Paulus, negans se dignum apostoli nomine, quod persequutus esset Ecclesiam dei. Feliciter itaque pudeant, qui erubescunt ad poenitentiam. Nec tamen omnes sanant pudor, sed quosdam indurat magis, si frontem perfruerint. Quandoquidem & græca uox anceps est ad eum, qui suffunditur pudore, et ad eum, qui conuictus & redargutus probro afficitur. Frequenter cum ignominia recesserunt à domino Scribæ & Pharisei, non habentes quod responderent, nec tamen erubuerunt ut respicerent, sed perfricta facie, sumpturunt sibi frontem meretricis, ut pessimis artibus obstinatissime pugnant aduersus manifestam ueritatem. Nec tum saltem erubuerunt, quum uiderent eum resurrexisse, quum uiderent post missum spiritum sanctum in nomine crucifixi sanari claudos, fugari demones, pellimorbos, excitari mortuos, quum in clarescente per orbem Euangelij gloria, uiderent frustratos omnes conatus suos, in diuersum recidere. Et o miram & insanabilem impudentiam, Tot annis regnat toto orbe Christi nomen, nec adhuc erubescunt Iudæi. Probro grauantur, pudore non sanantur. Ut uideant inquit, & pudeant. Utinam hic pudeant, ne pudeant in æternum. Vident hoc signum, uelint nolint, ingestum est oculis omnium. Si uident & erubescunt, signum erit illis in bonum: Si non uident & insultant, quæ admodum maiores illorum insultarunt pendenti in cruce, subsannantes & mouentes capita sua, signum erit illis in malum. Vide

bunt iterum hoc signum in celo, quum dominus ad iudicandum uenerit, uidebunt in quem compunxerunt, uidebunt in maiestate patris, quem hic omni contumeliarum genere profecuti sunt. Illic pudebunt in conspectu omnium gentium, & angelorum, sed pudebunt in aeternum, quia signum datum in bonum, sibi uerterunt in malum. Nec Iudei solum ibi pudebunt, sed omnes etiam principes, omnes philosophi, qui uiribus & ingenijs suis bellarunt aduersus hoc signum. Nihil illic erit occultum. Conspiciet frustrata maliciam suam, conspiciet uictoris gloriam, conspiciet martyrum triumphos, quos hic exquisitis cruciatibus enecarunt, pudebunt, sed sero. Pudebunt omnes haeresiarum cum suis gregibus, qui dum uiuerent, salubriter noluerunt erubescere, Quamquam & hodie quid aliud, quam probrum retulerit, quicumque dei domum labefactare sunt adorti? Vbi Simon magus diuinitatis affectator? Vbi Cerinthus Christo detrahens naturam diuinam? Vbi Montanus pseudoparacletus? Vbi Valentinus monstrosarum fabularum artifex, ubi Marcion, ubi Basilides, nonne uicti obmutuerunt? Vbi Arius dissector, ubi Sabellius confusor sacre trinitatis? Nonne pudefacti sunt, explosi sunt, prostrati sunt? Vbi Apollinaris humanam Christi naturam meliore sui parte spolians? Vbi portenta Manichaeorum, ubi tumultus Donatianorum, nonne pudefacti silent omnes? Vbi blasphemus ille Porphyrius? Vbi Celsus aequae blasphemiae philosophia, instructe eloquentia, quadam etiam fauore principum formidabilis. Quid obsecro, quid tantis tumultibus effecerunt? Pudefacti consulescunt omnes, & pudebunt quotquot uel hodie sunt, uel in posterum exorientur. Similiter pudebunt mali Christiani, nisi hic properent erubescere. Apud nos nulli sunt ethnici, Iudaei aut nulli sunt, aut minime. Num molesti sunt, insaniunt in speluncis suis, & tamen Ecclesia fructu entura tantum soliginis ac zizaniorum habet admixtum, ut nusquam non sint, qui pie simpliciterque uolentem uiuere in Christo Iesu, rideant, circumueniant, spolient, opprimant. Vt cunctis ferendum erat, si gentibus olim Christi crux uisa est stultitia, si Iudaeis fuit offendiculum, At quanto gemitu deplorandum est, quod per crucem redemptus, cruce signatus, cruce professus, deridet crucem? Deliros appellant, qui carnem macerant ieiunijs, miseros qui frugaliter uiuunt, dementes, qui nec ambiunt opes, & quod habent egenis impartunt, Stultos qui fugiunt honorem huius mundi, fatuos, qui nullius lucri spe cuiquam uolunt imponere, Miseros, qui fugiunt in concessas uoluptates, Ainos, qui sedulo obtemperant iussis superiorum, ignauos, qui non retaliant iniurias, Dementes, qui contempto mundo, totam spem suam ponunt in deo. Atque interim illi feroces, ac suauiter agentes in delicijs, hi moerentes, humiles & abiecti. Sed utinam tales propius atque interius contemplantur, quos contemnant, simul & seipsum uniuersos inspiciant, quae lerna turpitudinum occupet animam, qui cruciatus breui sint excepturi uoluptates non minus falsas, quam momentaneas. Id si faciant, nimirum operietur ignominia facies eorum. Sed unde perspicient ut erubescant, nisi deus aperuerit oculos eorum, quemadmodum aperuit oculos Adam & Eue? Simul atque enim gustauerant de ligno interdicto, aperti sunt oculi eorum, nimirum a deo, prouocante ad poenitentiam. Sic enim habet Genesis, Apertis oculis uiderunt se esse nudos & erubuerunt. Quanto magis oportet eos erubescere coram domino, qui uestem innocentiae in baptismo datam abiecerunt, & nudi obambulant, non solum nullis amici uitutibus, sed uitjs innumeris contaminati. Fratres spero uel nullos uel paucos tales inter uos esse, tamen si qui sunt, eos hortor & obtestor per Christi charitatem, ut erubescant mature, dum prodest suffundi rubore, nec differat uitae correctionem in extremum halitum. Multos inopinata mors occupat, ut hoc non accadat, qui scis an tum deus sit aperturus oculos tuos? Nullus enim respicit quum uult, etiam si nemo desperandus est, ante efflatam animam. Si conuerti non uis, quid tibi blandiris de sera poenitentia? Si conuerti uis, & hoc tua refert, quur recraftinas? Quin potius hoc anno sit quod factum est optimum, quam proximo, quur magis mense sequuturo, quam hoc ipso, quur non potius hodie quam cras? Si periclitatur corpus, non differat medicinam, periclitatur totus homo ne pereat in aeternum, & differat in dies, in menses, in annos. Contemplemur nos ipsos ad speculum doctrinae Christi, uitae Christi, aliorumque sanctorum, & pudeat nos nostri. Videant qui nos oderunt, qui nobis moluntur semper interitum, & erubescant. Qui sunt, inquieti, isti qui nos oderunt? An non capitalis inimicus est liuor, odium proximi, auaritia, superbia,

superbia, luxus, libido, breuiter omnes carnis affectus? Quid aliud agunt, quid moluntur, nocte dieque, nisi ut Christum in nobis iugulent? Agamur spiritu Christi, & pudebunt omnes eiusmodi cupiditates cum suis fructibus. Simul erubescunt impij spiritus carni nostrae stimulos, uelut oleum camino, adijcietes. Qui hic nolunt suo bono erubescere apud deum & paucos homines, post hanc uitam frustra suo malo pudebunt, coram uniuersitate sanctorum omnium. Quosdam malus pudor deterret a confitendo, magis reuerentes hominem quam deum. Si pudet confiteri sacerdoti, magis oportuit dei reuerentia deterreri a peccando. Quod ausus es facere coram oculis dei, pudet referre hominibus? At in corporis morbo pudore excutit sanitatis amor, in animae discrimine, quanto magis id factum oportuit? Nec solum oportet erubescere de grauibus commissis, uerum etiam de leuioribus. Omne peccatum turpe est ac foedum, eoque pudendum. Pudet tuberis in fronte, aut nauis in naso, & non pudet otiosi sermonis, aut risus solutoris, aut cessatitacula perditum temporis, quod poterat bene collocaui? Sed quid uidebunt, quid erubescunt isti, qui male uolunt Christo? Quonia tu domine auxiliatus es mihi, & consolatus es me. Clamabant Iudaei in Christum uelut in deploratum, & a deo pariter atque hominibus destitutum. Si filius dei est, descendet nunc de cruce. Sperauit in domino, seruet illum nunc si uult eum. Insultabat ut uictores uictis, uerum in uersis rerum uicibus, uictus triumphat, uictor flet. Auxiliatus es mihi in certamine, consolatus es uictoria. Consolatio non est, ubi nulla praecessit molestia. Geminus pudor occupauit Iudaeos, uident adiutum ope dei, quem putabant a deo desertum, uident gloriosum, quem putabant aeternae traditum ignominiae. Deinde uident suas spes ipsis esse mentitas, iuxta illud: Mentita est iniquitas sibi. Magis autem erubescunt, quum filius hominis in maiestate sua ueniet, iudicaturus uiuos & mortuos. Quid ibi dicent Annas & Caiphas, quid scribae & pharisaei, quid seniores, qui clamauerunt, tolle tolle, crucifige? Quam pudebit ipsos sui, quum audierit? Ite maledicti in ignem aeternum. Quid ibi dicet Nero, ceterique qui nullum immanitatis genus non exercuerunt in apostolos ac martyres Christi, ubi conspexerint illos sole splendidiatores, socios & consortes regni Christi? Videntes turbabuntur timore horribili, & mirabuntur in subitaneitate salutaris, gementes pra angustia spiritus, dicentes intra se, poenitentiam agentes. Hi sunt quos habuimus aliquando in derisum, & in similitudinem improperij. Nos insensati uitam illorum aestimabamus insaniam, & finem illorum sine honore. Ecce computati sunt inter filios dei, & inter sanctos fors illorum est. Auditis admirabilem erubescentiam, sed inutilem, auditis poenitentiam, sed seram. Auditis confessionem, sed infrugiferam. Nam iuxta uulgi quoque proverbium: Frustra mortuo adhibetur medicina. Hic hic erubescamus amici: hic poenitentiam agamus, hic confiteamur; maior pudor ueluti clauus clauum, propellat minor, hic ad tempus rubore suffundamur, ne confundamur in aeternum. Tempus breue est, uita fugit, mors accelerat, cuique nostrum propior fortasse, quam suspicamur. Dies ille ueluti fur in nocte ueniet. In hunc itaque uigilemus, ne inopinates opprimat. Annotandum arbitror & illud in sermone prophetico, quod dicitur, quonia tu domine adiuuisti me, & consolatus es me, uictoriae laudem non sibi arrogat, sed deo tribuit: Tu qui es deus solus, qui facis mirabilia solus, auxiliatus es mihi solus, auxiliatus es, ut miserator, consolatus es ut benignus, & multae misericordiae & uerax. Tui muneris sunt haec omnia, tibi debetur omnis gloria. Latet interim auxilium tuum, latet & consolatio nonnunquam, qua secreto mitigas asperitatem afflictionum, unctio ne tui spiritus, sed exitus certaminis docet, non hic fuisse praesidium aut solatium hominis, sed tuum, quo protectore superamus & carnem, & mundum & diabolum. Haec interim sentiunt pii, non uident impij, sed ueniet tempus, quum uidebunt, & erubescunt, perspicientes non esse auxilium nisi a domino, & beatos esse qui hic lugent, quonia eterno fruuntur solatio, quum deus absterferit omnem lachrymam ab oculis eorum, nec iam erit quod uel metuat, uel doleat, sed perpetua securitas, & gaudium perfectum, gaudium cordis & corporis nunquam auferendum. At interim dum ambulamus in uia, spe felices potius quam re, cauendum est cuique nostrum, ne ipsi desimus auxilio solatioque diuino, sed cooperates gratiae dei, pro sua uis que uirili demus operam, ut luceant opera nostra bona coram hominibus, ut uideant & glorificent patrem nostrum, qui in caelis est. Per uitam enim nostram, uel infamatur uel glorificatur nomen dei. Non est nouum quod loquor fratres. Paulus ita scribit Cor. iam Christi nomen professis: Empti estis precio magno, glorificate & portate deum in corpore uestro.

Q. Rursum

54p. 4

1. Cor. 6

20 Rursum in Leuitico de eo, qui dederit de femine suo Moloch scriptum est, eò quod contaminauerit sanctuarium meum, & polluerit nomen sanctum meum. An non contaminant sanctuarium dei, qui turpiter uiuunt in Ecclesia dei? Ita polluant nomē sanctum dei, qui quum titulo sint Christiani, tota uita contradicunt Christo. Quod in Iudæos impie uiuentes scripsit Paulus, multo magis conuenit in Christianos nomine, re mundanos.

Rom. 2 Qui in lege Euangelij gloriaris, per prauaricationem legis deum inhonoras? Nomen enim dei per uos blasphematur inter gentes. Per nos uero, & inter Iudæos, & inter Paganos, & inter Christianos. Quid enim dicunt Iudæi Paganū, quum uiderint quorūdam Christianorū uitam penē sceleratorem, quā tum fuit gentium? Ecce quales cultores habet ille deus, ecce quales discipulos habet Christus. Ecce quales filios gignit illa sponsa Christi. Si deus misericors est, quorū illos non corrigit? Si iustus, cur finit impune peccare? Hęc ignominiam inurunt sancto nomini dei, Christi & ecclesie, qui titulum tenus Christiani, utra & affectibus plus quā Paganū sunt. Nullum crimen atrocius blasphemia, at istorum blasphemia redundabit in caput eorum, qui causam dederunt. Quin ipsi blasphemias faciunt in deum si non dicis, certe quod est sceleratius, facis. Id quidem ad omnes pertinet Christianos, sed præcipue ad illos, qui primas tenent in ecclesia. Nam hos ceu lucernā in candelabro posuit dominus, ut luceat omnibus, qui in domo dei sunt, quæ est Ecclesia; imò luceant etiam ipsi, qui sunt extra domum, ut ingrediantur. Nam Paulo non est satis, si episcopus habeat bonum testimonium ab his, qui sunt intus, ni habeat & ab his, qui sunt foris. Christianus diceris, glorifica nomen quod geris, & quo tu gloriaris, fac ut uicissim in te glorietur. Episcopus es, Christi uicem geris, ne dedecora nomē illius, cuius titulo superbis, sed glorifica nomen sanctum illius. Glorificabis autem, si populus e uita tua conuixerit in te habitare Christum, si te uiderit in laboribus indefatigabilem, in tentationibus inuictum, in persecutionibus alacrem, paratum & animam pro illius ouibus ponere, tum improbi quoque qui prius oderant te, uidebunt & erubescunt, perspicientes quod dominus auxiliatus sit tibi in conflictu malorum, & consolatus sit te, certissima spe futuri præmij. Quis enim ista toleret proprijs uiribus. Aut quis in his non solum constans & fortis, uerum etiam alacer esse possit, nisi adsit solatium spiritus, & spes quæ non pudefacit? Vincamus in bono malum, ac iuxta beati Petri doctrinam, beneficientes obmutescere faciamus impudentum hominum insipientiam, ut uel respiciant à malicia, uel saltem pudefiant apud sese. Dicit mihi fortassis aliquis uestrum, quæ sunt ista, quibus glorificamus deum, & homines improbos ad pudorem adigamus? Paulus compendio nobis hoc ac dilucide monstrat, scribens Romanis: Qui tribuit, in quiens, in simplicitate, qui præest in sollicitudine, qui miseretur in hilaritate. Dilectio sine simulatione. Odio habetes malū, adhaerentes bono, charitate fraternitatis inuicem diligentes, honore inuicem præuenientes, sollicitudine non pigri, spiritu feruentes, domino seruientes, spe gaudentes, in afflictione patientes, orationi instantes, necessitatibus sanctorum communicantes, hospitalitatem sectantes. Benedicite persequentibus uos, benedicite & nolite maledicere, Gaudere cum gaudentibus, flere cum flentibus, non alta sapientes, sed humilibus consentientes. Noli te esse prudentes apud uosmetipsos, nulli malum pro malo reddentes, prouidentes bona, non solum coram deo, sed etiam coram hominibus. Si fieri potest, quod in uobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes, non uosmetipsos defendentes charissimi, sed date locum iræ. Scriptum est enim: Mihi uindicta, & ego retribuam dicit dominus. Si furierit inimicus tuus ciba illum, si sitit, potum da illi, hoc enim faciens carbones igneos congeres super caput eius. Noli uinci à malo, sed uince in bono malum. Habetis uelut in tabula depictam hominis Christiani formam ministerio Pauli, sed afflatu spiritu sancti. Non hæc proprie scripta sunt Episcopis, non sacerdotibus aut monachis. Scripta sunt citra discrimen Christianis omnibus, summis pariter atque infimis. Nunc quoniam iuxta quod idem Paulus scripsit Corinthijs: Spectaculum facti sumus deo, angelis & hominibus, ponamus ob oculos theatrum nostrum, & consideremus in una theatri parte sedere gentem Iudæicam, in altera Paganos, aut Turcas, aut Machumetanos, aut si quod aliud est hominum genus alienū à Christo. In tertia, schismaticos aut hæreticos. In quarta, homines mundo deditos, affectibus corruptos potius, quā dogmaticis. In quinta, infirmos, hoc est, uel laetantes adhuc in Christo, uel languentes. In sexta perfectos. In septima, superbie

perne dominum Iesum Christum cum angelis ac piorum animabus, spectantem uita non stræ fabulam. In octaua, inferne satanam cum impia cohorte demonum, obseruantem exitum certaminis. In medio pone uere Christianum, hæc constanter & alacriter prestantem quæ Paulus docuit, non sine sibi displicebunt mali omnes, non sine pudefient, & agnoscent in illo signum datum in bonum, agnoscent diuinam opem, & consolatorē spiritū, & qui sunt in his sanabiles, ueluti carbonibus uiuis in caput omnium congestis, inflammabuntur ad amorem dei, qui tales habet famulos? Imbecilles excitabuntur ad studium pietatis, perfecti spiritali læticia perfruentur, glorificantes in illo nomen domini. Satanas in uidia rumpetur, uidens & in famulis suis agere ac uincere Christum. Christus agnothea cū omnibus sanctis, quos iam recepit in tutū, gaudiū ager in coelis, ueluti renouato mortis sue triumpho, quemadmodū deus in mysticis literis gloriatur de seruo Iob aduersus satana. Nondū enim consummata est captis gloria, et perfici desiderat collecto toto corpore. Optat idem Ecclesia militans, optat triumphans. Gaudiū itaque cōmune est omnium. Rursum in eodē theatro ponite Episcopum, sacerdotem, monachū, aut quemcūque Christianū impie uiuentē, cultorē māmonæ, inhiantē honoribus, indulgentē luxui & libidini, superbum, uindicte, iracundū, implacabilem, auersum ab omnibus, quæ sunt ueræ pietatis. An non hic uidebis prorū alia theatri faciem? Paganos & Iudæos blasphemias facere in Christum, hæreticos & schismaticos in sua prauitate cōfirmari dicētes, quid nobis cū tali Ecclesia, quæ Christum non habet? Excommunicant nos ac tradunt satanæ, qui totū sunt dediti satanæ. Quid malis Christianis, an non exemplum animos addet ad licentius peccandū, præsertim si qui uersatur in scena, præmincat Ecclesiastica dignitate? Quid infirmis, nonne grauius offenduntur & pertrahuntur ad ruīnam? Denique exultabunt & insultabunt inimici spiritus, morebit sanctorum cœtus, & Christus quodanmodo pudefiet in nobis uincere satana. Absit uocē calumniator. Si totum Christum consideres, adhuc gemit, suspirat, offenditur, erubescit, dolet. Hęc quæ sic habeant fratres charissimi, studeamus optulante dei gratia, glorificare nomen domini, quod profitemur, ne signū quod nobis deus dedit in bonū, nostra culpa uertatur in malū. Simus bonus odor deo in omni loco, persistamus in fundamēto dei, quod iuxta Paulū stat firmū, habēs signaculū hoc. Cognouit dominus, qui sunt eius, & discedit ab iniquitate omnis, qui inuocat nomen domini. Inuocat autē omnis, qui uere Christianus est. Ergo qui Christianus dicitur, nec conatur ab iniquitate recedere, is nec stat in fundamēto, & mendax habet signaculū: aut si non habet mendax signaculum, certe mendaciter habet, de illius nomine glorians, quæ sua uita, quantū in ipso est, dedecorat, & ostentui habet deū ac filium eius unicum Iesum Christū. Certemus fortiter armati fide, habemus auxiliantē deū, certemus alacriter, habemus eundem consolatorē, quæ habemus Agnothetā. Teneamus signū militiæ nostræ, signū bonū, signū triumphale, signū aduersario formidabile, si non in ueste tantū gestemus, sed in pectore. Appareat crux in fronte, sed magis appareat in uita. Ibi terret aduersariū, ibi fugat, ibi uincit. Quò securus pugnemus, maneamus in phalagē, maneamus in phalagē, maneamus in arce. Hęc est inexpugnabilis ecclesie ciuitas, de qua Psalms proximus loquitur. Fundamēta eius in montibus sanctis, & de qua canticū nouū promittit Esatæ uaticiniū, candelū non in terra Babylonis, sed in terra Iudæ, hoc est, profitentium totā hominis salutē deberi deo. Quod autē canticū? Vrbis fortitudinis nostræ Sion, saluator ponetur in ea murus & antemurale. Sion in ædificata est, unde Hebræis speculā sonat, Hanc nobis ædificauit Dauid noster, huic ipse est & murus & antemurale, murus adiuuans in conflictu, antemurale, gratia sua præmunens ante conflictū. Ac dictu mirū quod totum huius canticum argumētum consentiat cum Psalmo præfenti, qui ut iam intelligit pietas uestra, depingit nobis Christi uictoriam. Deuictum satanam, abolitam idololatriam. Gentes ad Euangelij gratiā receptas, Ecclesie gratulationem, deuictis ac pudefactis omnibus, qui aduersus hanc mouerant arma, totam huius rei laudē ascribi deo, qui in nobis pugnat pro nobis, robur addens in conflictu, solatium impartiens in afflictionibus. Psalmus hic dicit, Venient & adorabunt coram te domine. Canticum dicit. Aperite portas, & ingredietur gens iusta, custodiens ueritatem. Vrbis hæc uocatur Sion, id est, specula, & Psalmus dicit, Quoniam ad te leuauit animā meā. Psalmus habet, Non est similis tui in dijs domine. Canticum habet, Venus error abiit, & in Psalmo gens Christi sanguine iustificata canit in Iudæa canticum deo

2. Timoth. 2

deo, Magnis es tu et faciens mirabilia, tu es deus solus. Psalmus habet, Deduc me domine in uia tua, & ingrediar in ueritate tua. Canticum respondet. Semita iusti recta est, rectus callis iusti ad ambulandum. Psalmus habet, Laetetur cor meum, ut timeat nomen tuum, Canticum respondet, Et in semita iudiciorum tuorum domine sustinui me te, nomen tuum et memoriale tuum in desiderio anime. Psalmus habet, Saluum fac seruum tuum sperantem in te. Canticum accinit, Seruabis pacem, pacem quia in te sperauimus, sperastis in domino in seculis aternis, in domino deo forti in perpetuum. Psalmus dicit, Fac mecum signum in bono, ut uideant qui me oderunt & confundantur. Quid canticum? Domine exaltetur manus tua, ut non uideant, uideant & confundantur zelantes populi, & ignis hostes tuos deuoret. Psalmus habet, Da imperium puero tuo. Canticum ita respondet, Quia incruuabit dominus habitantes in excelsis, ciuitatem sublimem humiliabit, humiliabit eam usque ad terram, detrahet eam usque ad puluerem, conculcabit eam pes, pes pauperis, gressus egenorum. Et in Psalmo se pauperem atque inopem profitetur, qui petit imperium. Videtis ut totus Psalmus cantico concinit, Quid mirum, quum utrunque dictauerit idem spiritus? Huiusmodi spiritualibus delicijs liberet diutius immorari, sed non onerabo pluribus infirmiores. Fidamus ex animo deo, spem figamus in Christo, leuemus animas ad deum, ambulemus in uia dei, progrediamur in ueritate dei, cum gaudeat timore, cum tremente gaudio, cum alacritate spiritus, cum sollicita cautione, ne relabamur in ea, quae detestati sumus. Maneamus in Christo, sub illius signis militemus, illo auxilio uincamus aduersarium, nihil nostris uiribus atrogantes, sed omnem laudem attribuere misericordiae diuinae, Vita factisque Christum exprimamus, ut per nos pudeant, & si fieri possit etiam conuertantur, qui prius oderant nomen illius, cui uni cum patre et spiritu sancto debetur omnis laus, honos, gloria & imperium in sempiterna secula, Amen.

CONCIONIS FINIS.

REVERENDO IN CHRISTO PATRI AC D. D. CHRISTOPHORO episcopo Basiliensi Des. Erasmus Rot. S. D.

Acello quod perquam elegans tua ueneranda pietas Misericordijs domini dicatum instituit, nos misericordie Encomium consecrauimus, nec ulla in re libentius parauimus uoluntati tuae praesul integerrime, cui semper paremus per libenter. Nullum enim argumentum magis congruebat uel isti tuae pietati, qua uehementer cupis uniuersos mortales per dei misericordiam salutem consequi, uel huic seculo longe corruptissimo. Nimirum in tanto miseriarum diluuiio conueniebat omnes ad asylum diuinae misericordie cohortari. Hanc operam eo libentius tuo iussu suscepimus, quod reputarem nos simul & tuae sanctissimae uoluntati gratificatos, & deo rem non ingrati facturos. Utinam autem & apud homines tantum ualeat studium utriusque nostrum, ut nostro hortatu quam plurimi pristinam abijciant malitiam, ambiant domini misericordiam, quae tuam uenerabilem senectutem semper fouere dignetur. Basilea. III. Calend. Aug. ANNO M D XXIII.

DE MAGNITVDINE MISERICORDIAE
RVM DOMINI CONCIO DES. ERASMI
Roterodami.

Propositio



Inuocatio

Voniam hodie de magnitudine misericordiarum domini uerba facere constitutum est, fratres ac sorores in domino charissimi, sine cuius praesidio nihil omnino potest humana imbecillitas, communibus uotis imploremus Domini communis misericordiam, quae sic moderetur organum linguae meae, sic afficiat animos uestros, ut quemadmodum ipsi per misericordiam Domini discedemus caelesti gratia locupletiores, ita in suum quisque proximum largius effundat officia misericordiae. Nonnullis mos est hic salutare uirginem matrem

tem etiam non inficiamur ubique plurimum honoris debere.

Aeterni patris omnipotens sermo Iesu Christe, qui pollicitus es te inter futurum, tibi cumque duo tresue conuenissent in tuo nomine, uides quam hic multi in tuo nomine conuenierint digneris igitur iuxta tuum promissum huic interesse coetui, ut sancto tuo spiritu, per omnium corda diffuso, plenius intelligant misericordiae tuae magnitudinem; quo simul & alacrius gratias agamus omnes pro misericordia, quam toties experti sumus, & auditis imploremus eam in omnibus nostris necessitatibus; postremo ut domini nostri misericordiam, quam ampliter in nobis experti sumus, conserui in conseruos pro uiribus aemulemur. Amen. Quod si iuxta rhetorum praepcepta, ea quisque sollicitus & attentus audit quae intelligit uehementer ad se pertinere; non oportet quenquam uestrum in hoc sermone dormire, quandoquidem omnibus ex aequo salus penderet ex Domini misericordia. Neque quisquam est tam infans aut tam senex, tam plebeius aut rex, tam pauper aut diues, tam seruus aut liber, tam doctus aut indoctus, tam peccator aut iustus, quin & expertus sit in se domini misericordiam, & ad omnia quae recte conatur, egeat domini misericordiam. Quod autem argumentum fauorabilius tractari potest, quam omnibus per dei misericordiam esse paratam salutem aeternam? Aequum est igitur, ut in hac concione, quotquot adestis, praebearis uos non solum attentos, uerum alacres etiam ac lubentes. Nam sibi quisque fauerit, quisquis huic fauerit orationi. Inter multa mala, quae genus humanum pertrahunt in aeternum exitium, duae praecipue pestes sunt, & capitales, a quibus in primis oportet cauere quibus cordi pietas est, quibus desiderat ad aeternae felicitatis consortium peruenire. Haec sunt, fiducia sui ac desperatio, alteram parit mens elata aduersus Deum, quam excecauit amor sui; alteram gignit hinc perpensa criminum admissorum magnitudo, hinc diuini iudicij seueritas absque recordatione misericordiae. Vtrunque malum tam pestiferum est atque execrandum, ut a multis dubitatum sit, utrum altero sit detestabilius. Quid enim infanlius aut deploratius, quam hominem, qui terra est ac cinis, qui quicquid est, aut potest, id totum debet diuinae beneficentiae, cornua tollere aduersus eum a quo conditus est, a quo redemptus est, a quo tot modis ad aeternae uitae consortium inuitatur? Ingratitudinis est, eum contere, unde tantum beneficiorum acceperis; demeritum est, ei uelle rebellare, qui nutu potest perdere. Impietatis est, non agnoscere conditorem, non uereri parentem, non amare seruatorem. Ausus est hoc primus infelix Lucifer, qui sibi uindictam, quod a deo gratis acceperat, dixit in corde suo: In caelum conscendam, super praesidia dei exaltabo solium meum, sedebo in monte testamenti in lateribus Aquilonis, ascendam super altitudinem nubium, similis ero altissimo. Atque utinam mortales saltem huius infelix ruina deterreret ab imitatione nefarii exempli, si non ipsa deterret impietas. Et enim si deus superbientibus angelis non pepercit, sed in tartarum praecipitatos, ac aeternis uinculis astrictos tradidit seruandos supremo iudicio, quid merebitur homo uermiculus, qui ut modo precepit e terra, ita mox est in terram uertendus, si erigat cristas aduersus deum? Quo deieciore est hominis conditio, hoc detestabilior est arrogantia sibi cum deo equalitatem affectantis. Proditum est ueterum fabulis, ortam olim inter deos seditionem, quae Iouem ipsum compulerit relicto caelo fugere in Aegyptum, atque illic aliena specie latitante, sed sceleratius erat, quod moliti sunt terrigenae gigantes, qui coeuerant aduersus Iouem, montes imposuere montibus, ut expugnato caelo Iouem ex arce depellerent. Merito ridetis, prophanae sunt fabulae quas auditis, sed tamen erudita uetustas huiusmodi fabularum in uolucris aliquid significare uoluit, quod ad hominum mores exprimendos pertinet. Salmoneus in Tartarum praecipitatus est, quod Iouis fulmen ac tonitruum imitaretur: sit sane fabula, sed quot fuerit mortales homunculi, qui re ipsa ac serio sibi diuinos honores postularunt? Nonne Nabugodonosorem, qui se Deum fecerat, Deus uertit in brutam bestiam, ut ex pecude rediret in hominem? Alexander Magnus, Iouis filius haberi uoluit, seque in conuulsis passus est adorari. Domitianus Caesar in omnibus diplomatis & epistolis, atque etiam sermone Deus ac dominus appellari uoluit. Adrianus Antinoe suo diuinos honores instituit. Quid autem haec commemoro, quum solenne fuerit apud Romanos, Imperatores suos posteaquam homines esse desiderant, facere deos? Quibusdam etiam uiuis diuini honores habiti sunt, quos oblatos admittere impie dementia est.

Attentio

Beneuolentia

Confidentia

Desperatio

Esaiæ 14

2. Petr. 1

ultra

usurpare, deploratq; cæcitatē. Si leuis est historiariū autoritas, audiamus quid Paulus apostolus Thessalonicensibus scribat de Nerone, sic enim interpretantur quidam, Et reuelatus, inquit, fuerit homo peccati, filius perditionis, qui aduersatur & extollitur supra omne quod dicitur deus, & quod colitur, ita ut in templo dei sedeat, ostendens se tanq; sit Deus. Sed fortasse mirum non uidebitur, si qui boues, simias, canes, et his uisura, saxa muta, lignaq; pro dijs uenerabantur, se pro dijs haberi uoluerint, nimirum his rebus longe præstantiores, quibus populus diuinos honores tribuebat. In Actis Apostolorum Herodes nō ignarus unum esse Deum, cuius honos esset incommunicabilis, passus est sibi acclamari in concione: Dei uox, non hominis. Mox ab angelo uindice percussus miserabilis ille deus pediculari morbo periit, quo non alius uel foedior uel cruciabilior, Atq; utinam non essent inter Christianos, qui Luciferi impietatem imitarentur, non enim dicam uincerent. Quid? An expectatis hic, ut aliquid proferam ex arcanis cōfessionibus? Quid autem opus, quum in quibusdam regionibus in foro, in templis, in conuiuijs, in lusibus, passim audiamus peierari per adorandum nomen dei. Leue est quod dixi, audimus abiurari nomen dei, manifestis conuicijs affici sanctum nomen Christi, præ morsu indice, minas intendi in deum: pollice inter indicem & medium digitum porrectio, hoc fieri aduersus deum omnis gloriæ fontem, quod in hominē extremæ ignominia, contumelia gratia fieri consueuit? An non comperuntur inter Christianos, si tamen hi Christiani uocandi sunt, qui ob mox relinquendas opes, aut foedam corporis uoluptatem, aut momentaneos honores deserto principe suo, foedus impium pangunt cum hoste Satana, cōceptis uerbis semel abiurantes quicquid intercesserat foederis cū Christo, & sui corporis primitias inferis immolantes, quorū principi totam animam suam deuouerant? Hæc cōperta uidemus publicis supplicijs expiari. Quid simile fecit Lucifer? Nō pro illo mortuus erat dei filius, nec tamē ausus est blasphemias facere in deum, tantū affectauit honoris æqualitatem. Infelix illa regio, quondam quinq; ciuitatibus potens, nunc pestilens & abominandus lacus, pro dulcibus Iordanis aquis tetrum ferens bitumen, nec horrendi exempli memoriam sinens apud posteros intermori, homines habebat luxu libidineq; perditos, Cæterum neminem illorum legimus eō progressum impietatis, ut deum inceseret cōuicijs, ut male precaretur, ut mīnaretur. Et tamen illi sulphurea pluuia funditus interierūt omnes. Et o rem detestabilem, inter Christi nomen professos inueniuntur, qui audent, quod non ausus est Lucifer, quod non ausa est Gomorra, inueniuntur inquam, qui tam abominandis malis etiam blasphemias malum adiungunt. Video uos fratres charissimi ad horum commemorationem inhorrescere, nec mirum, & ipse commemorans toto corpore simul & animo perhorresco, sed tamen hic sermo non solum eō conducit, ut declaremus quantum malum sit, desperatio uenias, uerum etiam quam immensa sit dei misericordia, cuius hodie suscepimus Encomion, quæ tales etiam homines tolerat, ac differt ad poenitentiam. Ac fortasse nobis placemus quod inter nos rara sunt exempla criminū quæ modo commemorauī, sed quid refert, si lingua nō sonet blasphemiam, quum multorum tota uita nihil aliud loquatur, quàm blasphemias in deum? Qui gula seruiunt, uentrē pro deo colunt, qui sine fine per fas nefasq; congerendis opibus inhiant, qui per cædes, produtiones, ueneficia, magicas artes grassantur ad honores, qui tyrannide pauperes opprimunt, qui ut suo obsequantur animo, bellorum incendijs miscēt orbem, nec in his tantis malis perseuerantes erubescunt aut relipiscunt, sed sumpta fronte meretricia, gloriantur etiam in rebus pessimis, irridentes interim piorum uitam, nōne isti factis ipsis loquuntur, non est deus, & uana sunt dei promissa, inanes sunt dei minæ, mendax est Euangelicus sermo, beatitudines cœlorum tribuens his qui hic lugent, qui sitiunt & esuriunt iustitiam, qui mites sunt, qui persecutionē patiūtur, qui maledictis incesuntur ob iustitiam? Hac blasphemias quid esse potest detestabilius? Et tamen si quid esse potest peius eo quod pessimum est, omni lerna scelerum peior est desperatio. Impius uidens sibi impune licere quicquid libet, elatus rerum successu, dicit in corde suo: Quomodo scit deus, & si est scientia in excello? Non sunt illi curæ res mortalium. Porro quemadmodum minus iniurius est in hominem, qui nō credit illum esse, quàm qui credit illum esse crudelem aut uanum: ita leuius impij sunt, qui prorsus negant esse deum, quàm qui credunt illum esse inexorabilem, spoliantes eum ea uirtute, sine qua reges iam non reges sunt, sed tyranni. At quis

blasphemias

Palam mala uia blasphemias est.

Desperatio

Psal. 72

quis abiecta spe uenias, deijcit sese in desperationis barathrum, is non solum non credit Deum omnipotentem, existimans aliquod esse flagitium, quod ille nō possit diluere, uerum etiam facit illum mendacem. Pollicitus est ille per prophetam se protinus commissorum omnium fore in memorem, simul atq; peccator ingemuerit. Contra, Caina posteritas dicit: Maius est peccatum meum, quàm ut ueniam merear. Quid ais impie? Si deus uiscus magnitudine peccati, non potest ignoscere, detrahis illi omnipotentiam: si non uult, quod potest, mēdax est et uanus, qui nolit præstare, quod toties promissit per ora prophetarum. Infinitum est, quicquid in deo est. Tria sunt autem in illo præcipua, summa potentia, summa sapientia, summa bonitas. Quanquàm autem potentia solet ascribi patri tanquàm peculiaris, sapientia filio, bonitas spiritui sancto: tamē nihil horū est, quod nō sit omnib. personis ex æquo commune. Summam potentiam declarauit solo nutu condito hoc opere mirabili, cuius nulla pars est non plena miraculi, ipsis etiam culicibus & araneis clauitibus opificis immensam uirtutē. Rursus quum diuidit undas maris rubri, dum cohibito Iordanis defluxu pediti reddidit peruium alueum: dum pugnantī Iosue sistit solem ac lunam: dum contactu sanat leprosos, uoce defunctos ad uitam reuocat, se naturę dominum ostendit. Porro dum quæ inenarrabili potentia condidit, pari sapientia conseruat & gubernat, demonstrat sese non minus esse sapientem, quàm omnipotentem. Quanquàm autem nusquam non relucet illius bonitas, quandoquidē hoc ipsum summæ bonitatis erat, angelos & hunc mundum condidisse, quum ipse ad summam felicitatem quam habet ex sese, nullarum rerum accessio nem desideraret: tamen mortalium genus in hoc proprie condidit, ut in his præcipue bonitatis ac misericordię suæ magnitudinem explicaret: si quidem hac parte Deus nobis uoluit non solum amabilior esse, uerum etiam admirabilior. Regis potentiam ac magnitudinem admirantur nonnunquam & hi qui oderunt aut inuident. Cæterum clementia ac beneficentia amabilis est etiam his qui non egent, uidelicet contemplatione fortis humanæ, per quam unicuiq; potest incidere ut egeat. At nullus est, aut fuit, aut erit hominum, qui non egeat dei misericordia. Quandoquidem iuxta testimonium scripturæ ueteris, nec astra munda sunt in cōspectu dei, & in angelis suis reperit iniquitatem. Et Paulus ad Romanos clamat: Non est distinctio, omnes peccauerunt, & egent gloria dei, ut omne os obstruatur, & subditus fiat omnis mundus deo. Nunc audiamus q̄ huic concinat mysticus ille psalter, qui magna spiritus alacritate iustos omnes exhortatur, ut spiritali cithara, ut psalterio decachordo, ut cantico nouo, ut ingenti uociferatione celebrent dei gloriam. Diligit, inquit, dominus misericordiam & iudicium, misericordia domini plena est terra. Semel duntaxat mentio est facta iudicij, sed misericordia mentio repetitur, cum hoc elogio, quod hac plena est terra. Ausim & illud addere, sancti Iob & Apostoli fretus autoritate: misericordia domini non solum terram esse plenam, sed & cœlum & inferos. Quid canit psalmus trigessimus quintus? Domine in cœlo misericordia tua, & ueritas tua usq; ad nubes. Senferunt inferi misericordiam domini, quum refractis tenebrarum portis, educeret uiuētes in regnum cœlestē. Si quis contempletur opera Dei, quæ iuxta mysticam Mosi narrationem perfecit primis sex diebus, non poterit non uehementer admirari potentiam & sapientiam ineffabilem, & exclamare uoce totius ecclesiæ: Pleni sunt cœli & terra gloria tua. Nec sibi temperabit, quin erumpat in hymnum trium puerorum: Benedicite omnia opera domini domino, laudate & superexaltate eum in secula. Quicquid conditum est in cœlis, quicquid supra cœlos, quicquid in terris, quicquid sub terra, quicquid in aquis, quicquid in aere, perenni uoce prædicat gloriam domini. Sed quid dicit psalmus centesimus quadragessimus quartus? Misericors & misericors dominus, patiens & multum misericors. Suavis dominus uniuersis, & miserationes eius super omnia opera eius. Ergo est aliquid mirabilius, quàm condidisse cœlos cum tot syderum luminibus, condidisse terram cum tanta animantium, arborum, ac rerum omnium uarietate, condidisse tot angelicarum mentium agmina: Quis hoc auderet affirmare, nisi propheta clare pronuntiaret, miserationes domini superare reliquorum omnium illius operum gloriam? Et tamen non dubitabit hoc esse uerum, quisquis religiosa curiositate considerauerit, quanto mirabilis restituerit hominem, quàm condiderit. An non mirabilius est, deum esse factum hominem, quàm angelos esse conditos a deo? An non mirabilius est, Deum in uoluntum pannis uagire in præsepi, quàm illum re-

gnare in caelis quos condidit. Hic demum angeli uelut in facto omnium maxime stupendo canunt gloriam in altissimis deo. Vident infimam humilitatem, & agnoscunt excelssimam sublimitatem. Totum hoc consilium redimendi generis humani, Christi uita, Christi doctrina, Christi miracula, afflictio, crux, resurrectio, apparitio, ascensus, missio spiritus, per paucos humiles & idiotas homines innouatus orbis: hoc, inquam, consilium nonne undiq; miraculis plenum est, ipsis etiam angelicis spiritibus imperuestigabiliter Conditi mundi rationem uident & intelligunt impij daemones, instaurati mundi consilium lauit illos, atq; hic ars artem fefellit, ars misericordiae fefellit artem malitiae. Conditus mundus opus erat potentiae: sic restitutus mundus, opus erat misericordiae: Cornua, inquit Abacuc, in manibus eius. Ibi abscondita est fortitudo eius. Quid cruce despectius? quid infirmius crucifixor? At sub illa infirmitate latebat immensa potentia diuinae misericordiae, quae fregit, deuicit, contriuit uniuersam satanae tyrānidem. Idem propheta quum haberet aures eruditas, quum haberet oculos fide perspicaces, audiuit uniuersam hanc mundi fabricam ex omni parte narrantem dei magnitudinem, & extimuit. Considerauit opera illius, & obstupuit. Et tamen quasi in his omnibus parum adhuc esset perspicua dei magnitudo, subiecit quod haec omnia uinceret opera: In medio duorum animalium cognosceris. In confinio ueteris ac noui testamenti factus homo prodidit illud unice stupendum misericordiae suae miraculum. Nimirum hoc est quod mox adijcit propheta: Quum iratus fueris misericordiae recordaberis. De his qui miranda gesserunt, solemus dicere: In caeteris uicit omnes, in hoc uicit seipsum. De deo fas erit simile quiddam dicere: In omnibus factis suis deus incomparabilis est & inimitabilis, in misericordia superat seipsum. Nullam autem uirtutem litera diuinae sic attollunt in deo, ut misericordiam, quam aliquando magnam, aliquando nimiam appellant, aliquando multitudinis quoq; numero copiam exuberantem illius exaggerant. Rex ille propheticus eodem in loco magnitudinē ac multitudinem diuinae misericordiae complectitur: Miserere mei deus, secundum magnam misericordiam tuam, & secundum multitudinem miserationum tuarū dele iniquitatem meam. Vbi magna miseria est, ibi opus est magna misericordia. Si consideres quam atrox fuerit peccatum Dauid, agnoscis misericordiae magnitudinē: si reputes quot modis peccarit in uno crimine, uides multitudinem miserationum eius. Nunquā ingens flagitium solum committitur, culpa culpam, uelut in catenis ansam ansam, trahit. Primum duo capitula facinora coniunxit, homicidium & adulterium, utruq; grauius erat in rege, cuius officium erat in alijs talia commissa punire. Principes enim quo impunitius peccat apud homines, hoc grauius offendunt deum. Gladium gerebat ultorem homicidij, & ipse perpetrat homicidium. Per illum adulterē tradebantur lapidantibus, & ipse compellit ad adulterium. Porro adulterium etiam illud peculiariter exaggerat, quod domi haberet uxorum greges & concubinarum, tamen non ex inopia, sed ex lasciuia concupiuit alienam, ut rapto potius quam stupro delectari uisus sit. Neq; enim par crimen est eius, qui coactus egestate suffuratur aliquid diuiti; & eius qui domi opulentus, tenuem ueste quam habet unicam spoliat. Hanc criminis atrocitatem impingit illi Nathan propheta sub parabola diuitis raptoris, & pauperis spoliati. Iam nullum homicidij genus immanius, quam quod non casu, aut subita animi commotione, sed destinato consilio, captata opportunitate committitur. Nihil commeruerat Vrias, nouerat rex illum fidelem, & hac ipsa hominis sinceritate abusus est ad illius exitium. Ille non sustinuit ingredi domum suam cubiturus cum uxore, quod arca dei teneretur sub pellibus, et Ioab dux belli cum populo dormiret humi: nec tanta probitas hominis auertit regis animum a maleficio. Postridie uocatum ad cenam inebriauit, captans, ut est coniectandum, occasionem perdendi illum, si quid per temulentiam incircūspectius effuisset: nec temulentus Vrias sustinuit ingredi domū suam, fruiturus uxore. Additus est alius dolus, quo fortis ac fidus bellator interiret. Tradita est epistola homicida, nihil suspicanti, quod rex ob perspectam hominis sinceritatē non metuebat ne resignatam legeret. Communicata est homicidij culpa cum duce Ioab, quem admodum cum Bersabee communicat adulterium. Nec unus periit Vrias, uerum ut late ret fraus, complures uocati sunt in discrimen, magna uis hominum iaculis hostium obiecta est, ut unus innocens interimeretur, regis libidini locum daturus. Igitur in uno crimine quantum inest criminum; Si unicum fuisset flagitium, sed ingens, opus erat magna misericordia

ricordia. Nunc Dauid uidens multiplex ac uariū esse peccatū suum, implorat multitudinem miserationū. Quam uero late pateat dei misericordia, declarat Psalmus trigessimus quintus. Homines, inquit, & iumenta saluabis domine, quemadmodum multiplicasti misericordiam tuam. Deus non solum seruat homines, uerū etiā iumenta propter homines serua re digna. Rursus alibi quae exultat spiritus propheticus, quae ait: Misericordias domini in aeternum cantabo. Et in caelis igitur semper hymnus celebratur dei misericordia, quae admodum dicit & alius Psalmus. Confitemini domino, quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia eius. Atqui uidebatur futurus finis canendae misericordiae, postea quae uenisset finis omnis miseriae, nisi & ipsa felicitas, qua prius fruuntur in caelis, donum esset misericordiae, & ipse cruciatus impiorum, multa dei misericordia temperatus esset. Quid autem dicendum est, ubi tota uita mille malis & omni uitiorum Lerna undiq; corrupta est? Nimirum clamandum cum Asaph: Domine ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum, cito anticipent nos misericordiae tuae, quia pauperes facti sumus nimis. Rursus alibi: Misericordiae tuae multae domine, secundum eloquium tuum uiuifica me. Iterū alio in loco Dauid uelut expositulās cum deo, clamat: Vbi sunt misericordiae tuae antiquae domine: Rursus psal. 106. Confiteantur domino misericordiae eius, & mirabilia eius filij hominum: qui uersus uelut intercalaris in hoc psalmo subinde repetitur. Itē in psalmo quo proxime praecedit: Et dedit eos in misericordias in conspectu omnium qui ceperat eos. Misericordias dixit, quia multa commemorauerat impie facta, quibus irā dei prouocarāt. Et Dauid undiq; praesentibus malis, ait: Melius est ut incidam in manus domini, multae enim misericordiae eius sunt, quae in manus hominum. Frequenter ut in uno crimine multa insunt crimina, ita in una misericordia multae insunt misericordiae. Semel redemit genus humanum, sed hic quam multiplex inest misericordia? Id oculo fidei prospiciens Esaias, ita loquitur sub persona dei promittentis seruatorem Iesum: Et feriam uobiscum pacem sempiternam. Misericordias Dauid fideles. Simili tropo deus placatus, loquitur apud Hieremiam: Et dabo uobis misericordias & miserebor uestri. Multis urgentibus malis, multae promittuntur misericordiae. Similiter post multas afflictiones deus propitius factus populo suo, sic loquitur apud Zachariam: Reuertar ad Hierusalē in misericordijs, & domus mea aedificabitur. Sed quid recensemus haec ex ueteris testamenti libris, in quibus toties obuium est misericordiarum nomen. Et tamen ea lex a iusto deo, non a bono profecta quibusdam haereticis creditur, quum nihil aliud ferē crepet quam misericordias domini. Quo minus mirandum, si Paulus apostolus in secunda ad Corinthios epistola, consona uerbis propheticis, scribit hunc in modum: Benedicis deus, & pater domini nostri Iesu Christi, pater misericordiarum, & deus totius consolationis, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra. Apostolus aliquid addidit misericordiae. Nam misericordia est ignoscere quod commissum est. Hic, quod maius est, deus ex ultore fit consolator. Haec ideo repetiuimus ex arcanis libris, ut intelligamus hoc tropo sermonis significatam immensam et ineffabilem erga omnes & in omnibus malis, dei misericordiam. Idem indicatum est alio tropo, qui uel anadiplosis est, quam Latine possis uocare conduplicationem, uel anadiplosi finitimus. Etenim quemadmodum Hebraei bonum bonum uocāt, quod eximie bonum uideri uolunt: & malum malum, quod insignite malum: ita frequenter deus in arcanis literis misericors & miserator dicitur, ob excellētem misericordiae magnitudinē. Sic legis Psal. cētesimo quadragesimo quarto. Miserator & misericors dominus, & quasi hoc quoque parū esset, adiecit: patiens & multum misericors. Rursus alio psalmo. Memorā fecit mirabilium suorum misericors & miserator dominus. Cōsimiliter apud Iohelē: Scindite corda uestra & non uestimenta uestra, misericors enim & miserator est dominus, & agens poenitentia super malicij. Et apud Hieremiam: idcirco cōturbata sunt uiscera mea super eum, miserā miserebor eis, ait dominus. Quid est miserantē misereri, nisi supra modum misereri? Eodem pertinet, quod quum immensum sit, quicquid est in deo, tamen quod apud homines in uitium sonat, id illi uidentur tribuere sacrae literae, nimiam quandā & immodicam misericordiam. Hoc dictum sic accipiet uestra pietas, ut persuasa nihil esse in deo, quod ulli uitio sit obnoxium, intelligat hoc tropo scripturam sese ad humanos sensus accommodantē, significare mirā quandā & incredibilē hyperbolē misericordiae diuinae. Quod ut explanatius dicā, uosque rectius accipiatis, sic uestro cum animo perpendite. Si quis rex seu-

ras leges tulisset in homicidam, semel condonanti perpetratum homicidium, fortassis ad scriberetur clementia. Quod si idem eidem iam decies ac saepius in idem facinus reuoluto condonaret, nonne clamarent omnes immodicam esse regis clementiam, quae legum uigorem dilueret, & improbitate ad peccandum inuiteret impunitate? Item pater qui semel aut iterum filio pecuniae nequiter profusa ueniam daret, fortassis lenis diceretur. Idem si saepius peccanti subinde pecuniam crederet, nonne dicerent omnes, immodice lenis est, & indulgentia sua corrumpit filium? Multo iustius id diceretur, si idem faceret seruo. Ad haec, si quis maritus uxorem semel in adulterio deprehensam reciperet in gratiam, nimirum omnes admirarentur tam lenem inueniri maritum, qui tale mulierem dignaretur suo cubiculo. At idem si mulierem subinde fallentem coniugem fidem, et nunc huic nunc illi adulterio sese conglutinantem receptaret, nonne totus populus diceret eum aut insigniter fatuum, aut uxoris suae lenonem? Deus autem, qui rex est noster, qui pater est, qui dominus, qui sponsus, nullum excipit peccati genus, nullum praescribit peccandi numerum, quoties respicimus remittit poenam, quam aeterna lex illius cominata est: recipit in familiam, introducit in cubiculum charitatis suae, nec recipit solum, uerum etiam omnium admissorum obliuiscitur. Ouem perditam humeris suis reducit ad caulas, inuitat sanctorum ecclesiam ad commune gaudium, occurrit filio prodigo redeuntis domum e longinqua profectioe, profert stolam & anulum, iubet occidi uitulum insignem. Quid haec sonant aliud, quam immodicam quandam ac nimiam ut ita dixerim, dei misericordiam? Iam uero minus mirum uideatur, si homo saepius ignoscit homini peccanti, qui & ipse sit aliquando prolapsus in eadem peccata, aut certe prolabi possit, si rex ignoscat ei, cuius officium aliquando expertus est sibi commodo fuisse: aut pater condonet filio, cuius consuetudine sentit subleuari senectutem suam, si dominus gratiam faciat seruo, cuius opera iuuetur, si maritus adulteram, cuius conuictum expertus sit aliquando fuisse iucundum. Inter homines nonnunquam is meruit qui ignoscit, eum cui condonatur, nonnunquam ueliscit nec potest, si uelit. At deus qui nullius est indigens, qui nunc potest, si uelit perdere, toties a nobis spretus, desertus, abnegatus, tolerat, inuitat, recipit, amplectitur. Ut non est uehementior charitas, quam inter maritum et uxorem, nec arctior coniunctio, ita non est implacabilior ira, quam proditae fidei coniugalis. Et tamen audi quid apud Esaiam loquatur lenis dominus adulterae suae, tot adulteris polluta: Vulgo dicitur: Si dimiserit uir uxorem suam, & illa recedens ab eo duxerit uirum alterum, nunquid reuertetur ad eam ultra? Nunquid non polluta erit, & contaminata mulier illa? Tu autem fornicata es cum amatoribus multis, & tamen: Reuere ad me dicit dominus, & ego suscipiam te. Homo maritus uxorem quam ipse fortassis ob leuem culpam aut causam dimisit, non recipit, si post diuortium se iunxerit alteri uiro: Non enim patitur alterius uiri consortium maritalis amor: Deus autem sponsam suam, pro qua mortuus est, quam sibi suo sanguine purificauit, toties ultro fugientem, seque prostituentem immundis spiritibus, tamen non fastidit reuertentem. Nec mirum est, si nimiam habet misericordiam, qui nimiam habet erga nos charitatem. Non ueretur hoc scribere Paulus Ephesius: Eramus natura filij irae, sicut & ceteri, deus autem qui diues est in misericordia, propter nimiam charitatem suam, qua dilexit nos, & cum essemus mortui peccatis, conuincit nos in Christo. Planius exprimit nimiam patris erga nos charitatem Ioannes in Euangelio suo. Sic, inquit, deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret, ut omnis qui credit in eum, non pereat, sed habeat uitam aeternam. Cui congruenter succinit Paulus scribens ad Romanos: Qui etiam proprio filio non pepercit, sed pro nobis omnibus, tradidit illum, quomodo non etiam cum illo omnia nobis donauit? Haec tanta charitas, haec tanta misericordia si conferatur ad omnem humanam charitatem ac misericordiam, si ad merita nostra, nonne merito uideatur immodica? At qui id sane magis uerum esse liquebit, si perperderimus qualis sit ille, qui sic nos diligit, sic sua misericordia prosequit, quales nos, quos deus tanto dignatur honore. In se quisque descendat, post nomen in baptismo datum, post ab iuratum satanae cum populo suis, quoties sacramenti desertor ad hostem spiritus sui defecerit, quoties post acceptam a sacerdote, criminum absolutionem in grauiora relapsus sit, imò quoties eodem die recidat in ea quae detestatus est. Nemo sibi blandiatur, charissimè, quisquis furatur aut adulterium committit, quisquis inuidet aut obreclat fratri, quisquis ambit honores huius mundi, deseruit spiritum suum Christum, diuertit a patre suo, defecit a rege suo, profugit a domino suo. Sed de his plura dicendi fortasse paulo post dabitur locus commo-

dior. Nunc quo plenius intelligatis quam late pateat immensa domini misericordia, scire debetis quod in sacris literis misericordiae uocabulum nonnunquam sonat munificentiam, inter gratiam praeuientem, interdum subleuantem, aliquoties consolantem: rursus alibi meretur dicantem, frequenter autem ignoscentem, aut etiam punientem. Nam mea quidem sententia quod apud Lucam loquitur dominus: Estote misericordes sicut & pater uester misericors est, ad beneficentiam potissimum pertinet. Perfecta siquidem beneficentia est, si quis beneficiat in misericordiam. Explanatus hoc dixit Mattheus in simili sermone domini: Estote, inquit, uos perfecti sicut & pater uester coelestis perfectus est, qui solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Quoniam autem nihil habemus, quod non gratis acciperimus a deo, quicquid possumus aut sumus, quicquid possidemus, dei misericordia est. Imò quod Angelos, quod hunc mundum condidit, dei misericordia est. Si sibi condidisset potentiam aut sapientiam laudari poterat: nunc quoniam haec omnia nobis condidit, nonne agnoscimus immensam dei misericordiam? Cui uoluuntur orbis coelestes, cui lucet sol per diem, luna cum stellis per noctem, nisi hominibus? Cuius uisibus haec omnia condita sunt, quum nihil essent, cui pendulae nubes umbram faciunt, & arua rigant: Cui spirant aerae, cui fluunt amnes, scaten fontes, aestuant maria, stagnant lacus, cui tellus foecunda tantum gignit animantium, tantum gignit opum, nisi hominibus? Nihil enim omnium rerum non subiecit homini, solum hominem uoluit sibi subiectum esse. Quae admodum testis est & Paulus ad Corinthios scribens: Omnia uestra sunt, uos autem Christi, Christus autem dei. Et quod in Genesi narrat Moyses, repetit psalmus octauus, admirans dei bonitatem, qui pro sua misericordia tantum beneficiorum in hominem contulerit: Quid, inquit, est homo, quod memor es eius, aut filius hominis, quoniam uisitas eum? Minuisti eum paululum ab angelis, gloria & honore coronasti eum, constituisti eum super opera manuum tuarum. Omnia subiecasti sub pedibus eius, oues & boues uniuersos, insuper & pecora campi, uolucres caeli & pisces maris. Dicam adhuc, quod sublimius est, etiam Angelos coelestes debemus misericordiae domini. Sit leue pondus meo sermone, ni Paulus hoc clare docet scribens Hebraeis, etenim de angelis loquens: Nonne, inquit, omnes sunt administratorij spiritus, in ministerium missi propter eos, qui hereditatem capiunt salutis? Et in ueteri pariter ac nouo testamento frequenter legimus angelorum ministerio resocillatos famelicos, liberatos captiuos, propugnatas regiones, depulsa mala, laeto nuncio recreatos pios. Quin ipse dominus in Euangelio: Angeli, inquit, eorum semper uident faciem patris, qui in caelis est. Quid hac dignatione mirabilius, hominibus additos angelos paedagogos? Ergo quicquid habes homo, habes autem omnia, donec mases in Christo, totum hoc illius misericordiae feras acceptum. Alioqui Paulus obstrepet tibi: Quid habes homo, quod non accepisti? Et si accepisti, quid gloriaris quasi non accepisti? Poterò quicquid mali uideris in alijs, agnosce dei praeuientem misericordiam, de quo Dauid non uno in loco: Et misericordia eius perueniet me. Non es natus nothus, claudus aut cecus, non pauper, non ebetis ingenij quemadmodum nascuntur multi, age gratias misericordiae praeuientem. Quicquid malorum accidit homini, tibi poterat accidere, nisi tui tutelae egisset dei misericordia. Rursus non es adulter, non periturus, non homicida, non sacrilegus, quemadmodum sunt heu nimium multi, agnosce dei misericordiam, hoc enim eras, nisi te protexisset dei misericordia. Quum Phylionomus quidam de Socrate pronunciaisset, quod esset homo luxu audax & immoderate libidinis, discipulis, quibus nota erat preceptoris incredibilis temperantia, partim irridentibus, hominem, partim etiam indignantibus. Socrates & illos cohercuit, & illum subleuauit dicens, rem diuinauit. Haec omnia eram, ni me Philosophia docuisset temperantiam. Sed rectius, quod Socrates tribuit Philosophiae, uir optimus Franciscus tribuit diuinam misericordiam. Quum enim quodam tempore socius eius sic ab ipso iustus, conticisset in eum, quicquid conuictorum in hominem scelerosum dici posset, sacrilegum, parricidam, sycophantam, stupratorem, ueneficum appellas, patientissime tulit, ac semetipsum deplorauit. Alio uero tempore roganti socio, quum compulsus esset, ut tanta mendacia diceret in innocentem, nihil enim horum in ipsum competere. Nihil, inquit, mentitus es, omnia haec eram, & multo etiam plura, ni misericordia dei seruum suum seruasset ab his malis. Nec praue nit nos solum dei misericordia prouocans ad pietatem, uerum etiam conantes adiuuat, comitatur proficientes, denique largitur ut perficiamus quod humanae uires praestare non poterant. Fluiusmodi misericordiae genus mihi uidetur significare Paulus

Misericordia
uerbum in sacris
literis uarie
accipitur.
Misericordia
benefica.

Corin. 3
Gen. 1

Heb. 1

Misericordia
praeueniens

apostolus, quum alijs frequenter, tum in salutationibus, imprecans gratiam, et pacem, in epistolis ad Timotheum addit etiam misericordiam. Etenim citra præiudicium melioris sententiæ si quis adferet, mihi uidetur gratia pertinere ad uocationem, uocatur autem per fidem, hoc est, credulitatem. Ea fides gratuitum est dei donum, & ob id quibus id contingit, debent diuinæ misericordiæ. Misericordia ad charismata, quæ uarie distribuuntur cuique pro modulo fidei. Pax ad totius uitæ innocentiã, sine qua nec cum deo constat amicitia, nec cū fratribus uera cõcordia. Quoties autem eripimur à malis, quibus affligimur, ne tribuamus astris, ne fortunę, ne prudentiæ nostrę, totum misericordię dei adscribamus. Nemo peccatorum uinculis irretitus liberari potest, nisi subueniat diuina misericordia. Docet hoc psalmus centesimus uigesimalus nonus: Quia apud dominum misericordia, & copiosa apud eum redemptio. & ipse redimet Israel ex omnibus iniquitatibus eius. Porro quod ex corporalibus etiã malis eripit dei misericordia, declarat Paulus scribens Philippenibus, Epaphroditum agrorasse usque ad mortem, sed deus, inquit, misertus est eius, non solum autem eius, uerum & mei, ne tristitiam haberem super tristitiam. Neque quicquam intererit inter misericordiam subleuantem, et consolantem, nisi quod subleuamur ademptis malis, quibus premebamur; ceterum adest misericordia consolatrix, quoties in medijs afflictionibus lætarum rerum admixtu temperat aduersitatis molestiam, faciens cū tentatione prouentum, ut inquit Paulus, quo possimus sustinere. Atque hæc ipsa mala frequenter immituntur à miserante deo, quo nos uel purget à malis admissis, uel retrahat ab admittendis, uel ut uitæ exercenda materia subministrat. Ita tentatus est Abraham, ita Iob uarijs malis exercitatus, ita quicumque pie uixerint in Christo Iesu, in mundo hoc uelut aurum igni, uarijs afflictionibus probati sunt. Vbi sunt isti, qui deo obmurmurant quoties incidit morbus corporis, aut mors liberorum, aut uxoris, quoties res familiaris damno minuit, quoties fallunt agrorum proventus, non intelligentes hæc esse certissima signa miserentis nostri dei? Audiamus potius, quid nos admoneat Solomon: Disciplina domini filii mi ne abscias, neue deficias, cū ab eo corripis: quæ enim diligit dominus, corripit, & quasi pater in filio cõplacet sibi. Eandem sententiam uerbis non nihil mutatis, ad Hebræos repetit Paulus. Quem enim diligit dominus, castigat, flagellat autem omnem filium, quem recipit. Ergo dilectissimi fratres, quoties ingruit aduersitatis procella, iuxta Pauli consiliū, in disciplina perferuate, scitentes quod tanquam filijs offerat se uobis deus. Audite uocem misericorditer corripientis filios suos patris in psalmo octogesimo octauo: Si iustitias meas prophanauerint, & mandata mea non custodierint, uisitabo in uirga iniquitates eorum. Misericordiam autem meam non dispergam ab eo, neque nocebo in ueritate mea: Sic & Paulus filijs, quos amabat, minatur dicens: Quid uultis, in uirga ueniam ad uos, an in spiritu lenitatis & mansuetudinis? At idem: De his, inquit, qui foris sunt, quid attinet me iudicare? Nulla uox acerbior filijs quam quum audiunt à patre, agite quicquid libet, mea nihil refert, siquidem hic est sermo meditantis abdicationem. Nimirum hæc parentum lenitas quauis obduratione durior est. Ut igitur est crudelis indulgentia, ita est misericors correptio. Corripit, inquit, me iustus in misericordia, & increpabit me, oleum autem peccatoris non impinguet caput meum. Paulus Aemilius Romanus dux rebum miro successu ex sententia gestis, magnum aliquod malum imminere diuinabat. Et Polycrates Samiorum tyrannus conatus est fortunæ perpetuo blandientis inuidiam anuli pretiosissimi iactura redimere. Quanto magis nobis impie uiuentibus metuendum est, ne iusta dei uindicta imminet, quoties nobis rerum temporalium diu blanditur prosperitas. Deus enim in propheticis literis, quum implacabilem iram exprimere uult, cõminatur se ablaturum uirgam suam ab illis, nec ullis afflictionibus medicaturum peccatis illorum. Absit nobis charissimè, talis felicitas. Quin potius, si quid serenitatis indulget patris nostri misericordia, gratias agamus illi, solliciti necubi abutamur illius benignitate: sin urgent aduersa, nihilo secius illi gratias agentes, totos nos illius dedamus arbitrio. Ut corpore ualeas, permittis te medico homini, credis te chirurgo ligandū, secandū, urendū: ut anime salutem cõpareas, nõ credes te cõditori, domino, patri, & seruatori? Non audes præscribere medico, hac & hac ratione curato me, & deo præscribemus quomodo oporteat nostram salutem cõfulere: Paulus apostolus tolerat angelum Satanæ, sibi imminentem & colaphos impingentem, quod sic expedit ad dotium quas acceperat custodiã. Quum infirmior, inquit, tunc fortis sum

tis sum. Et libenter gloriatur in infirmitatibus suis, ut possideat inhabitantem in se uirtutem Christi. Nos qui sumus ut deprecemur hanc dei misericordiam, uarijs afflictionibus. uelut amaris pharmacis salutem nostram procurantis? Vulgus ubi quem uidet claro genere prognatum, in re splendida, corpore felici, cumulatū honoribus, dicere solet: Quatum ille debet deo? Sic iudicant homines, felicitatem æstimantes ex his quæ foris uidentur. At si quis rem ad dei iudicium exigit, sæpenumero plus debet misericordię dei obscurus, tenuis, ualetudinarius, abiectus inter homines, quam felices illi, quos imperita multitudo dijs æquat. Cõgere quantū uoles infelicitatū iuxta mundum, abunde felix es, si istis malis temporarijs redimis felicitatem æternam. Iam ignoscet misericordiam, quam & clementiam uocamus, nemo non agnoscit, nisi qui se credit immunem ab omni peccato. Sed quid ait Ioannes apostolus? Si dicimus nos non habere peccatum, mendaces sumus, & ueritas in nobis non est: si nec astra sunt munda in conspectu dei, si & in angelis suis reperit iniquitatem, si nemo purus est in conspectu dei, nec infans unius diei, quis nostrum gloriabitur se castum habere cor? Apud homines multi iusti uidentur, apud deum nemo iustus est, sed omnes iusticiæ nostræ sunt ueluti pannus mulieris menstruo profuuo contaminata. Paulus sentit legem carnis in membris suis repugnantem legi mentis & clamat: Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Iob iusti titulo honorat, & tamen ex dei colloquio deprehenditur nõ omnino uacare culpa. Horret etiã ipse propheta Dauid dei iudicium, nisi multa misericordia diluatur: Ne intres, inquit, in iudicium cum seruo tuo, quia nõ iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuens. Nunc unufquisque nostrum descendat in cubiculum cõscientiæ suæ, cõsiderans quot modis, quoties, quæ grauiter offenderit deum, quæ omnia etiam beneficia nostra sint uarijs uitijs in quinata, atque ita intelliget quantum debeat immensæ dei misericordiæ, qui nostram imbecillitatem tam patienter tolerat, qui tot occasionibus inuitat ad poenitentiam, qui resipiscitibus tam placide remittit omnem noxam. Ad dam his omnibus, quod quibusdam fortasse non uidebitur admodum probabile, quum deus impios ad lumum maliciæ prouectos perdit & in gehennam conijcit, nec hic illum obliuisci misericordiæ suæ. Hebræos diuisis maris fluctibus liberat, Pharaõnem cum suo satellitio mergit. Vt uobis erat misericordia, subleuans erga populum suum, puniens erga regem deploratam iam in alitiam, ne peccata peccatis accumulans, grauioribus etiã gehennę poenas sibi colligeret. Misericordia medicantis erat, quod illum tot plagis inuitarat ad poenitentiam. Iamque fractus malis cõperat resipiscere, uerum ubi salutaris poenitiæ rursus impia poenitentia ductus, dixit: Non noui dominum, nec dimittam populum, nec tãto denique miraculo cõmotus destitit à persequendo, sed ira cecus ausus est sese mari credere, deus pro sua misericordia deploratam malitiam oppressit, ut quando sanari non poterat, certe leuius intiret. Idem sentendum de reliquis feueritatis exemplis, quæ referuntur in ueteris instrumenti libris, uelut de his quos ignis exussit, terra absorpsit, gladius extinxit, serpentes trucidarunt. Nam in Euangelicis literis rariora sunt exempla uindictæ, sed omnia misericordiæ. Lenis enim erat correptio, quod Elymas subita cæcitate percussus didicit non repugnare sermoni Euangelico. Paucos Paulus tradidit Satanæ in afflictionem carnis, ut spiritus saluus fieret in die iudicij, & pudore correcti sese uerterent ad meliorem frugem. Nul lum extat feuerius quæ Ananiæ & Sapphiræ ad Petri correptionem subito collaberunt, & tamẽ incertum an horum animæ corporis interitu seruatae sint. Ad summam hoc ipsum quos apud inferos patiuntur damnatae malorum animæ, minus est illorum meritis. Nec defuerunt qui tantum tribueret misericordiam diuinam, ut impios etiam demones ad damnatos homines crederent aliquando post longas seculorum periodos recipiendos in gratiam. Hæc opinio, quanquam magno nititur autore, tamen ab orthodoxis patribus reprobata est: quæ tantum in hoc à nobis recitatur, ut declarem, quæ magnificã de dei misericordia conceperint opinionem eruditissimi uiri, qui non sex dies, quæ uersati sunt in sacris uoluminibus, quæ ferè nihil aliud canunt, esserunt, celebrant quam dei misericordiam.

Iam si satis demonstratum est, quicquid sumus aut habemus boni, quod protegimur ab imminetibus malis, quod eripimur ab opprimentibus, quod in medijs malis cœlesti solatio refocillati fortes & alacres persistimus, quod temporarijs afflictionibus. uel erudimur ad poenitentiam, uel exercemur ad perfectam uirtutem, quod non imputatur nobis cõmissa nostra, in quæ toties relabimur, id totum esse diuinæ misericordię, quo magis huius immensam

Misericordia
ignoscens.
1. Ioan. 1

Esaię 64

Rom. 8
Iob 1

Psal. 142

Misericordia
puniens.
Exod. 14

Act. 19

Act. 9

altitudinem latitudinem & profunditatem queatis perspicere, quæso ut tuos ipsos mecum paulisper contemplantini, primum ea parte qua estis abiectissimi, deinde ea qua præcellitis, postremo circumferatis oculos ad mala quæ uobis foris imminet ac circumuallant, ac rursum ad bona, quorum spes uobis ostensa est. Horum omnium contemplatio deo debet nos amplitudinem misericordie diuinæ, cuius uere nec modus est, nec numerus.

Si corpusculum hoc cõtemplemur, animi nostri uel organum uel domicilium, uix aliud animal reperias imbecillius, abiectius, aut etiã miserius. Si quæras originem, princeps nostri generis luteus erat. Iam illud quisq; consideret qd nihil sit magnificũ illud quicquid est humoris, e cuius coagulo capiunt initium humani fœtus rudimenta, dum adhuc est in utero fœminei latebris. Tum quantum ablit à neftare atq; ambrosia liquor ille, quo nondum æditus infans alitur. Non hic cõmemorabo humanæ natiuitatis sordes, tantũ quod sæpe uidistis, in memoriã reuocate. Quid humano partu miserabilius? qd diutini, qd periculosi parturientium nixus, quàm miserabilis eiulatus. Tandem prorepes & ipse puer, protinus à lachrymis ac ploratu uitam aufpicatur, quumq; natura cæteris animantibus statim ab ortu uaria tribuat uel tegumenta uel munimenta, testas, cortices, coria, spinas, uillos, setas, plumas, pennas, squamas, uellera, truncos etiam & arbores cortice nonnunc gemino à frigoribus & calore tutetur: solũ hominem nudum, et in nuda humo natali dei abiicit ad uagus statim ac ploratum. Quis hic non uel pullum gallinaceum ouo rupto proliscentem iudicet homine felicior? Adde nunc faciarum uincula, os edentulũ, linguam infantem, oculos nouæ lucis impatientes, ac ueluti requirentes relictas uteri bras, uerticem diu palpitantẽ, summæ inter cuncta animalia imbecillitatis indicium, breuiter totum imbecille corpusculum, in quo nullum membrũ sit quod suo norit officio fungi. Cæterorũ animantium pleraq; statim ab ortu naturæ suæ dotes explicant. Alijs adest pernicitas, ut equis: statim ut è membrana emerfit, uolat papilio: cum leonis catulo luctariturum non est: protinus ab ouo natant pisces, uoluũt se magna celeritate gyryni, prius qd ranarum uel nomen uel formã meruere, solus homo quid aliud nouit naturæ spõre, qd flere: Quàm diu descendũ ut ingrediatur, ex quadrupede factus bipes, qd diu ut dari possit: ne uesci quidem nouit, nisi doctus. Adde nunc tot morborũ genera, ut ne recenseri quidem possint, atq; hi quidem subinde noui, ne facile sit mederi, quãquã inter ueteres quoq; & notos sunt multi immedicabiles. Hi statim natos excipiunt, quidam etiam unã cũ homine nascuntur, ut lepra, morbus comitalis, per quos multi moriuntur prius quàm coeperunt uiuere. Ne quid interim dicam de partibus uitiosis aut etiam prodigiolis. Iam illud mihi quisq; secum reputet, quot iniurijs obnoxiam expertus sit adolescentiam, quàm fuxgax sit iuuentus, quàm sollicita uirilis ætas, quàm misera senectus, deniq; quàm breuis tota uite summa, ut contingat senectus, quæ tamẽ contingit paucissimis. Quisquis uestrum ætatem uirilem attingit, recolat actã uitæ feriem, ac supputet à quibus morbis, e quantis periculis euaserit, agatq; gratias diuinæ misericordie. Ego uero uel inter præcipua corporis mala duxerim, penitus insita nobis omnium uitiorum semina. Quanta ad iras, ad libidinem, ad luxum, ad inuidiam, ad ambitionem, ad rapinam ab ipso matris utero procliuuitatem nobiscum trahimus, quum cætera animantia intra naturæ cupiditates probe degant. Cum his ueteris Adæ reliquijs quàm est omnibus laboriosa colluctatio: quàm paucis felix. Grauat animus mole terreni corporis, & uelit nolit ad ea quæ non probat, demergitur. Post hæc considera, quantum malorum agmen nos foris circumuallat, & comperies multo plures interire casu qd morbis. Quàm multos absumunt fulmen, terrarũ concussio, telluris hiatus, lactuum, fluminum & marium exundatio, aer pestilens, uenena, noxia bestia, ruina, mali medicis: sed nõ aliunde maior clades qd ex bellis. Verum hæc mala non minitantur exitiũ nisi corporibus. Animo quot imminet pericula, à carne hoste do mestico, à mundo nunc blandiente ut strangulet, nunc saeuiente ut opprimat, à spiritibus impijs, qui se nonnunc transfigurant in Angelos lucis. Quis nõ expauescat horum multitudinẽ, uires, astutiam, maliciã, et insatiabilem perden di libidinem: Iam uero quem non exanimet inter hæc mala, mors omnibus certa, dies incertus, extremi iudicij seueritas, gehennæ nunc finendi cruciatus? Video uos ad tantorum malorum solam cõmemoratiõnem inhorrescere, nec iniuria: sed quo plus hic uidetis malorum et periculorum, hoc plus debetis diuinæ misericordie, quæ non solũ inter hæc omnia protegit sibi fides, uerũ etiã hæc

hæc omnia nobis uertit in occasionem maioris felicitatis. Quicquid est calamitatis, debemus peccato ueteris Adæ, uerum felicitatem, ex calamitate cum fenore redditam debemus noui Adæ misericordie, qui est Christus Iesus in omne eum laudandus omnibus. Satanas expulit è paradiso, Christus pro paradiso terrestri, nobis aperuit regnũ celeste: serpens impulit in uarios huius uitæ dolores, Christus nobis restituit æterna gaudia uitæ immortalis: Satanas fraude sua nobis conciliauit mortẽ corporalem, Christus misericordia sua nobis largitur uitã æternã, cui quisquis sese sincero corde tradiderit non est quod illum hostium genus formidet. Ille uicit mundum, ille fregit uniuersam Satanæ tyrannidem, ille carnem uertit in spiritum. Quod uicit, potentia est: quod nobis uicit, misericordia est. Adoremus misericordẽ potentiam, & fruamur potenti misericordia. Omnia possumus per eum, qui nos reddidit potẽtes, si modo maneamus in eo: omnia possidemus per eum, in quo summa honorũ est omniũ, undiq; nos protegente, subleuante, consolante, locupletante illius misericordia, quẽadmodum psalmus dicit propheticus: Sperantes in domino misericordia circũdabit. Quantis malis patens, qui fiduciã suã posuerunt in dotibus corporis, in opibus, in curribus, in equis, in mundana prudentia, in meritis ac factis suis. Quibus autem præsi dijs securus est iustus? Ego aut, inquit, in multitudine misericordie tuæ. Ac paulo post: Domine ut scuto bonæ uoluntatis tuæ coronasti nos. Quũ audis bonæ uoluntatis, intelligis excludi fiduciam tuorum meritorũ. Vbi deficiunt nos nature uires, ubi merita destituũt, ibi succurrit misericordia. Bellatorũ scuta nõ tegũt nisi unam corporis partẽ, scutũ diuinẽ misericordie totos nos undiq; protegit, superne aduersus spiritualiũ nequitiarũ ignea tela, qu nobis imminet e celestibus, inferne aduersus uerfutiã serpentis insidiãtis calcaneis nostris: à fronte ne nos lædãt instantia: à tergo, ne nos repetant præterita: à dextris, ne rerum successus reddat insolentes: à sinistris, ne deficiat aduersitas. Hoc scuto fretus clamat ille: Dominus mihi adiutor, non timebo quid faciat mihi homo. Et alibi: Nõ timebo milia populũ circumdãtis me. Sed animosius etiam Paulus apostolus scribens Romanis: Si deus pro nobis, inquit, quis contra nos? Induerat egregius bellator panopliam fidei, quæ nos munit, non operũ fiducia, sed misericordie diuinæ. Hac armatura fretus, nõ tantum cõtemnit angustia, famẽ, nuditatẽ, periculũ, persequentiã, uerum etiam gladium tyranni, mortẽ præsentẽ intentantis. Nihil potest humana crudelitas, ubi adest protectrix dei misericordia, imò quod fortius est, contemnit præter mortẽ ac uitam, angelos, principatus, uirtutes, instantia, futura, fortitudinẽ, altitudinẽ, profundũ, deniq; si qua est alia creatura uel in cœlis, uel in terris, uel apud inferos. Et hic est ille, qui suæ imbecillitatis conscius appellat se ipsum uas fictile: Habemus, inquit, thesaurum hunc in uasis fictilibus. Vnde igitur huic testæ fragili tantum roboris? Gratia, inquit, dei sum id quod sum. Quid est gratia dei, nisi misericordia dei? Gloriamur et nos libetẽr cũ Paulo in imitabilibus nostris, ut inhabitet in nobis uirtus Christi: sic enim magis expedit nobis, ut cõtemplatione miseriarum nostrarũ glorificemus dei misericordias. Et tamen interim, si placeat contemplare te ipsum o homo, ea parte, qua præcellis cæteris animantibus. Etenim si te ipsum mectare bonis corporis, uides qd multis animantibus brutis sis inferior, magnitudine superant camelis, celeritate tigres, robore tauri, colore cygni, uolatu patentes, uoluntate pisces, si quidẽ pro uerbis credimus, imò præcelsa, ostentat, in quibus et aquila, olfactu uultures, uitaestate ceruicorum. Et tamen quis corpore tantum uobis uideat, restituet hic in quo laudet dei misericordia. Quanta sensum sagacitas, quanta mentis brõrum symmetria, qd accomoda ad uarios usus organa? Verum his de rebus etiam libitã didit uir eloquentia singulari Lactantius, cui titulum indidit De opificio dei. Sed in utilitate legetur, si quicquid in corpore boni est, neminem timet, et nõ totum in aere misericordia profectum, mancipandum esse adiuuis omnibus. Nihil quod uideat in corpore dotibus gloriari, statim audiet: Omnis caro fecit, & omnis gloria eius quasi flos cœni. Item illud: Quid superbis terra & cinis? Nẽ in animi quidẽ dotibus, qua parte in melior est homo, habet quod sibi uindictet. Qui corpus condidit, idem condidit animũ, corpus finxit e limo, animũ indidit afflatu oris sui. Et idcirco reliquorũ animantium anima unã cum corpore perit, nostra superstes est corpori suo, donec recipiat illud in resurrectione promissa. Iam quàm sit res efficax anima, mors ipsa declarat, quæ simul atq; decesserit, incet inutile cadauer: ubi calor, ubi color, ubi motus, ubi sensu omniũ uigor: Et tamẽ dum anima

Psal. 119

Psal. 119

Psal. 117

Psal. 3

Rom. 8

2. Cor. 4

1. Cor. 5

2. Cor. 12

Esa. 40

Eccle. 19

per se turpis inuē est, ideo saltē incipias odisse, quod tam amabili patri displiceat. Aeschilum adolescentem in comœdijs comperta patris mira lenitas erga peccantem commouet, ut in posterum obleruet eum religiosus, sic enim loquitur: Quid hoc est negocij: hoc est patrem esse, aut hoc est filium esse? Si frater aut sodalis esset, qui magis morē gereret: Hicne non amandus? hicne non in sinu est gestandus? Hem, itaq; adeo magnam misit inieci sua commoditate curam, ne forte imprudens faciam quod nolit, scieris cauebo. Si bene nata ingenia parentum lenitas docet odisse peccatum, tu infelix peccator tanta patris tui bonitate magis ac magis indurescis, nec audis Paulum à dementia reuocantē? An, inquit, diuitias bonitatis eius, & patientiē & longanimitatis contēnis? An ignoras quod benignitas dei ad poenitentiam te adducit? Secundum autem duritiam tuam & impoentens cor thesaurizas tibi iram in die iræ, & reuelationis iusti iudicij dei. Nulla fera tam immanis est, quæ non malsuescat officijs hominū, & tu tam inaudita dei munificentiā prouocatus, magis etiam ferocis in illum? Nulla res est tam dura, quæ non mollescat hominum arte. Aera liquecunt fornacē, ferrum mollescit igni, cornu infusa cera lentescit, adamantis inuicta duricies hircino cruore domatur: & o cor plusquam corneū, plusquam ferreum, plusquam adamantinum, quod nec ignis gehennæ, nec patris lenissimi indulgentiā, nec agni immaculati pro te effusus cruor emollit, imò quod his omnib. sit rigidius. Tolle trophæa, age triumphum impietatis, uicisti miser, uicisti artem diuinam, infelicissima uictoria: Infelix terra est, ut ait Paulus, & execrationi proxima, quæ quum frequenter exciperit cœlestem hymbrem, nihil aliud progignit quam spinas & tribulos, quanto infelicio, quæ toties irrigata pluuia diuinæ misericordiæ, durecit etiam in lapidem adeo rigidum, ut nullam diuini spiritus recipiat impressionem. Mosi legem tabulis saxeis inscripsit digitus dei, proinde tuum cor saxis illis rigidius est, cui nihil Euangelicæ legis inscribere potest dei spiritus. Quis nobis scindet hæc corda saxeæ, nisi ille, cuius mors scidit petras, ut exirent monumentis qui mortui erant? Quis dabit nobis cor carneum, nisi sermo dei, qui pro nobis caro factus est: Verum his quoq; deploratiores sunt, qui suis peccatis blandientes, blasphemias & impias serunt opiniones, negantes esse deum in excelsis: aut si est, nihil ad illum pertinere res mortalium: non esse uitam post corporis interitum, non esse paratam immortalitatem his, qui hic pie uixerunt in Christo Iesu: nec esse paratam gehennam his qui hic seruierunt satanæ, inanes esse minas scripturarum, uana esse promissa Euangelij: aut qui peruersa scripturarū interpretatione sua scelera pro beneficijs defendunt: ac sermonem dei, ad cuius regulam oporteret deprauatas animi cupiditates corrigere, cogunt patrocinari turpitudini suæ, cæteris criminibus, hæresis impietatem eum pessimum colophonem imponentes. Optimo iure ad tantę impietatis mentionem, pastor occupans faciem, ac totius corporis tremor obortus, declarat quanto pere quod audistis, execremini. Sed utinam ista non audiremus etiã inter Christi nomē professos. Ostendi uobis Scyllam, in quam illi complures, pereunt. Ostendam & Charybdim, periculum & illo grauissimo grauius ac formidabilius. Hi sunt, quos Cain & Iudas pro ditorē secutos, in aternum exitium absorbet uenitę desperatio. Eadem perniciositas est, licet diuersa sit pereundi ratio. Pharaon induratus, dicit: Non noui dominum nec dimitto populum. Quid Cain? Maius est peccatum meum, quam ut ueniam merear. Porro Iudas quid? Peccaui pro ditor sanguine innoxio. Vterq; peccati magnitudinē agnoscit, uterq; cōfiteatur, utrumq; facti poenitet, sed uterq; recedit à facie domini, apud quē solū est misericordiā, & copiosa à peccatis redemptio. Sic enim legis de Cain: Egressusq; Cain à facie domini, habitabat profugus in terra ad Orientalem plagam etc. Et Iudas egressus è conuiuio sanctorum, non est reuersus: infelix, qui sic egreditur à facie misericordiæ dei, ut non reuertatur. Hic est, opinor, de quo sensit Hieremias, quum ait: Nolite flere mortuum, neq; lugeatis super eum, plangite fletu eum, qui egreditur, quia non reuertetur ultra. Mortuum non uult desleri, quod aliquid quado sit reuicturus. Ille omni lachrymarum genere deplorandus est, qui semet auertit à fonte uitæ perennis, nec unquam per poenitentiam, unde abiit, reuertitur. Abierat filius ille profusus ac nepos in regionem longinquam, reliquerat domū amantissimi patris, sed reuersus est. Longe recesserat à domino Petrus, quum ter illum abiuraret: sed mox reuersus est, dum recordatus sermonis, quem dixerat Iesus, cœpit amare flere. Exciderat sibi, sed reuersus in sese, reuersus est ad Iesum. Sic clamat Esaias: Memento te istud, & confundamini

Exodi 5
Genes. 4
Matt. 27

22

40

damini, & redite prauaricatores ad cor. Recordatus est Petrus, & redijt ad cor: ablatum est ab eo cor saxeum, cor pumiceum, unde nulla lachrymarū stilla poterat extundi: datum est cor carneum, unde mox erupit fons lachrymarū: amarus ob dolorem poenitentia, sed salubris ob redditam innocentiam. Iudas autem non est reuersus ad Iesum, sed abiit ad sacerdotēs & pharisæos, retulit funestam pecuniam, inde cōfugit ad infelicem laqueum & crepuit medijs. Hæc ad nostram institutionē in suis discipulis permisit dominus. Vides duorum apostolorum peccantiū q̄ diuersus sit exitus. Iudas toties domini mansuetudine prouocatus ad respicientiā, persistit in impio proposito. Sed Petrus ad intuitum Iesu recordatus sermonis dominici, statim agnouit se ipsum, ac uelut indignū præsentē domino, subducit sese, non ad laqueū, sed ad fletū, hoc est, nō ad desperationē, sed ad remediū. Iudas imitatus Cain huius mali principē, agnouit quidē peccati sui magnitudinē, sed nō est recordatus sermonū diuinorū, qui nūq; in libris sacris nō inuitat ad reditū: prouocat ad poenitentia, & pollicentur misericordiā. Nam quæ pagina est in libris sacris, quæ non sonet dei misericordiā? Non loquor solum de libris noui testamenti, quæ lex est gratiæ, uerū etiã de ueteri testamento, quæ rigidior esse putatur: Audiamus q̄ blande dominus apud Hieremiam sub persona sponsæ, quæ deserto marito, se prostituerat passim omnib. populū suū reuocet ad poenitentia: Conuertimini, inquit, filij reuertentes, dicit dominus, quia ego uir uester. Et apud Iob dominus reuelat aurem peccatorū, ut corripiat: & loquitur, ut reuertantur ab iniquitate. Sed miser, qui ad hanc domini uocem obturant aures suas, similes aspidi surdæ, quæ studio obstruit aures, ne audiat uocem incantantis sapienter. Hodie, inquit psalmus, si uocē eius audieritis, nolite obdurare corda uestra. Hodie nostrū est, quā diu sumus in hac uita, quæ donec manet, non desinit nobis loqui dominus, prouocans ad poenitentia, offerens paratam ueniam. Quid dixi ueniam? Maior est misericordiā dei, quæ reueris pollicetur optimam munificentia. Sic enim legimus in libro Iob: Si reuersus fueris ad omnipotentē, edificaberis, & lōge facies iniquitatē à tabernaculo tuo: dabit pro terra silicē, & pro silice torrentes aureos. Audiamus misericordiā domini apud Esaiā inuitantē ad poenitentia: Si queritis, inquit, querite, cōuertimini et uenite: si queritis finē malorū, ne querite à filiis hominū, in quib. nō est salus: ne à maleficis, ne à laqueo, ne queritis, qui solus & possum, & paratus sum ignoscere. Querunt ab his qui querunt, & conuertimini ad me. Reuertimini ad me, & conuertimini ad me, & salu eritis omnes hinc terra, quia ego deus & non est alius. Hæc dominus loquitur gentibus idololatris, homicidis, sacrilegis, parricidis, incestis, blasphemis: & tu miser per desperationē auertis à domino: Olim quum impune regnaret inter gentes peccatum, misericordiā uidebatur contra intra angustos Iudææ terminos. Cæterum per Euangelij dilatata est misericordiā per uniuersos fines terræ. Apud Hieremiam item comminatur poenam obstinatis, sed offert paratā ueniam respicientibus: Si gens, inquit, illa poenitentiam egerit à malo suo, quod loquutus sum aduersus eam, agam & ego poenitentiam super malo, quod cogitavi facere ei. Et qui paulo ante minitabatur subuersionē, eradicationē ac dispersionē, diuersa promittit, & subito inquit: Loquar de gente & regno, ut adificet, & ut plantem illud. Similiter apud Ezechielem, non solū promittit ueniam redeuntib. uerū etiam amnestiam illam Græcorum pro uerbis celebratam, hoc est, omnium superiorū malorum obliuionē: quum enim ante commemorasset omne genus facinorū ac flagitiorum, subiicit: Si autē impius egerit poenitentia ab omnibus peccatis, quæ operatus est, & custodierit uniuersa præcepta mea, & fecerit iudiciū & iustitia, uita uiuet, & nō morietur: omnium iniquitatum eius, quas operatus est, non recordabor. Nunquid uoluntatis meæ est mors impij, dicit dominus deus, ac non magis ut conuertatur à uis suis & uiuat? Et alii quanto inferius: Conuertimini & agite poenitentiam ab omnibus peccatis uestris, & non erit uobis in ruina iniquitas: projicite à uobis omnes prauaricationes uestras, in quibus prauicati estis: & facite uobis cor nouum & spiritum nouum. Et quare moriemini domus Israel? Quia nolo mortē morientis, dicit dominus deus, reuertimini & uenite. Quare desperas miser, quū deus in hoc miserit filiū suū in terras, ut spem bonā haberes? Ipse nimirū est dei misericordiā, de quo canit psalmes: Suscepimus deus misericordiā tuā in meo

Hiere. 3

Iob 16

Psal. 43

Iob 22

21

45

Hiere. 18

Ezech. 18

ibidem

Psal. 47

Dom. 5

S

dio

Triplex mortuorum genus.

dio templi tui. Esto in templo, & amplectere misericordiam. Ille resurgens clamat: Nolo mortem peccatoris, sed magis ut conuertatur & uiuat: Audi uocem hanc infelix peccator, excute Ierale somnum, resurge cum Christo, ut uiuas in illo. Tibi reuixit ille, ne te semper occuparet mors peccatorum. Ac ne quis suspicetur hanc dei clementiam non esse paratam, aut non paratam, nisi his qui leuia quaedam & pauca commiserint, audi dominum clara uoce pollicentem: Quacumque hora ingemuerit peccator, omnium iniquitatum illius non recordabor. Non excepit criminum genus, non perpendit magnitudinem aut multitudinem admissorum. Tantum ingemisce, & parata est omnium superiorum criminum obliuio. Pro leuioribus commissis, sine quibus non uisum humana imbecillitas, quotidie dei misericordiam inquamus, dicentes: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris: & audimur si modo audierimus proximum orantem ut ignoscamus. Quin & in capitalibus admissis ordo quidam est, quemadmodum apud homines quidam leuius dormiunt, sicut facili sibilo excitentur: sunt qui altius, ut clamore sit opus, sunt qui altissime, ut uix multa uellicatione expergiscantur: ita apud deum alij leuius mortui sunt, alij grauius, alij grauissime. Nullum autem mortis genus tam deploratum & conclamatum, quod ille sua uoce non propellat, ad cuius uocem resurgunt etiam hi, qui in monumentis sunt: neque quoniam tam profundus mortis sopor occupat, ut per eum non possit excitari. Hoc triplex peccatorum delictum scripturarum interpretes existimant nobis significatum in tribus funeribus, quae legimus a domino Iesu reuocata in uitam. Archisynagogi filiam, puellam duodecim annos natam excitauit in aedibus, paucis admissis testibus, uetuitque proferri quod erat gestum. Hi sunt qui primum non ex destinata malitia, sed uel per lubricum aetatis, uel per imbecillitatem humanam, sic in crimine aliquod prolapsi sunt, ut nondum in malo callidum duxerint, nondum scelus rumorem ex se lere contra se sit. Hos porrecta manu facile erigit dominus Iesus, tegens etiam illorum turpitudinem, & pudori consulens. Caeterum uiduae filium excitauit maiore negotio. Iam cadauer efferebatur ad sepulchrum. In tempore uero factus obuius dominus, comotus mulierculae la chrymibus, iubet sisti loculum, erigit adolecentem. Is primum relidet, deinde loquitur, mox exiit e loculo, ac matri redditur. Hi nimirum sunt, qui eo progressi sunt in uitis, ut nec infamia reuocari potuerint a peccato. Hi per publicam poenitentiam paulatim reuocantur ad uitam.

Lazarus autem iam iacebat in monumento. Tantum deservit a desperantibus sororibus & amicis. Hic Iesus iussit ostendi sepulchrum, lachrymatur, in fretum & turbatur spiritu, iubet tolli saxum, magno clamore iubet prodire foras, prodit, sed obuius, soluitur, atque ita demum redditur sororibus. Non magnum erat domino suscitare cadauer quadriduani, maius est excitare peccatorem qui iam annis quadraginta in omni turpitudinis genere non uixit, sed copuuit. Puer, inquit, centum annorum morietur, & peccator centum annorum maledictus erit. Et hunc dignabitur suscitare dominus Iesus, modo tandem audiat uocantem. Quotidie clamat, surge puella, surge adolescens. Lazare ueni foras. Sed heu plerique plusquam mortui, non audiunt uocem reuocantis in uitam.

Incredulitas obturat aures impiorum, quo minus uox scripturae diuinae penetret in animos. Rogemus domini misericordiam, dignetur intendere uocem suam omnipotentem, talibusque miseris ac deploratis occurrere: Surde & mute spiritus, ego praecipio tibi, exi ab eo, & amplius ne introas. Iam quo rectius perspicias, quae parata sit misericordia domini respicenti, audi David: Dixi confitebor aduersum me iustitiam meam domino, & non remissi impletatem peccati. Nondum confesso, sed tantum meditanti confessione occurrit misericordia.

Multi ingemiscunt apud homines, plorat apud homines, confitentur apud homines, scindunt uestes, sed apud homines, induunt cilicium, aspergunt capiti cinerem, sed apud homines. Quae si fiant apud deum, hoc est, ex toto corde, ex sincero affectu, non cessat misericordia domini: Scindite, inquit, corda uestra, & non uestimenta uestra. Nam cor contritum & humiliatum deus non despiciet. Ploremus, inquit, Psalmographus, coram domino, qui fecit nos. Multi ieiunant, sed non eo ieiunio quod uult dominus, multi commutant amicum, at non commutant affectum. Et tamen incidit, ut haec quoque sint apud homines facienda, ut quos nostra malicia prouocauit ad peccandum, eos ad resipiscendum reuocet poenitentia. Sed haec inutiliter fiunt apud homines, nisi prius fiant in oculis

Esa. 65

Marci 8

Psal. 31

Iob. 2

Psal. 50

Ibidem 94

oculis dei. Confessus est Iudas peccatum suum, sed apud phariseos: si confessus fuisset domino, statim complexa fuisset eum clementissima domini misericordia. Et quo gravior sit domino nostrae confessio, Osee propheta confessionis etiam formam nobis dicit: Tollite, inquit, uobiscum uerba, & reuertimini ad dominum, & dicite ei, omne auser iniquitatem, & accipe bonum, & reddemus uitulos labiorum nostrorum. Reuertamur & nos quae multis modis aberrauimus ad eum, qui solus tollit peccata mundi, qui pro nostris peccatis effudit preciosum sanguinem, dicamus illi: Auser a nobis omne malum, quod perpetrauimus. Gratis ne accipies bonum. Quod bonum uitulos labiorum nostrorum. Agemus gratias tuae misericordiae, cui debemus quicquid post lapsum boni gesserimus: auferes a nobis quod nostrum est, et accipies a nobis quod tuum est. Vide uero quam huic concinit propheta Iohel eandem sententiam alijs uerbis referens: siquidem apud hunc deus dira comminatus his, qui negligerent oblatam ipsius misericordiam, sic infert: Conuertimini ad deum uestrum, quia benignus & misericors, patiens & multae misericordiae, & praestabilis, siue ut Graeci codices habent, *μετάνοιος*, hoc est, poenitens super malicia. Deicit te magnitudo criminum, sed erigat magnitudo misericordiae diuinae, eam uide quot modis exaggeret propheta. Benignus est, pro quo septuaginta ueterant, *ελεημων*, hoc est, misericors. Id quod satis erat, ne desperaremus ueniam, addit et miserator, quod septuaginta *δικτιμων*, ut intelligamus illum nostris malis etiam indolescere, non solum succurrere. Nec hoc contentus, addit patiens, quod significatius Graece dicitur *μακροθυμος*, hoc est, leni animo, minimeque celer ad uindictam, quem admodum humana misericordia facile uertitur in indignationem. Et adhuc desperas o peccator. Audi igitur quod sequitur, & multae misericordiae, quod Graecis est, *πολυελεος*. Si multa sunt peccata, ne diffide, multa est misericordia. Quid nunc superest, nisi ut conuertaris & ad eas inuitantur: Sed terrent minae supplicij, audi & respira, & praestabilis super malicia. Incertum quare quod septuaginta ueterant *μετάνοιος*, hoc est, poenitens, diuus Hieronymus uerterit praestabilis: nam Latinis praestabile dicitur, quod praestari, hoc est, effici potest: malicias autem dixit, afflictiones, quae nostris peccatis debebantur. Auserit peccata, remittit aeternam poenam commertam.

Nimirum hoc est, quod sequitur apud Iohel: Et dimittet post se benedictionem, sacrificij & libamen domino deo nostro. Videlicet hoc erat quod Osee dixit, uitulos labiorum id est, sacrificium laudis & gratiarum actionis. Si quis grauius ac frequenter offendisset hominem, quod difficilis reconciliatio, quod memor iniuriarum animus, quod tarde senescit ira, quod facilis quauis ex causa relapsus ad ueterem similitatem, quod morose exigitur offensae praesatio: & tamen si sic quoque recipiunt in gratiam, clementes uocantur. Deus toties offensus ultro prouocat ad poenitentiam, inuitat ad ueniam, remittit minas, condonat gehennae poenam, offert pro supplicio benignitatem, et adeo non auertit se a resipiscente peccatore, ut ultro etiam occurrat reuertenti, & obuijs (ut aicit) uulnibus excipiat conuersum. Nimirum hoc est quod apud Zachariam pollicetur: Conuertimini ad me dicit dominus exercituum, & conuertar ad uos, dicit dominus exercituum.

Quid est, et ego conuertar ad uos: Ilico ex uindicta factus opitulatur, adiuuabo conatus uestrum, ut quod uestris uiribus non potestis efficere, meo fauore consequamini. Nemo potest salubriter odisse peccata sua, nisi deus dederit, nisi auferat cor lapideum & inserat cor carneum: nisi pro corde polluto, creet in nobis cor mundum: nisi pro spiritu prauo spiritum rectum innouet in uisceribus nostris. Sed quare haec opera mihi sumitur in recensendis aliquot ueteris scripturae locis, quae declarent admirabilem domini misericordiam: Tota ueteris instrumenti scriptura uideatur nobis praedicat, occinit, inculcat dei misericordiam. Et ubi sunt illi phrenetici uerius quam heretici, qui duos ex non faciunt deos, alterum ueteris testamenti, qui tantum iustus fuerit, non etiam bonus: alterum noui, qui tantum bonus fuerit, iustus non item. Non saltet illam audiere cantionem, quae toties iteratur in psalmis: Confitemini domino, quoniam bonus, quoniam in saeculum misericordia eius: Vbi uasanus Manichaeus, qui docuit eum, qui nobis tam amater locutus est per prophetas, quicquid Mosi lege condidit, non fuisse uerum Deum, sed unum e noxijs daemonibus: Idem deus est, utriusque legis, eadem ueritas, eadem misericordia, per Iesum Christum dominum nostrum, nisi quod in Mosi lege sunt umbrae, in Euangelio ueritas, in illa promissio, hic exhibitio: ibi multa & magna misericordia erga Iudaeos, hic totus ille misericordiae fons, uel mare potius exuberant in omnes totius orbis nationes, inundatione sua

Osee 14

Iohel. 3

Zach. 1

Psal. 17

θάλασσα proluens, & profligans omnium mortalium mala. Hoc uidelicet erat illud felix diluuium
 κλύει misericordiae. Vetus illud diluuiū seruatis paucis oppressit peccatores, hoc salutare di-
 luuium, deletis criminibus seruat omnes credentes filio dei. Qui in ueteris testamenti li-
 bris respicientibus Hebraeis promittit ueniam, idem praesens in Euangelio clamat omni-
 bus: Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam uos. Tollite iu-
 gum meum super uos, & inuenietis requiem animabus uestris. Iugum enim meum sua-
 ue est, & onus meum leue. Relege totam Christi uitam, quid aliud uides quam perpetua-
 am in omnes misericordiam? gratis sanabat aegrotos, pauit famelicos, subleuauit peri-
 clitantes, mundabat leproso, caecis impartit lucem, debiles & mancos restituit, daemo-
 nia profligauit, mortuos restituit, poenitentes absoluit. Rursus excute doctrinā illius uni-
 uersam, quid aliud respicit, quam immensam dei misericordiam? Quot parabolis rem ean-
 dem inculcat animis nostris, ne qua possit elabi? Quid enim aliud agit parabola de oue
 reuecta humeris pastoris, de drachma perdita & inuenta, de sanis quibus non est opus me-
 dico, de seruo cui donatum est omne debitum: rursus de foeneratore qui donauit utriusque
 debitoribus, de publicano & Phariseo, de uiatore saucio, quem Samaritanus curat, de caeco
 nomo benigno in debitoribus, fraudulento in dominū: de filio prodigo receptor? Quin ipsum
 Euangelij uocabulū, nonne statim misericordiam pollicetur? Quid enim pollicetur? Cae-
 cis lucē, captiuis remissionem, confractis restitutionē, breuiter annum acceptabile domi-
 no, qui nihil aliud sitit quam salutem hominū. Iam ipsum nomē Iesu, hoc est, seruatoris, quid
 aliud pollicetur peccatori, quam salutē & misericordiam? Si iudicem professus uenisset, erat
 quur sibi quisque formidaret, nunc seruatore audis, & desperas salutē? Denique quo certior
 esset fiducia salutis, quoniam incredibile uideri poterat sanguine hircorū ac uitulorum ex-
 piari tātam lernam criminum, quibus inquinatum erat genus humanum uniuersum, ipse
 dei filius conscendit aram crucis, ac pro nostris peccatis immolauit seipsum uictimā effi-
 cacē omnibus peccatis expiandis. Atque in ipsa cruce pendēs orat pro crucifixor-
 ribus. Pro conuiciantibus & insultantibus: & tu putas negaturū ueniam agnoscenti pec-
 catum tuum & implorenti misericordiam? Concede misericordiam, & experieris misericor-
 diam. Fides nihil non impetrat a Christo. Qui diffidit medico, sibi obstat, quo minus
 accipiat sanitatē. In tantum uero non aueratur preces miserorum ad se clamantium deus, ut
 alienae quoque precationi, si modo ad sit fiducia, tribuat misericordiam. Clamat Chananæa,
 & sanatur filia: confidit Centurio, & restituitur famulus: rogat Archisynagogus, & reu-
 uiscit filia: deprecatur pater, & filius a pessimo daemone liberatur. Clamant Apostoli:
 Domine serua nos, perimus, & seruantur omnes. In multis non expectauit preces oris, ut
 det fidem baiulorum, & dicit paralytico: Confide fili, remittuntur tibi peccata. Tantum
 plorat mater & comites, & surgit extinctus adolescens: tantum lachrymantur Martha et
 Maria, & reuiuiscit Lazarus: plorat Maria peccatrix, ungit & osculatur, & audit: Remit-
 titur tibi peccata. Satis rogat, qui morbum agnoscit, uehementer rogat, qui plorat & con-
 fidit. Mulier pro profundo sanguinis obnoxia furtim contingit uentem Iesu, & illico sensit uim
 prodeūtis misericordiae. Multos item alios sanatos legimus contactis uestibus Iesu. A deo
 nusquam non est parata illius misericordia, & ad quamuis occasionem subleuat miseros. Si
 non audes compellere Iesum, si non potes contingere Iesum, saltem furtim contingere sim-
 briam, adito sanctum aliquem in quo relucet pietas ista, ut suis precibus te commendet mi-
 sericordiam domino. Per hos enim exerit saepe uirtutem suam, undiquaque paratus ad con-
 ferendam omnibus salutem. In hoc uenerat, hic erat cibus quo pascebatur: ut peccatores
 adduceret ad poenitentiam. Quin & in Genesi quum impij sceleribus suis prouocassent
 iram domini, tamen ad preces Abraham tot ciuitatibus exitio deuotis, ueniam daturus erat
 dominus, si decem ibi iustos inuenire contigisset. Commeruerat internitione deleri popu-
 lus Israeliticus, & dominus ad unius Mosis preces cohibet uindictam gladium. O caecos, o
 ingratos, qui tam obuiam, tam ubique paratam Domini misericordiam negligunt: sed infe-
 liciores qui desperant quod ultro, quod gratis offertur. Facile placatur, qui nolens ulcisci
 tur. Quid enim aliud sonat illa uox: Et quare moriemini domus Israel? Rursus aibi de-
 plorat, quod expanderit manus suas tota die ad populum incredulum & contradicentem.
 Iterum apud Michæam: Popule meus quid feci tibi, aut quid molestus fui tibi, responde
 michi. Similiter apud Esaiam: Quid est quod ultra debui facere uinae meae, & non feci
 eis: Domine

eis: Dominus nihil non facit, ut nos seruet, & nos uolentes abijcimus spem salutis? In Eu-
 angelio lachrymis etiam prosequitur Hierosolymam, quae sibi pertinacia peccandi exiti-
 um accerlebat. Quoties, inquit, uolui congregare te, sicut gallina congregat pullos suos sub
 alas, & noluitis? Dominus clementissimus plorat, quod non liceat seruare miseros, &
 nos illi diffidimus, quasi seruare nolit? In Euangelio tota domus perstrepat gaudio, quod
 filius qui mortuus fuerat, reuixerit: qui perierat, receptus sit. Pater ille bonus cohortatur
 totum angelorum ac sanctorum coetum ad commune gaudium, quod unus peccator re-
 ductus sit ad poenitentiam: & tu miser desperas, & tibi salutē inuidens, & domino tam in-
 gens gaudium? Quem cruciat peccatorū interitus, quem exhilarat impiorum conuersio,
 eum credimus negaturum ueniam respicientibus? Vocat omnes ad nuptiale conuiuium,
 nulli impleri domum suam, etiam caecos & claudos compellit intrare. Quid tu restitas mi-
 ser? Quur non potes auelli a porcorum siliquis? Quur pugnas aduersus misericordiam
 domini? Sapientia dei Christus est. Et iuxta Solomonem egressa domum paternam, ue-
 nit in mūdum, foris praedica, & in plateis dat uocem suam, in capite turbarum clamitat,
 in foribus portarum urbis profert uerba sua, dicens: Visceribus quod paruuli diligitis infantiam,
 & stulti ea quae sibi sunt noxia cupient, & imprudentes odio habebunt scientiam? Con-
 uertimini ad correptionem meam. En proferam uobis spiritum meum, & ostendam uo-
 bis uerba mea. Quid est stultius, quam ob res fluxas ac momentaneas priuari bonis aeter-
 nis? Quid sapientius, quam breui tolerantia lucrifacere immortalitatem? Desipiunt igitur
 omnes qui perseverant in peccatis: sapienter qui uitā in melius commutant. Quantis labori-
 bus scrutamur rem uilissimā in metallis, & tantum thesaurū oblatū & gratis oblatū asper-
 namur: aut, quod stultius est, desperamus? Diues est in misericordia deus. Opus huma-
 rum thesaurus exhauritur largiendo: misericordiae thesaurus non potest exhauriri. Ad-
 dam & illud, quo magis adimam omnibus ueniam desperationem. Obstrinxit homini de-
 us suā fidem, nec, ut ait Paulus, seipsum abnegare potest. Non recusat argui, si quod polli-
 citus est, non praestiterit. Sic enim loquitur apud Esaiam populo undique contaminato: La-
 uamini, mundi estote, auferte malum cogitationum ueststrarum ab oculis meis, quiescite
 agere peruerse, discite benefacere, querite iudicium, subuenite oppresso, iudicate pupillo,
 defendite uiduam, & uenite & arguite me, dicit dominus. Audisne peccator?
 Et ne quid desiciat animum
 tuum flagitiorum enormitas, audi paratam omnium ueniam: Si fuerint, inquit, peccata
 uestra ut coccinum, quasi nix dealbabitur. & si fuerint rubra quasi uermiculus, uelut la-
 na alba erunt. Si uolueritis & audieritis me, bona terrae comedetis. Quis tam demens, qui
 nolit seruare? Quid facilius, quam audire patrem amantissimum, nihil imperantem, nisi
 quod ad nostram pertinet felicitatem? Si uolueritis, inquit, & audieritis. Nemo seruare
 potest inuitum. Salus autē per fidem, fides per auditum. Prope est sermo salutifer in cor-
 de tuo & in ore tuo. Tantum ne claueris aures cordis. Iam si rex quisquam perduellioni-
 bus aut laesae maiestatis conuictis ita loqueretur, quicquid haecenus tentatum aut gestum
 est, totū condono, parata est omnibus uenia, modo posthac a simili facinore coquiescant:
 nonne omnes fateatur prodigiosam principis misericordiam, qui nec in corpora fontium sa-
 uiat, nec bona fisco suo applicet? Deus autē etiā praemio inuitat ad correctionē uitae. Bona,
 inquit, terrae comedetis. Prorsus enim indigni sunt ut fruantur huius mundi bonis, qui lar-
 gitorē omnium suis sceleribus offendunt. Sed quanto munificentius est, quod nobis promittit
 Euangelium: Dabo uobis cor nouū, dabo spiritū nouum, per quem ex mancipijs diaboli fie-
 tis filij dei, per quem efficiemini membra filij mei unigeniti, per quē succedetis in haeredita-
 tem regni coelestis. Hic est, inquit, filius meus dilectus, ipsum audite. Quur o Iudae a ueri-
 tate aures auertens, conuerteris ad fabulas Talmudicorum & Deuterotarum? Quur tu
 morosophe uertus quam philosopho obturatis aduersus hunc doctorem auribus, Plaro-
 nibus auscultas, & Aristotelibus? Quur infelix Euae progenies audis serpentē uanis pro-
 misis ad exitium prolicientem, & non audis dei filium ad aeternae felicitatis consortium
 inuitantem? Poenitentiam, inquit, agite, instat regnum coelorum. Filius promittit, pater si
 dei iubet, datur interim arrabo spiritus: & tu dubitas amplecti tātam felicitatem oblatam?
 Nec alia uox est apostolorum, quam domini: Poenitentiam agite, & baptizetur unusquisque
 uestrum in nomine Iesu Christi, in remissionem peccatorum uestrorum, & accipie-
 tis do-

Prouerb. 1

Esai. 1

Actuum 2

tis donum spiritus sancti. Ac mox: Seruamini à generatione ista praua, ut seruemini: relin-
 quite uitam spurcam, sceleratam, miseram, & accipite uitam aeternam. Accurrunt milites, pu-
 blicani, meretrices, idololatrae, parricidae, magi, lenones, incesti. Nullus excluditur, omni-
 bus ex aequo patet aditus ad misericordiam. Non imputatur uita superior, modo poeni-
 teat, ne uero pures hanc domini misericordiam, ultra baptismum non porrigi, quamuis.
 Montanus à baptismo prolapsus occludat fores ecclesiae, dominus nunquam occludit ostium
 regni caelestis. Datus est semel ingressus in ecclesiam per baptismum, cuius typum gerit ar-
 ca Noe, sed relicta est per dei misericordiam omnibus secunda post naufragium tabula,
 imò reditus in arcam per poenitentiam. Nec enim iteratur baptismus, quemadmodum nec
 mors Christi, sed superest aqua lachrymarum, qua iam exterguntur fordes criminum: super-
 est nitrum salutaris contritionis, & herba Borith. Oportebat quidem eos, quibus semel
 gratis condonata fuerunt omnia peccata, quicquid consepulsi cum Christo, per baptismum,
 cum eodem resurrexerunt in uitae nouitate, perseverare in tanto dono, quod acceperant.
 At misericors & miserator dominus, non ignorans imbecillitatem humanae naturae, poeni-
 tentiae remedium usque ad finem uitae omnibus paratum esse uoluit. Verum quoniam nulli certus est
 mortis dies, uigilandum est omnibus, ne contemnant dei bonitatem: sed si relapsi fuerint, sta-
 tim properet ad remedium, prius quam morbus assuetudine reddatur immedicabilior. Quis-
 dam olim ingenti periculo differebant baptismum usque ad extremum uitae diem, quos alij cli-
 nicos, alij asperfos appellabant, ueluti Christianos parum *υγιεινους*: sed maiore periculo pec-
 cator prorogat poenitentiae remedium, quod nusquam non est paratum. Non semper adest
 baptisus, sed uel in lecto cubans potes iniustitiam tuam confiteri domino, uitaeque correcti-
 oris propositum fumere. Non semper adest, qui corpus abluat: semper adsunt lachrymae,
 quibus abluas animae sordes. Nec sine causa dubitatum est, an efficax esset ille baptismus,
 quo iam desperata uita, ac tantum non animam agentes aspergebatur, uerius quam tingeban-
 tur. Declarabant enim se perpetuo peccaturos fuisse, si perpetuo licuisset uiuere: sed nihil
 iustius dubitatum est à magnis uitis, an frugifera sit poenitentia, quam studio dilata, iam
 hinc exitus suscipiunt, non suscepturi nisi mors urgeret. Quemadmodum enim terra fre-
 quenter irrigata caelesti pluuia, nec aliud proferens cultori suo, quam spinas & tribolos, ex-
 trahis est & igni traditur: ita deus nonnunquam ob pertinaciter speratam ipsius bonitatem,
 tradit eos in reprobum sensum. Quare consilium est fratribus *quoniam*, non in totum
 proferre correctionem uitae, sed protinus ad uocem inuitantis domini exuere ueterem ho-
 minem cum factis suis & concupiscentiis, ne torrens non exauditus dominus, uicissim non au-
 diat nos clamantes ad ipsum. Terribilis uox est qua comminatur his qui misericorditer uo-
 cantem nolunt audire, Quia, inquit, uocaui & renuistis: extendi manum meam, & non fuit
 qui aspiceret: despexistis omnem consilium meum, & increpationes meas neglexistis. Ego
 quoque in interitu uestro ridebo & subsannabo, quum uobis id quod timebatis aduenerit.
 Quum irruerit repentina calamitas, & interitus quasi tempestas ingruerit, quum tene-
 rit super uos tribulatio & angustia: tunc inuocabunt me, & non exaudiam. Mane consur-
 gent, & non inuenient me, eo quod exosam habuerint disciplinam, & timorem domini non
 susceperint, nec acquieverint consilio meo, & detraxerint uniuersae correctioni meae. Va-
 rijs modis deus corripit nos ut corrigat. Tandem ubi pertinacia nostra uicit omnia reme-
 dia, destituit nos ut deploratos, proprio quae relinquit arbitrio. Quemadmodum medicus
 nihil non expertus quidquid ars potest ad depellendum morbum, ubi uidet agrotum om-
 nia pharmaca respuerit, tandem illum suo morbo relinquit, tanquam qui nolit uiuere.
 Misericordiam, inquit, & iudicium cantabo tibi domine. Iudicij dies manet omnes, po-
 stea quam hanc uitam reliquerint. Quam diu durat haec uita, spes est misericordiae: Er-
 go dum uiuis, implora domini misericordiam. Verum qui agunt animam, aut quos extre-
 ma senectus grauat, iam quodam modo uiuere desierunt. Audi sapientis Hebraei consilium:
 quisquis ex die in diem trahis funiculum iniquitatis, nec finem peccandi facis. Con-
 uertere, inquit, ad dominum, & relinque peccata tua. Precare faciem domini, & minue ob-
 fendicula. Reuertere ad dominum, & auertere ab iniustitia tua, & nimis odito execratio-
 nem: & cognosce iustitias & iudicia dei, & sta in forte propositionis & orationis altissimi
 mi dei, in partes uade seculi sancti cum uiuis & dantibus confessionem deo. Non de-
 moretis in errore impietatis, ante mortem confitere. A mortuo quasi nihil perit con-
 fessio

Prouerb. 1

Psal. 100

Eccle. 17

sessio. Confiteberis uiuens, uiuus & sanus confiteberis, & laudabis deum, & gloriaberis
 ris in miserationibus eius, quia magna misericordia domini, & propitiatio illius conuer-
 tentibus ad se. Audis paratam magnam dei misericordiam, sed si uiuus & sanus confite-
 aris domino. Quid autem dicemus de his quibus corpore iam defecto ad peccandum, ta-
 men non ponit animus peccandi libidinem: quicquid quum ob corpus senio prae mortuum,
 turpia patrare non possint, tamen nequiter dicere non desinunt: Quomodo uiui confi-
 tebuntur domino, qui prius uiuere desierunt, quam peccare? Quin & tu, cui floret aetas,
 quur in dies, menses, & annos prorogas uitae correctionem? Si corpus tuum laboraret
 hydrope, ac praesto esset praesens, certumque mali remedium, num diceres: Anno proximo
 curabo morbum: Non sic desiperes, sat scio, sed audissime properares ad sanitatem. Et
 in animi morbis tanto periculosioribus, cessas, recrastinas, comperendinas, imò in mor-
 tis diem salutem tuam profers: Et quis tibi sponsor est, uel in crastinum diem uicturum
 te? Haec autem nequaquam eo spectant, ut cuiquam incutiamus ueniam desperationem,
 sed ut omnibus excutiamus, sine fine peccandi securitatem. Est peccatum, quod nec in
 hoc seculo remittitur, nec in futuro. Auertat deus, ne quis nostrum eo usque feratur. Et
 ideo tutissimum est uitare peccatum. Proximum est, ut protinus deleamus poenitentia,
 quod admissum est in cogitantia. Cadit & iustus in die septies, sed resurgit, quaquam hoc
 de leuioribus culpis dictum est. Et ideo frequenter atrociter comminatur in literis sacris
 dominus, ne fiducia parata ueniam subinde reuoluamur in coenum flagitiorum. Nec enim
 ideo datum est poenitentiae pharmacum, ut uolentes perseueremus in morbo: sed ne qui
 forte recidit, pereat in aeternum. Apud Amos frequenter insonat dominus, super tribus
 aut quatuor impietatibus, non ne auerfabor eos: Impietas est cogitare malum. Hic protinus. Amos 2.3
 nus erat respiciendum, sed maior impietas est uelle perficere, quod cogitaris: saltem ab-
 hoc gradu referendus erat pes ad meliora. Grauisimum autem crimen est, quod animo
 flagitiose destinaris, turpiter perficere. Nec hic respicimus, sed addimus quartam im-
 pietatem, in malis nostris ducentes consuetudinem, & mala malis accumulantes. Non
 ne hic merito iam auersetur nos dominus? Merito sane, nisi misericordia illius superaret
 iustitiam eius. Vide quid post tam saeuas minas sequitur apud eundem prophetam: Haec. Amos 5
 dicit dominus domui Israel: Quae ritate me, & inuenietis, quae ritate dominum & uenite. Au-
 diat dominum comminantem: ne peccemus, audiamus reuocantem, ne desperemus.
 Alioqui uae nobis, si quod per prophetam comminatur, faceret nobis: & post tertiam aut
 quartam impietatem auerteret à nobis suam misericordiam, ac nosmet nostrae uoluntati
 relinqueret. Imò cum plerisque nostrum male ageretur, si post millesimam impietatem do-
 minus auerteret faciem suam. Verum statim ut ceperit saeuire iustitia, interpellat miseri-
 cordia: Domine deus propitius esto: obsecro, quis suscitabit Iacob, quia paruulus est: Et
 rursum: Domine deus quiesce obsecro: quis suscitabit Iacob, quia paruulus est: Sic agit
 causam imbecillitatis nostrae optima patrona misericordia. Nunc audi quam parata sit
 ueniam respiciendi. Misertus est, inquit, dominus super hoc. Non erit, dixit dominus. Vides
 quam prompta sit poenitentia minitantis ultionem, si nos uere poeniteat admissorum: Non
 erit hoc, ait dominus. Obsecro, quae mater tam facile placatur filio suo? Itaque quum domi-
 num habeamus tam placabilem, quum interpellatricem tam efficacem, quid est, quum ali-
 quis sui desperans, uel in uitibus perseueret, uel cum Iyda fugiat ad laqueum? Ob hoc ipsum
 dominus nostrae salutis modis omnibus consulens, passus est summos ac probatissimos
 uiros in grauius crimina prolabi, ut nos horum exemplo consolaretur & erigeret ad spem
 ueniam. Quid in libris sacris laudatus rege Dauid: Rex erat, propheta erat, uir erat iuxta
 cor dei, ex huius stirpe promissus erat Christus. At in quam saeculum, quam multiplex cri-
 men uir tantus prolapsus est: Audit à Nathan obiurgationem ac saeuas minas domini. Da-
 uid autem totam hanc iram dei duobus uerbis uertit in misericordiam. Peccaui, inquit, do-
 mino, ac mox Nathan: Dominus quoque transtulit peccatum tuum, non morieris. Prolix
 sunt minae, ut corrigatur, sed quae expedita uox misericordiae. Non morieris. Sic per Esaiam. Esaias 38
 audit Ezechias: Morieris & non uiues. Fleuit Ezechias fletu magno. Nondum propheta
 mortis denunciator egressus fuerat dimidium atrij, reuocata illum domini misericordia.
 Reuertere, inquit, & dic Ezechiae duci populi mei: Haec dicit dominus deus Dauid patris
 tui, audiui preces tuas, & uidi lachrymam tuam, & sanauite. Die ab hinc tertio ascendes
 S 4 templum

templum domini. De Achab hoc testatur liber Regum tertius. Non fuit alter talis sicut Achab, qui uenundatus est ut faceret malum in conspectu domini. Et hic audit, occidisti, insuper & possedisti. Si quidem occiso Naboth occupat illius uineam. Ille uero tandem territus atrocibus minis scidit uestimenta sua, & operuit cilicio carnem suam, ieiunauitque & dormiuit in sacco, & ambulauit demisso capite. Durus erat Achab, sæpe contempserat oburgantem dominum, scelera sceleribus accumulabat, et tandem terretur metu maiorum imminantium potius quam resipiscit, & tamen immensæ misericordiæ dominus loquitur Helia. Nonne uidisti humiliatum Achab coram me? Quia igitur humiliatus est mea causa, non inducam malum in diebus eius. Si tanta uis est falsæ poenitentia, ut gladium ultorem extorqueat è manu dei, quid faciat animus uere mutatus in diuersum affectum, iamque non metu supplicij, sed amore dei detestans quod admisit? Hoc consilio passus est & Petrus, quem destinabat ecclesiæ suæ principem, insigniter labi. Tantum fleuit & misericordiam est consequutus. Quum huic tradit oues suas, pro quibus mortuus fuerat, pascendas, num exprobrat illi crimen ter abirari domini? Nequaquam, iam enim totum hoc sic erat dilutum lachrymis, ut ne uestigium quidem remaneret in memoria clementis domini. Prostratus est Paulus ecclesiæ dominicæ persecutor, & factus est doctor gentium. Habemus magna exempla peccantium, habemus & poenitentium, non oportet cuiusquam exemplo prouocari ad peccandum, ne tentemus dominum, sed si quis peccato fuerit circumuentus, habet exempla poenitentia ne desperet. Præpostere uero faciunt qui quos sequuti sunt peccantes, eosdem nolunt sequi poenitentiam agentes. Quot sunt principes, qui suis adulterijs & homicidijs blandiuntur exemplo Dauid? Quanquam in Dauid extiterant alioqui tor egregie uirtutes, ut crimē hoc posset illarum pensatione condonari: sed utinam quæadmodum sequuntur errantem, ita sequantur & poenitentem. Ipse peccatum suum traduxit per uniuersas orbis nationes, ac spiritus aulae delicijs pro purpura sumit cilicium, cinerem tanquam panem comedit, & poculum suum miscet fletu, lauat singulis noctibus lectum suum lachrymis, & stratum suum fletu rigat. Nec puduit illum omnibus peccatoribus dictare ac præcinere carmen poenitentia: Miserere mei deus secundum magnam misericordiam tuam. Et secundum multitudinem miserationum tuarum dele iniquitatem meam. Iudex erat, & pronunciauerat aduersus seipsum sententiam capitalem. Nam uehementer indignans: Viuit, inquit, dominus, quia filius mortis est qui fecit rem hanc. Non potuit euidētius cōdemnari quam uoce propria. Deus erat iudex, & tamen ueluti uersa persona detulit ipsi reo iudicium. Captus est iudex, & uicit qui detulit iudicium. Victus est feliciter Dauid, uicit misericorditer deus, dum peccatorem sui oblitū ipsi ostendit. Antea ceu uictor ac temulentus infelici prosperitate, fruebatur adamata muliere, fruebatur dulcissimo puero; uerum ubi conuersus esset ad dominum, tum demum uidit, ubi fuisset, & quid esset inter iustum & impium, inter seruientem deo, & non seruientem ei, quemadmodū docet alia prophetia. Quum peccator ex animo agnoscit turpitudinem suam, seq̄ dignū supplicio fatetur, tūc iustificatur dominus & uincit quum iudicatur, hoc est, quum iudicium defert homini uelut ipse iudicandus. Cæterū qui suam iustitiam cōstituunt, deū quodāmodo faciunt iniustum ac mendacē, qui misericordiā suam agnoscit uult in omnib. & gaudet nostrā iniustitiam in suā gloriā uertere, dum ubi exuberat peccatū, ibi exuberat illius gratuita beneficentia. Non sic ille uetus Adam, sed appellatus ad cōfessionē rejicit culpā in uxorē. Itidem illa prouocata ad confessionē, confert crimen in serpentē. Si nouissent dicere canticū Dauid: Miserere mei deus, non exulassent è paradiso. Ab his maioribus non degenerans Caïm, quid dicit ad poenitentiam prouocatus à domino? Num ego sum custos fratris mei? Si dixisset, peccaui, miserere, & si dixisset ex animo, parata erat dei misericordia. Est dolor iuxta carnem, qui mortem parit, qualis erat Iudæ; sed rursus est dolor secundum deum, qui salutem adfert & solidum gaudium. Paulus tenere diligens omnes suos, tamen gaudet quod Corinthios in huiusmodi dolorem consecerit, damnato eo, qui rem habuerat cū uxore patris, siquidē ex huiusmodi dolore uelut ex amaro pharmaco sequitur perpetuum gaudiū. Et interim certa salutis spes admixta poenitentia temperat doloris amaritudinem. Ita Dauid quum ingenue cōfessus esset peccatū suum, ac cōmeritam dei uindictam, audi quantū spei cōceperit ex misericordia domini. Asperges me, inquit, domine hyssopo & mun

& mundabor, lauabis me, & super niuē dealabor. Nō ex suis beneficijs, sed ex aspersione sanguinis agni immaculati pollicetur sibi mundiciem, quumq̄ agnoscat se ex utero matris sordibus inquinatū, tamen ex hoc lauacro sperat candorē innocentia, cui cedat etiam candor niuis. Nec solum sperat redituram innocentiam, uerum etiam poenitentia mororē uertendum in spirituale gaudium. Auditui, inquit, meo dabis gaudium & lætitiā, & exultabunt ossa humiliata. Redde mihi lætitiā salutaris tui, & spiritu principali confirma me. O miram peccatoris fiduciam, etiam amplius quiddā sibi promittit: Et exultabit, inquit, lingua mea iusticiam tuam. Domine labia mea aperies, & os meum annuntiabit laudem tuam. Expertus tantam domini misericordiam, hortabitur & alios ut resipiscant. Ita dominus Petro: Et tu conuersus aliquādo confirma fratres tuos. Perierat Dauid, si iustitiae se commisisset, sed hac parte inferior appellauit misericordiam, & ideo misericordias domini cantat in æternum. Qui litem agunt apud homines, quoties de causa periclitantur, si queant, appellant aliud tribunal, quanquam incerti an illic sint experturi iudicem æquiorē. Neq̄ enim raro fit, ut qui appellauit suo malo appellari. Nobis autem charissimi, longe tutissimum est non contendere cum iustitia dei, hoc est, non iactare aduersus stimulum calces, sed protinus appellare tribunal misericordia. Et in humanis quidem iudicijs nihil aiunt esse tutius, q̄ si quo liceat fūco pernegare crimen intentatum: & rhetores miserrimum causæ statum esse docent, quam uocant deprecationem, quum reus dicit, peccaui, ignosce. Hic contra nihil tutius q̄ ultro confiteri, quicquid admissum est, & implorare iudicis misericordiam. Huc quum in omnibus sacris libris nos tam amanter prouocet diuina bonitas, huc quum tot insignium uirorum exempla cohortentur, quorū inuentur qui sui desperans malit in malis consensere: In deo, qui simplicissima nature est, nihil est, quod cum alio pugnet: & tamen si spectemus ea, quæ nobis eueniunt, uidetur certamen esse inter dei iustitiam & eius misericordiam. Iustitia uocat ad poenam, sed misericordia iuxta Iacobi dictum κατανυγξαι τὸ πνεῦμα, hoc est, exultat aduersus iudiciū ueluti uictrix. Quis unq̄ exclamauit, Iesu miserere, quin ilico misericordiam sit adeptus? Clamat Chananæa, miserere domine, & sanatur filia. Clamat & unusquisq̄ peccator, miserere domine, & sanabitur anima. Clamat mēdicus ille cæcus, miserere fili Dauid, & abiecto palliolo recipit oculos. Clamemus & nos, miserere Iesu fili dei, clamemus fortiter & constanter inter medias obstrepentium malarum cogitationum turbas, & ex huius mundi mendicis faciet regni cœlestis hæredes. Quisquis ambit huius uitæ commoda, cæcus est, mendicis, in sordido pallio stipem rogat à populo. Qui regnū ambiunt, etiam si rem magnam ambire uidentur, nihil aliud q̄ stipem misere mēdicant à turba. Qui uenantur honores et quamlibet amplas dignitates, populo ocllamant, miseremini, date stipem. At si quis exclamet Iesu: domine miserere, paratus est ille dare nobis seipsum. Restat dominus, uocat ad se, quin accurris infelix? quorū cessas in pannis tuis infelicibus. Patet ara misericordia, & tu te uertis ad uincula dementia: Aperitur Asylum diuinæ clemētia, & tu profugis in barathrum infelicis desperationis: Seruator porrigit tibi manum, & tu auertis uultum: Referatur tibi cœlum, & tu te proripis ad præcipitium: Aperitur tibi diuinæ bonitatis gremiū, & tu fugis ad infelicē laqueum: Latro audit in cruce: Hodie mecū eris in paradiso, & tu te ipsum addicis gehennæ: Sed iam tempus est, ut absoluā quod postremo loco sum pollicitus, quibus modis potissimū extorquenda sit dei misericordia. Nam de precibus, lachrymis, ieiunio, cilicio, cinere, hoc est, de corde contrito iam sparsim dictū est in tota oratione, atq̄ hæc quidem impetrant dei misericordiam; cæterum beneficentia in proximum extorquet etiam, ut ita loquar. Qualem quisq̄ uult esse deum in se, talem se præbeat proximo suo. Græcorum prouerbio dicitur, gratia gratiam parere: apud nos uero misericordia parit misericordiam. Date & dabitur uobis, remittite et remittetur uobis, & qua mensura mensi fueritis proximo, eadem deus metietur uobis. Misericordiam autem siue eleemosynam appello, non solum quando remittitur uindicta, aut subleuatur egestas proximi, sed officium quodcunq̄ quod pio animo confertur in fratrem. Qui docet errantem, qui corripit delinquentē, nonnunquam & qui uerberibus castigat peccantem, si id faciat Christiano affectu, misericordiam confert in proximum: qui exhortatur celsantes, qui cōsolatur afflictos, qui in spem erigit desperantes, misericors est in proximum suum, & misericordiam dei uel pensat uel prouocat. Neq̄ uero conuenit Christianorum misericordiam

misericiordiam esse uulgarem, mendico stipem dat etiam ethnicus, amico periclitanti succurrit etiam quilibet, errata quaedam condonant etiam gentes. Qualem oporteat esse nostram misericordiam docet Euangelium: Estote misericordes, ut sicut filii patris uestri, qui in caelis est. Si uulgaris est dei in nos misericordia, sufficiat nobis & in proximum uulgaris misericordia. Quod si ille solem suum iubet oriri super bonos & malos, & tam diuitem huius mundi prouentum patitur esse comunem pijs & impijs, si uolumus illius germani uideri filij, simus & nos benefici, non solum in amicos cognatos & bene meritos, sed etiam in alienos, etiam in inimicos & male meritos: Si deus pro nobis idololatris ac gehennae filijs unicum filium suum tradidit, magnum uidetur, si nos uicissim in inimicum officium conferimus, qui uel ob hoc frater est, quod homo est: Et si dominus iustus pro peccatis nostris semetipsum immolauit in ara crucis, magnum uidetur si proximo remittimus iniuriam: Qua fronte peccator clamat, miserere mei deus, qui fratri suo negat misericordiam: Nonne is merito audiet illud ex Euangelio: Serue nequam, omne debitum remisisti tibi, nonne oportuit & te misereri conserui tui? Quicquid beneficentiae contulerimus in proximum, id dominus patitur sibi imputari, quum nullius egeat, & quanquam quicquid in fratres nostros collocare possumus officij, id totum cumulatissime collocatum est prius in nos a deo, tamē perinde quasi nostris in proximum benefactis obstringatur, pollicetur se cum faenore multo repositurum mensuram bonam, confertam & coagitatam. An non est bona mensura, quum pro paupere collectio hospitio dominus te recepit in regnum caeleste: Optima descendit ratio est, huiusmodi benignitate pauperescere. Prudentes huius mundi non sinunt pecuniam suam in scribis otiosam esse, sed apud mensarios deponunt, ut pariat usuram. Qui caelestibus bonis uolunt ditescere, cum hoc liberalissimo foeneratore rem habeant. Beatos appellamus diuites, & in Euangelio beati dicuntur misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequuntur. Foeneratur, inquit sapiens ille Hebraeus, domino qui miseretur pauperis, & uicissitudinem suam reddet ei. Et Propheta: Peccata, inquit, tua elemosynis redime, quoniam ut ait Apostolorum princeps: Caritas operit multitudinem peccatorum. Audis permutationem, sed cum ingenti lucro. Similiter & psalter ille mysticus: Beatus homo qui miseretur & commodat, foenerat igitur deo, quisquis amore dei beneficium collocat in proximum. Audis mutuum, audis foenerationem, audis redemptionem. Quisquis laetit proximum, obnoxius est illi, quem laetit: quisquis officio iuuat proximum, obstringit illum quem afficit beneficium. Ne exigue uindictam ab eo qui laetit, sed cum deo permuta: condona proximo pauca leuiatque delicta, & deus ex pacto tibi condonabit uniuersa. Ne repete mercedem a proximo, cui benefeceris, sed a deo repose, quicquid erogaris, & ille pro temporarijs reponet aeterna. Variata sunt sacrificiorum genera, quibus placatur deus, hymni spirituales, catus, preces, uigiliae, ieiunia, uilitas uestium: sed nullum sacrificij genus efficacius, quam misericordia in fratrem. Ite, inquit dominus, & discite quid sit: Misericordiam uolo, & non sacrificium. Non damnat sacrificia reliqua, sed omnibus praefert misericordiam. Quod nos dominus Iesus ore suo docere dignatus est in Euangelio, id multo ante docuit per os Michee prophetae. Quum enim dominus exprobrasset populo suo inuincibilem in malis obstinaciam, populus anxius, quo pacto queat placare deum, merito tot sceleribus irritatum ait: Quid dignum offeram domino? Curuabo genu deo excelso? Nunquid illi offeram holocausta, & uitulos anniculos? Nunquid placari potest in milibus arietum, aut in multis milibus hircorum pinguium? Nunquid dabo primogenitum meum pro scelere meo, fructum uentris mei, pro peccato animae meae? Haecenus populus, intelligens nullum ab homine sacrificium immolari posse satis idoneum peccatis expiandis, etiam si supra multa arietum milia, primogenitum filium, quo nihil habet charius, immolaret: sed indicat propheta sacrificium efficacius, quo statim placetur ira dei: Indicabo tibi o homo, quid sit bonum, & quid dominus quaerat a te: utique facere iudicium, & diligere misericordiam, & sollicitum ambulare cum deo tuo. Quid est facere iudicium? Neminem laedere. Quid est facere misericordiam? Etiam immerentibus benefacere. Paulus Apostolus addit insuper aliquid Encomio misericordiae. Si tradidero, inquit, corpus meum ita ut ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest. Magnam rem prestitit Abraham, qui paratus erat unicum filium quem diligebat immolare: sed plus praestiterit, si quis proprium corpus amore dei tradat incendio. Atqui hoc quoque sacrificio gratior est charitas. Porro charitas in pro-

in proximum quid aliud est, quam misericordia? Itaque quum omnes in omnibus assidue egeamus dei misericordia, perpetuo nobis studium esse debet, ut mutua misericordia nos inuicem subleuemus, & alij aliorum onera gestantes inuicem, impleamus legem Christi, quae misericordiam exigit potius quam sacrificium, & suam nos misericordiam redimere uult: misericordia collata in proximum. Verum ut gaudio gestit animus, quum repeto mecum, quanta sit in nos misericordia domini, quamque eam nobis parabilem esse uoluerit: ita ingens dolor oboritur cordi meo, quoties contempler, quod ratum sit inter Christianos misericordiae studium. Si uere misericordes essemus, etiam in Turcas se proferret nostra beneficentia, congereremus carbones igneos in capita illorum, ut uicti nostra bonitate, tandem accederent ad religionis consortium. Nunc Christiani Christianos bellis, latrocinijs, furtis, rapinis crudellus incensimus ac uexamus, quae nulla ferarum genus inimicum infestant. Si quaestum spectes, quid aliud quam mutuo laniatu uiuimus, piscium ritu? Quis copendioli causa non paratus est imponere fratri suo, cuius egestati uel gratis debebat succurrere? Nunc ex inopia fratris intenditur indicatura. Moritur frater inopia cibi, quo maius uideo periculum, hoc illi charius uendo quod desiderat. Quam immittis erga inferiores ferocia, quanta inferiorum erga superiores rebellio, quam nunquam sincera charitas. Rixis, obreccationibus, sycophantijs plena sunt omnia. Nec solum leuem iniuriam atroci talione penam sumus, uerum etiam immerentes ultro laedimus. Nec interim nobis uenit in mentem, quam misericordiam dominus in nos effuderit: repetiturus utique quod dedit, nisi quod accipimus, refundamus in proximum. Si quaeritis, inquit propheta, quaerite. Si quaerimus dei misericordiam, uere & ex animo quaeramus. Conuertimini & uenite. Illa se conuertet ad nos, si nos conuertamur ad illam. Venit ad nos dei misericordia, quum in terras descenderet dei filius: nos uicissim ueniamus ad illam. Inclinat se dominus clementissimus, ut absolvat adulteram, sed uicissim erigamus nos affectum nostrum ad inclinantem se nobis. Primus gradus est abijcere mala. Sic medici primum corpus inaniunt, ut post inserant uocis meliores. Euo me & tu peccator ex animo tuo prauas cupiditates, quae militant aduersus deum, libidinem, auaritiam, luxum, arrogantiam, iracundiam. Quum persistens in peccatis impiorum dei misericordiam, nonne perinde facit, quasi hostis armatus gladium & clypeum tenens petat pacem? Qui petit, accipit: qui querit, inuenit: qui pulsat, huic aperitur. Si petitis misericordiam, uere petite: si quaeritis, uere quaerite: si pulsatis hostium misericordiam, uere pulsate. Vultis exemplum uere petentis misericordiam? Recte petebat filius ille profusus, sed iam relicto porcis, sed iam reuersus ad patrem: Pater peccauit in caelum et coram te: fac me sicut unum ex mercenarijs tuis. Iam audi publicanum, qui ob conscientiam suorum criminum non audeat attollere oculos in caelum, non audeat propius accedere ad propitiatorium, sed procul stans, tundit pectus suam, ac dicit: Domine propitius esto mihi peccatori. Petit, qui mutatis in diuersum affectibus, pro temulento fit sobrius, pro ganeone castus, pro nepote temperatus, pro rapace beneficus, pro mendaci uerax, pro maledico benedictus, pro fucato simplex, pro uindice mitis, pro crudeli misericors. Pulsat autem, qui pia improbitate ueluti uim facit misericordiae diuinae, nunquam cessans misericordiam exercere in proximum. Clama domino: Miserere: sed si uis audiri, fac ut illum uicissim clamantem audias. Clamat ille in membris suis egenis & infirmis. Hic si tu obturas aures tuas, ille uicissim non audiet te clamantem ad se. Ille in suis pusillis refocillatur: ille in istisdem sinit, esurit, aegrotat, affligitur: in istisdem negligitur, & offenditur. Sed impudentius etiam dicit domino: Miserere mei: qui non solum claudit uiscera super fratrem suo, uerum etiam uexat immerentem, opprimit imbecillum, traducit innoxium, spoliat inopem, imponit incauto. In his factis perseverans, frustra inclamat domini misericordiam. Si qui Christum in suis membris non refocillarunt, audient: Ite maledicti in ignem aeternum: qui dicitur audiri sunt, qui Christum in suis membris conuicij incessunt, conuicij, irrident, caedunt, affligunt, criminantur, occidunt. Celebratur inter mimos, ni fallor, publicanos, digna Christiano sententia: Beneficium dando accepit, qui digno dedit. Quid hic cotaris morosus expellor aliene dignitatis? Digno dedit, quisquis mebro Christi dedit: digno dedit, quisquis fratri dedit. Denique digno dedit, quisquis amore Iesu dedit homini. Si quaeris lucrum, illi foenera: si metuis malum, habes quo redimas. Post saeuam oburgationem, quid ait dominus in Euangelio? Veruntamen date elemosynam, & ecce omnia munda sunt

sunt uobis. Quum tempestas maris urget, non dubitas mercium quibus preciosam facis, redimere uitam: quum imminet uindicta dei, grauaris in proximum erogare pecuniam. Quid non facis, exorto incendio? Quod autem incendium formidabilis, quam ira diuina, quum exarserit in breui ira eius, nec ueris ad hoc extinguendum monstrato remedio?

Eccle. 3 Quod, inquit, quis monstrat? Optimus ille Syrach: Ignem, inquit, ardentem extinguit aqua, & eleemosyna resistit peccatis. Eleemosyna nescit ostentationem, alio qui perdit nomen suum. Qui praecinente tuba, dant sportulas, non praebent eleemosynam, sed licitantur gloriam. Ea demum est eleemosyna deo, quum nescit sinistra tua, quid faciat dextera tua. Pone, inquit ille, thesaurum tuum in praecipitis altissimi, & proderit tibi magis quam aurum: concludere eleemosynam in corde pauperis, & haec exorabit pro te ab omni malo. Nunquam tutius defoditur thesaurus, quam in corde pauperis: Hic longe melius includitur, quam in scrinijs ferreis. Obluiscere tu depositum: ignoret pauper, si fieri potest, autorem beneficii, quum res poscet intercessorem, non erit muta eleemosyna, sed exorabit dominum, ut qui proximum subleuaris in aliquo malo, libereris ab omni malo. Vult audire loquentem eleemosynam: Venite benedicti patris mei, quia quum esurire, dedistis mihi cibum, quum sitire, dedistis mihi potum: quum essem nudus, uestistis me: quum egerem tecto, collegistis me: quum aegrotarem, inuistis me: quum essem in carcere, uenistis ad me. Illi non meminerant officiorum, & dicunt: Domine, quando uidimus te egentem his rebus, & suppeditauimus tibi? Pars altera commemorat suas uirtutes, & audiunt: Ite in ignem aeternum. An non hic tempestiua interpellatrix fuerit nobis eleemosyna, quae liberabit a gehenna, hoc est, ab omni malo: & adiungit domino, qui fons est honorum omnium? Quid igitur superest charissimi, nisi ut imploremus domini misericordiam, ut hoc quoque nobis largiatur, ut esse misericordes possimus in proximum, ne si hic illius misericordiam neglexerimus, post eam frustra requiramus: sed tanto seuerius iudicium experiamur, quanto fuerimus hic maiori misericordia prouocati. Vincat in nobis humanos affectus misericordia in fratres, ut in deo uincat erga nos misericordia iudicium. Ita fiet, ut concordibus animis simul misericordias domini cantemus in aeternum, profitentes miserationes eius esse super omnia opera ipsius. Cui laus & gloria per omnes fines terrae in omne aeuum. Amen.

CONCIONIS DE MISERICORDIA DOMINI
per Erasmus Rot. Finis.

DES. ERASMVVS ROT. INTEGERRIMO DOCTISSIMO/
que patri Heliae Marceo Machabaeiticarum, honoratissimi
Machabeorum collegij moderatori S. D.

Mittimus libellum & breuem, & sero: sed quem fatearis & prolixum, & satis maturatum, si scias quam nihil otij mihi reliquum faciat ad gratificandum amicis in huiusmodi materijs crebrae agrotationes, penè iugis occupatio, quum alijs in rebus, tum praecipue in mittendis ac recipiendis epistolis: deinde studiorum labor, quem exigunt argumenta suscepta. Si satis factum est uoluntati tuae, uehementer gaudeo: sin minus, certe promptam animi nostri uoluntatem probes oportet, si modo non falso nobis tua praedicatur humanitas. Quum dabitur plus otij cumulatus tuo pio desiderio satisfaciemus. Bene uale cum honorabili choro tuo uir optime. Basileae III. Cal. Aug. M. D. XXIIII

ODES ERASMVVS ROT VENERABILI

COLLEGIO VIRGINVM MACHABAEITICARVM APVD

Coloniam Agrippinam, salutem in Christo Iesu uirginis filio, ac uirginum omnium corona.



Am iterum atque iterum tragematis ac dulcissimi quibusdam prouocat me uestra pietas uirgines optimae, ut aliquo scripto simul & thesaurum uestrum quem sane preciosissimum tenetis, celebrem, & uobis uestrum propositum commendem: in quorum altero religiosa quadam ambitione ducimini, quae non uestram quaeritis gloriam, sed dei, qui in sanctis suis uere gloriosus est: in altero sentio uos spirituale lucrum quaerere: nimirum illud uenantes, ut pro xenijs quae delectant palatum, recipiatis ea quae pascunt animum. Pia captatio est, sancta auaritas est, prudens & uere lucrifera commutatio, planeque digna sapientibus uirginibus: si modo is essem, qui possum ex diuinarum scripturarum myrothecijs aliquid depromere, quod aequae reficiat mentem uestram, ac uestra munuscula reficiunt corpusculum nostrum. Non erratis in affectu, sed erratis in delectu. Quod optimum est diligitis, uerum non eum deligitis qui possit sanctissimis uotis uestris satisfacere. Ne tamen simpliciter ingratus uidear, etiam atque etiam gratulor uobis, deo dilectae uirgines, istum animum nihil aliud sitientem quam gloriam sponsi uestri. Est enim & hoc argumentum sponsae uere castae, sponsi sui gloriam suam ducere. **Psal. 44** Et est ille quidem spectiosus pro filijs hominum, cui uos peculiariter estis addictae, gloriosus in omnibus factis suis, si quis huius mundi fabricam admirabilem undique contempletur, gloriosior tamen in orbe redempto quam in condito. Nutu condidit mundum & angelorum agmina sed precioso sanguine suo restituit quod condiderat. Eadem sapientia, qui est Iesus Christus, quicquid mirabilis huius operis opifex est, quo mirabilis quiddam egeret, arte diuina construxit domum aeternam, ac templum deo dignum, quae est ecclesia, quam ueluti ditissimus rex, omni genere spiritualium ornamentorum decorauit. Quid enim est aurum, argentum, marmor, ebur, quid smaragdus, topasius, beryllus, uariisque gemmarum splendor: si conferatur ad opes diuini spiritus, quae sunt, prophetia, donum linguarum, uirtus in aedendis miraculis, ac sanandis morbis, pax, puritas, charitas, tolerantia: Totum aedificium uirtus est lapidibus admirabili concordia inter se coagmentatis surgit usque ad caelum, ipso Christo lapide angulari totam fabricam complectente, ne qua possit labefactari. Hi sunt uarij sanctorum ordines. In hoc templo gaudeat uersari, quemadmodum alticubi dicit: Deliciae meae sunt esse cum filijs hominum. His operibus magnificus ille Solomon sese iactat, nisi quam admirabilior, nisi quam gloriosior, quam in sanctis suis, quos hoc honore dignatus est, ut illos sua membra reddiderit, & in fratrum nomen ac ius cooptatos regni caelestis fecerit cohaeredit. Pro omnibus mortuus est, praecipua tamen illius gloria est in martyrum turmis, & uirginum choris. Haec sunt preciosissima monilia, quibus haecenus superbit et iactat se Christi ecclesia, quae non nouit nisi de sponsi sui donis gloriam arri. Quicquid enim in sanctis gloriosum est, Christi munus est. Varij sunt deliciae, uaria sunt ornamenta sponsi uestri optime uirgines. Septus incedit diuersis uirtutum gemmis, innumeris flosculorum generibus, sed potissimum oblectat animum suum, uel rosas martyrum, uel lilijs uirginum. Nec mirum si hoc amat, quod est ipse, imò cuius ipse fons est alijs. Ego, inquit, flos camphorae, & lilium conuallium. Ille martyrum princeps est, per hunc martyres fortes sunt: Ille uirginum dux est, & per hunc uirgines uincunt carnem cum suis concupiscentijs. Postea quam ille descendit in terras, et immisso charitatis igni, abiit hyems ac recessit, hi flores passim apparuerunt in terra nostra. Quam erat ante rara uirginitas? At postea quam Christus eam consecrauit, quot milia subito exorta sunt per uniuersum terrarum orbem, iuuenum ac puellarum, qui se sponte castrarunt propter regnum dei? Postea quam ille moriens in cruce docuit esse felices, qui in domino morerentur, quot examina uirorum ac mulierum extiterunt, qui uolentes atque adeo gaudentes sua corpora tradiderunt in mortem pro gloria Christi? Nimirum hoc est, quod sponsus uester gloriatur in **Canticis**: Surge prope amica mea, columba mea formosa, & ueni. Iam enim hyems transiit, humber abiit & recessit, flores apparuerunt in terra nostra. Quanta sterilitas esset in omni terra nostra, nisi sol ille caelestis accenderet animos nostros charitate sua, nisi foueret mentem nostram hymbre suae gratiae? At

quid Euangelico uere uernantius: Quid uberius: Quid amabilius: Rosa breuiem habet purpuram, & liliorum breuis est gratia, unde quidam ethnicus ita scripsit: Nec uirgax apium, nec breue lilium. At isti flores quibus fecunda est ecclesia, nunquam marcescunt. Christus enim est lilium immortale, & suis lilijs confert immortalem gratiam: rosa est immortalis, cuius decorem nunquam marcescit, & suis eandem praestat perpetuitatem. Dicitur autem flos campi propter lūdāeos. Campi culturae sunt idonei: Apud Iudaeos tinctus est precioso sanguine suo quos excoluerunt Moses & prophetae, licet illi cultoribus non satis responderent. Liliū erat cōuallium apud gentes asperas & incultas, quibus persuasum est illum ex uirgine Maria humana carne uestitū fuisse, omnis maculae nescit. Nimirū ille erat liliū euangelicū, quod deus patet sic uestitū, quo modo non erat uestitus Solomon in omni gloria sua. Nec enim Solomon aut quisquam alius sortitus est carnē ex uirgine, nulla primi parentis labe fordida. Huic liliū qui sese adiungunt per fidē, quoniam fiunt una caro cum illo & unus spiritus, purgatur a fordibus, accipiunt candorē innocentiae, & fiunt ipsi quoque lilia. Sic enim eodē in loco continenter loquitur sponsus, qui se liliū dixerat: Sicut liliū inter spinas, sic amica mea inter filias. Quid est liliū inter spinas: uirgo inter cōiugatas. Honestas res est matrimonium, sed spinas ac tribulis obsita. Tribulationē, inquit Paulus, carnis habebūt huiusmodi. Si quis dubitat an matrimonium habeat spinas, cōsulat uxores, quid molestiarū adferat maritus morosus, ebriosus, aleator, adulter, profusus, quid affines, quid impij liberi, & neget, si uideatur, uirginē esse liliū inter spinas. Virgo libera curis huius seculi, cogitat ea quae domini sunt, quomodo placeat illi: quae maritū habet, uelut hinc atque hinc lacerantibus. uarijs curis in multa distrahitur. Omnes quidem qui Christū induerūt, lilia sunt, sed praecipue uirgines. In his patet scitur ac delictatur sponsus ille mirabilis, qui non capitur quibuslibet. Dilectus meus mihi & ego illi, qui pascitur inter lilia, donec aspiciat dies & inclinetur umbra. Tales flores ille colligit, ut cōtexas ex eis coronā immarcescibilem in caelis. Quaedam modum & alibi dicitur: Dilectus meus descendit in hortū suum, ad areolam aromatum, ut ibi pascatur in hortis, & lilia colligat. His nimirū lilijs dicitur apud Ecclesiasticū: Florete flores sicut lilium, et date odorē, & frondete in gratia, & collaudate canticum, & benedicite dominū in operibus suis.

Cant. 2 Virgineis cātilenis delectatur uirgo sponsus. Hoc est canticum nouum, quod nesciebat synagoga, in qua maledicta erat sterilis, quae non pareret. Sed in Euangelio canunt nouam cātionē innumeris, qui empti sunt de terra, & in Angelorum cōfortiū asciti, eo quod uirgines neque nubunt neque ducunt uxores, sed sequuntur agnū, quocumque ierit, uersantes absque macula ante thronum Dei. Multae erant immaculae in conspectu hominum, sed felices quae tales apparent ante thronum dei, felices quae uere canunt nouā cantilenā nouo sponso, psallentes in corde suo, sibique gratulantes, quod pure puro puro hymnos modulatur. Frequenter & uester chorus sponso suo canit hunc hymnum, Iesu corona uirginum, quae mater illa concipit, quae sola uirgo parturit, haec uota clemens accipe. Quanta puritas. In uirgine concipitur e spiritu caelesti, e uirgine nascitur incolumi uirginitatis decore, ipse uirginum princeps & sponsus & uirginum corona. Vxorū gloria maritus est, uirginum gloria Christus est. Porro ut obiter & illud admoneam, metri ratio postulat ut concipit legamus, non concepit. Est enim hypallage temporis, quae gratia etiā habet quorū res ipsa ponitur ob oculos, absque temporis discretionē, alioqui quē offendit tempus in concipit, quorū non offensus est in parturit: Qui pascit inter lilia septus coronis uirginū, sponsas decoras gloria, sponsisque reddēs praemia. Pastor est sponsus uester, qui animam suā dedit pro ouibus suis, qui nec hodie deposuit curam gregis sui. Quotidie seruat, quotidie reuocat, quotidie sanat, quotidie pascit. Habet autē & ipse delicias suas, quibus fruitur, habet sodales proximis, quos hic sponso uocat, habet comites adulescentulas, quas appellat sponsas. In rebus spiritualibus non est sexus, sed ex meritis induntur sexus aut aetatis uocabula. Vnica est sponsa Christi, quae est ecclesia, ea multas habet sodales, quarum unaquaeque sponsa dici potest. Ipse sponsus est unicus, habet tamē quosdam unice charos, quibus committit sponsas suas, ut & illi quodammodo sponsi dici possint. Etenim si Episcopi recte dicuntur pastores, quum unus sit pastor dominus Iesus, quid ueret eosdem dici sponso: Et sponsae quidem huius seculi semper tumēt muneribus ac dignitate suorum sponso, ostentat ac iactant mundum suum: porro quae sponsum non habent, uidentur repudiatae ac destitutae: sponsus autem Iesus suas sponsas pro spectis huius mundi ornamentis, decorat eas animi

animi dotibus: pro mox euantura carnis gloria, confert illis gloriam immortalē. Sponsus uero qui ad exemplum summi pastoris, ad mortē usque depugnarunt pro ouibus illius, tanquam strenuis athletis reddit praemia. Quae praemia: Non coronā quernam aut laureā, non statuam aut titulum aut aliud simile praemium, quod mundus pro rebus bene gestis soler reponere, sed coronam immarcescibilem in caelis, & nomē inscriptum libro uitae, quod nulla unquam aetas sit abolitura. Hoc sodalicio peculiariter delectatur sponsus ille delictosus, qui neminē tamen quamuis humilē fastidit. Sequitur enim: Quocumque pergis, uirgines sequuntur, atque laudibus post te canentes cursitant, hymnosque dulces personant. Iuxta mundum indecorum est uirginem ultro cursitare post sponsum, turpius autem sit, si plures uirgines unum sponsum sequantur. In rebus animi secus est, nihil enim pulchrius quam si quam plurimae uirgines adhaereant uni sponso Iesu. Non mirum autem si cursitant uelut amore sponsi lymphatae. Trahit enim ille secretis illecebris, amabilis supra omnem amorem humanum, speciosus praefilijs hominum, in cuius labijs diffusa est gratia, cuius uultum intueri angeli pro summa felicitate ducunt. Afflat odoribus suis quos uult, & afflatae dicunt: Trahe me post te, curremus in odore unguentorum tuorum. Non possunt currere nisi trahantur, non possunt amare nisi prius adamatae. Et quae iam tractatae sunt, cupiunt copiosius trahi: quae currunt cupiunt accurrere, ut iungantur propius ei quae amant. Porro gratia in labijs illius diffusam senserunt illi, qui dicunt: domine quo ibimus: uerba uitae habes. Omnes qui Christi nomen profitentur, sequuntur pastorem suum Iesum, sed hi soli sodales indiuidui sequuntur quocumque ierit, sequuntur usque ad uerbera, sequuntur usque ad crucē. Dominus Iesus quum esset in terris, saepe ducebat post se ingentē numerum promiscue multitudinis: quum iret Hierosolymā occidendus, rarior erat comitatus: sed longe rarior, quum crucē suā bauians iret in montē Caluariae. At qui uere sunt sponsi sodales, quae uerae uirgines sunt, ne hic quidem diuelluntur a sponso: Quis penderet in cruce, nusquam erat Petrus, qui uxore habuisse creditur, sed uirgines adhaerebant cruci, Maria mater Iesu & Ioannes, reliquae mulieres procul stabant spectatrices eorum quae gerebantur. Sequuntur igitur, & quidem alacres ac uolentes, nec sequuntur mutatae, sed cum cantilenis ac laudibus, hymnosque dulces personant. Quae nuptae sunt hominibus, his non uacat interesse choreis, non uacat, imo non libet aliquoties canere: mos gerendus marito, rixandum cum ancillis ac famulis, castigandi liberi. Nostrae uirgines ab omnibus huius mundi sollicitudinibus liberae, nihil aliud quam in spiritualibus, choris dulces hymnos canunt sponso suo. Nihil enim sibi tribuunt, omnem felicitatis suae gloriā transfundunt in eum, cui uni debent omnia, huiusmodi cantilenis delectatur amator ille, uult cani sua dona: pharisaicas cantilenas odit. Ieiuno bis in sabbato, decimas honorum meorum do pau peribus, non sum sicut ceteri homines. Virgo quo castior est, hoc est modestior. Audite uocem uerae uirginis: Ecce ancilla domini. Et respexit humilitatē ancillae suae. In canticis sponsam suam appellat columbam, huius formam uidere desiderat, huius uocem audire exoptat: Veni, inquit, columba mea in foraminibus petrae, in caeuerna maceriae, ostende mihi faciem tuam, sonet uox tua in auribus meis, uox enim tua dulcis, & facies tua decora. Habet & animus faciem suam, habet & uocem suam. Ex oculis estimatur potissimum facies, oculis indicamus, oculis etiam absque uoce significamus intimos animorum affectus. Simplex est oculus uirginis, non inuidet, non insidiatur, non suspicatur malum, non male cogitat. Huiusmodi facies delectat sponsum, qui paulo post ita loquitur: Quam pulchra es amica mea, quam pulchra es, oculi tui columbarum. Dixerit hic aliquis, quid habet dulcedinis columbae uox querula ac gemebunda, ut quenque delectare possit: Luscinae uox potius erat uocanda ad parabolā. Habet rarus ac uehemens amor perpetuas querimonias, sed blandas & sponso gratissimas. Audi gementem columbam: Cupio dissolui & esse cum Christo. Philip. 1. Et rursus: Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius: Audi alteram columbam: Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est. Et, Super flumina Babylonis illic sedimus & fleuimus, dum recordaremur tui Sion: Haec uoces querulae ac suspiriorum plenae, gratissimae sunt auribus sponsi, huiusmodi cātionibus oblectatur. Quoniam autem dixerant, Haec uota clemens accipe, tempus est ut expromant quid optent a sponso: num diuitias, num honores, num uoluptates, num regnum, num longauitatem: Harum rerum securae sunt, quas semel medullitus corripuit uehementēs amor sponsi. Quid igitur: Te deprecatur

precamur largius, nostris adauge mentibus, nescire prorsus omnia corruptionis uulnera. Agnoscunt quantus thesaurus sit uirginitas, id est, animus incorruptus in corpore incorrupto. Agnoscunt totum hoc quod habent munificentiæ esse sponsi. Opant igitur ut quod largius est auget, ut beneficium beneficio cumulet. Nulla est tam pura uirgo, quæ non habeat, quo proficiat. Vix enim inuenias, quæ ut corpus sit illibatum, non aliquando delinquat cogitatione. Iam uirginitas uera non tantum sita est in dono castitatis, sed omne animi uitium huius uirginitatis est corruptio. Qui deflexit à rectitudine fidei catholica, huius contaminata est uirginitas. De hac puritate loquitur Paulus, scribens Corinthiis: Despondi uos uni uiro uirginē castam exhibere Christo. Timeo autē, ne sicut serpens seduxit Euam astutia sua, ita corrumpantur sensus uestri, & excidant à simplicitate, quæ est in Christo lesu. Virgo contaminata luore, obrectatione, arrogantiā, non caret uulnere corruptionis. Orant igitur ut munificentissimus spōsus auget suas dotes, detq; nescire prorsus omnia corruptionis uulnera. Quid est prorsus? Animo & corpore. Quid est omnia? Quicquid humanus affectus suggerit. Videri poterat hoc uotū improbum, nisi spōsus esset omnipotēs, optimaq; fidei. Ille suos non solum uult esse sui similes, uerū etiam uult idem esse. Sed deus in hac uita nemini perfecte contingere, quod optat chorus uirginū, non erit tamē irritum uotū gratissimi chori. Quod hic meditatē sunt fauente sponso, continget plenū augente sponso. Habet ordines suos ecclesia militans, habet suos & triumphans. Nescio an uidear uobis diuini q̄ par est, immoratus hymno, me certe non pœnitet, Ambrosiano. Nam autorē, ut alia prætermittam argumēta, prodiit in singulis dimetris dictio in fine trisyllaba. In quo puto uirum illū non tam captiue metri concentū, q̄ sacræ triadis electarum symbolo. Multos hymnos habet ecclesia Christi sponsa, sed haud scio, an ulli maiore cum omnium tripudiō canantur, q̄ qui sponsum celebrant in uiciorijū martyrum, aut in uirginum triumphis. Sed ut redeamus ad duos illos flosculos lōge fragrantissimos, rosam & liliū: Quemadmodum Christi mors odore suo plurimos pertraxit ad huius uitę contēptū: ita Christi uirginitas plurimos allexit ad amorē castitatis. Qui trahit sunt ab illo, flores tam & ipsi facti, traxerunt alios. Christus dixit Petro: Sequere me. Petrum q̄ multi sequuti sunt. Quis negat plurimum debere sanctis doctoribus, qui tranquillis rebus doerunt uia domini? Sed quanto plures pertraxit ad Euangelij professionē martyriū fragrantia: quanto plures uirginum exemplū: Magnum est, fortiter et erudite disputare de Euangelio, sed maximum est alacriter mori pro Euangelio. Magnum est contemnerē gloriam aut opes huius mundi, sed longe maius est mortificare carnem cum suis concupiscentiis. Et agnoscit ecclesia quibus debeat. Nullis secundū Christū uberiorē habuit honorem, q̄ his qui sua corpora uolentes ac lubentes tradiderunt carnificum immanitati, pro gloria spōsi, pro q̄ salute gregis, pro quo mori dignatus est ipse: proximus honos habitus est his qui se spontē castrauerunt propter regnum dei. Quantum erat ecclesię totius tripudium, ubi martyr constanter exhalasset animā pro Christo. Quantum luctus, si quis defecisset. Rursus, quanta ecclesię exultatio, si qua uirgo, cui liberū erat nubere sponso homini, sum pro uelo sacro, maluisset nubere sponso Christo. Quātus mœror, si qua relicto uelo, flam meum accepisset matronale: Nimirum rei charissimæ grauis est iactura. Quanto ardore olim cursitatum est à Christianis ad martyriū cineres: Quam sacrosancta fuit illorū apud omnes Christi cultores memoria, quum quotidiē senes, iuuenes, matronæ, uirgines cursitarent ad carceres, uelut ad loca deo consecrata: quum oscula figerentur catenis, quibus fuerant alligati: quū gladius quo fuerant interfecti, seruaretur inter sacras reliquias: Quę memoria lætior ac festiuor ecclesię, q̄ martyriū: Quando modulāt exultantius, q̄ in illorū anniuersariis: Quin horum afflictiones palmas uocat, supplicia triumphos, horū mortes natales appellat: nec in his celebrandis quicq; lugubre, sed omnia plena gaudij, plena gratulationis, plena plausus, plena tripudij. Nec in ullo argumēto se magis ostendit eruditum hominum eloquentia, q̄ in celebrandis martyriū ac uirginum laudibus. Hic Prudentius lyrico carmine uicit Pindari grandiloquentiā, uicit Horatij inimitabilem elegantiam. Hic Græcorum pariter ac Latinorum tuba nescio quid grandius ac diuinius intonuit Heroico carmine. Hic Ciceronis felicē copiam superat Chrysostomus, Cyprianus, Ambrosius, alijq; plures q̄ ut numerandi sint. Quid esse coniectamus in causa? Nimirum martyrum magnitudo suppedibat eloquentiæ copiam, pectoris ardor addebat orationi uitæ pietas

Versus hexameter natus casu.

pietas alacritatē. Fluit illis ubiq; diues oratio, uerum quoties ad martyres uentū est, & uirgines, tum uelut afflatu nimirum nescio quid grandius humano modo sonant. Non hæc sunt humanis studiis, afflatu diuini spiritus hæc geruntur, qui sic uult glorificari sanctos suos, in quibus ambit uideri gloriosissimus. Fateamur hæc esse humana, nisi deus, qui mentes afflat piorum, tot etiam prodigijs decorat martyrum ac uirginū monumenta. Vbi magis torquentur impij dæmones? Vbi magis profligantur morbi medicis immedicabiles? Quis imperator, quis rex ullis stratis, titulis, pyramidibus, templis, collegijs, diuinis honoribus indictis, tantum honoris impetrat etiam in hoc mundo: Nimirum sic deus honorat martyres suos, qui hic uidebentur afflictū, humiles ac defecti: sic uirgines suas, quæ uelut in mortuæ mundo, totam suam spem collo carunt in sponso Iesu. Sed martyrum gloria nō temere nisi à morte clarescit. Virginitas etiā in hac interitū uita suū habet decus. Quis em̄ tam barbarus est, ut non faueat uirgini: In medijs bellorū tumultibus immanis hostis uirginitati parci. Et si credimus historijs, mutæ belluæ, truces quæ feræ uirginitati deferunt: Quantum honoris olim habitū est Romæ uirginibus Vestalibus? Quod est illud natiuum uirginitatis decus, quod agnoscunt idololatræ, quod teueretur barbarus hostis, quod sentunt mutæ belluæ, cui parciunt feræ? Quanto iam honorabilior uirgo Christi, si tantus est honos uirginib. huius mundi: Sumē uirgo sanctam superbā, & infra tuā dignitatē putato, quicquid hic mundus iactat uoluptatū aut honorū. Sanctum est superbiere in sponso: pium est gloriari in eo, cui debes omnia. Tutū etiam est illius fiducia cristas tollere aduersus mundū, suas ostentantē delicias. Non est animus in præsentia, quicquid in laudē martyrum aut uirginū dici potest, persequi. Habetis Cypriani libros, habetis Ambrosij, habetis Tertulliani & Hieronymi, quorū posteriorum uterq; penē nimius fuit in admiratione uirginitatis. Non enim sic attollenda uirginitatis excellentia, ut huius laus cū iniuria casti matrimonij cōiuncta sit: sed hæc eo repeto charissimæ uirgines, ut perspiciatis q̄ felix sit uestriū collegiū, cui contigit utrunq; possidere, quod diues illa Christi sponsa ecclesia præcipuū habet in suo mundo. Seruatis enim fragrantissimas illas rosas septē fratrum Machabæorum, ac matris, cuius fecunditas non marito genuit, sed deo. Feliciter illa quidē saris uirginitatis iacturam tot filiorū uirginū martyrio. Non genuit uirgo, nam id uni fœminarū datū est, sed uirgines genuit et martyres: Virginitatis exemplū ex se præbere nō potuit, sed quod potuit, magno studio præstitit. Ad uirginitatē instituit filios, ad martyriū cohortata est, præcessura quoq; ni metuisset tenere suorū etati. Itaq; uirginitatis gloria non cōtingit matri cū filijs: sed in martyrij negotio tāto maior est laus matris, q̄ spectatrix crudelitū suppliciorū in singulis filijs passa est, quicquid in illorū corpora potuit carnificū crudelitatis. Hoc fortius est q̄ semel supplicijs finire dolorē. Parētes atrocitus torquētur in liberis, q̄ in seipsis, Nouit hoc & tyrannorū ingeniosa crudelitas, qui quod tormētis extorquere nō possunt à parentib. extorquēt tortis in illorū cōspectu filijs. Toties uidet dilacerari sua uiscera & mulier & mater. Vbi hic sexus imbecillitas: ubi pietatis affectus, qui in matrib. solet esse, q̄ in uiris impotētiōr? Nimirum pietas in deū superauit pietatē humanā, & sexus imbecillitatē uicit ardor fidei. Salue felicissima uirago, quæ uiris omnib. fortitudinis exemplū dedisti. Saluate flosculi bellissimi ecclesię, qui uelut præoces delictę præuenistis uer Euangelij, et ante proditū Euangelij, prestistis Euangelicā uirtutē. Nondū erat autē dita uox eius, qui uirgo natus est ex uirgine: Beati qui se castrauerunt propter regnū dei, tē tamē hanc laudē uos occupastis. Nondū erat auditū: Qui uult esse meus discipulus, tollat crucē suā & sequatur me: uos tanq; prodromi Christi passurū ad umbrastis. Atq; animæ quidē uestre nunc in cœlis sequuntur agnū, quocunq; serit: cæterū illibata uestra corpora, quæ ut habuistis fœcia suppliciorū, ita recipietis olim in æternæ felicitatis cōfortiū, nō deicit a libi seruari magis q̄ in sancto uirginū collegio. Nūc ad uos o uirgines huius tati thesauri custodes, mea sese uertet oratio. Habetis in eisdē adolescentib. & castitatis exemplū, quod imitemini: & martyrij laureā quā prædicetis, glorificātes spōsum uestriū, qui certa uit in illis, qui uicit in illis, qui triumphat in illis. Habetis in eodē calathio lilia mixta rosis. Utrunq; decus cū altero certat, nec alterum tamē ab altero obscuratur: sed utrunq; alterius accessione fit illustrius, ueluti cum ebur, ut ait ille, corrūpitur ostro, aut quum gemma candēs includitur fuluo auro. Est autē tam ambiguum gloriæ certamē inter martyre & uirginē, ut ego, si res in contentionē uocetur, non ausim pronūciare utrum alteri præferri

debeat. In Christo fuit utrumque consecratum, sed tamen plus debemus illius cruci, quam uirginitati. Beatitudinis elogium tribuit his, qui se castrassent propter regnum dei, sed crucis imitatione exegit. Mafus autem uidetur, quod quum non exigatur, tamen beatum reddit, si quis ultro prester, ac persecutionis quidem tempore magna quaedam res est, animus pro dei gloria semper paratus ad omnia mortium genera. Sed habent tempora, quemadmodum & mare, suas tranquillitates, & licet nonnunquam effugere carnificis manus. Quod si urget certamen extremum, mors, corporis & cruciatuum finis est, & felicitatis initium. Virgini longum ac perpetuum certamen est cum hoste domestico, quem nec occidere fas sit, nec effugere possis. Hic nimirum est caro, quam uelimus nolimus, circumferimus subinde rebellantem spiritui. Hanc uincere ne cui uideatur leue, saepe legimus illecebris superatos, qui terrore mortis superari non poterant. Hactenus expendit nostra collatio, utrum sit altero fortius: sed mihi quidem uidetur uirginitas in hoc etiam felicior, quod quaedammodo ante per occasionem diximus: martyrii flos non enitescit nisi post mortem, uirginitas etiam in hoc seculo suum habet candorem, suam habet fragrantiam, suam habet gratiam ac dignitatem. Animi flos est uirginitas, sed relucet etiam in uultu, in oculis, totoque corporis habitu angelica quaedam puritas ac nitore uirens, sentiens, nesciens, hic ueluti meditans esse, quod omnes expectant post hanc uitam, qui pie uixerint in Christo Iesu. Animus integer & incorruptus uigorem suum transfundit in corpus, quemadmodum mens uitibus infecta quodammodo relucet, uel horret potius in ipsa corporis specie. Porro libido in proprium etiam corpus contumeliosa est. Quum in resurrectione non senescunt piorum corpora? Quoniam his iam imperabit animus, qui senium nescit. Ut mors, ita morbus & senium ex peccato est. Tolle peccatum, & minus erit senium, & si contingat senescens, continget floridior. Itaque uirgo iam hic aliquam felicitatis suae partem praecipit, in corpore mortali speciem quandam exhibens futuram immortalitatis. Principes huius mundi non maiori studio curant milites suos, quam feminarium: unde quum res flagitat, colligant tyrones: quod si deficiat, unde sufficiens exercitum? Ac iam saeculis aliquot sub principibus Christianis nullae procellae sunt exortae, quales olim erant sub Nerone, Domitiano, Iuliano, Maxentio. An sub his melius habeat res Christiana, non est meum definire: certe per hos in arcum contracta est. Verum utcumque se habet, si rursus incideret tempestas, quae posceret martyrem, unde potius haec manus colligenda uideatur, quam ex his, qui spretis omnibus huius mundi blandimentis, sese totas consecrarunt Iesu sponso caelesti, qui sua sponte carnem suam crucifixerunt cum uitibus ac concupiscentiis: eamque uoluptatem amore sponsi contempserunt, cuius unius gratia plerique mortales cuperent hic perpetuo uiuere. Vera uirgo minimum abest a martyre. Martyr patitur a carnifice caedi carnem suam: uirgo quotidie uolens mortificat carnem suam, ipsa sui quodammodo carnifex. Aliquanto fortius est domare caprum hostem, quam occidere. Martyr tradit corpus suum, uirgo subigit & in spiritus seruitutem redigit. Quum trepidabit uirgo Christi ad manum percussoris? An requiret opes, delicias, fastum, luxum, uoluptates, quae ceteros remoratur in hac uita? At his omnibus iam dudum renunciauit. Quae nihil amat in hoc seculo: quae mortua mundo, soli uiuit Christo, quae quotidie columbinos audit gemitus, cupiens propius iungi adamato sponso suo, & illius stringi amplexibus: nonne libens emigrabit ex hoc corpufculo, in quo scit se peregrinari a domino? Qui uiri mirabilis animi robur praestiterunt in tormentis, quam uirgines martyres, Agnes, Cecilia, Agatha, & harum sodales innumerae? Proinde uirgo quum traditur carnifici, non incipit martyrium, sed absoluit iam pridem inchoatum. Haec si cui uidentur ardua, cogitet & uirginitis professionem supra uires hominis esse, dignitatem angelicae parem. Neque uero omnes uirgines sunt, quae uelo nigro tectae sunt. Etenim quemadmodum iuxta Pauli doctrinam, quae uerae uirgines sunt discernuntur ab his quae falso nomine dicuntur uirgines, & eisdem quae uiuunt in deliciis dicitur mortuae: ita uirgo, quae aliud amat in hoc mundo quam sponsum suum, uirgo non est. Sunt in Euangelio uirgines prudentes quae sibi multis operibus pietatis prospexerant, ne deficeret oleum in lampadibus: erant & fatuae. Et Hieronimus deplorat uirgines squalidas, neque enim huius nominis dignitas competit in eam, quae licet corpus habeat intactum uiro, tamen animus impuris cogitationibus cum adultero Satana colloquium habet. Quae nolens uiuit caelebs, iam nupta est: quae corrumperetur si liceret, iam corrupta est. Difficillimum est uolantis animi cohibere cogitationes omnes

omnes, & tamen aduersus has ingruentes precibus, sacra lectione, ieiunijs, pijs occupatiuonibus pugnandum est, assentiri uenenum est. Colloquuta est prima uirgo Eua cum serpente, & hinc omnium malorum origo: oculos habebat impudicos, quos pomi blandimentis illecebra adulterauit. Vestitus cultior, picta facies, epistola adolescentum blandae munuscula ultro citroque missa, moriturae uirginitatis indicia sunt. Cui colitur uirgo, semel Christo consecrata? Quum expetit iuuenum consortia, quae in hoc accipit uelamen, ne mundus conspiceret, quod sponso Christo dicatum esset? Mulier quae nupta est ornat se uiri oculis, uirgo quae Christo nupta est, quum ullius hominis oculis se colit? Audite quid illa dicat apud Poetam eruditum, sed ethnicum:

Cui colar infelix, aut cui placuisse laborem?

Ille mei cultus unicus autor abest.

Si cultum negligit illa, quia non adsit sponus, qua fronte comit se uirgo in hoc mundo, cuius sponus est in caelo? Quorsum adstat speculo, semel desponsa Christo? Quin te metipsam contemplaris in fonte scripturae diuinae? Quum autem his ornamentis expolite se, quibus ille offenditur? Ista mundities in oculis sponsi uestri sordes sunt merae, iste nitore squalor est, isti odores nausea sunt. Amat ille spiritus nitelas, amat animi munditiam, amat pigmenta mentis. Quicquid habet mundus earum quae se comunt oculis mundi, uirgo Christi magnificentius ornatur earum rerum contemptu, quam copia: decentius ornatur derafa coma, sacroque uelamine, quam ulla sponsa sericis, auro, gemis, ac purpura. Nam sycorum ementitus nitore, etiam in ethnicis semper uitio datus est. Sponsa Christi tot habet ornamenta, quibus commendatur oculis dei, quot ornamenta mundi contempsit amore sponsi sui: pro gemis ornatur uirtutibus, pro purpura charitate, pro auro sapientia, profucis animi simplicitate, pro sericis castitate, uerecundia, pro monilibus modestia. Non offuscatur uestium sordibus pudicitiae candor. Ex ueterum monumentis liquet, quae fuerint praecipue uirginum laudes, abluere pedes miserorum, lauare pannos pauperum, absidere & inseruire agrotantibus, contrectare corpora ulceroforum amore Christi. His rebus sordidata uirgo formosissima est Christi oculis. Ceterum quoniam nunc diuersum est sacramentum uirginum institutum, inter se certent officijs charitatis, manibus parent, quo subueniant pauperum inopiae. Et si quando uirgini inciderit cum prophanis colloquium, illud studio sit, ut a colloquio suo dimittat illos emendatiores, non ut ipsa discedat corruptior. Reddat uos cautiore primae uirginis exemplum, quae corrupta ueteratoris colloquio, contemnit se in miseriam lamentabilem. Adulescens lubrico uultu, lasciuus oculis, impudica lingua quouis serpente perniciosior est. Imitemini nouam uirginem, ducet ac principem institutum uestri, ea non colloquitur cum serpente, sed inclusa penetralibus suis colloquitur cum angelo, & hinc initium omnis salutis. Virgo quae loquitur cum impudico iuene, cum serpente loquitur. Virgo quae pijs uotis sollicitat deum, quae meditatur in sacris libris, cum angelo loquitur, uel cum sponso potius. Vtrum tutius est? utrum honestius? utrum magnificentius? Quare si quando titillabit animos uestros desiderium earum rerum, quas ut & suauis & preclaras ostentat mundus, cogitate, quod res est, eas uos non reliquisse, sed magno lucro uestro permutatasse. Proinde nihil infelicis illis, quibus nec mundi commodis frui licet, quas sicut, nec suis delicijs fruuntur ob animum carnis cupiditatibus uitiatum. Habent mundi uirgines suas sodales, habent ornamenta, habent lusus, habent cantiones & choreas, sed haec qualiacunque sunt, tantisper habent donec aetatis florem marito prostituerint. Verum haec omnia Christi uirginibus ut uera sunt & interna, ita sunt & perennia. Illae mox posito seruito uirginali flammeum accipiunt matronale, nimirum seruitutis indicium, etiam Paulo resiste. At uirgines deo dicatae semper uelatae sunt sponso suo, ne uideantur ab adultero mundo. Est enim zelotypus amator Iesus, non patitur suas delicias prophanis oculis prostituui. Immo utrum est felicitus, ancillam esse mariti, an Christi? Ecce, inquit illa, ancilla domini. Quaecumque uere est ancilla domini, domina est mundi. Interpretare uirgo uelamentum, regni insigne est, non seruitutis. Quae maritis uelantur, seruitutem humanam profitentur. Nec semper est o bona, maritorum leue imperium. Saepe pro maritis contingunt domini difficiles, procaces, inclementes, aleatores, ebriosi, profusores, obarati, scabiosi, rabiosi, percussores. Ne quid interim dicam de grauioribus maleficijs, aut morbis. Accedit his cura rei familiaris, cura liberorum, negotia affinium, lites, orbitas, uiduitas.

Nec enim est simplex afflictio carnis, quā Paulus denūciat his, qui coniugium malunt. Non est huius instituti declamatoria ratione persequi quicquid incommodum sequitur coniugium. Hæc experimēto discere misera est prudētia, præstat e libris eruditorū hominū discere. Quod si ne his quidē habet fides, accersere o uirgo quāpiam ex his, quæ satis feliciter nupserūt, hanc obtestare ut narret tibi uerā sui matrimonij historiam: audies unde minus poeniteat te tui propositi. Iam propone tibi exēpla uirginū, quæ nupserunt infelicissimæ, quæ plurima turba est, et quicquid illis accidit, puta tibi accidere potuisse. Quicquid malorū, quicquid calamitatū frequēter accidit ijs, quæ nubunt sponso mortali, huic in totū subductæ sunt, quæ uere, quæ ex animo nubūt immortalis sponso Iesu. Non est, mihi credite, tristis aut inamabilis sponus Iesus. Visus est olim non habens speciem neque decorem, sed nunquam erat amabilior, quā cum amore sponsæ formam illam induisset. Quæ puella non pluris faceret procum suum, si relicta paternis opibus rusticano sago tectus confugeret ad humilis uirginis casulam, ut illius coniugio potiretur: Quid autem si per uulnera ad adamatam sponam properaret? An non ille in pannis, & sanguine perfusus uideretur amabilior? Haud dubie uideretur amanti. Iam cogitate an uester sponus, qui uestra causa patris arce relicta descendit in terras, & dissimulata diuinæ naturæ maiestate induit formam serui, sese dericiens usque ad ignominiam crucis, sit uobis fastidendus. Amanti sponam uirgini monasterium non carcer est, ut quidam calumniantur, sed paradysus est. Non licet uobis uagari quod libet, istuc uirginibus nec tutum est nec honestū, proinde nec exoptabile. Nisi forte placet exemplum Dinæ. Non est tristis aut inamōna res uirginitas, habet in sacris literis sua uiridaria, in quibus cum optimis sponsi sodalibus spatietur. Deum immortalē cū qualibus; cum Tecla, cum Cecilia, cum Agatha, cum Theodora, cum Eustochio, alijsque innumerabilibus. Habet sua festa spiritualia ex uarijs uirtutū flosculis concinnata: habet unguenta sua, ut possint cū Paulo dicere: Bonus odor sumus deo in omni loco: habet sponus delicias unguentorum spiritualium, quorum fragrantia superat omnia aromata. Quid amabilius nomine Iesu. Unguentum effusum est nomē eius. Quæ hoc odore tractæ, cursu sequuntur illū, quid tædij sentire possunt in hac uita? habet & uirgo suum unguentū, quo uicissim oblectat sponsum suum. Dum esset, inquit, rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suum. Et in Euangelio ducturus sponam suā ecclesiam nardo peccatricis perfunditur. Habet a Dauid cytharas suas, habent psalterium, habent cantilenas, & hymnos spirituales, quibus iugiter psallunt in cordibus suis domino, gratias agentes, laudantes & obsecrantes, nonnunquam & dulcibus suspirijs desiderantes sponsi præsentiam, si quando ille sese ad tempus subdixerit: declinat enim ille nonnunquam ac transit, non ut deserat, sed ut amorē redintegret. Quid habet mundi uirgines quamlibet felices, quod ad hæc solatia conferri possit? Locus angustus uideri non potest, quibus mox aperitur immensitas cœli: sodalitiū infrequens uideri non potest, quibus propediem continget omnium sanctorum sodalitas. Quid ni dixerim propediem quantula enim est huius uitæ summa? ut iam contingat senectus, quæ quoto cuique contingit? Proinde uirgines optima, agnoscite uestrā felicitatē, & non inuidebitis mundo suas delictarū præstigijs: agnoscite uestrā dignitatē, et non expetētis sordida mundi cōmercia. Nisi te cognoueris, inquit, pulcherrima inter scēminas. Comminatur sponus uirginibus, nisi agnouerint suā beatitudinē. Non agnoscunt autē, quas instituti poenitet, quæ mundi delicias suspirāt. Cogitate quali sponso nupseritis, illi totis præcordijs adhaerete, in quo semel habetis omnia, quæ uelæta sunt aut magnifica. Animet uos ad constantiam exemplū sanctissimorū iuuenum, qui magis etiā gaudebunt suorū corporum pignora seruari in uestro collegio, si senserint uos æmulatrices suarum uirtutū, quibus deo placuerunt. Ornant illi uestrum sodalitiū, sic illos uicissim ornabitis integritate morum uestrorū. Illi tot supplicijs excarnificari maluerunt, quam gustare carnem suillam. Vos putate carnē esse suillam, quicquid ingratum est sponso uestro. Si fueritis æmulatrices pulcherrimæ certaminis, eritis & gloriæ cōsortes opitulante sponso uestro Iesu, qui cum patre & spiritu sancto uiuit & regnat in æternū, Amē.

VIRGINIS ET MARTYRIS COMPARATIO,
nis per Des. Erasmum Roterodamum, Finis.

IOHES ERASMI ROT CONCIO DE

PVERO IESV, PRONVNCIATA A PVERO IN NOVA

Schola Ioannis Colēti, per eum instituta Londini, in qua præstita
det imago pueri Iesu, docentis specie.



Ver apud pueros uerba facturus de ineffabili puero Iesu, non optarim mihi Tullianam illam eloquentiam, quæ breui atque inani uoluptate aures delinuat. Quantum enim abest Christi sapientia à sapientia mundi (abest autem immenso intervallo) tantum oportet Christianam eloquentiam à mundana differre eloquentia. Sed illud una mecum ardētibus uotis impetretis uelim ab optimi Iesu patre deo, à quo ceu fonte bonorum omnium summa proficiscitur; quicquid solus secundo illo suo spiritu linguas infantium reddidit disertas, uel e lactentium ore latidem absolutā dopromere solitus: ut quæadmodū omnis nostra uita non aliū exprimerē debet, quam ipsum de quo dicturi sumus Iesum, ita & oratio nostra illū sapiat, illū referat, illum spiritum, qui & uerbum est patris, & uerba uitæ solus habet, cuius sermo uiuus & efficax penetrantior est quouis gladio ancipiti, ad intimos etiam cordis recessus penetrans: utque ipse, de cuius uentre flumina promanāt aquæ uiuæ, non grauetur per organum uocis nostræ ueluti per cannalem, in omnium uestrum animos infuere, multoque gratiæ cœlestis irrigare succo. Id ita futurum confido commilitones mei charissimi, si prius uotis purgatas, ac uere sitientes aures adiungētis, eas uidelicet aures, quas æternus ille sermo requirens in euangelio. Qui habet, inquit, aures ad audiendū, audiat. Nos porro cur non audeamus rem hanc arduam quidem illam, sed tamen piam aggredi; præsertim ipso adiutore deo, in quo hoc plus potest mortalis infirmitas, quo minus suis nititur uiribus, & in quo Paulus omnia se posse gloriari. Iam uero cū tanto studio flagret isti qui mundanæ, hoc est, diabolicæ militiæ dedere nomina, ut suū quicquid ducem laudibus uehāt, nobis quid prius, aut antiquius esse debet, quam ut præceptorem, uindictam imperatorem nostrum Iesum, ac eundem quidem omnium, sed tamen peculiariter nostrum, id est pueros principem, certatim prius celebre mus præconijs? Hunc in primis cognoscere studeamus, cognitū laudemus, laudatum amemus, amatum exprimamus atque imitemur, imitantes eo fruamur, fruentes immortalis felicitate potiamur. Sed in tam ubere, tamque immensa rerum copia, unde quæso initiū, aut ubi finem nostra reperiet oratio, cum is de quo loqui paramus, fons sit, uel (ut uerius dicam) Oceanus bonorum omnium. Verum ut ipse natura incomprehensus & infinitus, tamen sese uelut in arcū cohibuit contraxitque, itidem & nostra oratio in explicandis eius laudibus, quæ modum nesciunt, modum tamen ipsa sibi faciat oportet. Equidem tria potissimum esse uideo, quæ uel discipulorum, uel militum animos solent ad gnauiter agendum inflammare, ea sunt ducis admiratio, amor, & præmium. Itaque quo præceptori nostro ac dulci Iesu studijs alacrioribus pareamus, agedū singulatim hæc in eo pia curiositate consideremus: Primo loco quā sit suspiciendus undique, ac stupendus: deinde quantum topere diligendus, atque ob id imitandus; postremo quā ingens dilectionis fructus. Ac mos quidem est rhetorum in hoc dicendi genere illustrium principum adhibere exempla, uidelicet quo collatione crescat is quem conantur laudibus attollere. Verum imperator noster usque a deo superat omnem celsitudinis humanæ fastigium, ut quicquid quantumuis egregiū adhibueris, reherbas admodum non luce. Cuius enim imagines ac nataliū splendor non uideatur esse fumus, si cū Iesu cōponas, qui quidē ineffabili, imò etiā incogitabili ratione deus à deo semper absque tempore nascit, æterno summoque parenti per omnia æqualis: Quamquam huius uel humana natiuitas nonne facile regū omnium claritatem obscurauerit: quippe qui stupente rerum natura, autoire patre, afflante spiritu; pronubo angelo, citra uirilem operam, uirgo de uirgine, cœlestis grauida, natus est homo in tempore, & rursum ita natus est homo, ut neque deus esse desineret, neque sordidū nostrarū quicquid omnino contraheret. Iam uero quid eo fingi potest amplius, qui infusus per omnia, nullo tamen loco cohibitus, in seipso manet immensus: Quid illo ditius, qui summū illud est bonum; à quo bona promanāt omnia, nec tamē ipse diminui potest: Quid illustrius eo, qui splendor est paternæ gloriæ, quicquid solus illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum? Quid

Quid illo potentius, cui pater omnipotens uniuersam tradidit potestatem in caelo & in terra? Quid efficacius eo, qui simplici nutu condidit uniuersa, ad cuius iussum silescit mare, uertuntur rerum species, fugiunt morbi, concidunt armati, pelluntur daemones, seruiunt elementa, scinduntur petrae, reuiuiscunt mortui, resipiscunt peccatores, denique nouantur omnia? Quid augustius eo, quem admirantur superi, tremunt inferi, medius hic orbis supplex adoratur, ad cuius comparationem summi reges nihil aliud quam uermiculos esse sese confitentur? Quid eo fortius atque inuictius, qui solus mortem alijs inuicta, sua morte deuicit, ac Satanae tyrannidem caelesti uirtute demolitus est? Quid triumphantius eo, qui perfractus ac spoliatus inferis, tot pijs comitatus animabus, uictor caelos adiit, ibique sedet ad dexteram dei patris? Quid illo sapientius, qui tam admirabili ratione cuncta condidit, ut uel in apiculis tot tantaque suae sapientiae reliquerit miracula, quaeque tam stupendo rerum ordine atque harmonia necit, continet, administrat uniuersa, obiens omnia, nec tamen a seipso discedens, omnia mouens ipse immotus, omnia concutiens ipse tranquillus: postremo in quo id quod stultissimum est, uniuersam mortalium sophorum sapientiam longo superat intervallo? Cuius debet nobis esse grauior autoritas, quam eius de quo pater ipse palam est testificatus? Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui, ipsum audite. Quid aequae reuerentiae, atque is cuius oculis perspicua sunt omnia? Quid perinde formidandum atque ille, qui solo nutu potest & animam & corpus in Tartara mittere? Quid autem formosius eo, cuius uultum intueri summa est felicitas? Denique si multis pretium addit antiquitas, quid illo antiquius, qui nec initium habet, nec finem est habiturus? Sed fortasse magis conuenit, ut puerum admiremur, quandoquidem hic quoque stupendus occurrit, usque adeo quod illius est infimum, sublimius est ipsi quae sunt apud homines excelsissima. Quantum erat ille, quem infantulum uagientem, pannosum, abiectum in praesepe, tamen coelestis canunt angelus, adorant pastores, adorant et quem genuit, agnoscunt bruta animantia, indicat stella, uenerantur magi, timet rex Herodes, trepidat omnis Hierosolyma, sanctus amplectitur Symeon, uaticinatur Anna, & in spe salutis erigitur pijs. O humilem sublimitatem & sublime humilitatem. Si noua miramur, quid simile unquam aut factum, aut auditum, aut cogitatum? Si magna suspicimus, quid nostro Iesu modis omnibus amplius, quem nulla creatura possit uel exprimere uoce, uel cogitatione concipere? Huius magnitudinem qui uelit oratione complecti, is multo stultius agat, quam si conetur uastissimum Oceanum angusto exhaurire cyatho. Adoranda est eius immensitas magis quam explicanda, quam uel hoc ipso magis mirari conuenit, quo minus assequimur. Quid ni nos faciamus, cum magnus ille praecursor indignum sese pronunciet, qui corrigiam calciamentorum eius soluat? Agite igitur pueri suauissimi, hoc tam inclyto puero Iesu praecceptore, hoc tam insigni duce, sancta superbia gloriemur, huius sublimitas nobis ad pietatem audendum animos addat, in hoc uno nobis ipsi placeamus, ut exstimantes illius omnia nobis esse communia, nos ipsos meliores arbitremur, quam qui semel tali addidit imperatori, mundo utriusque, sordidissimis utique dominis seruamus.

SECUNDA PARS.

Sed admirantur, & contremiscunt etiam daemones, amant soli pijs. Quamobrem altera huius orationis pars, ut propius ad nos pertinet, ita est attentioribus auribus accipienda, uidelicet quot nominibus Iesus sit nobis amandus, uel redamandus magis, ut qui nos & nondum conditos, ante omne tempus amavit in se, in quo iam tum erant omnia. Itaque natura sua bonitate cum nihil essemus, nos finxit, finxit autem non quoduis animal, sed homines, et finxit ad sui ipsius imaginem, hoc est summi boni capaces, ac faero sui oris afflatu spiritum uitalem indidit. Ad haec caeteris animantibus imperio nostro parere iussis, quin etiam angelis in nostri tutelam designatis, latissimam hanc, ac pulcherrimam mundi fabricam nostris addixit uisibus. In qua nos uelut in admirabili quodam theatro constituit, ut in rebus creatis opificis sapientiam admiraremur, bonitatem amaremur, potestatem ueneraremur, quoque id magis fieret, tot animi dotibus ornauit, tam perspicaci ingenij lumine condecorauit. Quid hoc animante fingi poterat uel admirabilius, uel felicitius? Sed o semper felicitatis comitem inuidiam. Rursum serpentis astu in peccatum, hoc est plusquam in nihilum relapsus est miser. Sed hic tu rursum optime Iesu, quam ineffabili consilio, quam inaudito exemplo, quam incomparabili charitate tuum figmentum restituisi? Nam ita restituisi, ut labi

ut labi propemodum expeditur, eamque culpam quidam non absurde felice uocauerit. Omnia debebamus conditori, at reparatori plusquam omnia debemus. Vltro temetipsum e regno patris in hoc nostrum exilium demisisti, ut nos paradiso exactos, caeli ciues redderes: nostram humanam carnem assumpsisti, ut nos in tuae diuinitatis consortium ascisceres: nostrum hunc limum induisti, ut nos immortalitatis gloria uestires: nostra teclis forma, nobiscum in hoc calamitoso mundo complures annos agere uoluisti, ut uel sic in tui raperes amore: nudus in hanc lucem, imò noctem emerisisti, nobiscum atque adeo pro nobis uagisisti, esuristi, alisisti, aestuasti, laborasti, de lassatus es, eguisti, uigilasti, ieiunasti: tot malis nostris obnoxius esse uoluisti, ut nos ab omnibus, exceptis malis, in tui, hoc est summi boni comunione affereres. Deinde per omnem sanctissimam uitam tuam seriem, quam efficacibus exemplis animos nostros inflammas: quam salutaribus preceptis erudis, ac formas: quam stupendis miraculis expergescis: quam blandis monitis trahis: quam certis promissis inuitas, ut non sit alia comodior uita ad te, nisi per te ipsum, qui unus es uita, ueritas, & uita. Sed uiam non indicasti modo, uerum etiam aperuisti, dum pro nobis uinciri, trahi, damnari, rideri, caedi, conspui, uapulare, probris affici, demum in ara crucis agnus sine macula immolari uoluisti, ut nos tuis uinculis solueres, tuis sanares uulneribus, tuo lauares sanguine, tua morte ad immortalitatem eueheres. In summa totum te nobis impendisti, ut tui (si fieri posset) sacra nos perditos seruares. Vitam reddidisti, toties tuis apparuisti, atque illis intuentibus patrem reperisti, ut membra considerent eodem se peruentura, quod caput iam praecelsissime conspicerent. Deinde quo magis confirmares amicos patre placato, egregium illud perpetui amoris tui pignus misisti, sacrum illum spiritum, quo mortui mundo, longe uerius ac felicitius iam uiueremus in te, quam nostro hoc spiritu uiuimus. Quae quid his summae charitatis argumentis poterat accedere? Ne haec quidem tam multa, tam magna flagrantissimo tuo in nos amoris fat erant. Quis enim commemorare possit, quot martyrum mortibus nos ad huius uitae contemptum animas: quot uirginum exemplis ad continentiam accendit: quot sanctorum monumentis ad pietatem sollicitas: quam admirandis ecclesiae tuae sacramentis communis pariter et ditas? Ut consolari, erigis, armas, doces, mones, trahis, rapis, mutas, tuas formas nos arcanis tuis literis, in quibus uiuas quasdam tuis scintillas condidisti, magnam amoris incendium excitaturas, si quis modo pia diligentia conetur excutere. Denique quam undique nobis obuius es, ne quando liceat obliuisci tui. Ad haec quam paterne toleras peccatores, quam clementer recipis ad te redeuntes? Nec imputas beneficia tua gratis, nec respicitibus nostra impuras malefacta. Ut subinde tacitis uellitas, ac trahis instinctibus: ut emendas aduersis: ut allucis prosperis: ut omnem moues lapidem, ut nusquam cessat ardentissima tua charitas in fouendis, afferendis, tuendis, beandis nobis: Sed quam pauca de tam innumeris perftrinaximus commilitones? & tamen uidetis quam sit immensus beneficiorum aceruus. Eat nunc qui uolet, & Pyladas, Orestes, Pirithoos, Theseos, Damonas, ac Pythias uerbis phaleratis efferat, mera praeter his nugamenta. Atque haec quidem contulit ultro nihil pro meritis, imò transugis, atque hostibus, & a quibus nihil omnino mutui beneficii redire poterat. Si mediocribus officijs homines ad amandum hominem accendimur, hunc conditorum reuindicare, sic amantem, sic promeritum, num saltem redamabimus? quandoquidem hanc solam gratiam ille a nobis reposcit, quam tamen ipsam in nostrum refundit lucrum. Adamas sanguine mollescit hircino, Aquile, leones, pardi, delphines, dracones agnoscunt ac referunt beneficium: & o duritiam cordis humani plusquam adamantina, si tam inaudita charitate non mitescit: o ingratitude plusquam beluina, si tantorum meritorum potest obliuisci: o singulari reimpudentiam dicam potius dementiam, sic conditus, sic restitutus, sic locupletatus, tanta obrutus beneficentia, ad tantas uocatus spes, quicquam amare potest, praeter illum unum, in quo, & a quo sunt omnia, quaeque nobis omnia secum impertit. Porro autem quanquam haec charitas mortales omnes complectitur, tamen nos illi peculiariter debemus, propterea quod in nostrum hoc est puerorum ordinem singulari quadam propensione atque indulgentia fuisse sese, pluribus declarauit argumentis. Primum quod ita ut erat uatum oraculis promissus, puer paruulus natusci uoluit, cum esset immensus. Propterea quod adhuc uteri uirginei latebris inclusus, infantis ite nondum nati gesticulatio, atque exultatio gauisus est salutari. Deinde quod statim innocentium puerorum sanguine, suam natiuitatem uoluit consecrari, ut his quasi uelutibus, dux in uictus bellum auspicaretur. Adde his, quod instante morte triumphali Hierosolymam ueniens, puerorum

Puerorum occurſu, atq; officio decorari, puerorū uoce ſuas laudes decantari maluit. Iam uero q̄ amanti, quamq; ſollicitū puerorum patronū agit, cū matribus infantes ſuos offerentibus, ut Ieſu cōtactu cōſecrarentur, diſcipulos ne poſſent admitti uetantib; indignās: Simite, inquit, paruulos uenire ad me. Neq; uero pueris benedixit tantū, uerum etiā negat ulli mortalium aditum parere in regnum cōlorum, niſi qui ad paruulorū formā deſcenderit. Rurſum q̄ amanter & illud: cum tam grauiter deterret ab offendendis puſillis, affir māſ magis expedire, ut molarī ſaxo collo alligato præceps in mare detur aliquis, quam ut unum quemlibet ex his paruulis offendat. Atq; his q̄ inſigne addidit elogium ad puerorum commendationem. Amen dico uobis, angeli eorum ſemper uident faciē patris. Gratiās agit tibi tuus, tibiq; dīcatus grex Ieſu præceptor, cui quaſo ut ſacras tuas manus ſemper admouere uelis, & ab omni ſcandalo procul arceas. Quid illud? nō me magnū amoris iudicium, cū puero in mediū collato, diſcipulis eum exemplum proponit? Niſi, inquit, ens, conuerſi fueritis, & efficiamini ſicut paruulus iſte, nō intrabitis in regnum cōlorum. An non eōdem pertinet? cum Nicodemo ſuſcitantī, qua uia poſſit ad uitam immortalē pertingere, iubet ut denuo renſcatur, hoc eſt in puerum redeat. Viſq; adeo Chriſto duci noſtro placuit infantia, ut ſenes etiā cogat repuerſcere, ſi modo uelint ad illius admitti cōſortium, extra quē nulla ſalutis ſpes eſt. Neq; uero à Chriſto diſſonat Petrus cū admonet, ut tanq̄ nuper editi infantes lac cōcupiſcamus. Neq; diſcrepat Paulus, Filioli mei, inquit, ens, quos iterū parturio, donec formetur Chriſtus in uobis. Idē paruulos in Chriſto lacte potat. Multa ſunt id genus in myſticis literis. Omnino Chriſtianiſmus nihil aliud eſt q̄ renaſcētia, q̄ repuerſcētia quædā. Magnū igitur pueri, magnū pueritiæ ſacramentū, qua Ieſus tantopere delectatus eſt. Non contēnatis ætatem noſtrā, qua uerus ille rerum æſtimator tantū fecit. Tantum demus operā, ut eiufmodi ſimus pueri, cuiufmodi diligit Ieſus. Diligit autem innocuos pueros, dociles, ſimplices, atq; illud interim meminimus, hāc deo gratam pueritiā non in annis eſſe ſitam, ſed in animis, nō in temporibus, ſed in moribus. Eſt enim præpoſterū quoddā, nobisq; magnopere fugiendum puerorū genus, qui mento leui, mēte ſunt hirſuta, & ætate impuberes, uitioſa aſtutia ſenes ſunt. Eſt igitur notum quoddā pueritiæ genus quod à Chriſto probat, pueritiā citra puerilitatē, & omnino ſenilis quædā pueritiā, quæ nō annorū numero cōſtat, ſed innocētia, ſed ingenij ſimplicitate. An nō id palā indicat Petrus, cū ait: Deponentes igitur omnē maliciā, & omnem doſū, & ſimulationes, & inuidias, & detractiones, ſicut modo geniti infantes, rationale, & ſine dolo lac concupiſcite, ut in eo creſcatis in ſalutem. Cur addidit rationale? nempe ut excluderet ſtultitiā, quæ huius ſerē ætatis conſueuit eſſe comes. Cur detrahit inuidias, ſimulationes, ac reliqua id genus uitia, quæ ſenum ſunt qualiſpecularia? nimirum ut intelligeremus, Chriſti pueros ſimplicitate ac puritate æſtimari, nō natalibus. Ad eundē modū & Paulus: Maltia, inquit, paruuli eſtote, ſenilibus autem perfecti. Quanquam eſt omnino in ipſa puerorum ætate natua quædam bonitas, & uelut umbra quædā ac ſimulachrū innocētia, uel ſpes potius atq; indoles futuræ probitatis: mollis, et in quemuis habitū ſequax animus, pudor optimus innocentiaꝝ cultus, ingenium uitij, uacuum, corporis nitore, ac ueluti ſlos, quidam uernantis æui, & neſcio quomodo quiddam ſpiritibus cognatū ac familiarē. Neq; enim temere ſit, ut quoties apparent angeli, puerili ſpecie ſeſe offerant oculis. Quin etiā Magi ſi quando ſuis incantamentis ſpiritu eliciūt, in puerile corpus ferūt ac cerſere. At quanto libētius ſpiritus ille diuinus, pijs ac ſanctis euocatus uotis, in huiufmodi domicilia demigrabit? Ergo ad has nature dotes ſi acceſſerit ſummi illius & abſoluti pueri imitatio, tum demum & grati in illum, & illo digni pueri uidebimur. Etenim ſi pro meritū quis poſſet non amare? Verū enim uero ea ueri amoris uis eſt, ut eius quod ames q̄ ſimillimus eſſe cupias. Quod ſi in nobis efficit amor humanus, quantum æmulandi ſtudium excitabit amor diuinus, cui ille collatus, uix amoris umbella eſt? Proinde ſi uere atq; ex animo nō uerbo tenus Ieſum amamus, Ieſum pro noſtra uirili conemur exprimere, uel potius in illū trāſformari. Quod ſi uirū aſſequi nō poſſumus: ſaltē pueri puerū imitemur. Quanq̄ hoc ipſum facinus eſt haud quaſi puerile, imō ſenilibus etiā uiribus maius, ſed quod ſerē nuſq; ſuccedat felicitas q̄ in pueris. Etenim quoties negotium ab humano pendet præſidio, tū robur, ætas, ſexu expendit, uerū ubi gratiæ res agitur, nō natura, tum hoc efficacius exerit ſeſe miraculū ſpiritus, quo minus erat opis ac fiducia in carne. Deniq; quid

quid dubitemus, aut diſſidamus ipſo formante, ſingente, ac transformante nos, quæ conamur exprimere? Quis Danieli puero tantum addidit prudentiaꝝ? quis puero Solomoni tantū tribuit ſapientiaꝝ? quis tribus illis pueris tantū adiunxit tolerantiā? quis puerū Hely dignū diuino fecit alloquior? quis Nicolao puero? quis Aegidio? quis Benedicor? quis Agneti? quis Cæcilie? q̄ tot tā teneris uirgūculis tā maſculā atq; inuidiā uirtutē dedit? Profecto nō natura, ſed gratia, & ubi minus ſuccurrit natura, ibi mirabilius operatur gratia. Hæc igitur freti, magno animo ſtudiū æmulandi puerū Ieſum capeſſamus, nec unq; oculos ab eo uelut à ſcopo deſectamus. Abſolutū exēplar habemus, nihil eſt quod aliunde petere oporteat. Omnis illius uita, quid nos ſequi debeamus, clamitat. Quid autē docuit puer ille puriſſimus de puriſſima uirgine natus, niſi ut omnē huius mundi ſpurcitiā & inquinamenta uitemus, atq; angelicā quandā uitā iā nūc in terris meditemur, hoc eſt, id eſſe ſtudeamus, quod illic ſemper ſumus futuri. Porrò ſpiritus Ieſu cū omnes ſordes auerſatur, & odit, tū præcipue beluina illā, & proſus homine indignā libidinē. Quid autē docuit nos, natus peregre, editus in tuguriolo, abiectus in præſepe, pannis inuolutus, niſi ut ſemper meminerimus nos hic paucorū dierū hoſpites eſſe, utq; calcatis opibus, ſpretis mundaſis honoribus, per pijs labores ad cœleſtē illā patriā expediti feſtinemus, in qua iam nunc animo uiuamus oportet, etiā ſi corporeis interim pedibus terrā contingimus. Rurſum quid admonuit in Aegyptū auſugiens, niſi ut inquinatorū cōmercium modis omnibus deuitemus, qui Ieſum in nobis, hoc eſt, innocentiā, ac mundi neglectū conantur extirguere? Quid uero docuit circūciſus, niſi ut omnis carnis affectus, ad Chriſtū properantibus obſtrepenſes, amputemus, ac tanq̄ in nobis ipſis mortui, ſolo Ieſu ſpiritu ducamur ac uegetemur? Quid docuit oblatuſ in templo, niſi ut totos nos ab ipſa iā infantia deo, rebusq; ſacris dicemus, conſecremusq; ac protinus recenti adhuc mentis teſtula Ieſum imbibamus? Neq; enim ulla ætas ad diſcendā pietatē immatura eſt; imō non eſt alia magis tempeſtiua ad diſcendū Chriſtū, q̄ ea quæ mundū adhuc neſcit. Iā ipſi apud uos æſtimate pueri, puer ille ſic natus, ſic deo dīcatus, q̄ ſanctis ſtudijs totā pueritiā tranſegerit: non otio, non cibo, nō ſomno, nō ineptis luſibus, non ſtultis fabulis, nō euagationibus, quem admodū puerorū uulgus facit, ſed aut parentū obſequijs, aut ſacris præcationibus, aut auſcultandis doctoribus, aut pijs meditationibus, aut ſanctis ac ſerijs cū æqualibus pueris colloquijs. An non hæc, & multa ſimilia ſummatim complexus eſt ſanctus Lucas, cū ſcribit ad hunc modum: Puer creſcebat, & confortabatur plenus ſapientia, & gratia dei erat in illo. An non palam uidetis nouū pueritiæ genus? De priſtinis pueris dictū eſt: Stultitia colligata eſt in corde pueri. De nouo hoc auditis, plenus ſapientia. Quid adhuc ætatis inſcitiam præteximus, cū audiamus non ſapientē, ſed plerumq; ſapientia puerum? Videtē ut omnem rerum ordinem, hic puer inuertit, qui loquitur in Apocalypſi: Ecce ego noua facio omnia. Perditur ſapientia ſenum, ac prudentia prudentiū reprobat, & pueri implentur ſapientia. Nimirum hoc nomine gratias agens patri: Quoniam, inquit, abſcondiſti hæc à ſapientibus, & reuelatiſti ea paruulis. Porrò ne ſtultā huius mundi, ac ſucata ſapientiam affectarem, protinus adiecit, & gratia dei erat in illo. Is uero demū ſapit, qui mundo deſipit, & niſi niſi Chriſtum ſapit. Is non eſt philoſophorū librīs, non eſt Scotticis argutijs, ſed ſincera fide cognoscitur, ſpe tenetur, charitate deuincitur. Iam uero q̄ multa docuit nos, ubi duo decim natus annos, à parētibus furtim ſubducit ſeſe, ne inter notos quidē, ac proſinuos repertus, poſt triduū deniq; inuentus eſt. Sed ubi tandem inuentus? num in circulis? nū in choreis? nū in uijs aut foro? Audite pueri, ubi repertus ſit Ieſus, relictiſis parentibus, quodāmodo fugitiuus, & ubi uos uerſari cōueniat intelligetis. In tēplo inquā inuētus eſt, in medio doctorū ſedens, audiēs illos, ac uiciſſim interrogans. Quid docuit nos Ieſus his tam admirandis factis? Non dubium quin rem magnam, rem ſeriam, rem imitandam docuerit. Quid autem? quid? niſi ut grandefcente in nobis Chriſto, quandoquidem & in nobis naſcitur, & habet ſuos ætatum gradus, donec occurramus in uirum perfectum, & in menſurā plenitudinis eius? Ergo cū grandefcit in nobis, docet ut naturales parentum & amicorū affectus in deum tranſferamus, nihil hic amemus, nihil miremur, niſi in Chriſto, & Chriſtum in omnibus. Meminerimus nos uerum patrem, patriam, cognatos, amicos habere in cœlis. Verū ne quis imaginetur hunc parentum neglectum, ſaſtum, aut inobedientiā ſapere, conſequitur, & erat ſubditus illis. Imō nemo ſuos parētes uerius amat,

nemo magis pie colit, nemo obseruantius morem gerit, quam quisq̄ cōtemnit. Quid autem est sedere in templo, nisi in rebus sacris conquiescere, & ad discendum animum ab omnibus tranquillum curis adferre: Nihil autem uirtus est turbulentius, & otium ac quietem amat sapientia. Iam à quo tandem nos grauemur discere, quam attentas aures præceptoribus præbere conuenit, cum puer ille cœlestis, sapientia dei patris, in medio doctorum sedeat, audiens uicissim ac respondens, sed ita respondens, ut omnes eius sapientiam admirarentur: Neq̄ id mirum, cum is esset, ad quem omnis mundi sapientia stulta est. Præ clara res legum prudentia, egregia res philosophiæ cognitio, suspicienda res theologiæ professio, uerum si quis Iesum audiat, illico stultescunt omnia. At nostra responsio, si sapientia miraculum excitare non potest, certe sapiat modestiam, sonet innocentiam. Rursum obsecro, quam morigeros, quam obsequentes nos esse decet parentibus ac præceptoribus, quos potiores uelut ingenij parentes habemus, postea quoniam dominum omnium, cum à parentibus non intelligeretur, tamen subditus illis redierit in Nazareth. Debetur hoc pietati, debetur parentum reuerentiæ, ut aliquoties illorum uoluntati concedamus, etiam si nos meliora uiderimus. Sed iam operæ pretium est audire, quæ apto fini Lucas Iesu pueritiam concludit: Et Iesus (inquit) proficiebat sapientia, etate, & gratia apud deum, & apud homines. Quam multa quam paucis nos docuit: Primum cum ætatis accessione pietatis item accessione oportere copulari, ne illud in nos iure dici possit, quod in hominum uulgus diuus dixit Augustinus: Qui maior est ætate, maior est iniquitate. Neue in hoc pulcherrimo certamine unquam restemus, aut nos affectos arbitremur, sed in morem currentium in stadio, à tergo relicta negligentes, in anteriora nitamur, ac semper à bonis ad meliora, à melioribus ad optima proficere conemur, donec ad metam, hoc est, huius uitæ finem peruentum erit. Socrates iam admodum senex perinde quasi nihil sciret, ita semper & à quouis discere sitiebat. Itidem & nos, quo magis in Christo fuerimus, hoc minus nobis placebimus, si modo uere in illo fuerimus progressi. A deo quæ curia petitis est & studiorum, & pietatis, ac iuxta Fabium, præcox illud ingeniorum genus, non temere peruenit ad frugem uel eruditionis, uel innocentie. Equidē nec ordinem otiosum esse puto apud deum, & apud homines, ut intelligamus in primis danda operā, ut uita nostra deo placeat. Id agentes humanus fauor ultro consequetur. Nihil enim uirtute pulchrius, nihil amabilius, quam laus hoc magis sequi solet, quo minus appetitur. Paucis ut potius uobis expressimus exemplar pueri, quæ & amare plurimum, & imitari studiosissime debemus. Atq̄ omnino tantum uidebimur amare, quantum fuerimus imitati. Rursum tanto plenius imitabimur, quanto amabimus ardētius. Proinde hoc ipsum ab illo quotidianis ac puris precibus flagitemus, ut nobis donet amore sui flagrare, sui similes euadere, hoc est, castos, puros, incontaminatos, mites, simplices, tractabiles, expertes fuci, ignaros dolis, necios inuidiæ, parētibus morigeros, præceptoribus dicto audientes, mundi cōtempiores, rebus diuinis addictos, pijs literis intentos, nobis ipsis quotidie meliores, probatos superis, gratos hominibus, odore bonæ famæ quæ plurimos ad Christum allicietes. Hæc inquam assidue flagitemus, hæc manibus, pedibusq̄ conemur, dum habilis ætas, breui alioqui fugitura. Etenim si recte monuit Fabius, optima statim ac primo discenda: quid prius disci debet, quæ Christus, quo nihil est melius: inò quid aliud discere oportet Christianum, quæ eum unum, quem nosse, uita est æterna: quem admodum ipse testatur, patrem orans in Euangelio. Id si curabimus, utcumq̄ pro uirili gratia referemus, tam singulariter de nobis merito, & illi referendo gratiam, ipsum nobis lucrificemus. Referemus autem hoc plenius, quo uehemētius redamabimus. Porro hoc magis illum redamabimus, quo magis uita ac moribus exprimemus. Iam quo magis exprimemus, hoc magis ipso locupletabimur.

TERTIA PARS

At interim nonnullis forsitan succurret animo, durā hanc esse militiam, repudiatis omnibus, cum Christo crucem tollere. Sed meminertis fratres dilectissimi, longe diuersam mundi & Christi esse naturam. Mūdus ceu fucata meretrix, prima fronte blandus nobis & aureus occurrit, postea quo ingrediare altius, quo propius inspicias, hoc magis ac magis tetra, putida, fellita sunt omnia. Ediuerso Christus procul intuentibus durior apparet, dum crucis uidemus, dum uoluptatum ac uitæ contemptum. Verū si quis fidenti animo totum sese in illam rejiciat, reperiet nihil esse mollius, nihil expeditius, nihil dulcius. Nisi forte uerum non

non dixit ueritas in Euangelio, cum ait: Tollite iugum meum super uos & inuenietis requiem animabus uestris, iugum enim meum suauis est, & onus meum leue. Hæc nimirum uere est ardua illa uirtutis uia, quam & olim tanto ante Christum, utcumq̄ somniauit Hesiodus, primo aditu asperior, progressu semper & facilior, & amoenior, Sed quid tandem asperum uideri potest, quo ad tam ingens, tam certum iter præmittitur? Si iuxta sapientis dictum spes premij minuit uim flagelli, quis in hac momentanea uita, non leue, non dulce iudicet, quo cœlestem illam, & nunquam desitura sibi paret uitam, æternam regnare cum Christo, assidue summum illud in ueri bonum, uersari in angelorum cōtubernio, ab omni malorum metu procul abesse? Quis oro tantum hoc præmittit, non uel sexcentis mortibus emptum uelit? Atqui hoc tantum donatum pollicetur militibus suis imperator noster Iesus, qui neq̄ fallere potest, neq̄ metiri nouit: Iam apud uosmetipsos expendite fructus æternitatis, ac magnitudinē, contra quam breue huius militiæ tempus, nimirum haud longius ipsa uita, que quid aliud est, quæ uapor ad exiguum tempus apparens, aut unius horæ somnium? Sed agetur de hoc interim inæstimabili præmio sileamus, atq̄ inspicimus quæ abunde magna mercede dux noster militum suorum labores etiam in hac uita cōpenset, quamq̄ disparē metant messem, qui mundo militant, & qui merent sub Christo Iesu. Audiamus quid ipsi dicant impij in libro Sapientie: Lassati sumus in uia iniquitatis, perditionis ambulauimus uias difficiles, uiam autem domini ignorauimus. Illecat mundus fucatis honorum simulacris, quæ nihil aliud sunt, quam mellita uenena. Mox attractos, & uelut in autoratos, deum immortalē, in quas curas, quas sollicitudines, quas turbas, quæ dispendia, quæ dedecora, in quam conscientie mentis carnificinā, in quam infelicem exitum miseris adducit: ut hic quoq̄ iam abunde magnas impietatis poenas disse uideantur, etiā si nulli consequatur inferi. At qui reiecit mundi fucis, in Iesum, hoc est, summum bonum, omnem amorem, curam, studiumq̄ transferunt, totiq̄ ab illo pendent, ij iuxta promissum euangelicum, non modo uitam æternam possidebunt, uerum etiā in hoc seculo centuplum accipiet. Quid est autem accipere centuplum? Nempe pro fucatis bonis uera, pro incertis certa, pro fluxis æterna, pro ueneno tinctis sincera, pro curis otium, pro solitudine fiducia, pro turbulentiâ tranquillitatem, pro dispendijs utilitatem, pro flagitijs integritatem, pro conscientie cruciatu secretum & ineffabile gaudium, pro turpi atq̄ infelici exitu gloriosam ac triumphalem mortem. Spreuisti diuitias amore Christi, in ipso ueros inuenies thesauros: reiecisti falsos honores, in hoc longe eris honoratior: neglexisti parentum affectus, hoc indulgentius fouebit te pater uerus, qui est in cœlis: pro nihilo habuisti mundanā sapientiam, in Christo longe uerius sapiens, ac felicius: aspernatus es pestiferas uoluptates, in ipso multo alias inuenies delicias. Breuiter ubi arcanas illas, sed ueras opes Christi, dispulsa mundi caligine, uideris, omnia quæ prius arridebant, que sollicitabant, ea non solum non admiraberis, sed perinde ut pestes quædam fugies, reijcies, aueraberis. Fit enim mirum in modum, ut simul atq̄ cœlestis illa lux animos nostros penitus attigerit, protinus noua quædam rerum omnia facies oboriatur. Itaq̄ quod paulo ante dulce uidebatur, nunc amarescit: quod amarum, dulcescit: quod horrendum, blanditur: quod blanditur, horrescit: quod splendidum ante, nunc sordidum: quod potens, infirmum: quod formosum, deforme: quod nobile, ignobile: quod opulentum, egenum: quod sublime, humile: quod lucrum, damnum: quod sapiens, stultum: quod uita, mors: quod expectandum, fugiendum, & cōtra. Ut repente mutata rerum specie, nihil minus esse iudices, quam id quod esse uidebantur. Ergo in uno Christo compedio, ac uera repertuntur omnia bona, quorum inanes ac mendaces imagines & umbras ceu prestigias mundus hic ostentat, quas miserum mortalium uulgus tanto animi tumultu, tantis dispendijs, tantis periculis, per fas nefasq̄ persequitur. Quam obsecro beatitudinem cum hoc animo conferre queas? qui iam liber sit ab errore, liber ab affectibus, securus, semper gaudens ob testimonium conscientie, nulla de re sollicitus, altus, sublimis, ac cœlo proximus, iamq̄ supra sortem humanam, qui Christo excelsissima petra nixus, omnes huius seculi fucos, tumultus, procellas ex alto rideat, negligat, uel potius cōmiseretur? Quid autem timeat is, qui propugnatorem habeat deum? Ignominiam? At summa est gloria pro Christo ignominiam pati. Paupertatem? At opum sarcinam lubens abijcit, quisquis ad Christum properat. Mortem? At ea maxime in uotis est, per quam scit sese ad immortalem uitam esse transmittendum. Qua de re sit sollicitus, cuius pater cœlestis etiā pilos habet annumeratos? Quid autem cupiat is, qui in Christo possidet omnia? Quid enim non cōmune mem-

bris & capiti: Iam uero quanta est hominis non modo felicitas, uerū etiā dignitas, uiuam esse membrū sanctissimi corporis ecclesie, idem esse cū Christo, eandē carnē, eundē spiritū, cōmunē cū illo habere patrē in cœlis, Christū habere fratrem, ad cōmunem cū illo hāre ditatē destinatū esse; breuiter iam nō hominē esse, sed deum: Adde hīs gustū quendā felicitatis futuræ, quæ p̄x mentes subinde percipiunt. Hæc nimirū uiderat, hæc senserat Propheta, cū ait: Nec auris audiuit, nec oculus uidit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparasti deus diligētibus. Proinde charissimi sodales, si dabimus operā, ut uere Christi membra simus, iuxta illud propheticū dicitur: Iustus ut palma florebit, etiā in hac uita perpetua quadā adolescentia uernabimus, non animo tantū, uerū etiā corpore. Etenim quæadmodum floridus ille Iesu spiritus in nostrū spiritū redundabit, ita noster uicissim in suū corpus influet, & quoad fieri potest, in sese transformabit. Nec poterit tantus animi ac corporis nitor uestiū sordes ferre. Nam animus noster habitaculū est dei, animi domicilium est corpus, porō uestis & ipsa corporis quodammodo corpus est. Ita fiet, ut capitis puritatis totus homo respondeat, donec peracta hac uita ad immortalitatem traducatur.

EPILOGVS

AGITE igitur optimi commilitones, ad hanc tantam felicitatē summis uiribus enitatur, ducem nostrum Iesum unum admiremur, quo maius nihil esse potest, immo sine quo nihil est omnino magnum. Hunc unum amemus, quo nihil esse melius potest, immo extra quem nihil est omnino bonum. Hunc imitemur, qui solus est uerum & absolutum pietatis exemplar, extra quem quisquis sapit, desipit. Huic uni inhæreamus; hunc unum amplectamur, hoc uno fruamur, in quo est uera pax, gaudium, tranquillitas, uoluptas, uita, immortalitas. Quid multis? Summa bonorum est omnium. Extra hūc nihil suspiciamus, nihil amemus, nihil appetamus, huic uni place re studeamus. Meminerimus nos sub illius oculis, & illius angelis testibus, quicquid agimus, agere. Zelotypus est, nec ulla mundi sordes patitur. Quare puram & angelicam in illo uiuamus uitā, ille sit nobis in corde, in ore, in omni uita. Hunc penitus sapiamus, hūc loquamur, hunc moribus exprimamus. In illo negotium, otium, gaudium, solatiū, spem, præsidium omne collocemus. Hic à uigilantiis animis nunquam discedat, hic dormientibus occurrat. Hunc & literæ nostræ, & lusus etiam sapiat, per hūc & in hoc crescamus, donec occurramus in uirum perfectum, & gnauius obita militiā, perpetuū cū illo triumphum agamus in cœlis. Dixi.

DES ERAS ROTERODAMVS SA

CRIS VIRGINIBVS IUXTA DIVI FRANCISCI INSTITUTUM Christo militantibus prope Cantabrigiam S. D.

BENE nos hortatur dominus, dilectæ in Christo uirgines, ut recondamus nobis thesaurum in cœlis, ubi neq; tineā corrumpit neq; furatur. Xenitū quod uestra pietas misit, intercipi potuit, sed uestra charitatem, uestras sanctissimas preces, quibus me quotidie sponso uestro commendare dignamini, homo quamlibet furax interuenter non potuit. Demus igitur operam, ut hoc opum genere ditescamus, quarum largitione nō pauperior sed locupletior sit qui communicat egenti, nec fraudari potest is in quem fit elargitio. Minima tam gratis, tā alacribus animis accipere, quid aliud est, quam ambire maius beneficium? Itaq; quoniam intellexi uobis epistolam illam quam sic ex tempore, efflagitante Thoma Greio, cui negare nihil possum, effudi uerius quā scripsi, tantopere gratā fuisse, uisum est unā cum epistola mittere flosculum, ex Esaiæ semper uernantibus hortis decerptum, qui uestros animos sacri spiritus fragrantia simul & recreet, & corroboret. Etenim si flos terrenus admotus naribus non solum exhilarat, uerum etiā uires cordis confirmat, quāto magis huiusmodi flores, quos aura diuini spiritus genuit aluitq;, animis & hilaritatem & robur addent spirituale, si animis admoueantur. Quis enim est cui non obrepāt morror ac tædium quoddam intyenti mala, quibus hisce temporibus undiq; plena sunt omnia? Quis tam confirmatus spiritu, cuius animum in tantis opinionum dissidijs non perstringat

stringat aliqua tētatio: En igitur uobis Esaiæ flosculus, qui pro tædio det alacritatem, & animum fidei robore confirmet fulciatq;. In silentio, inquit, & spe erit fortitudo uestra. Quis hæc dicit? Non Esaias, sed sanctus Israel, hoc est, æterna ueritas, quæ nec falli potest nec fallere. Quoties aduersa nobis immittit dominus, qui flagellat omnem filium quē recipit, meminerimus esse patrem qui nostræ consulit salutem, non ignarus quid expediat nobis, ne obmurmuremus, sed taciti patienterq; feramus manum emendantis, licet naturæ sensui molestam; hoc est silentium quod per prophetam exigit dominus: feramus autem non solum absq; murmure, uerum etiā alacres, nimirū spe mox secuturæ sanitatis. Quod affligit leue est ac momentaneū, quod delectat eternū & inestimabile. Charitas fidei sinistra est (per hanc enim, ut ait Paulus, operatur) utriusq; filia spes est. Vt enim demus si dem à charitate seiungi possit, certe spes de qua loquimur, non nisi ex fide & charitate nascitur. Proinde si filij sumus potius quam serui, patri fidamus, Patrem amemus oportet, & si nostram salutem illi cordi esse credimus, non ignari quā immensa sit illius misericordia in omnes qui diligunt ipsum, in medijs etiam molestijs multam alacritatē nostro spiritui præbebit expectatio diuinæ consolationis, quæ non patitur nos tentari supra quā possumus, sed facit cum tentatione prouentum, ut ualeamus sustinere, sæpe miscēs tristitia lætis, semper addens unctiōnē spiritus, quæ tristitia quoq; uel leniat uel exhilaret. Sunt autem quædam incommoda quorum finē in hac uita non expectamus, qualis est senectus, morbus, ut aiunt medici, immedicabilis, & alij morbi nonnulli arte medicorum superiores. Et in his silentiū ac spes est fortitudo nostra. Nam & leuius sit patientia, quicquid corrigeret est nefas, ut ait ille, & nequaquam cōdignæ sunt afflictiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ mox reuelabitur in nobis. Quis enim nō dicam mox, quum hæc uita omnis uix temporis momentum ac punctum sit ad æternitatē? Quod si spes humana tantā habet uim; ut uere meritoq; quidam ethnicus poeta de illa scripserit: Spes bona dat uires, animum quoq; spes bona firmat. Vi uere spe uidit, qui moriturus erat, quid non efficeret illa spes quam in nobis gignit spiritus Christi? Spes humana sæpenumero fallit, spes autem hæc non confundit, ut scribit beatus Paulus. Ceterum cōfundendū uerbum, quousus est Apostolus Græce scribens, non est perturbationis, sed pudoris potius & probri. Siquidem ijs qui præsidijs hominum freti, magna de se iactarunt, si res præter speram euenit, propemodum acerbior est exprobratio quam ipsa calamitas, pudore malum duplicante. Verum quisquis totam fiduciam suam collocauit in domino, certam habet spem, nec periculum ullum est, ne frustratus expectatione sua pudeat. Eisi nōnunq; pij uidentur hic ad tempus pudeferi, certe non pudefiunt in æternum. Opprobria opprobantium ceciderunt super dominum in cruce pendentem, audiuit uoces omni felle amariōres: Sperauit in deo, liberet eum nunc, si uult eum. Hæc audiuit caput, audiunt similes uoces, & illius membra. Sed quemadmodum afflictionis exemplum habent à capite, ita habent & spei fiduciam. Nunquid ille ad impias uoces respondit: Nihil inuenies, sed in silentio & spe posuit fortitudinē suam, tranquillo animo dicens patri: In te domine speraui, non confundar in æternū. Vbi uident homines, pios morbis, bellis, damnis, exilijs, cruciatibus, & mortibus affligi, uox est impiorum: Vbi est deus eorum? Quæ utinam, interdum non audiatur & inter Christianos. Sed grauius est quoties hæc uoces perstriperunt intra præcordia nostra, nonnunquam & ad blasphemiam usq; prorumpentes, quum animus dolore tædioq; uictus, deum uocat immitem, iniustum, negligentem rerum humanarum, benigniorem erga malos quā erga bonos, quod illis ferè res magis secundæ sint, quā ijs qui pietatem sequuntur: non intelligentes quod dominus noster, per cruciatum & ignominiam trāsit ad gloriam, & obliti quod Paulus scripsit ad Timotheum: Omnes qui uolunt pie uiuere in Christo Iesu, persecutionē patientur in hoc seculo. Si nihil adiecisset, tædere poterat afflictionis perpetuæ, nunc spem mox finiendū cruciatum & sequuturæ felicitatis ostendit dicens: in hoc seculo. Quin & Hebræus ille sapiens hoc præceptum inter pietatis rudimenta ponit: Fili accedens ad seruitutem dei, sta in iusticia & in timore, & præpara animam tuam ad tentationem. Vide ut scripturæ diuinæ sibi consentiunt in sententijs, licet uerbis ac figuris uariant. Idem dicit Sirach quod Petrus, Paulus & Esaias, Quod hic uocat silentium, ille dicit stare in iusticia & timore, Quod ille spem, hic tentationis uerbo significauit. Qui stat non turbatur, nō deijcitur animo. Qui stat in iusticia

Esa. 30

Gal. 5

Rom. 8

Eccles. 2

cia, agnoscit suam iniusticiam ac dei flagellantis iusticiam adorat. Quis fiat in timore, non obmurmurat ei, qui potest & animam & corpus mittere in gehennam. Rursus qui prae-
parat animam, non exanimatur, uelut in speratis malorum procellis, sed boni consulit, quae
quid deo uisum fuerit immittere. Quod alijs uerbis praecipit Petrus apostolus: Charissi-
mi nolite peregrinari in feruore, qui ad tentationem uobis fit, quasi noui aliquid uobis
contingat, sed communicantes Christi passionibus gaudeat, ut in reuelatione gloriae eius
gaudeatis exultantes. Iam qui intelligit afflictionem esse tentationem, hoc est exploratio-
nem diuinam, expectat probationem, quae spem habet comitem, omnis molestiae lenitri-
cem, quemadmodum Romanis scribit Apostolus: Sed & gloriamur in tribulationibus,
scientes, quod tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio ue-
ro spem, spes autem non confundit, quia charitas dei diffusa est in cordibus nostris, per
spiritum sanctum qui datus est nobis. Non satis erat diuinam benignitati, gaudijs aeternis
pensare temporarios ac momentaneos cruciatus, in medijs etiam afflictionibus dat suis
pignus arcani spiritus, tam efficax, ut non solum non deficient in malis, uerum etiam glo-
rientur & exultent. Itaque piorum spes, etiam si uideatur eos pudescere apud homines, re-
uera non pudescit, dum intra se sentiunt testimonium spiritus testificantis humano spi-
ritui quod sint filij dei, gaudentque se manu elementissimi patris, ad hereditatem uitae coe-
lestis explorari fingi. Sic enim prosequitur ille sapiens: Quonia igne probatur aurum
& argentum, homines uero receptibiles in camino humilationis. Crede deo & recupe-
rabit te, & dirige uiam tuam & spera in illum. Qui credit se deo, silet. Silentem ille sic ita
gellat, ut emendet: sic prosternit, ut erigat: sic necat, ut uiuificet. Tu sine medicum suo mo-
re operari, tantum relinque peccata, & ira dei uertetur in misericordiam. Frustra speras
dei misericordiam, si perlistis in his quae prouocant iram dei. Narrat humanae literae, quen-
dam negociatorem ubi conflatis facultatibus proficisceretur in longinquas regiones, ut
multo ditatus lucro rediret in patriam, postea quam naufragio perissent omnia, dixisset:
Age fortuna sentio quid uelis, ad philosophiam me uocas, uenio quod uocas. Huic iacta-
ra rerum cessit in maximum lucrum, siquidem ex auaro mercatore, factus est insignis phi-
losophus, ditior contemptu pecuniarum quam possessione. Saltem huius exemplum nos
imitemur, quoties nobis accidit uel publica uel priuata calamitas, ne consternemur ani-
mo, ne murmuremus aduersus manum omnipotentis, quemadmodum fecerunt Hebraei,
qui a serpentibus perierunt, sed quod ethnicus ille dixit fortunae, nos dicamus deo, rerum
humanarum unico gubernatori: Age clementissime pater, sentio manum tuam, inuitan-
tem ad poenitentiam, en ad te uenio, me totum tibi trado, sentio ac resinge pro tua sancta
uoluntate filium tuum hactenus male dicto audientem. Nunc hominum uulgi, si quid
immittitur aduersitatis, non cogitat hoc immitti a deo, sed a sideribus, alij naturae huma-
nae, alij his atque illis hominibus, aut etiam occasionibus irascuntur, & uelisci studet, haud
multo sapientiores canibus, qui lapidem mordent ab homine iactum, ipso relictio homi-
ne. Tempestas perdidit fruges, merces perire naufragio, coelum pestilens afflauit corpo-
ri morbum, miles incendit horrea, Sycophanta facessit negocium, obstrepit maledica lin-
gua. Quid male precaris caelo & mari? Quid ultionem paras in hominem? Istuc est mor-
dere lapidem. Primum illud cogita haec a deo immitti, nec multum referre per quos immi-
tat, utitur enim ille & elementis & improbis hominibus ad ultionem. Mox circumspice
te ipsum, nunc ubi tuis sceleribus iram dei prouocaris, & si deprehenderis, quis autem non
deprehendat, primum ultionem a te ipso sumito, correctis moribus & ad deum conuer-
sus, qui misit lapidem. Sin minus, tam e cogita, tetat me deus, an uere diligam ipsum, orabo ut
in me augeat charitatem. Ab hoc animo quantum nunc absumus plerique? Quot annis iam
omni malorum genere affligimur? Decem plagis afflicti sunt Aegyptij, & ad singulas coe-
perunt respicere. Nos tot iam annis tanto pluribus atterimur, nec agnoscimus dominum
manu, nec quisquam ad uitae correctionem confugit, sed in alios alij culpam reijcimus, sibi quisque
blanditur, molimur uindictas, quasi quicquam possint homines aduersus diuinam potentiam.
Quod enim mali genus est quod non premit nos? Aut quae pars est orbis ab horum malo-
rum immunis contagio? Vbi terrarum non furit Mars, quum Martem dico, non unum aliquod
malum dico, sed malorum omnium oceanum. Vbi non pestilentia? ubi non rerum caritas & fames?
ubi non expilationes? ubi non latrocinae? Nec alicubi desunt inundationes. Quam acre
& im

& implacabiles principum irae, quantum calamitatum inuexerunt rebus humanis, quanti-
tate grauiora minitantur: Quae haec leuia sunt, si cōferantur ad ecclesiae dissidia. Quot
sectis discerpimur, & subinde suppullulant nouae? Quos iungit sanguinis propinquitas,
quos eadem domus, quos idem lectus copulat, distrahit opinionum dissensio. Inter has
plagas quorum quemque uidemus, qui cogitet de corrigenda uita, qui confugiat ad domi-
ni misericordiam: Suam quisque uicem ulciscitur. Sua quisque commoda tueri conatur, nec
aliud quam conduplicamus nobis mala, & aggrauamus domini manum. Mittimus legatio-
nes in Aegyptum, oneramus camelos opibus, confugimus ad ueloces, & irritis tumultibus
miscemus omnia. Nec audimus sanctum Israel clamantem nobis: Si reuertamini &
quiescatis salui eritis. In silentio & spe erit fortitudo uestra. Quid est reuertit? relinquere
mores & affectus pugnantem aduersus deum. Quid est quiescere? Est abdicatis cupidita-
tibus carnis, nos submittere uoluntati diuinae. Ita demum felix illud ac uerum sabbatum
erit in animis nostris, si nostris affectibus consopitis & requietis, dominus in nobis quae
uult operetur. Quid primum curant medici? Exhaustum corpus noxijs humoribus, cae-
tera permittunt naturae. Abijcimus & nos scelera nostra, dominus, in cuius manu sunt
corda Regum, illico flectet ea ad studium pacis & concordiae, tollet e medio locustas mi-
litum omnia depopulantium, & ranas opinionum, auferet tenebras nostras ac ueritas il-
lucescet cordibus nostris. Audimus uocem domini cunctos ad uitae correctionem prouo-
cantis, ne auribus obturatis obduremus & corda nostra, dicentes cum impijs apud Esaiam:
Nequaquam, sed ad equos fugiemus, & super ueloces ascendemus: Ne rursus illud ingerat
nobis: Ideo fugietis, ideo uelociores erunt qui uos persequuntur. Fortasse talibus uerbis
nemo reclamatur domino, sed factis penes reclamamus omnes. Haec publica tempe-
stas uos leuius perurbat, o beatae uirgines, quae seculo mortuae iam in terris coelestem quo-
dammodo uitam agitis, & abditae cum sponso Christo delicias inuicem, cui quo propiores estis,
hoc magis decet uos Ecclesiae tranquillitatem pijs uotis sacrisque precibus illi commenda-
re, leuantes non modo puras manus iuxta Paulum, sed multo magis pura corda ad domi-
num, ueluti columbae in foraminibus petrae & in caernis maceriarum, gratissimo gemitu
semper obmurmurantes sponso. Petra autem Christus est, quae multas habet latebras
in quibus piorum animae tuto latent, ab huius mundi tumultu. Vbi dulci temperie re-
frigerantur ab aestu carnalium desideriorum, quae militant aduersus spiritum. In his fora-
minibus hoc tutius ac felicius delitescitis, quo minus instructae estis praesidijs humanis,
quemadmodum columbae, nec rostro, nec unguibus, nec ui, nec dolis armatae sunt aduer-
sus iniuriam aliarum auium, tantum fuga latebrisque tutae sunt, neque nocent ulli caeterorum
animantium moliri uim aut iniuriam. Grata simplicitas relucet in oculis, quam & spon-
sus adamat in canticis, & Euangelicae literae nobis commendat: Nec obstrepunt mole-
sto garritu quemadmodum aliae permultae, Tantum amabili murmure solitudinem suam
solantur. Ad hanc imaginem, o beatissimae uirgines, & uos in Christi caernis latitatis,
in silentio & spe collocantes fortitudinem uestram. Est murmur impiu quod odit domi-
nus. Est & tacitum gratumque murmur, quo non desinunt gemere mentes afflatae spiritu
Christi, donec euacuetur quod ex parte est, ueniatque quod perfectum est, Talia sunt colum-
bina murmura. Est & perniciosum silentium, quo uetus proverbium dicit perisse Amy-
clas. Est silentium impium, quod nescit fateri commissa, quod premit gloriam deo debitam.
Nimirum hoc erat mutum daemonium, quod solus Iesus potest eijcere. Est & gratum
tranquillumque silentium, quod cum spe iunctum, reddit inuictum animum aduersus om-
nium malorum incursus: Hic silent affectus carnis, sed audiuntur gemitus spiritus. Sic in-
gemitabat Paulus quum diceret: Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis
huius? Sic David quum diceret: Quam dilecta tabernacula tua domine uirtutum, concu-
piscit & deficit anima mea in atria domini. Sicut ceruus desiderat ad fontes aquarum, sic
desiderat anima mea ad te deus. Habent uulpes latebras suas, habent uolucres caeli nidos,
in quibus conuiescunt, Columbae quietem nesciunt, nisi in foraminibus petrae & cauer-
nis maceriae. Ideo perforatus est in cruce tot uulneribus, ut illic pijs mentibus, quae mun-
di praesidijs omnibus renunciant, quietum ac tutum esset suffugium. Idem dicitur est la-
pis angularis, connectens utrunque parietem. In huius caernis dulciter ac feliciter latita-
te uirgines, donec audieritis uocem sponsi ad aeternam felicitatem euocantis: Surge pro-
pera

pera amica mea, speciosa mea & ueni, columba mea in foraminibus petrae, & in caernis maceriae, ostende mihi faciem tuam. In his caernis latitauit instituti uestri patris Franciscus, humillimus apud mundum, apud deum maximus. In his latitauit sanctissima uirgo Clara, uestri sodalitiij dux & patrona, quae nullis huius mundi praesidijs, nullis humanis freta uiribus, sed silentio & spe fortis, calcavit mundum, prostravit satanam, uicit carnem, & post temporarios gemius, meruit uirae caelestis coronam, regnans cum sponso, quem spretis omnibus satanae pompis & illecebris unum adamauit. Huius uestigijs ingredientes perseuerate uirgines, ac semper ad meliora proficite, ut quemadmodum nunc estis sociatae certaminis, ita litis & gloriae, quae mox reuelabitur in uobis. Ne uos terreatas tenera, sexus fragilis, corpufculi imbecillitas, satanae potestas mille dolis armata, petra in qua latitatis fortior est omnibus, comminuetur quisquis in hanc impegit, tutus erit, quisquis constanter inhaerit. Quo quis magis fidit suis uiribus, hoc est imbecillior; at qui sibi diffidit totus, qui nullum aliud spectat praesidium quam Christum, is omnia potest cum Paulo, non in se, sed in eo, qui elegit infirma mundi ut confunderet fortia, elegit stulta huius mundi, ut pudfaceret sapientes, elegit ignobilia & ea quae non sunt, ut ea quae uidentur esse magni momenti derideret. Iam etiam si quae sunt inter uos quae iuxta carnem gloriari possunt, quemadmodum potuit Paulus, non expedit tamen gloriari, nisi in cruce domini nostri Iesu Christi, qui quum omnem mundi gloriam usque ad crucem contempserit, quem postea non pudeat in hoc mundo gloriari: Paulus in tertium caelum raptus non audet gloriari nisi in infirmitatibus suis, & nos homunculi gloriabimur in uiribus nostris? Ille imbecillitate sua potens est. Non est igitur quod metuas pusille grex, confide quoniam qui uos tuendas suscepit, uicit mundum. Te uero religiosissima domina, quae uirgineae sodalitati curam agis, nihil arbitror necesse ut hortor, admoneamque tui officij, gratulari magis liberet, nisi uel parum id tutum esset humanae fragilitati, uel parum gratum tuae singulari modestiae. Tantum oro, ut quod facitis, pergatis nostri in uestris ad minimum precibus meminisse, nominatim autem Graeji sororibus ex me salutem dices. Dominus uos omnes seruet incolumes. Simul orabit uestra charitas pro interceptore, ut ex Miluio uel harpya porius fiat columbus, desinatque tandem cretissans inuolare quidlibet, ne prouocet in se manum Christi, & nomen illi uertatur.

F I N I S.

INCLYTAE ANGLORVM REGINAE D. CATHARINAE
matronarum decori D. Erasmus Roterodamus S. D.

AM plusquam biennium est, Regina clarissima quod clarissimo GUILHELMO MONTIIOVIO aulae tuae praefecto, recepi me nonnihil conscripturum de institutione Christiani matrimonij. Quanquam autem mihi perpetua fuit usque uoluntas praestandi quod sponderam, tamen toties tot negocijs, molestijs, ac morbis, ab hoc negotio uel submotus sum, uel auocatus, ut ceperim uereri, ne fidem meam hic requireret, quae sero quidem libero, caeterum an in totum liberem nescio. Nam qui iusto numero, sed iniquo pondere nec satis proba materia resoluunt aes alienum, a commodis creditoribus dimittuntur, cum difficilibus habent litem. Idem mihi metuo, nisi quod res est cum aequissimis ac facillimis creditoribus. Ad hoc ut uiuat spiretque, deinde ut sibi constet quod scribis, plurimum habet momenti calor & impetus animi, si liceat illum persequi. Nunc mihi nunquam contigit totum biennium in argumento suscepto perseuerare. Vnde mirabor ipse, si non offendet passim frigidus & abruptus sermo. Quod si ego in depingendo matrimonio non satis probum artificem praestiti, tamen ex tuis sanctissimis moribus absolutum exemplar petere licebit, uel sanctissimi uel felicissimi coniugij. Absit adulationis suspicio. Non tua bona, sed dona dei in te tum miramur tum praedicamus. ELISABETHAE Hispaniarum quondam reginae, matris tuae uirtutes heroicae pridem orbe toto celebrabantur, cuius integerrimi mores uere bonus odor erat dei in omni loco. Tuae dotes nobis propius cognitae sunt, ex quibus & illius uirtutes aestimamus, non aliter quam ex tabula pictoris artem agnoscimus. Nec

VIDVA CHRISTIANA PER DES

ERASMV M ROTERODAMVM, AD INCLYTAM

quondam Pannoniae Boemiaeque reginam Mariam, Caroli Caesaris, & Ferdinandi regis sororem.



NTER innumeras calamitatum species Maria singulare principum foeminarum decus, quibus undique cingitur uallaturque uita mortalium, haud aliud esse malum uel grauius, uel perniciosius semper iudicauit, quam bellum, hoc etiam nomine detestabilius, quod fere homini ab homine nascitur. Nam terrae motus, exundationes maris ac fluminum, fulgura, pestilentiae, caeterique casus huiusmodi, quamlibet horrendi, calamitosos reddere possunt, impios facere non possunt: Deinde ut fati imputari possunt, ita habent commune necessitatis, cui ne superi quidem repugnare dicuntur, solatium: ut autem lenit aegritoniam rigida fatorum necessitas, cui mortales omnes ex aequo sunt obnoxij, ita grauius uulnerant animos, quae nostra nobis culpa accidit. Haec igitur ut afflictos faciant eos, in quos iruerunt, infelices certe non faciunt. Nullus enim iure potest infelix dici, nisi qui suo uitio miser est. Caeterum quum funestum ac lugubre bellum, ingens malorum omnium agmen secum trahat, uix aliud habet atrocius crudeliusue, quam quod subito coniunctissimos affectus distrahit. Est enim aliquid omnino morte crudelius, quanquam huic inter ea quae mentes hominum terrificant, primum locum tribuunt magni nominis philosophi, atque hinc Mars uelut a nocentissima sui parte Graecis poetis dicitur esse *βροτολογος*, quod homines perimat. Quis enim hoc negat esse crudelissimum, quod homo trucidat hominem? Sed habet insuper hoc peculiare malum belli conditio, quod nullos frequentius tollat, quam optimos, uitaque dignissimos: nullis frequentius parcat, quam quos nihil referebat incolumes esse, imò quos in rem omnium erat interisse, ut iam falsum uideri possit, quod praesci Martem communem esse dixerunt, quum innocētissimo cuique sit infensissimus. An non miserandum est, quum subito perit iuuenis, aetate, forma, uiribus, ingenio, animi magnitudine, stemmatis, opibus, ac dignitate florens? Talis nimirum mors lacrymas excutere solet, etiam alienissimis, nonnunquam & hostibus. Tolerabilior casus foret, si simplex esset interitus. Sed hic unius hominis mors, quam multos exanimat, quot parit funera, quot mortes gignit, hoc etiam acerbiores, quod lenta sunt. Nam illa quae in praesens accidit, hoc habet solatij, quod subita uenit, quod cito cruciatu liberat: At dum parentibus orbitatem, liberis solitudinem, coniugibus uiduitatem, fratribus luctum, amicis incertorem, patriae desiderium adfert, quid an non una multos lenta morte discruciat? Quae quidem hoc etiam est acerbior, quo charitatis nexus fuerit astrictior, quo sanctior iucundiorque societas. Inter omnia porò animorum uincula nullus affectus conferri potest cum eo, qui maritum & uxorem legitimo castoque foedere copulat, uincitque prorsus Herculeo, ut praesci solebant loqui, nodo. Huic cedit & liberorum in parentes, & parentum in liberos pietas, qua secundum eam quam deo debemus, nihil habetur sanctius. Neque uero necessitudinem hanc, natura tantum affectus, aut animi inductio tam arcto nexu commisit, sed summus etiam naturae conditor ita praescripsit, ut homo relictiis parentibus, si res ita tulerit, adhareat uxori suae. In caeteris enim necessitudinibus beneuolentia mutua sociantur animi, hic iuxta diuinae uocis oraculum, duo conflantur in unum, non aliter quam ex animo & corpore unus homo constituitur. Quid autem quum ad hanc animorum propensionem, qua natura rerum aeternitati consulens, marem foeminae, foeminae mari conciliauit, ad foedus, quo una uni dicatur insolubili copula, accesserit matrimonij religio? Quid quum peculiaris quaedam morum & ingeniorum cognatio, cum fortunarum aequalitas, cum intima familiaritas, quae facit ut commori dulcius sit quam superesse? Si parum humanus est, qui uetat matrem in filij funere lugere, quanto inhumanus sit non permitttere lacrymas uxori maritum efferentis? Sentis opinor Maria clarissima, quorsum haec spectent. Hinc nimirum non difficile coniciet aliquis, quam atrox uulnus animo tuo fortuna inflixerit, quum tibi Lodouicum maritum eriperet, & talem

maritum, iuuenem animo præclaro, uereq; generoso, nihil non eximium de se pollicentem, duobus opulentis regnis florentem, ab auis, proauis, ab auisq; regibus longa serie genus ducentem, sed non alia re uel florentiorem, uel generosiorum, quam animi dotibus summo principe dignis. Adde huc & cito raptum, & sic raptum. Pauculis annis tibi datum est illo frui, & subito iuuenem immortalitate dignum, sæua belli procella abripuit. Atqui æquiore animo dimittuntur ea, quorum usus fructus iusto tēporis spatio nobis permissus est, nimirum temperat erepti desiderium, partim diutinae consuetudinis memoria, partim pudor est, qui si minus tantum ualet, ut omni dolore uacemus, certe illud præstat, ut moderatius doleamus. Fortasse iure queratur aliquis de eo, qui creditum ante diem reposcat, at ubi nullus est præscriptus dies, & creditori ius est, quocumq; uelit die debitorem appellare: qua fronte quisquam queratur de creditore, cuius lenitas longi temporis usuram indulgit? Mutuum est, commodaticium est, quicquid habemus in hoc mundo. Quid attinet alia commemorare, hoc ipsum corpus quod circumferimus, hæc anima qua spiramus, commodaticia est, hac lege data, ut quocumq; momēto reposcat qui dedit, sit æquo reddenda animo. Post diuinum rei commodaticia usum queri summa in gratitudo est: de mox repetita, si minus iusta, certe probabilior est querela. Tibi intra tam breue spacium, uxorem & uiduam, reginam & priuatam esse contigit, quasi fortuna ludibrii causa tantum in hoc dedisset tantæ felicitatis gustum, ut maiore cruciatu posset, quod dederat, eripere. Adde his, quod est aliquod humanis affectibus in calamitate solacium, assedisse morituro, excepisse uoces ultimas, dedisse nouissimū osculum, dixisse uale æternum, clausisse morientis oculos, præstitisse supremum funeris officium. Fit enim his rebus, ut & qui moritur, æquiore demigret animo, & qui deseritur doleat moderatius. Atqui hoc quoq; quicquid est lenimenti, tibi Mauortius furor inuidit. Restabat ultimum doloris leuamen, si quis paruulus aula luderet Aeneas, in quo tibi quodammo do & coniunx & regnum maneret incolume. Cōiugem uideres in filio, regnum teneres cum filio. Et hoc solatii genus Maria tibi fatorum iniquitas inuidit. Optabilis erat animo tuo cum charissimo sponso perire, quam extincto superesse. Et audio minimum abfuisse, quin te quoq; aut mors aut morte durior captiuitas abripere. Tanta malorum procella, quæ nō uirū deijceret? At hæc tempestas tam sæua, tam impia, tam atrox in te puellam incubuit. Philippī patris præmatura mors, mox paterni materniq; aui te paruulā ad huc pullatā reddidit. Nuper fleuisti Isabelā sororē, pro regina exulē, mox pro uīua mortuam. Vidisti sororē alteram pro regina uiduam. Hic opinor mihi dicit aliquis, quorsum ista pertinet oratio? An ut afflictæ lachrymas, quas abstergere debueras, prouoces, luctumq; renoues, quæ fortasse iam uel ratio sopiuit uel tempus aliqua ex parte mitigauit? Consolatoris est, uel extenuare quod accidit mali, uel ab huius cogitatione lugentē auocare, uel philosophiæ præceptis animo robur addere: Tu malorū scenā sic ponis ob oculos, ut alienos etiā ad fletū possis excitare. Triste cōsolandi genus est malorū aceruo mēderi dolori, quanq; & hoc interdū immodice dolentibus remedio fuit, quæ admodū sunt his quoq; rigidiores, qui iurgijs exigunt animi molestiā, quasi sectiones & uesturas ad curationē adhibentes. Verū hoc colore non excusabo quod facio. Merito illa mihi diceretur Maria clarissima, si consolatoris personā suscepisset: Nunc longe aliud est propositum. Non enim hoc ago, ut tuo pectori mœrorem eximam, ut lachrymas abstergeam, ut gemitus reprimam, sed ut in aliarum uiduarū consolationem, puellam inclytam, fortitudinis exemplar proferam. Fuit ista tibi procella cū multis nobilibus sceminis cōmunis, quanq; nulli plus adimerē potuit q̄ tibi, qua non erat ulla felicior. Quam multas habet Pannonia, atq; adeo ipsa Ferdinandi regis aula, quibus illa funesta clades uel uiduitatem uel orbitatem, uel utrunq; conciliauit? Sed nullam omnīū arbitror esse, quæ suam calamitatem, simili ac tuā, pectoris robore perferat. Quæ uero tam muliebri est animo, quam non pudeat impotentius discrucari, miserandis lamentationibus indecoras uoces emittere, modo te conspiciat puellam, sic natam, sic educatā, atrocissimā sortē forti in fractoq; animo perpeti? Non quod sensu mali careas, sed quod humanos affectus Christiana pietate superes. In te uelut e specula signum deus extulit, saluti futurū omnibus doloris naufragio periclitantibus. Hoc exemplum quo magis in ædito est, hoc magis omnium oculos feriet. Magis in ædito locari uix potuit, lucem undiq; cit cūfundit tam numerosa progenitorum

genitorum tuorum series, in qua nihil reperies præter summos orbis monarchas. Eos ne longius repetam, patrem habes Philippum, quo nō alius princeps fuit orbi gratiosior: auum paternum Maximilianum Cæsarem: maternum Ferdinandum regem catholicum, quorum uterq; nō minus animi dotibus rebusq; prudēter simul ac fortiter gestis q̄ ditio ne floruerunt: proauū paternum Fridericū Cæsarem, maternum Hungariæ regē: amitam Margaritā imperio dignā sceminā. Materterā Catharinā Angliæ reginā, mulierē ea doctrina, pietate, prudentia, cōstantia, ut in ea nihil muliebri, nihil nō masculinum deprehendas, præter sexū ac formā. Hæc te præcedit pompa. A latere sunt duo germani, Carolus Cæsar, cuius tanta potentia est, ut multorū inuidiā cōtrahat, tanta benignitas, ut nullius mereatur: ad cuius benignitatē nō uideo quid possit adiungi, si tanto rerū splendori, tranquillitas orbis cōtingisset. Tum Ferdinandus præter tor egregios titulos, Hungariæ Boemięq; rex, iuuenis tā magnis, tā multis excellens uirtutibus, ut inter illius decora minima portio sit. Item matū claritas, aut ditio nis magnitudo. Adde germanas tres, Isabelā, Leonorā, & Catharinā, omnes inclytis regibus aut nuptas aut nupturas. Nequid interim uaticiner de fratrum ac sororum liberis, quos iā aliquot in amplissimas spes natos gratulamur. De præteritis tuto gloriari licet, de presentibus nō est tuta gloriatio, propter Nemesin quæ subito nonnunq; iactatā prosperitatē uertit in calamitatē, multo uero minus de futuris, quorū euentus nobis incertus est: certe bene præcari licet, ut deus hūc generis uestri splendorē, orbi Christiano prosperū ac faustū uelit esse. Atq; ut nulla sit Nemesis, nō satis tuto iudicari hæc apud te prædicari, nisi ex his qui te propius norunt didicissem ingenij tui singularē modestiā, ac pietatē, quæ te ab iude docuit beatitudinē nequa q̄ in hisce rebus ponere, quas uidemus interdū & improbis obtingere, & quæ admodum sæpenu mero obtingunt indignis, ita repente dignis eripit casus aliquis. Postremo eius esse generis, ut aliquando felicis sit his spoliari, q̄ ornari, plusq; laudis habeat ea contempsisse, q̄ habuisse. Animi bona perpetua propriaq; sunt, solaq; beatū reddunt si adsint, miserum, si absint. Hæc philosophia quæ scire et imbutū & confirmatū pectus tuū, ausus sum de generis tui fortunæq; splendore nonnulla cōmemorare, quæ tamē ipsa paucis in hoc tantum attigi, ut ostenderē exemplum Christianæ tolerantia, numinis prouidentia, quo latius pateret, in ædito sublatū esse mortalib. ut unius puellæ magisterio mulieres uniuersæ, præcipue nobiles, hoc ferē molliores, quo fortunā habet indulgentiorē, discant in se cūdis rebus temperantiā, & in aduersis æquanimitatē. Id assequuntur si prospexerint, quibus præsidij armatus iste tuus animus tantis fortunæ tumultibus non cesserit. Verū illud interim mihi à tua modestia precibus impetrandum est, ut mihi liceat egregias tuas dotes, aut ut dicam Christianias, Optimi Maximi numinis in te benignitatē, omnīū oculis subijcere, quod si meis precibus non dandū putas, certe patientiā istā abs te extorquebit, Christiana pietas & charitas, quæ nihil refugit, uel pati uel facere, modo q̄ plurimis liceat prodesse. Id autē tamen si iustum & æquū arbitror, tamen uix ausim mihi polliceri futurū ut permittas quod opto, nec aliud in te magis suspiciendum arbitror, q̄ quod laudū tuarum q̄ calamitatum es impatentior, si tamen calamitas uocari debet, quicquid homini citra bonæ mentis iacturam accidit. Quid igitur faciam? Ut faciā, inuitat publica utilitas, ne faciam, deterret tua singularis modestia. Sequar temperamētum. Sic indulgebo tuæ modestiæ, ut tamen ad uniuersum sceminē ordinē aliqua per te ueniat utilitas. Non onerabo Maria pudorem tuum, sic proponā exemplum, ut nullius uiuentis personā adducam in mediū, imago uelut in tabula subijcietur oculis, ut cuius liberū sit conferre, quū uolet. Qui faciē hominis coloribus expressam attente contēplatus est, protinus agnoscit cuius sit, si tamen hūc ipsum propius est intuitus: sic qui ex interiore cōiuctu mentis tuæ simula chrū perspexit, agnoscet haud qua q̄ mendacē imaginem, nisi quod plus uidemus in homine uiuo, q̄ in picta tabula. Paucis igitur ostendā quibus rebus nobilem sceminā oporteat esse instructam, Primū aduersus aulæ delicias, deinde aduersus uiduitatē aut orbitatem, similesq; casus, qui multos sic animo consternare solent, ut aut dolore contabescant, aut sibi fatum consciscant. Nec mirum, si id accidat sceminis, quum ea res in uiris prope modum laudem publicā tulerit, magno quidē cōsensu, sed maximo errore: scriptorum. Quir enim hoc laudibus uehendum existimemus, quod impium est ac dei iustis repugnans? Sibi manus adferre, aut immanitas est, aut demētia, aut infirmitas. Iam ut fortissi-

mum sit spontanea morte finire dolorem, certe fortius est, quicquid erit malorum fortiter perpetuando vincere. Atque aduersus fortunam quidem fauiciam, multi scriptis suis mortaliū animos armare conati sunt, uerum haud scio, an acrior sit lucta aduersus fortunam blandientem quam tonantem. Certe multos nouimus, quos aduersus tristissimos casus inuictos, rerum successus prostrauit. Hic fortassis expectas inclita Maria, ut primum arma tibi porrigam aduersus fortunam blandientis insidias, mox alia, aduersus fauicentis minas. Non faciam, iisdem armis aduersus utrumque licet esse tutos. Nauclerus alius uelis utitur tranquillo mari, alius quum urget tempestas. Dux alius armis instruitur aduersus Parthos, alius aduersus Gallos, aut Germanos. Hic quoniam res animo geritur, quisquis probe munitus est, ad omnem fortunam uarietatem aequae tutus est. Quamquam ne gubernator quidem bonus est, qui non nouit nisi secundis uentis & astu nauem moderari. Nec bonus dux, cuius animus non ad omnia praeparatus est, quae solent in bellis accidere. Frequenter alius atque alius pro re nata consilijs utitur, sed ars eadem est, & pugnanti & fugienti. Sic uirtutis habitus ille, qui solus reddit hominem uere beatum aut miserum, uarijs modis exercit sese pro rerum differentijs, at ipse tamen semper sui similis est, semper idem est. Quem admodum Polycletus aliter atque aliter operatur in ligno, marmore, gypso aut cera, quum ars sit eadem, sic animus uirtutis habitus instructus, quum cunctis materiam deus obiecerit, suo fungitur officio. Et in difficilibus quidem rebus magis elucet uirtus, quam in prosperis aliquoties admirabilior sit, si propius contempleris. Non hic repetam quae scio: magno quidem ingenio uerbisque magnificis de sapientis animo disputant, in quem unum nihil potest fortuna, quem dijs aequant, interdum & anteponunt. Quid enim aliud illi, quae somnium quoddam & umbram uere uirtutis cerne re potuerunt, qui deum uerum autorem non nouerant, qui de animorum immortalitate dubitabant, corporum resurrectionem ne per somnium quidem intellexerant, qui nec fontem nec finem sapientiae deprehenderant. Si queras ab illis quid est deus, respondent qui minime desipiunt, anima mundi, aut totum hoc quod uides & non uides. Si de numero deorum queras, ambigunt, quum utique quod incomparabiliter summum est, non nisi unicum esse possit. Quum autem quicquid est homini boni, a deo uero proficiscatur, ab eodem seruetur, augeatur & contumetur, illi uirtutis habitum, quo metiuntur hominis felicitatem, humanis uiribus tribuunt, in tantum ut putent sapientem illum suum ipsi etiam superis medium unquam posse ostendere, nec aliud tamen illi benefactorum praemium pollicentur, quam magnificum illud sapientis nomen, quo nihil alienius esse potest a modestia Christiana. Valeat igitur illa laetosa pariter ac superciliosa sapientia, quae tamen multas habet sententias, multaque exempla, quae Christianis suam exprobrant oscitantiam. Si quidem illi quum nec de ueri certam cognitionem haberent, nec caelestis regni spe ducerentur, nec agerentur spiritu dei, tamen humanae mentis uiribus tam anxie de uirtute cogitarunt, tam multa subtilissime peruestigarunt, tot exempla perfectae uirtutis, aut si mauis simulachra, factis prodiderunt. Contra bona Christianorum pars sic uiuit, ut de uera hominis felicitate, ne leuiter quidem unquam cogitasse uideatur, quum ad huius cognitionem non sit opus operosa dialectica, nec multorum annorum studio, sed Christus certissimus autor, sic in compendium reductam philosophiam caelestem nobis explanauerit, ut nulla aetas, nullus sexus, nullum ingenium hominis non huius docile sit, modo mentem adferat, mitem, obsequentem ac tractabilem. Atque hoc ipsum deus praestat homini per quod docilis redditur, modo ne se subducat benignitati numinis. Proinde nequaquam audiendi sunt, qui ab hac philosophia submovent Principes, aliosque rempublicam administrantes, submovent foeminas, praefertim in regum aulis uersantes, submovent aetatem ad huc uirentem, quum nulla sit aetas docilior, quam ea quae nondum uitiorum assuetudine, aduersus bene mouentem obduruit. Istos uero qui negant Euangelicam doctrinam utilem ad gerendum principatum, aut rempublicam administrandam, olim confutauit d. Augustinus, nos quoque non nihil attulimus, in Panegyrico, quem olim patri tuo Philippo, Rursus in Christiano principe, quem Carolo fratri, etiamnum adolescenti, & recens principatum inaugurato, tradidimus: adeo uero non est inutilis, ut ad bellum quoque gerendum, rem omnium truculentissimam conducatur. Si quidem imbutus philosophia Christiana princeps, omnia tenebit ne ad bellum ueniat, deinde si uitari non poterit, quanta poterit humani sanguinis parsimonia geret. Curabit ut militi

quam

quam minimum liceat, ad innoxiosque minimum calamitatis redeat, denique dabit operam ne laetius serpat, ne in longum tempus proferatur. Nemo diu belligeratur, qui belligeratur inuitus. Nihil enim moror istas uoces, odi bellum, sed iniurijs adigor, opto pacem, si detur equa & honorifica. Simili modo tergiuersant & latrones. Nulli deest causatio, qua culpam suam eleuet. Nunquam inter illos pax est, inter quos de summo iure contenditur. In pace uero summa religione curabit, ut uiros integros et incorruptos ad moueat ad publicas functiones. Breuiter utroque tempore sic administrabit dittonem, ut meminerit se post paucos dies, Christo monarchatum monarchae, cuius potestas ineuitabilis est, de singulis redditurum esse rationem. Tamen abest ut Euangelica doctrina officiat rempublicis tractatibus, quae cunctis quidem ad recte uiuendum, sed non alijs magis quam principibus est necessaria. Iam quod ad sexum & aetatem attinet: si Christus pueros amater complexus est: si Ecclesia pueros septuagesimo iudicat habitus, & aetati tam tenerae credit Euangelicae philosophiae mysteria, & quod tradidit exitum, quis hominum audebit illos submouere? Idem si foeminas in priuatum etiam colloquium admittit, si in intimam familiaritatem recepit, ueluti Samaritanam & Mariam Magdalenam: Si idem fecerunt Apostoli, quorum Ioannes Euangelista quandam epistola dignatus est, dominam appellans, si d. Hieronymus, Ambrosius & Augustinus, alijque celebres Ecclesiae doctores non epistolis modo, sed iustis uoluminibus agunt cum uirginibus, uiduis, & coniugatis, & agunt non de rebus friuolis, sed de diuinarum literarum enarratione, quum quisque eum sexum diuinae sapientiae iudicet indocilem. Iam si speciemus exempla, pudet dicere, sed tamen res dilucidior est, quam ut inficiari liceat, plura propemodum religionis ac pietatis exempla suppeditat foeminarum ordo, quam uiuorum, si modo pietas est, puritate corporis & animi, uel tam angelorum aemulari, abdicatis mundi pompis & opibus in solo deo spem, solatium, ac uoluptatem omnem reponere, pauperibus & aegrotis pecunia pariter & officijs opitulari, in sanctis precibus, ieiunijs, ac diuinorum uoluminum meditatione indefesso studio uersari. Probe faciunt qui plebeios mouent, ut cum religione ac tremore uersentur in laetitia uoluminibus nec temere suo iudicio fidat. Verum qui simpliciter libros diuinos excutiant in manibus laicorum, quo spiritu ducantur nescio, certe decretum illorum pugnat cum exemplo Christi & apostolorum: & a quo deterrent isti, ad hoc exhortantur Ecclesiae probatissimi doctores, summa laude dignum existimantes, quod isti uelut impium execrantur. Exhibendae sunt autem istorum uoces, qui dum facere uideri student, impios sese declarant, negantes Euangelicam Apostolicamque doctrinam ad primarias & aulicas foeminas pertinere. Nonnarrum hoc esse, non principum. Omittamus istius nominis inuidiam, quod apud eam gentem unde ad nos dimanauit, nihil aliud sonat quam sanctas, quae appellationem olim Christianis omnibus fuisse communem declarant Apostolorum litterae, declarat & recentiorum scriptura, quingentis a Christo nato annis, quicumque Christum profiterentur citra discrimen sanctos ac sanctas fuisse uocatos, quemadmodum fratres ac sorores. Quod si Christianorum omnium professio est, iuxta Christi doctrinam, & Apostolicas traditiones uiuere, quos putet instituti, pudeat & cognominis. Sin contumeliam non ferendam existimant, si quis ipsos neget uocandos Christianos, quum indecorum putant iuxta Christi doctrinam uiuere. Imo si contumeliam non tolerandam ducunt a Christiani cognominis honore submoueri: facile colligunt quae non sit honorificum, uitam agere cum Christiana professione pugnantem. Et si fordium abiectionemque putant pie innocenterque uiuere, magnificum ac regium existiment a confortio coelitus exclusos, cum satana tradi sempiternis ignibus. Non est Christus tetricus ac superciliosus, qualis illum fingunt hypocritae, nihil illo popularius, nec minus communis est omnium quam huius mundi sol. Praclare uero de principibus, ac principum aulis sentiunt, si putant illic uere religioni locum non esse, si quod in rebus humanis optimum est, optimatibus adimunt, atque ibi iudicant fore deesse pariter Christi legibus, unde reipublicae leges proficiscuntur. Qui fieri potest ut bene regant populum suis edictis, qui Christi iussa spernunt? Aut quae fronte postulant, ut sibi ueluti principibus populus honorem exhibeat, si ipsi non agnoscunt summum omnium principem Christum? Imo quemadmodum fortasse uere dictum est, non statim bonum esse principem, qui bonus sit uir, ita extra omnem controuersiam est, non posse bonum esse principem, qui uir sit non bonus: & quemadmodum Plato dixit, non aliter ciuitates fore felices, quam si principes haberent philosophantes, ita uerissimum est rempublicam nunquam esse florentiorem, quam sub principe Christiano, qui in omnibus quae gerit, deum

e e 4 omnium

omnium cognitorem, iudicem, uindicem, ac remuneratorem habet præ oculis: qui si contingat, cuius domus erit castior & à uitij purior quæ huius aula? Hoc tantum interest inter principem & hominē priuatum, quod ille plurimum malo, pius aut impius est. Ad mores principis, omnes libenter uitā attemperant, & qui sunt improbae mentis, tamen hos à sceleribus principis integritas deterret. Itaque cuiusmodi sint aulae, potissimum à principum ingenio pēdet. Hic opinor agnoscis tuam felicitatē Illustrissima Heroina, huiusque nomine deo opt. max. gratias agis, quod utrunque fratrem habes ea morum sanctimonia, ut illorum aula nihil aliud sit quæ religionis ac pietatis exemplar. Dicas utrunque ad religionis decus & natum & educatum, atque ut liqueat penitus insitum supremi numinis amorem, nulla fortunæ indulgentia potuit hætenus pietatis ardore extinguere: neque uero ad aule sanctimoniam leue momentum adfert, principis uxor. Generosus atque ut ita loquar leoninus est regum animus, nec à quouis tuto solet tractari: leones & Elephantes uiribus inuictos arte mitigant & ad obsequium pertrahunt, quibus illorum comperum est ingenium. Vxor uiri molles aditus & tempora nouit, nec raro blandis precibus impetrat quod non impetraret acies armata. Summa potestas, citius exoratur quæ persuadetur. Nam cogi omnino non patitur. Paulus scripsit, interdum per mulierē fidelem sanctificari maritum infidelem: ita non raro fit, ut regem ferociorem aut dissolutiorem, regina, partim sanctimonia morum, partim comodis ac tempestiuis hortatibus, ad sanctiora consilia pertrahat, itaque si totam aulam purgare nequit, certe peccandi licentiam magna ex parte contrahat. Habes & hic exempla domestica, mirandam uiraginem & à laudatis omnibus laudatam Elisabetham auiam maternam, quæ singulari religionis amore flagrauit, nec suæ tantum aulae, sed totius etiam Hispaniæ mores ad pietatis disciplinam inclinare conata est. Tum Ioannam matrem tuam hæc in parte matris suæ simillimam. Nam de Britannia regina matertera tua iam ante meminimus. Ab illorum igitur opinione, qui credunt amplam fortunam pugnare cum studio pietatis, statim absum, ut existimem illam non modo nihil officere, uerum etiam plurimum adferre momenti. Quæ enim omnis Christiana pietas, tribus præcipue rebus consistit, afflatu numinis, doctrina et officij pietatis, primum nescit deus personarum respectum, sed ut diues est supra omnes, ita benignus est in omnes, cuiuscumque status, aut conditionis sint, imò si quid interest, benignius impartit sua dona istis, quos fortunæ splendor, uel in theatro omnium oculis exposuit. Quæ enim ita uisum sit diuinæ sapientiæ, ut plerumque munera sua per homines largiatur hominibus, copiosius impartit his, quorum pietas latius ubertiusque fructificet. Sic Dauid afflauit opulente suo spiritu: sic Solomonem præ cunctis mortalibus ad populum gubernandum instruxit sua sapientia. Ad primam partem pertinet fides, cui comites sunt spes & charitas. Hic est fons, caput, radix & fundamentum omnis pietatis, atque hæc ex æquo communia sunt omnium, siue reges sint, siue inopes, ut ille ait, coloni. Iam nulli magis egent doctrina Christiana, quæ hi qui latam tenent ditionem, & à quorum autoritate pendet summa rerum humanarum. At bene natis ac liberaliter educatis fere docilius est ingenium & ad pietatis habitum sequacius: Tum plus oculi suppetit discendis ac meditando istis quæ conducunt ad salutem æternam: Ad hæc præceptorum, codicum, cæterarumque rerum, quæ parandæ doctrinæ sunt necessariae, paratior illis est copia. Quanquam huius philosophiæ, quam diximus omnium esse communem, nemo non docilis est, cuius mentem illustrauit fides, instruxit charitas, excitauit spes. Per hæc enim deus reddit animum hominis docilem. Siquidem ab eodem uenit docilitas, à quo doctrina proficitur. Nec est tam perplexa philosophia Christiana, quam multi uolunt eam uideri, si submoueas ea quæ ad ostentationem ingenij quorundam inuexit ambitio. Demum ad officia pietatis nemo magis instructus, quam qui opibus, autoritate, splendore, dignitateque, cæteris antecellit. Hæc omnia quum principi nihil aliud esse debeant, quam instrumenta charitatis, quam seges materiaque uirtutis exercendæ, cui magis in prociectu est subuenire egenis, adesse pupillis, subleuare uiduas, eripere oppressos, componere simultates, cohercere licentiam, legibus & exemplis ad recte uiuendum uel exhortari uel cogere, quam ei qui principatum gerit. Proinde multum aberrant à uero, qui putant religionis studium non conuenire præcellenti fortunæ, quum nulli magis sit opus religionis studio, nullisque sit ad hanc uel discendam uel tradendam, uel exercendam instructor, quam quibus muneris dignitas summam adiunxit auctoritatem, quibusque procliuē est uel metu terrere malos, uel præmijs

præmijs allicere bonos. Habent denique & principes, quos imitentur, si non Antonios aut Paulos, certe Dauid, Solomonem, & Ezechiam, aliosque testimonio diuinorum uoluminum claros principes. Non sunt apostoli, quanquam quisquis publico fungitur munere, quodammodo apostolus est, hoc est legatus. Sicut enim deus mittit prophetas ac sapientes, ita mittit & reges & satrapas, bonos ad subleuandos suos, malos ad castigandos. Verum ut non sint apostoli, habent tamen magistros apostolos, qui spiritu Christi afflati, quum cæteris omnibus, tum principibus quoque uiuendi normam præscripserunt. Quum & concionandi munus regale est, habet enim monarcha gladium ad uindicandam malefactorum, sed habet & linguam non minus gladio necessariam, multo magis efficacem. Hæc hortatur multitudinem, ad legum obseruationem, deterret militem à licentia uiolentiæ, comonest iudices ac magistratus officij sui, ciues ad mutuam concordiam animat, seditiones componit, finit lites, curat ut omnia sint in officio. Nulla potentior, nulla salubrior, eloquentia, quam quæ cum autoritate suadet honesta. Quum enim ipsa uis honesti per se moueat animos hominum, acres habet stimulos, si principali dignitate commendetur. Si legeris Exodum, Numeros, Leuiticum, Paralipomena ac Deuteronomium, perspicies Moysen tantæ multitudinis principem, nihil aliud fuisse quam Ecclesiastem, & qui totum ferè principatum lingua gesserit, interdum & precibus populi causam agens apud deum. Et ubi sunt isti crassuli, qui ad huiusmodi monita solent cachinnos tollere. Eadem, inquit, opera, ra de principi uerticem, & da illi longam uestem, quasi uirtus dedecet regem. Huius generis exempla non pauca reperies & in principum ethnicorum annalibus. Assidue sedebant in iudicijs, orabant apud multitudinem, uersabantur in concilijs, ne in priuatis quidem negocijs elingues, componebant uitam in exemplum reipublicæ, ducebant notitias insomnes, ut populi rebus consulere. Conuenit autem ut princeps Christianus hæc omnia multo præstet religiosius, quæ uel antiquæ legis alumni, uel idolorum cultores præstiterunt. Istis igitur assentatoribus, qui regium esse putant, nihil habere cum euangelica religione commercij, qui eum demum regno dignum iudicant, qui sit latroni simillimus, quid superest nisi ut illis baptismi sacramentum & Christiani nomen adimant? Alioqui quale est, nomen inane Christiani relinquere, rem detrahere? In aulam itaque non oportet impietatis culpam rejicere, quum hoc ipsum, ut dixi, magna ex parte sit in manu principis, qualem habeat aulam. Sed donemus aulam uulgarē, in qua regnent deliciae, luxus, choreæ, alea, chartæ, moriones, nugæ, fuci, lasciuia, profusio, opum ostentatio, fastus, ambitio, adulatio, stultitia. Nam hæc est ferè summa uitiorum, magnatum aulis familiarium. Cæterum ut ad morum integritatem plurimum interest, inter quos uiuas, ita perfecta pietas magis elucescit inter male moratos, & iritamentis nequitiae magis accenditur ad studium innocentiae. Lot sanctimoniam non inquinauit, spurcissimæ ciuitatis consortium. Ioseph pudicitiam non corrupit, sed illustrauit aula Pharaonis, Danielem cum duobus æqualibus impij regis aula non abduxit à cultu patriæ religionis, uterque in hoc elatus, ut per eam occasionem illustrarent nomen dei sui. Hester inter aulae prophanæ delicias non amisit animi pietatem. Inter bonos bene uixisse non tam mirum est, quæ detestabile est, inter eos male uixisse. At ueræ minimeque fucatae probitatis argumentum est, inter eos rectum tenere uitæ cursum, quibus uel inuisa uel ridicula res est morum integritas. Quid olim urbe Romana inquinatus? Illic sancte uixit Paulus apostolus. Quid Corinthiorum urbe effeminatus? Et illic pietatis scholam aperuit Paulus. Idem fecit Athenis, qua ciuitate nihil erat corruptius. Idem Ephesi, quæ & ipsa non sine causa male audiebat. Non inquinat innocentem malorum conuictus, sed assentire nequitiae polluit hominem. Quamquam est impietas enormis & deplorata, quæ meretur excludi bonorum consortio, si liceat, qualis est Iudæorum, aut si qui sunt alij, qui non ueretur impijs conuictis afficere gloriosum nomen domini nostri Iesu Christi, aut qui publicis hominibus, ueneficis, latrocinijs, adulterijs cooperti sunt, nec ipsos pudet sui dedecoris. Ab horum enim congressu temperandum est, nisi uel urgeat necessitas, uel ad meliora reuocandi spes inuitarit. Nam uxorē facinoroso coniugi, filium impio parenti astringit naturalis pietas. Rursus spe profectus, & cum hæreticis, Iudæis ac Turcis miscere colloquia fas est. Iam est consuetudo quædam ciuili ac uulgaris, qua comiter salutamus obuios, etiam illos quorum uita nobis displicet. Est propior quædam, quam familiaritatem, seu domesticam consuetudinem appellare solent: Ad hanc non admittendi sunt, qui grauibus laborant uitij, nec de se

spem præbuerit melioris frugis. Quisquis enim horum arcta necessitudine delectatur, aut fauet nequitia, aut certe pronus est in periculum. Taliū igitur vitare familiaritatem, geminam habet utilitatem. Sic enim & tutior est innocenti integritas, & fieri potest, ut improbus ad se redeat, dum erubescit à bonis vitari. Quemadmodum autem uir bonus optaret in ea ciuitate, in qua uiuit, neminem esse scelerosum, ita mixtus malis bonisq; sic temperat uitæ suæ rationem, ut malos pro sua uirtuti pertrahat ad uitæ correctionem, bonorum exemplo fiat ipse quotidie melior. Ita nihil uetat pium inter aulicorum delicias luxumq; uitam sobriam & innocuam peragere, eo temperamento, ut erga cunctos seruetur comitas, cæterum in familiare contubernium non recipiantur, nisi uel uirtute præditi uel ad uirtutem dociles: eorum uero mores, quorum uitis mederi non potest, sic ferat, ut uitæ dissimilitudinem coarguat interdum & uultus tristitia. Ad obrecreationes, ad assentationes indecoras, frontem obducatur, ad iocos lasciuos, nec arrideat nec respondeat, quantumq; licet à talium familiaritate sese subducatur. At sunt quædam in moribus hominum culpe, quas quoquo te uertas, feras oportet. Cum hominibus homines hic uiuimus, non angeli cum angelis. Rursum sunt quæ per se mala non sunt, nisi placeant, & animum nostrum auocent. Veluti uestitus splendidior, mensa lautior, ædificiū magnificentius. Hæc non sunt interdicta principibus, nisi modum in his excedant, nec his animum uehementer oblectent, sed uel consuetudini seruiant, uel in hoc adhibeant, ut auctoritatem suam his quoq; rebus commendent populari turbæ. Expedit enim hoc reipublicæ ut principum quàm grauiissima sit auctoritas, quæ licet heroicis uirtutibus potissimum & paretur & alatur, tamen apud rude uulgus hæc quoq; non nihil habent momenti. Odit Hester superbiam signum, quod aliquando cogebatur in capite gestare. Quid illi nocebat diadema, cui gratius erat cilicium si licuisset. Et si recentioribus exemplis magis tangimur, habet Germania suam Elisabetham, dignitate Langrauiam, sed pietate monacham, quæ sic sese partita est marito & Christo, aulæ & religioni, ut non solum ipsa malorum contagione, non sit facta deterior, uerum etiam multos ad pietatis amorem inflammarit. Vestis quæ tangit corpus, non inquinat animum, nisi tangat animum, quemadmodum cibus non polluit animum, si tantum corpus tangat. Animus autem contingi non potest, nisi accedat affectus. Sæpe sub ueste cinericea sordidatq; sæpe sub pannis mendicorum latet animum fastu plus quàm Sarrapico tumens. Sæpe sub Diogenico pallio latet animum delitijs effoeminatus. Quid confert sordida uestis, si holosericus turget animum? Sub quouis amictu regi potest mens pia. Opes habere non est uitium, sed amare, uitium est. Eleganter habitare, splendide uestiri, lautis mensis accumbere non est crimen, sed ad has res applicare animum crispum est. Plato quum apud Dionysium Siciliæ tyrannum ageret, iuuenē luxu dissolutum, in aula delitijs corruptissimum, suam tamen frugalitatem non dedidit, quin potius illum à uoluptatibus ad disciplinarum studium inflexit. Anacharis nonquam Athenis uiuere, in qua ciuitate difficillimū erat probū esse, nihil tamen de sua seueritate remisit. Quamquam in his quoq; quantum licet, Christiana frugalitas locum habere debet, si licet. Sicut minus, in quocunq; uitæ habitu, animum deo approbandus est. Hester in purpura, Martinus in militari chlamyde, pium animum præstabit domino. Abeāt igitur in rem bonam, qui principibus adimunt id quod in uita est optimum, hoc est religiose uiuere, puramq; mentem exhibere domino. Rebus secundis pariter atq; aduersis illustratur sincera pietas, quia utraq; sollicitant ad uitia, sed haud scio an ex aduersis interdum sit plus discriminis. A quot commodis arcent, ad quæ dedecora plurimos impellunt, egestas, ignobilitas & inopia. Inuitant quidam ad luxum ac ferociam diuitiæ, uerum angustia rei familiaris docet uasfriciem, adulationem, imposturas, lenocinia, furta, rapinas, maleficia, reliquasq; pessimas artes; pudendum genus, deijcit animos, ne sese ad res præclaras erigat, & obscuritas præbet latebras ad licentius peccandum. In summa, fortuna blandiēs illicet ad uitia, fauens cogit. Insyncerus animum utraq; fortuna corrumpitur: at quem fides & charitas imbuit, in omni uitæ statu sui similis est. Facestant igitur istæ excusationes in peccatis, Si leant linguæ in hoc tantum disertæ, ut uirtutis studium ad paucitatem relegent, nec ætas, nec sexus, nec conditio, nec status, nec fortuna, nec locus, nec uitæ genus obstet, quo minus pie uiuamus in Christo Iesu, qui nec hic est, nec illic, sed intra nos est, & ubicunq; ille est, ibi est regnum dei. Quin potius cuncta ista, quæ uulgus hominū solet prætexere suis uitijs

uicij, his qui Christi spiritum hauerunt, cedunt in materiā incrementumq; pietatis. Venio nunc ad uiduas, à quibus diuinæ literæ perfectius quiddam uidentur exigere. Nec in hoc sumam operæ, ut uiduitatis dignitatē oratione celebrem; fecit hoc iam olim ille mellitus orator Ambrosius. tã ornate, tam copiose, ut nihil possit accedere: nec ut te puellam ad perpetuam uiduitatis professionem adhorter, quum Paulus apostolus id nō ausus sit facere, quin potius metuens ætati lubricæ uiduas adolescentulas uelit nubere, ac matres familias fieri: non quod idē nō liceat uiduis, quod laudatur in uirginibus, sed quod perpetua continentia sit peculiare dei munus, Gratulamur ei cui datum est, non inducimus in laqueum cui non contigit. Ut igitur coronatur uirginitas, non præcipitur, ita proxima laudē fert uiduarum castitas, non præscribitur. Quod si ideo à nemine exigitur perpetua uirginitas, quia rara dos est, nec sine graui periculo tentatur quod arduum est, minus conuenit florentem ætatem, ad perpetuam uiduitatem impellere, quod plerunq; facilius est, in totum à uoluptate temperare, quàm expertam contemnere. Quod igitur dominus cuiq; liberum esse uoluit, id astringere non est hominis. Quamquam haud scio an istam libertatem, quam Christus & ex Christi sententia Paulus reliquit omnibus, quam & naturæ ratio & humanæ constitutiones comprobarūt, tibi tueri liceat, præsertim cum ea sit fortunæ tuæ sublimitas, ut etiam si gratior sit animo tuo uidualis continentia, tamen publica utilitas uel inuitam sit ad coniugium adactura. Scio quàm plausibilis fuerit etiam apud ethnicos Monogamia, quàm detestabilis polygamia, nec me fugit, olim apud Germanos fuisse receptum, ut non nisi uirgines nubere. Nec immerito laudatur Cornelia Gracchorum mater, quæ maluit Cornelia Gracchi nominari, quàm Aegypti regina. Nā Ptolemæus rex huius sceminae nuptias ambiebat: nec sine causa celebratur illud Portia dictum, Pudicam matronam nō oportet nisi semel nubere. Applauditur & Sulpitiæ Messalinæ responso, quæ rogata non post elatum Sulpitium maritum, uellet iterum nubere, quod etiamnum florente esset forma pariter atq; ætate. Nequaquam, inquit. Nam mihi semper uiuet Sulpitius. Laudatur & Carum regina Artemisia, & Carthaginis conditrix Dido, aliæq; complures sceminae, quæ sic maritos suos dilexerunt, ut adulteri geminus iudicarent, illis alterum coniugem asciscere. Sed non eadem licent omnibus. Hic partim animum tuus, partim Reipublicæ ratio in consilium adhibenda est. Eoq; non conabor uerbis attollere, quantum laudis sit apud Christianos, perpetuæ uirginitatis professio: Nec tractabo comparationem uirginitatis, uiduitatis & coniugij, quod argumentum à priscis nonnullis contentiosius tractatum uideo. Inuidiosum enim laudandi genus est, sic esse uirginitatem, ut matrimonij dignitatem eleues, aut sic mirari uiduitatem, ut secundas nuptias suggilles. Quanto plausibilis est, ut hunc ceu trium gratiarum chorum manibus confertis iungamus, quarum unaquæque suis dotibus sic eminet, ~~ut sit quam præferas, ut sit quam præferas.~~ Habet horum quisque status ornamenta sua laudesq; ex sacris literis. Prima quidem dignitas uirginitati defertur, si spontanea est, si cæteris uirtutibus comitata. Proxima uiduitati, tertia coniugio. Ordinem uides, sed qui nescit contumeliā, sed qui conglutinat charitatem, non officit dignitati. Non enim sic præfertur uirginitas coniugio, quemadmodum præfertur aurum æri, sed quemadmodum gemma præfertur auro, atque ita uiduitas cedit uirginitati, ut onyx cedit margaritæ, chrysoloprasius smaragdo, crystallus adamanti. Si conferas aurum smaragdo, dubitare possis utrum eligas: si smaragdum auro conuestias, mirum quàm utrunque alterum deceat. Ad hæc habet quisque status peculiare quiddam, ~~quod non potest esse in aliis.~~ In coniugatis ab Apostolo prædicatur liberorum procreatio, religiosaq; educatio. Huic enim merito, ne leue putes, salutem ille promittit. Hoc certe nomine uirginitas, cedit coniugio. Neq; uero mediocris est meriti, domino seruisse in marito, morumq; pictate uirum lucrificasse Christo. Ea sanè res tanti momenti uidetur Apostolo, ut hac de causa nolit uxorem Christianam discedere à uiro nondum Christiano, si coniugium fuerit ante baptismum contractum. Deinde è coniugio nascitur uirginitas, atque hoc quoque titulo uirgines debent honorem matribus familias. Adde quod coniugium in paradiso consecratum est, ipso deo antistite. Proinde si quid dignitatis adfert antiquitas, hic potiores tenet matrimonium. Virginitatem dominus in matre primum consecrauit, uirgo natus ex uirgine. Cæterum ne quis hoc in matrimonij contumeliā possit interpretari, uirginis

ginis filius esse uoluit, sed conjugata, ut si non ex coniugio, certae in coniugio nasceretur. Iam si species Ecclesiae iudicium: Primum quidem decus illa tribuit uirginitati, sed coniugium inter septem sacramenta ueneratur. Postremo ut honoratior est uirginitas, ita tutius est matrimonium. Habet & uiduitas quo possit utriusque praeferrī. Siquidem ut continentiam habet cum uirginibus communem, ita generationem educationemque liberorum habet communem cum coniugatis, si modo liberos sustulit. ~~De uirginitate & uiduitate~~ Deinde maioris est humanitatis, habere curam liberorum patre orbatorum, quam quam bonam huius sollicitudinis partem in se transfert maritus. Quod mater educat liberos, pietatis est, quae naturae quoque debetur, quod pupillos instituit, misericordiae est, quo sacrificio nullum potest esse deo gratius. Praeterea autoritas ac magisterium penes uiduas est, erga uirgines simul & nuptas. Viduarum est enim nupturas, ac nuper nuptas edocere quomodo se gerere debeant, erga maritos, erga liberos ac familiam, erga affines & cognatos. Earundem est, uirgines in disciplina continere, docere rationes, quibus & integritati & famae debeant consulere. Atque hoc sane nomine, uirginitas simul & coniugium honorem debet uiduitati, cuius magisterio, consilijque iuuantur ambae. Itaque quemadmodum florem exosculamur in uirginibus, utilitatem probamus in matribus familiis, ita auctoritatem ueneramur in uiduis. Quibus ex rebus liquet, has tres uitae species, non tam distare dignitate, quam gradibus, quemadmodum primam in pueris aetatem, quonia ueluti flos est aui humani, exosculamur, uirilem aetatem, quonia rebus gerendis idonea est, honoramus, Senectutem uero, quae quonia utriusque fuit, potest utriusque consulere, ueneramur & obseruamus. Habet enim omnis res initium, progressum & summam. Sic olim Roma, uirgo uetustatis primis annis decem, discibat mysteria, alteris decem exercebat, tertio decennio docebat: Omnibus tamen eadem erat dignitas, nisi quod in discipulis erat aetatis gratia, in proximis usus officij, in tertijs docentium autoritas. Ita unum quodque uitae genus sua dote commendatur, itaque fit, ut sese mutuis honoribus praeuenire debeant, non mutuo fastidio inuicem contemnere. Frequentissimus enim plausus datur uirginitati, uerum haec quo magis antecellit dignitate, hoc plus honoris debet coniugatis ac uiduis: coniugatis, ut matribus uiduis, ut magistris. Atque huic inter humanos applausus illud Solomonis potissimum occinendum est, quo maior es, hoc te submissius geras in omnibus. Postremo laus harum rerum non tam pendet ab ipso genere, quam ab animi pietate, cuius tantum potest esse uigor, ut alicuius mulieris secundae uel tertiae nuptiae deo sint acceptiores, quam alterius uirginitas. Iam si res exemplis aestimetur, in ueteri testamento paucae uirginitatis titulo celebrantur. In nouo quam speciosus, quam numerosus chorus uirginum, quae non solum uoluptatem, sed & uitam amore Christi contempserunt, & habent agminis sui ducem, Christi matrem, qua merito gloriantur, licet non sola. Gloriantur de illa & conjugata, quae uero nupsit. Gloriantur & uiduae. Non enim constat nobis an Ioseph ante coniugem suam decesserit, illud constat, quod sanctissima uirgo, si tum maritum habuit, sic habuisse quasi non haberet, assidue uersantem inter apostolos, atque illis cum ceteris mulieribus ac uiduis inseruientem. Habent in ueteri testamento conjugatae principem ordinis sui Saram, habent in nouo Elisabetam Ioannis Baptistae matrem. Habent & uiduae praeclearas foeminas agminis sui duces, egregiam illam uiraginem Iudith, quae mulier geminum ex inuictio uiris hoste triumphum reportauit, uictoriae uidelicet & pudicitiae, quarum alteram peperit desperanti patriae, alteram sibi seruaui illibatam. Nam & occidit fortissimum, & fessit libidinosissimum. Habent certioris historiae Deboram, quae prudentia, animique fortitudine uiris praefecta, tot res praeclearas gessit. Habent uiduam Sareptanam, Christianae hospitalitatis exemplar. Habent Noemi, cuius pietas celebrata est sacris literis. Habent admirandi roboris foeminam matrem septem Maccabaeorum, quae plus suppliciorum in filiis quam in suo corpore perpassa est. Et ecce tibi mox in ipso Euangelij uerbo tribulo occurrit ueneranda anus Anna, quae mature uidua, usque ad extremam senectutem perseuerauit, non in delicijs, & otio, sed in precationibus & operibus pietatis, uelut in hoc seruata, ut uideret infantem, quem uenturum afflatu spiritus didicerat. Occurrit & Petri focus, quam febre decumbentem Iesus erexit, & ad solitum ministerium restituit. Quid ego hic memorem tot uiduas, quae de suis facultatibus ministrabant apostolis, omnibusque

relictis

relictis affectibus, sequuntur sunt Euangelicum munus. Ad uiduarum preces Petrus uirginitatem reddidit Dorcadem. Quid referam tot recentiores illustri uirorum literis commendatas: Marcellam, Principiam, Paulam, Laetam, Blefillam, Fabiolam, Saluiam, Suniam, & Protelam, quas insignis ille doctor ecclesiae Hieronymus, libellis dicatis, aeternae seculorum memoriae consecrauit. Quid Iulianam & huius, ni fallor, matrem, Demetriadis auiam Probam, quarum gloriam diuus Augustinus ab obliuionis iniuria uindicauit. Quamquam autem in ueteri testamento, quonia adhuc fecunditati corporum seruiebatur, ac perpetuae uirginitati nondum suus coeperat haberi honos, uiduitas etiam pro bro dabatur, quemadmodum & sterilitas, sed apud homines duntaxat, non apud deum, tamen & illic multum honoris habitum est a deo uiduis, ut quarum curam sibi peculiari ter uindicarit. Sic enim loquitur Exodi xxij. Viduae & pupillo non nocebitis, si laeseritis eos, uociferabuntur ad me, & ego audiam clamorem eorum, & indignabitur furor meus, percutiamque eos gladio, & erunt uxores uestrae uiduae, & filij uestri pupilli. Quid hac prouidentia potest esse amantius? Qui princeps est uniuersorum, nominatim se proficitur uiduarum patronum atque uictorem. Rursus Deuteronomij xxiiij. Non auferes, inquit, pignoris loco, uiduae uestimentum. Et Iob xxiiij, ueluti praecipuum scelus, quo prouocaretur ira dei refertur, pignoris loco abegisse bouem uiduae. Atque eiusdem operis capite xxij, magni criminis uice memoratur, uiduas dimisisse uacuas. Quod si scelus est nihil dedisse uiduae, quantum crimen est illas spoliasse? Atqui lex non uetat a debitore pignus accipere, sed hanc deus uiduarum praerogatiuam esse uoluit. Psalmi 67. Deus dicitur pater orphanorum, & iudex uiduarum. Quid? an non ille pater & iudex omnium? Est, sed peculiari quadam prouidentia iudex est & uindex uiduarum, Rursus Psalmi 131. Viduam, inquit, eius benedicens benedicam. Quid est benedicens benedicam? nisi copiosam peculiaremque benedictionem uiduis impartiam, benedicam in hoc seculo multiplici spiritualem gratiae solatio, benedicam in futuro, nunquam finienda felicitate, quia mihi praeceteris curae sunt. Quemadmodum testatur & Psalmus 145. pupillum & uiduam suscipiet. Quanta dignatio benigni numinis erga uiduas? Destituuntur praesidio solatioque maritorum, & deus illarum tutelam ad se recipit. Rursus per os Eliae dominus inter praecipua pietatis officia commendat uiduarum defensionem. Concinit huic cap. xxij, quum uiduas ne contristari quidem uult. Eadem praecipit per Ezechielem, per Zachariam. In summa, toties recurrit, infigitur, inculcatur, in arcanis literis haec sententia, ut ineptior uideri possim, si uelim omnia loca percurrere. Si transeamus ad nouum testamentum, parem curam uiduarum habitam reperiemus, imo plus honoris habitum huic statui. Apud Matthaeum 23. Dominus minatur scribis & pharisaeis, quod comederent domos uiduarum, simulatione prolixarum precum, quo dicto tacite commendatur uiduarum religio, quam nisi magno studio coluissent, non poterat huius simulatione falli. Apud Marcum 12. Dominus delectatur spectaculo uiduae pauperulae mittentis duo minuta in gazophylacium, & huius pietatem, omnium muneribus anteponebat. Apud Lucam 4. reficit memoriam uiduae Sareptanae, ad quam unam missus fuerat Helias fame periclitans, ut ab illa pasceretur, subindicans in Helia fuisse personam ipsius, in uidua Ecclesiae gentium. Dominus enim famelicus uenit in terram, esuriens ac sitiens humani generis salutem: In synagoga non inuenit famis solatium, quia non inuenit fidem: in pauperula uidua, quae sui nihil habuit, & hoc ipsum quod habuit totum Christo tradidit, refocillatus est. Nec latuit Iudaeos quid sibi uellet exemplum uiduae Sareptanae. Siquidem eiecit e ciuitate duxerunt in supercilium montis, ut illinc eum praecipitem darent. Dominus autem nondum se praebuit illorum maliciae, quia nondum uenerat tempus a patre praefinitum. Proinde ne uos uestri poeniteat o uiduae. Pharisaei insidiantur facultatibus uestris, furo religiois deuorantes domos uestras: Superba ciuitas odit uos opprimiteque, sed habetis dominum patronum, iudicem, & uindicem, cuius potentiae nemo potest resistere. Apud eundem cap. 7. non fert lachrymas mulieris uiduae filium unicum exanimem efferentis, sed adolecentem euocatum in uitam, reddit matri, quae marito desolata, totum uitae solatium in unicum filium transtulerat. Apud eundem 18. sub imagine uiduae, iudicem licet impium, improbitate sua ad uindictam propellentis, proponit nobis exemplar incessanter orandi, Nimirum & illud obiter indicans, proprium esse uiduarum, assidue uacare precationibus

Tom. 5

ff

hibus

nibus. Nec Paulus qui Christi spiritum hauserat, dissentit à magistri doctrina. Nam Timotheo præcipit, ut uiduas honoret, quæ modo ueræ essent uiduæ. Quod Timotheo præcipit Paulus, id omnibus episcopis præcipit Christus, ut uiduis honorem deferant. Honorem autem appellat omne subsidij genus. Eidem scribens mandat, ut si quis Christianus, aut si qua Christiana habeat uiduas, suppeditet illis. Non erat satis Apostolo generali nomine pauperum & uiduas commendasse, nominatim & extra ordinem illarum curam gerit. Audistis ó uiduæ dignitatem ordinis uestri, ne despondeatis animum, quod in mundo uidemini abiectiores. Habetis solatium ac præsidium in Christo, ne ploretis uos esse desolatas. Ille uestri curam habet sine cuius prouidentia, ne passer quidem unus cadit super terram. Ille uestri patrocinium suscepit, qui unus plus potest omnibus. Ille se uindicem iniuriæ uobis illatæ proficitur, ne quarite uindictam ab hominibus, tantum omne gaudium, omnem gloriam, omne solatium, omnem fiduciã in illo collocat, qui uos sibi peculiariter asseruit. Hoc demum est in tuto, quod illius tutelæ creditum est. Quo magis æquum est ut officij uicissim uestri memineritis, memineritis autem, si uere sitis quod uocamini. Quum enim Paulus iubet honorem haberi uiduis, quæ ueræ uiduæ sunt, significat esse quæ falso nominentur uiduæ, ad quas nihil pertinent ea, quæ de dignitate, cura, tutelaq; uiduarum diximus. Quemadmodum sunt & fatuæ uirgines, quas non agnoscit sponsus amator uirginum, Sunt pseudoprophetæ, sunt pseudapostoli, sunt falso nomine fratres, quibus usurpatî nominis honor cedit ad grauiorem condemnationem. Ita sunt falso nomine uiduæ, quæ si uolunt in his quæ commemorauimus gloriari, dent operam ut uere sint uiduæ, suoq; nomini respondeant. Videtur igitur ipse sermonis cursus hoc admonere, ut uiduarum institutum paucis describamus, cuius forma mihi uidetur optime peti, ex his quæ iam attigimus, si modo scrutemur quod latet in diuinâ scripturæ uerbis, quoruñ ditissima uerba est, ut quò penetres altius, hoc reperias preciosiora. Alioquin non desuerunt qui uiduis humana quædam uiuendi præscripta tradiderunt, quæ ut non arbitror contemnenda, ita non est necesse illis astringi, ueluti præceptis diuinis. Non enim eadem congruunt omnibus. Ac primo quidem loco contemlemur illam uiduarum decus gloriamq; Iudith, at non gloriam tantum, uerum etiam exemplum. Cuius si nomen excutiamus, à confitendo siue laudando dictum est. Nam iuxta proprietatē sermonis Hebræi, duplex est confessio, criminum nostrorum & laudum diuinarum. Qui agnoscit culpam suam, confitetur. Vtraq; confessio deo gratissima est, non ipsius causa sed nostra. Delectatur misericors confessione criminum, ut condonet. Delectatur benignus confessione laudum, ut uberiora largiatur. Hæc est enim hominis præcipua iustitia, suam confiteri iniuriam, ac dei prædicare misericordiam. Id quum sit omnium Christianorum commune, tamen uiduis peculiariter competit, quæ nisi agnoscant imbecillitatem suam, non sunt idoneæ quarum curam suscipiat dominus. Rursus nisi gratias agant diuinæ benignitati pro his quæ receperunt, etiam hoc quod receperunt auferetur ab eis. Totum hoc Paulus Apostolus compendio complexus dixit, uiduam probam depingens, si sperauit in domino. Quæ totam spem fixit in domino, luctum habet in hoc mundo, nec aliunde solatium expectat quam à domino. Itaq; uidua quæ uiuit in delicijs, non collocauit spem in domino. Nimirum ab his rebus quærens solatium, quæ domino displicent. Item quæ se parat uo marito, nondum totam spem fixit in domino, sed ad coniugis solatium respicit. Quæ congerit opes, quæ ambit honores non est uera Iudith, nec cōfiteatur domino, sed his quæ domino præfert. Quæ iuuentutis fiducia uiuit ut libet, non est Iudith. Lugere uiduarum est non maritum tantum; hic enim luctus breuis est, datur humanę imbecillitati, non laudis. Etenim quæ impotenter luget mariti mortē, quod aliud quæ alium ambit coniugē, nec cogitat quæ feliciter mutarit maritum, cui pro mortali contigerit immortalis, nec agit domino gratias, quod ideo maritum abstulit, uel quia sic expediebat marito, uel quia sic expediebat uxori, uel quia forsitan utriq;. Varijs enim modis ille uocat homines ad aternā felicitatem, & solus nouit quid cuiq; sit optimū. Vnde igitur manat uiduarum lacrymæ? Deplorant culpas suas, & si has non habent, quis autem non habet? deplorant alterius. Fleni huius exilij tædio. Plorant desiderio sponsi cœlestis, cui cupiunt iugiter & totæ copulari. Quæ sic luget, audient cum Apostolis. Beata quæ lugent quoniam ipsæ cōsolationem accipient. Merito Iudith appellabitur quæ quicquid est mali, sibi tribuit, quicquid boni deo ascribit, quæ

quæ & in aduersis & in prosperis confitetur domino, quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia eius. Interdum magis propicius et misericors est immisissis tristibus quam lætis. Erat autem Iudith filia Merari, quod uerbum hebræis amaritudinem sonat. Inuitum conuersionis ad deum, est poenitentia, quæ luctum & amaritudinem habet. Poenitentia gignit cōfessionem propriæ infirmitatē. Verum hæc tristitia, quoniam secundum deum est, gignit salutē stabilem ut ait Paulus. Diabolus fere per escam uoluptatis captat homines in exitium, Deus huic contrarius, per saluiferum dolorem, pellicit homines ad uitā æternam. Alter enim insidiator est, alter medicus. Ille per temporariam delectationem pellicit ad perpetuum cruciatum, Hic per breuem amaritudinem perducit ad æterna gaudia. Ad hæc, nulla fit uidua nisi morte coniugis. Ita Iudith omnis est filia Merari. Neq; raro fit, ut hæc amaritudo temporaria uiduam tradat Christo, in quo plus est uoluptatis, si toto pectore diligatur, quam in sexcentis maritis quamlibet felicibus. Interim quæ sit alea coniugij, nullus ignorat. Præterea professio uiduarum est; abdicatis omnibus huius mundi uoluptatibus solatium omne ponere in domino. Huius propositi initium habet amaritudinem, quemadmodum omnis arduæ rei conatus, sed quæ progressu temporis aspirante domino, uertitur in gaudium spiritale. Erat autem inquit scriptura, Iudith opulenta, non ex quaestu, sed ex patrimonio: quid hoc ad uiduam laudem attinebat, quod ab uidebat possessionibus, quum diuitiæ soleant etiam frugales animos ad luxum ac lasciuia corrumpere? At huic Iudith nihil aliud erant opes relictae, quam instrumentum subueniendi pauperibus. Habebat tanquam non haberet, & alijs habebat potius, quam sibi. Clari generis erat, sed cilicio tegebatur. Numerosam habebat familiam, sed sola cum paucis puelis orabat in cœnaculo. Insigni forma præminebat, sed hanc uiris obscurauit, animi formam sponso suo coluit. Adeste huic uiduæ, quæ in tenui quoq; & angusta re familiari delectamini, quas ne paupertas quidem docere potest sobrietatem. Ecce Iudith nobilis, aetate & forma florens, opulenta, tres annos & sex menses uidua uixerat, ad eum usq; diem, quo pulcherrimum illud factus animo cōcepit. An nobili, diuiti, formosæ difficile fuisse inuenire maritum? Imò non dubium est, quin à multis fuerit ambita: Quir igitur placuit uiduitas? An quia maluit uidua suo more uiuere, quam seruire marito? Nam hac de causa uidemus nonnullis displicere secunda coniugia. Nequaquam. Quir igitur? Non legerat Paulum, sed hauserat eundem spiritum quem Paulus. Sciebat in matrimonio non nihil esse seruitutis, quæ tamen non tantum ualet, ut alienet à religione, tamen frequenter accidit, ut quæ nupta est uiro, cogatur ea cogitare quæ sunt huius mundi, quod placeat uirotat uirgo uiduaq; quoniam soluta est à iure uiri, non habet quo distrahatur à domino, sed iugiter illi si uult adhæret. Vxor is continentiam crebro interpellat maritus incontinentis: liberalitatem in pauperes astringit ad rem attentior: preces interrumpt alijs addictis studijs. Excusatur hic obedientia, fateor, atq; adeo præcipitur, sed interim abest illa felicissima libertas assidendi domino citra diuisionem; Id enim sentit beatus Paulus quum ait, *ἡ γὰρ ὑποπόσις τοῦ κυρίου ἀπὸ τοῦ σώματος*. Hoc quid sit, non intelligunt, nisi quæ se totas domino dedicauerunt. Id quoniam animo fit, quouis loco licet cuiuis, si largiatur hunc affectum ille, qui solus potest. Vxor autem quoniam ex Apostoli præceptis, etiam malo coniugi debet obsequium, saltem in his quæ citra crimen consistunt, non potest cum Maria perpetuo sedere ad pedes Iesu, ut alatur mellitissimis illius colloquijs. At nostra Iudith tota libera in aedibus suis construxerat sibi secretum cubiculum, in quo sola loquebatur cum domino, iuxta doctrinam Euangelicam, orans in occulto, ac præmiū expectans non ab hominibus, sed ab eo qui cernit in occulto. Habebat numerosam familiam, & rari men ostendit in turba quoque solitudinem esse uere pijs. Quid alta faciant in suis cubiculis ipsæ uiderint: at Iudith orabat, Viduæ cubiculum nihil aliud quam oratorium esse debet, ac templum quoddam nullius culpæ consciū, sed pudicitia, gratiarum actionis, sanctis cogitationibus, pijsq; uotis consecratum. Id parauerat in cœnaculo, hoc est superiore domus parte: cōuenit enim ut cuius animus quotidie meditatur uolatum in cœlos, huius corpus quoq; procul absit à terra. Nam spiritus sanctus in cœnaculo ieiunantibus ac precantibus missus est. Et Petrus orans in cœnaculo, uidit cœlitus demissam uisionem. Anna uidua Euangelicæ, quoniam aetatis erat pene decrepita, perseverabat in templo. At iuuenula uidua nusquam est tutior, quæ in secreto cubiculo, Ad hæc cilicium habebat circum-

datum iumbis suis, ieiunans cunctis diebus uitæ suæ, exceptis sabbatis, neomenijs & reliquis festis, quibus apud Iudæos uetitū erat ieiunare; quod ieiunabat, erat affectus: quod interdum cœnabat frugaliter, non carni datum est, sed religioni. Si hoc exemplum nō tantum apud nos ualet, ut quotidie ieiunemus, certe huc proficiat, ut pudeat uidas quasdam, quæ nulli conuiuio non interfunt, quæ ientaculis, prandijs, merendis, cœnis ac reccœnatiunculis totum consumunt diem, & interim tuta arbitrantur suam pudicitiam, ac sibi uidentur uiduæ. Nunc mihi contubernia illius considera. Nam hinc licet intelligere mores & ingenium dominæ. Morabatur in secreto cubiculo cum puellis suis. Erat suis magistra sanctimonie. Domus illius nihil aliud erat, quam schola pietatis. Nō illic uersabantur iuuenes calamistrati, odoribus delibuti, oculis lasciuus, linguis impudicus. Non puellæ quæ uultu, cultu, & incessu, iuuenum animos sollicitarent: non perstrebat domus opulenta choreis, luscibus & opiparis cœuiijs. De liberis nulla sit mentio: quo mirabilius est in illa fœmina pudicitie studium, quod apud Iudæos male audiebat uiduitas, peius sterilitas. Puellas habebat famulas ac pudicitie discipulas, quarum opera non abutebatur in admouendo speculo, in componendis capillis, in fucanda facie, in aspergendis odoribus, in faciendo uentulo, sed tempus omne aut precibus, aut sacra lectione, aut salutiferis sermonibus, aut opera manuum, aut officijs in pauperes cōsumebatur. Gestabat uestem uiduitatis, quam non nisi ad breue tempus deposuit, idque non quamlibet ob causam, sed seruandæ patriæ gratia: Tum demum induit uestem nitidam. Hanc uestem non sumpsit ilaqueandis procerum oculis, sed occidendo hosti extrema militanti, tum ciuitati sancte, tum diuinæ religioni. Itaque quod hic fecit Iudith, in exemplum uocari non debet, nisi diuinus afflatus, & causa par, huc inuitet. Multo sunt inexcusabiliores, quæ nuptiarum aut conuiuij gratia, ponunt cultum uiduitatis. Hæc ad tempus sumpsit splendidam uestem, liberandæ patriæ, imò nō erat illa uestis, sed laqueus ac decipula. Dignus enim erat hostis qui falleretur, & conueniebat, ut immanis illa belua, quæ sibi par deo uidebatur, scemine dextra concideret, mulieris ingenio caperetur, qui alienæ pudicitie struere solet insidias. Hanc igitur uestem sumpsit, obeundo facinori multo omnium pulcherrimo. Alteram illam gestabat ad tutelam pudicitie suæ. Est igitur aliqua uestis quæ matronæ nuptiam decet, uiduam non decet: Est omnino. Quanquam autem coniugatas quoque decet cultus modestus ac simplex, quicquid iuxta beati Petri dictū, religionis professionē præ se ferat, quum totus cultus Christianæ fœminæ sit abscondus penes hominem interiorem, tamen in nuptijs amictus nitidior inuenit excusationem, ornari dicuntur maritorum oculis: in uiduis nequaquam. Et in illis laudatur uestis simplicitas: in his non tam laudi datur adhibita, quæ probro datur neglecta. Dicit quispiam, quid ad rem facit uestis? Extrema pars hominis est uestis. Ex habitu corporis deprehenditur animus: Corpus enim animi est indumentum. Ex habitu uestis colligitur castigatio carnis. Et si uestimenti simplicitas, non est necessaria uiduæ castitati, certe conducit arcendis iuuenum oculis, quibus amictus sæpe cōmendat corpus, ut appetant, quod appetere fas non est. Ita fit, ut licet tuta sit pudicitia, non sit tuta fama, & quamuis tuta sit uiduæ pudicitia, periclitetur aliena. Iam fortasse rogabit aliquis, quæ uestis deceat uiduam. Neque enim hic describitur color aut forma. Sanè nec potuit, quando quidem non eadem est estimatio colorum, aut uestium, apud omnes nationes, & alijs temporibus, alia sunt in pretio, alia contemptui. Sunt alicubi quædam indecora, quæ alibi maxime decet. Apud quosdam candida uestis adhibetur in lectu, apud alios in triumpho. Hodie apud Hispanos nigro nullus est color aut honoratior aut charior: Candidus qui solet esse nuptialis ac triumphalis, nunc extremi contemptus est, nisi si quid adhibetur in sacris. Ita color Sandicinus olim inter purpuras primam obtinebat gloriam, nunc nihil eo contemptius. Quam igitur uestem dabimus uiduæ nostræ? Suo tempore locoque congruentem, quæ neque sordibus præ se ferat hypocrisim, neque prodigiosa nouitate hominum oculos ad spectaculum inuitet, neque nitore precioque parum continentis animi suspicionem præbeat: quæ uelut eas corporis partes, quas non sine periculo castitatis intuentur uiri: Tū simplex, hoc est, neque sumptuosa, neque prodigiosa utilitatis. Hic & fortuna per sonæque habenda est ratio, certe quod ad precium attinet: decebit enim uiduam principem, quæ non deceret pebeiam. Alioqui uiduam nulla uestis magis ornat, quæ quæ nihil ostentat ornatus, sed tantum ad usum ac uerecundiam adhibetur, ad usum, quia depellit frigoris iniuriam

iniuriam, ad uerecundiam, quia uelat ea, quæ iritant uirilem intemperantiā. Fortassis hic aliquis obstrepet mihi tacita cogitatione. Istam cationem cane, ijs quæ professæ sunt perpetuum cœlibatū. Quid hæc ad illas quæ seruantur nuptijs? Imò quem admodum uirgo quæ alitur honesto castoque matrimonio, non aliter instituenda est, quæ si perpetuam uirginitatem decreuisset: & fortasse tanto sollicitius, ne quid sinistra rumoris cōtrahat ante nuptias: ita uidua quæ se seruat secundo coniugio, interea dum uiduam agit, nihil omittat quod ad uiduitatis honorem pertinet. Quis enim non detestetur istos, qui filias suas sic habent, non quasi parentes casto educunt coniugio, sed quasi leno puellas alat ad quæstum? Quæ bona uirgo non fuit, nec uxor erit bona. Quomodo pudorem seruabit apud maritū, quæ apud parentes didicit impudentiam? Decet autem Christianorū coniugium, iuxta Pauli monita, honorabile esse, & thorum immaculatum, uerecundie plenum ac uirginitati simillimum. Nulla dos magis cōmendat fœminam, quam pudor & pudicitia. Inter uiduam nupturam, & eam quæ perpetuam est professæ continentiam, nihil interest, nisi temporis spacium. Non enim genere uitæ differunt, sed proposito. Si uidua abhorret ab iterandis nuptijs, citius inueniet probum maritum, moribus ornata potius, quam amictu. Satis dotata uenit ad sponsum quæ pudicitie, modestie, sobrietatis mundum secum adfert. Si de creuit perpetuo cœlebs uiuere, quæ sollicitat uitorum oculos: Aut cui se colit, quæ Christum sponsum adoptauit: Iam cōsideremus & cōmeatum huius opulentæ uiduæ Iudith. Vnicam Abram secum duxit, cui imposuit utrem uini, uasculum olei, polentæ, lapathes, panes & caseum. Audis delicias rusticanas. At probabilius est illam multo frugalius uixisse domi. Hoc uictu ieiunabat quotidie. Et ubi sunt interim, quæ negant se posse pati ieiunium unius diei, nisi prandium habuerit sex piscium generum: Iudith polenta & holusculis quotidie soluit totius diei ieiunium. Quanquam, ut dixi, locus est & in medijs delicijs sobrietatis, si qua causa cogit his interesse. Literis proditum est, clarissimam fœminam Elisabetham Hellię Langrauiam, arte quadam in medijs cœuiijs dissimulasse ieiunium. Ad ratu uultus hilaritas, sermonum comitas, urbanitas in ministrando. Quibus rebus ita falleretur conuiuas, ut nemo sentiret illam non edere. Hic uero non solum habes frugalitatis, uerumetiam religionis exemplum. De cōmeatu sibi prospexit, ne quid attingere cogere tur, cuius e sum uetuerat lex diuina. Exprobrat nobis hæc nostram rebellionem, qui cibos quos certis diebus interdixit ecclesiæ autoritas, hoc audidius deuoramus, quia uetiti sunt. Quemadmodum excusandi sunt qui iustis de causis, sobrie mutant cibi genus, ita nemo uerpius probare queat istam contumaciam. Vitam Iudith habetis o uiduæ, nunc famam æque illibatam accipite. Oportet enim & uirginem & matronam, sed præcipue uiduam nominis integritatem tueri, quod ut difficillimum est, ita pulcherrimum, nimirum quo bonus odor sint deo & hominibus in omni loco. Melius est enim habere nomen bonum, quæ ungueta pretiosa. Hoc decus, hic ornatus est præcipuus fœminæ sexus. Nec hanc dotem tacuit scriptura, addens Iudith fuisse celeberrimi nominis apud omnes, non quod splendide epulabatur, sed quod ualde timeret dominum. Hoc enim sermone, summam pietatis complexa est scripturæ lingua. Magnum est habere bonam famam apud omnes bonos, sed longe maximum est, habere nullis improborum obreccationibus contaminatam. Non erat inquit quisquam qui loqueretur de illa uerbum malum. Quid autem tutum est à linguis maledicorum? Hoc uix obtinet eximia constansque uitæ probitas, quod tamen beatus Paulus requirit ab Episcopo, ut habeat bonum testimonium, non tantum à Christianis, uerumetiam ab Ethnicis ac Iudæis. Nec id siluit in uiduæ dotibus. In operibus, inquit, bonis testimonium habens. Ingens thesaurus est bonum nomen, sed quoties uitro fragillior. Nihil enim facilius contaminatur, nihil difficilius reconcinnatur. Quibus autem rationibus seruatur bona fama? Non alijs profecto quam quibus seruatur bona mens. Si quidem nullum cōpendium ad honestum nomen parandū expeditius est, quam ut talis sis, qualis haberi uelis. Prima uiduæ cōmendatio est, uitæ totius sobrietas. Ea sita est non solum in uictu, cura corporis, & cultu, uerumetiam in famulatio. Quis ausus fuisset in ædibus Iudith potare aut lasciuire, aut aleam ludere, quæ talem habebant dominam? Omnia linguam habent, præsertim in malū. Frons, oculi, incessus, nutus, motus, risus, famuli, famulæ, liberi, cōubernales loquuntur mores dominæ. Oportet igitur uiduam undiquaque compositam esse, ne quæ pateat maledicorū linguis, tantaque debet esse uitæ totius integritas,

ut improbi quoque vereantur de illa male loqui: nec satis est abstinuisse ab omni malo, sed iuxta Pauli doctrinam, cauendum est etiam ab omni specie mala. At fama procax malum, interim nec innocentiae parcat. Fateor. Sed rumor qui de nihilo nascitur, mox sua sponte euanescit, nec in aliud proficit uanitas, nisi ut omnibus spectatior fiat innocentia. Contra ubi ex uero nascitur rumor, semper in maius crescit, uiresque acquirit eundo, ut ait ille. Quorum cultus lasciuior est, sermo impudicus, quae bona diei partem, cerussa, purpurisso, stibio, chartis, alea, conuiujs, choreis, consumunt: quae iuuenum comptorum consuetudine delectantur, quae liberos habent perperam institutos, quae famulicium male moratum, immerito indignatur sinistro rumori. Quod si fieri non potest, quin aliquis male de nobis loquatur, saltem illud curandum, ne quis id merito nostro faciat. Decet autem hoc praecipue sexum foeminarum, ut famam habeat illibatam. De Christo multi male loquebantur, in uirginem matrem nullus ausus est ullum probrum dicere. Nam stupri suspitionem, ipse dominus matrimonij titulo, & Ioseph falso crediti patris uelamento, exclusit. Ergo uidua quae famam cupit incontaminatam, Iudith uiduae sibi proponat exemplum, huius ingrediatu uestigijs. Quid hic commemorem reliquas huius uiduae uirtutes: studium erga patriam, autoritate erga seniores & principes, quos ad se accersitos, desperantes erexit in spem, infidos docuit, haesitantes instruxit salubri consilio, denique uictoriam, quam tot armati uiri desperabant, una mulier sua pietate peperit. Retulit speciosissimum ab hoste trophaeum, uerum omnem triumphum deo populoque transcripsit: Ipsa post peractum factus pulcherrimum, ad ciliatum redijt. Agnoscas summam animi fortitudinem, cum summa modestia: summam prudentiam, cum summa pietate coniunctam fuisse. Habet hoc egregia uirtus, ut homini cuius reuerentiam conciliet & autoritatem. Iudith mulier erat, uidua erat, nullam obtinebat ditionem, nullo munere publico fungebatur, & tamen ad hanc non grauantur accedere seniores populi, non dedignatur ipse princeps Ozias: quam post simili honore dignatus summus pontifex Ioachim, qui eius uisenda gratia, Hierosolymis profectus est in Bethuliam. Iam oratio qua illos compellat quam est autoritatis plena, quam non muliebris: Quod est inquit, hoc uerbum in quo consentit Ozias, ut tradat ciuitatem Assyrijs, si intra quinque dies non uenerit uobis adiutorium: Et qui estis uos quaten tatis dominum? Non est iste sermo qui misericordiam prouocet, sed potius qui iram excitet, & furorem accedat. Posuistis uos tempus miserationis domini, & in arbitrium uestrum diem constituistis ei: Obiurgatur a muliere seniores ac principes, & silent. Deinde quid illius consilio sanctius? Inuitat ad eius facti poenitentiam, ostendit paratam dominum misericordiam, docet totam fiduciam in illum transferendam, docet praeteritas calamitates ipsorum peccatis imputandas, nec ad uindictam esse festinandum, sed confugiendum ad dominum misericordiam. Quis nunc ferret foeminam obiurgantem ac docentem? At rex & seniores non solum tulerunt, uerum etiam gratias egerunt. Sic enim habet historia, & dixerunt illi Ozias & presbyteri. Omnia quae loquuta es uera sunt, & non est in sermonibus tuis ulla reprehensio. Nunc ergo ora pro nobis, quoniam mulier sancta es & timens deum. Verum illa tam admirandi facinoris laudem nulla ex parte sibi uindicat. Mandat senioribus ut precibus solliciti domini misericordiam, ut quod animo conceperat, uellet esse prosperum, simulque populum ad preces adhortentur, nimirum animas omnium in hoc praeparans, ut totius negotij fiduciam non in suis uiribus, sed in omnipotentis bonitate collocent: peracto facinore ducis personam agit, praescribens populo, ut hostes consternatos opprimant. Denique parata tam speciosa uictoria, non sibi curat erigendas statuas, aut adornari triumphos, sed ipsa cum uirginibus ac mulieribus canit triumphale canticum domino, qui uictoriam dederat populo suo. Quicquid autem uasorum aut opum erat ex direpta Holophernis domo, populus honoris gratia donauit Iudith. Sed ut egregia uirago declararet se non minus contemnere diuitias, quam humanam gloriam, quicquid opum acceperat, consecrauit anathema obliuionis. Ipsa nec insolentior, nec opulentior redijt in domum suam. Quanta uerborum pompa uiri disertissimi celebrarunt quorundam imperatorum uirtutes, qui ex rebus praclare feliciterque gestis in bello, praeter gloriam nihil retulerunt in aedes suas. At ingens tulit praemium, qui plausum & laudem tulit ab hominibus. Nam de his quoque dixit dominus, receperunt mercedem suam. Quanto magnificentius est, quod haec triumphatrix gessit, quae sola benefactorum conscientia contenta, gloriam

pariter

pariter & diuitias neglexit, Postremo nec de nuptijs iterandis cogitauit, quam uixerit a noscentum & quinque. Ut autem in eadem agnoscas simul & clementiam & frugalitatis laudem, Abram quam habebat unicam manumisit. Qualis fuerat uita talem uolebat esse sepulturam. Sunt enim quorum ambitionem ne mors quidem extinguit. Tanta in re publica merita nonne requirebant aliquod insigne monumentum? At Iudith sepulta est, in sepulchro uiri sui Manasse. Vnicum amore casto fuerat complexa, nec mors hunc affectum extinxit: sciens meliorem mariti portionem superesse, & aliquando futurum, ut toti pristino conuiuii restituerentur. Nec arbitror uiri nomen omnino uacare mysterio. Manasses necessitatem siue obliuioni datum sonat. Primum coniugium dederat ne cessit, urgebat parentum autoritas, inuitabat publica gentis consuetudo, impellebat amor prolis, quae sine marito non contingit. Quaedam etiam cogit feruor aetatis. Postremo quae cunctae nubis, in uiri ius uenit, seque necessitati submittit, a qua non liberat, nisi mors uiri. Hoc admonet igitur necessitatis cognomen. Sed qui congruit ut dicatur obliuioni traditus, in cuius aedibus perpetuo uixit, in cuius sepulchro condit uoluit? Et si nouimus, inquit Apostolus, Christum secundum carnem, sed iam nunc non nouimus. Qui non nouit, quem ante nouerat, nimirum oblitus est, iuxta quendam sane modum. Ita Iudith prius iuncta uiro secundum carnem, mox ut defunctus est, non meminit carnalis contubernij, sed tanto ardentius amat iuxta spiritum, etiam fidem quam uiuo promiserat, etiam mortuo seruat. Quantum ab hac absunt imagine mulieres, quae nunquam possunt obliuisci coniugis defuncti, quibus ad quamlibet occasionem renouatur luctus, prorumpunt lacrymae, iterantur lamenta. Sed impudentius etiam faciunt, quibus nec secundus, nec tertius maritus prioris memoriam excutere potest. Ad quamuis offensiuam exprobrant uiro suo defuncti coniugis mores, & quem uiuentem contempserant, praedicant extinctum, non quod gaudeant illius uirtutes meminisse, sed ut praesentem urant. Quato, inquit, ille fuit blandior, quanto formosior, quanto eram sub illo cultior, quanto liberior, quanto nummator. Nulla melius meminerunt coniugum, quam quae eorum quae carnis sunt obliuiscuntur. Satis meminit mariti quae recusat alteri nubere, quae pacis fidem praestat, non iam ut mortuos, sed ut absentem. Feliciter oblita est quae perseuerat in castitate, posteaquam semel nupsit parentibus, naturae, proli, simul atque reddita est suo arbitrio, pristinae uoluptatis obliuiscitur, seque totam confert ad delicias spiritus. Haec est obliuio digna uiduis Christianis. Quaedam enim prius oblita sunt coniugum quam extulerint, quaedam lacrymis immoriantur. Est inter utrunque medium. Cito finiendus est luctus, sed uix unquam soluenda est fides, non quae haec debeat uxor extincto, sed quod hoc sua deat insignis pudicitia. Non nihil nos docebit & patria Iudith, quando quidem in scripturis diuinis, non est simplex rerum gestarum materia, quemadmodum in humanis uoluminibus, sed in ipsis etiam apiculis later aliquid recondita sapientia, si quis pia curiositate scrutetur. In Bethulia uixit ac sepulta est. Quid autem sonat Bethulia? uirginem domino castam. Multae sunt uirgines castae mundo, quae domino pollutae sunt. Olim parentum arbitrio nubere uiro, obedientiae laudem ferebat. Amore prolis iungi marito, pietas erat. In matrimonio nihil indulgere libidini, castitas erat. Haec uirginitas quaedam est, casta non hominibus, sed domino, qui non habitum corporum, sed animorum spectat affectum. Iuxta tropologiam autem, quicumque mentem sinceram seruat domino, Bethulia est, hoc est, uirgo casta domino, quem admodum loquitur Paulus. Despondi uos uni uiro, uirginem castam exhibere Christo. Ea castitas sita est in tribus, sinceritate dogmatum, puritate affectuum, & pietate operum. Primum est enim recte credere, nec usquam a placitis ecclesiae catholicae deflectere. Hic est omnis religionis fons & radix, qua uiciata, nihil inde syncerum proficiscitur. Proximum est ut affectus humani, submittant sese spiritui. Spiritus autem aduersatur carni. Fides scriptum ostendit, Caritas dei & proximi, regula est, ad quam dirigantur affectus humani. Eadem impellit nos ad officia pietatis. His rebus fit, ut quod Paulus orat, & corpus & anima & spiritus integer inueniatur in die domini. Nam hic dies examinat etiam intima cordis humani: Et quisquis in hoc die probari meruit, is uere probatus est, ac Bethuliam habet patriam. Et si totius uitae laudem uni ascribit domino, nec sibi, sed illi canit encomium, Iudith etiam appellari poterit: confitens imbecillitatem suam, & agnoscens domini benignitatem, operantis in unoquoque pro suo arbitratu quaecumque uoluerit.

ff 4 Vide

Vide quantam dicēdi materiam nobis suppeditarit historia Iudith, cuius tamē quōtam attrigimus portionem? Quod si cui uacet omnes huius loci sinus, omniaq; recondita erue re, quæ nunc singulatim recensere perlongum sit, comperiet nullam esse uirtutem, cuius nō eximū exemplar in Iudith propositū sit, siue castitatē species, siue pietatē, siue prudentiam, siue fiduciā erga deum, siue fortitudinē, siue modestiam, siue constantiā animi. Caput Holophernis ense resectum, magis propositum est, ut mirētur uiduā, q̄ ut imitētur. Ad hoc certe ualet, ut uiduis omnib; excutiāt pusillanimitatē, dum hinc perspicūt, quantum ualeat apud deum etiā muliercularū assidua deprecatio synceraq; fides. Nihil est in scripturis arcanis infrugiferū. Si parum utilitatis habet historia, plurimū habet allegoria. Neq; enim hoc imitandū uiduis, ut periculo pudicitiae suae consulant reipub. aut lenocinio uultus insidias struant hosti. Verū quod illa fecit Holopherni, hoc omnes uiduæ faci ant sarañæ, qui nunq; cessat extrema moliri ciuitati sancte quæ est ecclesia, & populo dei, qui sunt omnes cupientes pie uiuere in Christo Iesu. Cum hoc hoste uobis bellū est perpetuū o uiduæ, hic fallendus est. Artē fallendi docuit ipse dominus. Quisquis ungit oleo faciē ne uideatur ieiunare, insidias struit Holopherni: Quis dat eleemosynas, ut sinistra nesciat quid faciat dextra: qui secretus orat in cubiculo, bene decipit Holophernem. Huc adhibenda est serpentis euangelici prudētia. Huius igitur uiduæ uitā in cubiculis quidē, sed in animis potius depictā habeant omnes uiduæ, ad hoc speculum sese cōtemplentur, quæ uiuunt in delicijs, inter comptas puellas, inter lasciuos iuuenes, conuiujs, choreis, arlea, fucis, parū pudicis fabulis, maximā diei partem exigentes, aut, ut melius dicā, perdetes, ad hanc imaginē erubescant, sic suo cū animo loquētes. Hæc Iudæa, cui nondū effulserat Euangelij lumen, quā nondum illustriū scēminarū exempla, nondum apostolorum hortatus ad continentia animarant: nondū audierat Christū clamantem, Beati qui se castrauerunt propter regnum dei: tam insigni preminuit sanctimoniam, quid decet me facere Christianā, quā, tot erudiunt præcepta, tot excitant exempla, tanta sollicitant præmia: Iudith ieiunat & orat in cilicio, & ego delicijs indormio. Iam si satis contemplatē estis hanc celeberrimā uiraginē, agedum producamus uobis huius ueluti germanā Debborā, quæ populo Israelitico triplicē uiri personā una mulier exhibuit, prophetā, iudicis & ducis. Illa cognoscit lites ciuū, illa ex uaticinio præscribit quid sit agendum, magna cū autoritate loquens Barach: Præcipit tibi dominus deus Israel. Ipsa proficiscens in bellum animos ipsis addit ducibus. Huius scēminæ dexteritas, nonne merito pudore suffundet uiduas quafdam, quæ per ignauia ne familiā quidem suā norunt administrare, & liberos suos illiberaliter educantes, & famulos famulasq; indulgenter habentes: Prodeat nunc illa Sareptēna hospes & alumna Helia, nosq; doceat hospitalitatē erga proximos, ac fiduciam erga deū. Illa non erat Israelitis, sed Sidonia, & tamē propheta Israelite, quū forte occurrisset, nō negat officium hospitalitatis, rogata mox currit ad exhibendā aquā sitienti, quūq; propheta clamaret à tergo ut in famis solatiū, pauillū etiā panis adferret, simpliciter respondet sibi domi nō esse farina, nisi quantum pugillo capi possit & olei paululum, id se iam destinasse sibi parare ac filio, ut eo quod superesset consumpto, fame morerentur. Quum instaret Helias, ut ex hoc ipso pusillo sibi primū exiguū panē faceret, deinde pararet ipsi & filio, futurum enim ut nec thylacus, nec lecythus deficeret: non excusauit, nō tergierata fata est, dicens, Quid habeam scio, quid habitura sim nescio. Primum mihi prospiciam, si tu poteris alijs promittere thylacum non deficientem, tibi primum hoc præsta quod mihi polliceris, de pleno farinario liberalis ero: Nunc nos æque ac tu periclitamur, Ego mihi meisq; charior esse debeo, quā alieno. Nihil huiusmodi responsauit mulier barbara: Confirmata pollicitis Helia, nihil hæsitans cucurrit domum, coxit panem, fortasse plorante puero, attulit prophetæ. Nimirum totum hoc uoluntate numinis actum est. Poterat enim undecunque deus aquam porrigere prophetæ suo, qui illum tanto tempore coruorum ministerio panibus & carnibus pauerat in solitudine. Sed in alienigena muliere uoluit hospitalitatis, ac fidei rarum exemplum exhibere, ut haberet uiduam quam post exprobraret dominus suo populo, qui prophetam unicum à Mose promissum, & tanto meliora nunciantem quā nunciabat Helias, non modo non refecit, sed in crucem adigit. Ex iisdem Sidoniorum finibus exierat illa mirabilis mulier Cananæa, quæ dum dominum improbis clamoribus, & fiduciae constantia quodāmodo compulit ad sanandam filiam

filiam, nobis declarauit, quantum ualeant apud deum assidua preces, si nō desit syncera fides. Et hanc fuisse uiduam probabile est, quandoquidem filia sit mentio, mariti nulla, quum magis conuenerit patrem pro salute filia procurare, ac dominum interpellare. Vtraq; typo prælusit, Ecclesiam ex gentibus congregandam, quæ solo fidei merito irruipit in regnum coelorum. Superest Noemi, cui fames exilium, mariti mors uiduam, filiorum interitus orbitem attulerat. Huic triplici uulnere accesserat sarcina duplex, senectus ac paupertas, utrumq; graue onus, iuxta mūdum: sed inuenit officij mercedem apud Ruth nurum suam, quæ focrum loco parentis habuit, adeoq; dilexit, ut relicta patria, cognatis, amicis, deniq; dijs ac religione maiorum, anum ac pauperem sequuta sit. Noemi consilio, Ruth inuenit maritum, ac rursus puellæ beneficio Noemi repperit & domum, & alimoniam, deniq; pro filijs nepotem dulcissimum nomine Obed, auum David regis. Ruth enim puerum natum statim posuit in gremio Noemi, ne sibi uideretur sterilis, sed haberet solatiū restituti generis. Nec aliter ex nuru sua suscepit filium, quā Sara ex ancilla, sed felicitus. Itaq; Noemi puero nato, nutricem ac gerulam præbebat, quæ admodum habet historia. Nec uaticinio carebat mulierum gratulatio. Sic enim loquuntur, Benedictus dominus qui non est passus ut deficeret successor familiae tuæ, & uocaretur nomen eius in Israel, & habeas qui consoletur animam tuam, & enutriet senectutem tuam. De nuru enim tua natus est qui te diliget, & multo tibi melior est, quā si septem haberes filios. Quin & uicinæ mulieres, gratulantes illi dicunt, Natus est filius Noemi. Etiam charissimos affectus non grauabatur illi cedere Ruth. Quin & ante quicquid in messe collegerat, deferrebat ad focrum suam, ciborum etiā reliquias illi seruans, suo genio nō nihil detrahens, ut sufficeret alterius egestati. Adeo deus non destituit uiduas quæ ueræ uiduæ sunt. Si non inueniunt genitura præmium à liberis, reperiunt educationis & institutio nis mercedem ab alienis. Non habebat Noemi coniugij spem, nec liberorum solatiū, sed tamen Moabitidis humanitate factum est, ut nec maritū, nec liberos desideraret. Minimo alitur uidua sobria. Proinde quæ uiduam adolescentiæ suæ formatricē nutrit, multo minus reponit quā accepit. Præcepit Paulus, ut qui catechizatur, communicet catechista suo in omnibus bonis, nec putat esse magnum, ut qui seminarunt spiritualia, merant carnalia. Ruth pietatem merito prædicamus, quod potuit præmij retulit focrum, plura factura, si licuisset. Sed quanto plus est, quod accepit à focro: Illius magisterio didicit gentium deos esse dæmonia, didicit unum colendum esse deum, qui condidisset ac moderaretur uniuersa. Didicerat uenturum iuxta prophetarum oracula Messiam, qui destruis omnibus simulachris omnes orbis nationes uocaturus esset ad salutem aternā, itaq; ex oleastro insita est in oliuam, ex Moabide facta est Israelitis, ex cultrice dæmoniorū, ancilla dei uiui. Postremo eō dignitatis euecta est, ut nomen illius in genealogia Christi decantet ecclesia, summūq; regis ac prophetæ proauia celebretur. Quæ merces huic officio par rependi poterat? Iam mihi huius uiduæ singularē prudentiā contemplare. Quum repetit patriam, utraq; nurus offert se comitem. Verum illa diu recusans, tentat illarū constantiam, multum dissimilis scribarum & pharisæorū, quos reprehendit dominus, quod circumirent mare & aridam, ut facerent unum profelytū, quumq; uenati essent, facerent illum duplo filium geennæ. Nullus humanis artibus aut promissis humanis alliciendus est ad religionem Christianam, nec ad professionem continentia, aut aliud simile uitæ genus, nec statim habenda fides primis mortalium affectibus, præsertim adolescentium aut puellarum. Sed diu suspendendi sunt, ut probeur spiritus an ex deo sit. Præstat enim non aggredi, quā post manum admotam aratro ad relicta respicere. Nam humanæ cupiditates, aut refrigescunt mora, aut uertuntur in diuersum. Contra sancta desideria, quæ imittit Christi spiritus, dilatione magis ac magis accenduntur, & calcis in morem, si distuas ac repugnes, uelut infusa frigida, uehementius efferuescunt. Quo grauius etiam peccant, qui rudem ac simplicem ætatem, non solum blandicis ac dolis, uerum etiam minis ac terculamentis impellunt in nassam, unde non patet reditus. Quid euenit? Orpha, cui nomen à superbia, reuersa est ad deos suos. Ruth, quæ festinantis habet uocabulum, magis accensa dissuasiōne, redditaq; alacrior, properauit in Bethleem. Ostendit illis desperationem coniugij ex ipsa, ostendit tenuitatem suam magis etiam aggrauandam infelicitium consortio. Non erat hæc dissuasio, cupiebat enim ambas ad dei uerū cultum conuerti

conuerti, sed exploratio. Reuerfa est quæ non fuerat perfeueratura si uenisset. Ea dimissa rursus ad illius exemplum hortatur Ruth, nec recipit profectiois comitem, nisi satis per specia puellæ constantia. Hæc non uulgaris prudentiæ specimen habet. Hic mihi rursus contemplare singularem mulierculæ pietatem. Ut focruī suppeditet alimoniam, ultro se confert in messem alienam, collectura spicas post terga metentium. Id enim Moisaica legis humanitas indulsit pauperculis. Nō se uertit ad improbum quaestum, nec puduit extremam profiteri inopiam, nec piguit peregrinam inter ignotos colligere. Pudorem naturalem uicerat pietas. Id quantulum abest à publica mendicitate. Quæ hoc sustinuit face re, non recusasset uel hostiatim rogato pane subuenire focruī. Nec id tamen ausa est, nisi petita uenia. Tanta erat iunioris erga maiorem reuerentia, tantum animorum consensus, quum hodie tam raro conueniat inter focrus & nurus, etiam uiuis maritis. Huius puellæ pietatem ne mors quidem coniugis aboleuerat. Dedit euidentius obedientiæ specimen, quum iussa furtim se abiecit ad pedes Boos dormientis in agro. Ne qua libidinis suspitio hic obrepat animo cuiusquam, tota res numinis dispensatione geritur; nec quaeritur uoluptas, sed generis posteritas, quod ad Noemi quidem adinet: quod ad Ruth aut, captatur maritus, qui focrum alar: quaeritur proles, quæ uetulam soletur ac foueat: quoque longius ablit omnis suspitio, ex hoc coniugio Christus nasci uoluit. Non erat hæc humana calliditas, sed dei uoluntas. Verum id facere iussa Ruth, quod improbitatis specimen præ se ferbat, cuiusque exitus poterat esse parum felix, ni in uirum bonum incidisset, nihil tamen responfat focruī. Sed quicquid, inquit, præceperis, faciam. Non interim pudet filias Christianas immorigeras esse Christianis matribus, quum hunc animum Moabitæ præstiterit focruī. Soluta erat affinitas, at uiguit charitas. Mors abrumptit coniugij uincula, sed uerus amor finem non habet, solus manens etiam post obitum. Non iam ut focrum, sed ut matrem ac magistram obseruabat. Perpetuum est, quicquid spiritus Christi cõgulinat. Temporarium est, quicquid humanum est. Tales oportet esse focrus omnes erga nurus suas, ut abducant eas à Moabitæ, hoc est, à iuuenilibus affectibus, et adducant in Bethleem, id est, domum panis: Panis autem est sermo diuinus, qui est ipse Christus Iesus, hoc fatu rata feliciter parient foetum Christo dignū. Id uero uolugus efficiat, si sic se gesserint erga puellas, ut uirtutis ergo & amentur & timeantur. Vulgus autem hodie tales se præbent nuribus, ut merito despiciantur. Nam uitæ integritas conciliat autoritatem, officia beneuolentiam. At illæ quum exemplis dissolutæ uitæ ad similitudinem morum inuident nurus, quoties iratæ uolunt quod libet imperare, tum demum se focrus & anus esse meminerunt, omniaque miscent iurgijs, si minus dicto pareatur. Idem usu uenit matribus, secus quam oportet educantibus liberos suos. Impudenter exigunt pietatē ab his, quos diuersa docuerunt. Quam multa nos docuit hæc beata Noemi, sed quo propius inspicimus, hoc plura sese aperunt exempla uirtutum Ruth, nihil aliud edisse legitur in agro, præter potentiam, quam sibi fecerat: & ne putes omnino nihil fuisse deliciarum, permissu Boos intinxit buccellam panis in acetum, atque huius epuli reliquias detulit Noemi. Nulla uirtus familiarior esse debet uiduis, quam sobrietas ac frugalitas. Habes huius uiduæ apparatus, si potum quaeris, Boos permittit illi sitienti ire ad sarcinulas, & bibere de eadem aqua, unde biberent illius pueri. Dicit mihi quispiam, hunc tam exilem uictum non conuenire omnibus. Fateor in quibusdam aliud postulare cœlum, in alijs corporis habitum, in nonnullis educationem, & uelut in naturam uersam consuetudinē, at nulli non licet sobriam agere uitam. Quæ nisi adsit, periclitatur pudicitia simul cum fama. Paula mater Eustochij, quæ & anus esset & agrota, tamen ad bibendū uinū, nec Hieronymi monitis, nec autoritate Præsulis percelli potuit. Quid igitur frontis esse dicemus quibusdā uiduis, quæ bonā dietæ partē opiparis cõuiuijs & cõpotationibus cõsumunt, quarum fastidijs uix ulla coquorū industria satisfacit. Non libet à Noemi discedere, uideo nō frustra scriptum esse, quod ipsa sibi cõmutarit nomen. Quū enim reuerfa in patriā, audisset populi uoces, hæc est illa Noemi. Quur, inquit, uocatis me Noemi, id est, pulchræ, rectius uocaturi Mara, id est, amarā, quoniā afflixit me dominus. Indecorū est uiduis formæ laudē captare à populo. Quæ cõptæ prodeunt, quæ fucis oblitæ, quid aliud uenatur, quæ audire, hæc est illa Noemi. Quæ si professæ sunt cõtinentiam, turpiter pugnant cum uoto suo. Si non professæ sunt, tamen præter decorū est, uiduā ambire uirū, quæ magis ambiri cõuenit. Ut affectus pares sine

sint inter sponsum & sponfam, tamen proprie decet eum sexum uetecundia. Virorum est ambire, mulierum ambiri uel rapi potius. Nam prisci quò succurrerēt sponfarum pudori, solennem morem commenti sunt, ut sponfus uirginem è sinu matris ueluti raptam abduceret. Quod si uirginibus indecorum est ambire coniugem, quanto magis hoc dedecet uiduam? Ambit autem quæcunq; se colit uirorum oculis, quæ frequēs in publico est. Quamdiu uiuit maritus licet esse Noemi, habet enim cuius oculis se comat. Mortuo uiro, nihil superest, nisi ut animi speciem commendet oculis dei, quibus nihil uidetur pulchrius, quam factes ac uestis, modestiam, pudicitiam, mundi que contemptum præ se ferēs. Dicit quispiam. In luctu uiuere, non est uiuere. Immo si beato Paulo credimus, uidua in delicijs uiuens non est uiua, sed mortua. Deinde nullus Christianus excusate uiuit in delicijs, quum omnium uita nihil aliud sit quam exilium, quam militia laborum ac discriminum plena, sed tamen si nō tēperat animus à delicijs, excusatus his indulgetur mulier, uiror nupta, quam uidua. Et ad uiduitatis professionem nulla cogitur, quo scēdus est ab eo resistere, quod uolens tibi delegeris. Postremo Noemi quæ uerso nomine cœpit esse Mara, non tam abiecit delicias, quam commutauit. Si relicta conferas cum receptis, bone Iesu, quam ingens discrimen. Quanto corpore præstantior est animus, tanto suauiores, synceriores, cõstantioresque sunt spiritus, quam carnis delicia. Inastimabile gaudium est, quod Christus sponfus inspirat mentibus, quæ se totas ipsi dedicarunt. Sed fingamus uiduarum luctum nullo interim solatio delintri, quis sanus non fateretur exigui temporis luctu bene gaudium emi sempiternum? Iam si non pœnitent nos fructus quem ex Noemi contemplatione cepimus, age redeamus ad pulcherrimū spectaculum fortissimæ Macabæorum fratrum matris, cuius nomen ignotum est apud homines, sed multo felicitus inscriptum est libro uitæ. Ea que summa laus est apud Christianos, ex benefactis nullam uenari laudem. Quod si rerum uocabulis insigniuntur interdum homines, qui uirtute quam aut uicio præcelluerunt, optimo iure hanc uel Euechiā, uel Carteriā dixeris. Adhuc uiduæ, & aufcultate quid hæc uos beata doceat uidua. Præcipua uirtus uel coniugarum uel uiduarum est, recte educare liberos, quod quidem officium tantū æstimat Apostolus, ut eo declaret pensari primæ matris culpam, quæ uiro dux fuit ac magistra præuaricationis, ac prius mortem perperit omnibus, quam foetum. Sic enim scribit Timotheo. Adam nō est seductus, sed mulier seducta, in præuaricatione fuit, salua tamen fiet per generationem filiorum, si permanferint in fide & dilectione, & sanctificatione cum sobrietate. Habetis matres formam institucndi liberos, non ab Aristotele, aut Xenophonte, sed ab Apostolo, per cuius os uobis loquitur deus. Elementa Christianæ institutionis est fides, ut dictum est, quæ mox teneris animis à patribus est instillanda, huic adhæret charitas, quasi fidei ministra. Mox quoniam in actionibus uitæ multa incidunt, quæ per occasionem inquinant hominem, adhibetur sanctificatio, quæ constat fuga uitiorum, & exercitatione piorum operum. Sanctum enim ac purum esse non potest quicquid non proficitur ab his fontibus, fide & charitate. At in bonis operibus nemo perseuerat, nisi adsit sobrietas, quæ comites habet, modestiam, ieiunium, & precationem. Medijs uirtutibus insidiatur arrogantia, cui si locus datur, collabuntur omnia. Luxus autē magister est malorum omnium, hunc excludit ieiunium. Nec ad precandum sumus idonei, si corpus habeamus grauatum crapula & somnolentia. Hæc sunt artes quas matres tradere debent suis liberis, si uolunt salutem æternam consequi, quæ tamen illis non promittitur, nisi in his perseuerauerint liberi. Prima cura est, docere quæ sunt optima. Secūda, curare ne improborum conuictu, & hortatu pellantur ad deteriora. Euentus quidem rei, nō est parentibus in manu, sed tantum habet ad hoc momētū parentū uigilantiā, ut Paulus illis imputandum putet, si pietatis studium deseruerint. Qui fieri potuisset, ut septem adolentes sua corpora, tanta animi præsentia traderent in omnē carnificinā, nisi hoc sanctissima mater illis à teneris annis instillasset, ac penitus infixisset, milles oppetendā mortem potius que uiolandā Dei legem: felicissime mori, qui sic occideretur: nec horū perire corpora, quæ in resurrectione multa cum gloria sint recepturi. Hæc quoniā una cum lacte matris imbiberant, infractis animis tyrannū detestantur, tormēta contemnūt. Ad hoc exemplū uocetur matres quæ sibi in ire uidentur amare liberos: quæ re uera oderint, dū liberos suos assuefaciunt cibis lautioribus, ut prius sapiant palato que animo, prius lingue iudicio ualeant

ualeant, quàm loquantur, docent superbire cultu, docent nequitiam, si quid nequiter fecerint, aut lasciuie dixerint, excipientes osculo. Mox ubi ad pubertatem peruenerint, fauent libidini, & ad nequitiam luxumq; sumptum suppeditant, abunde doctos arbitranter, si belle saltarint, si lepide se gesserint in comotationibus, si nec alea, nec ullius imperiulifus fuerint imperiti. O matres omnibus nouercis nocentiores. Quid aliud optaret hostis filijs uestris, quàm uos faceret? Non lubet hic commemorare qualdam, quæ, quod dictu etiam est abominabile, filias suas ad quæstum prostituunt, quæ è matribus transeunt in lenas: quas equidè nec inter matres, nec inter homines numerarim, sed inter porrenta. Nec satis est uerbis præscribere liberis, quod factio sit opus. Quicquid parentes faciunt testibus liberis, hoc illos docent. Natura rudem illam ætatem pronam ad imitationem finxit, Exprimet quicquid uiderit, etiam priusquam dignoscat, quid rectu, quid prauum. Sic igitur matres oportet omnem uitam suam componere, ut quicquid agunt, præsertim in conspectu liberorum, pietatis sit exemplum. Quæ curant ut pueri siue puellæ literis ac liberalibus disciplinis instituatur, meo iudicio probandæ sunt. Varijs modis occupanda est ætas illa lubrica, & ut ait Flaccus, cerea, ne prolatur ad turpia: & humane disciplinæ fingit excultantq; ingenium, & grauiorum rerum cognitioni præparant. Nec eas improbarim, quæ, licet res familiaris angusta non sit, tamè liberos opificium aliquod docendos curant. Hoc pacto excluditur otium, res cum primis noxia, omniscq; turpitudinis magistra. Deinde si quis casus ad egestatem perpulerit, artem quæuis alit terra, ut uetus habet prouerbiu: Sed nihil prius, nihil accuratius discendum est, quàm pietas, in qua per omnem uitam proficiendum est, cuius usus ad extremum usq; nos prosequitur habitum. Huius mulieris adolecentes, mortem & morte duriores cruciatus poterant cõtere, & nostri iuuenes, quàm nihil habent animi masculi aduersus uoluptates, aduersus iram & reliquas cupiditates. Quid in casu? Quid, nisi diuersa institutio? Nunc si uideretur, fortitudinem huius fœminæ contemplemur. In annalibus repertum est, multos fuisse parentes, qui sui corporis cruciatus fortiter tulerunt, filiorum cruciatus ferre non sustinuerunt. At hæc mulier toties torta, toties mortua in filijs suis, manet inuicta, quumq; iã pro ducendus esset ultimus natu minimus, flecti cœpit animus tyranni. Mouit illum ætas, cui parcut & feræ. Mouit in dolens amabilis. Adhibetur mater: admonetur ut saltem unius salutem consulat, uel sibi parcat, uno incolumi, ne prorsus orba uiuat. Quid hic nostra uirago? Magis sibi metuit à regis clementia, quàm à fœuicia: uerita est ne mollior ætas uel ter rita fratrum horrendis exemplis, uel delinita tyranni blandicijs, uitam corporis iactura pietatis pacifceretur, profiteretur se pro uirili consultiuram incolumitati adolecentis. Nec mentita est, uenit, fortissimè uerbis hortata est, ut fratrum exemplum imitaretur, & corporis interitu salutem æternam mercaretur. Non potuit filio dare consiliu melius. Adhibita sunt exquisitoria supplicia, quæ nihil aliud effecerunt, nisi ut adolecētis uirtutem illustrarent. Hæc sic oculis spectauit mulier, spectauit mater, spectauit uidua. An non amabat filios suos? Et maxime. Sed naturæ pietatem, uicit pietas in deū: Clauus clauum pepulit, ferreum adamantinus. Amabat filium uehementer, sed prudentius, quàm matrum uulgi solet. Si filij metu suppliciorum deseruissent legem, tum uere perissent, tum illa lucum inconfolabilem suscepisset. Nunc illorum salutem in tuto collocatam sciebat. Nunc demum sibi tuto gratulabatur quod tales genuisset. Quid ego nunc laudem, quod in se prouocauit tyranni crudelitatem, ut ipsis filijs adderetur? Vix credibile est fœminam diros cruciatus, ac mortem contēnere. At multo plus erat quod passa fuerat in filijs. Vbi nunc sunt matres quæ lugendū filium extinctum nullum faciunt finem? Tum lugendum est, quum filius perit in pugna, in crapula, quum perit impoenitens scelerum; quum perit nec confessus admissa, nec absolutus à sacerdote, nec reliquis Ecclesiæ sacramentis instruitus ad emigrandum, quum, iuxta uaticinium Hieremias, asini sepultura sepelitur putrefactus & proiec tus extra portas Hierusalem. Immo tum erat lugendus filius, quum perditam ageret uitã: Tum enim uere mortuus ac sepultus erat. Si moritur adolecens, quantus eiulatus? Indignum facinus, perijt ante diem, in ipso flore, & impia lamentatio uix à cõuicijs in deum temperat. O animos plusquam ethnicos, Quum nequitiam discit ante diem, quum scortatur, quum ludit aleam, quum excurrit in militiã ante diem, tum quum res omnē postuler eiulatum, applauditur etiam, Mors corporis si fortiter Christiani sumus

mitis, omnino lugenda non est: Si quomodocunq; Christiani, breuis luctus dandus est infirmitati sortis humanæ. Huius igitur fortissimæ uiraginis exemplo, fœminæ deponite mentis inbecillitatē, sumite masculos animos, nec uos dericiat sexus infirmitas. In Christo enim nec mas est, nec fœmina, sed noua creatura: adolecentes erant & illi beati Maccabæi, sed uirile robur addiderat fides. Mulier erat & illa, sed ubicunq; adest Christi spiritus, ibi naturæ habitus naturæ cedit conditori. Hoc exemplum eo debet acrius habere calcar extimulandis animis ad religiosam liberorum educationem, quod Iudæa tale præstitit. Non nouerat Christu nisi prophetarū uaticinijs per inuolucra promissum, audi erat è pharisæis futuram resurrectionem, at nondum resurrexerat Christus primitiæ dormientium. Quid igitur facere decet mulieres Christianas, quibus tanto clariù per Euan gelium illuxit ueritas, quibus tot præceptis, tot exemplis aperta est uia, quibus uberior domini gratia parata est, si se illi præbeant? Hæc abunde sufficiebant ad uiduarum instructionem, Maria uiduarum decus, sed lubet per singula recurrere, excerpturis quid in qua que comperimus eximium. Rursum itaque contemplemur beatissimam anum Annam Phanuelis filiam, senio lusciosam, sed oculis animi perspicacissimam; frigidam annis, sed spiritu feruētē, Habebat enim prophetiæ donum. Videtis esse uerum quod ait Paulus in Christo non esse discrimen personarum, sed nouam esse creaturam, quisquis Christo insitus est. Quid sublimius prophetis? Horum dignitati æquata est mulier, quæ *περὶ 901* *1009*, ut ita loquar, seruatoris præstitit, priuatim eum pronuncians, quem paulo post Ioannes publice prædicabat; septem annis uixerat cum marito à uirginitate sua. Eo defuncto perseuerauerat in uiduitate sua usq; ad annos octoginta quatuor. Primum illud animaduertēdum, quod hæc Anna uirginitatem suam ad maritum pertulerat, id quod haud scio an hodie faciunt omnes, quæ tamen pascis capillis nubunt. Quumq; paucis annis marito conuixisset, nec ex eo suscepisset liberos, nam prolis nulla fit mentio, tamen puella non iterauit coniugium, sed totum animum ad amorem Messtæ uenturi transtulit, facile declarans, quod primo marito nupsit, obedientiæ fuisse non propositi. Etenim si placuisset uisus coniugij, repetisset etiamnum puella, Sed quare temperauit à repetendo coniugio? Num ut liberius uiueret, soluta à iugo uiri? Siquidem hæc ut dixi causa multas inuitat ad perpetuum cœlibatum, quas Paulus non agnoscit pro uiduis, sed mauult eas nubere ac matres familias fieri. Ea demum uere uidua est, quæ amor pietatis retrahit à matrimonio. Quæ res igitur peruersat huic puellæ cœlibatum? Indicaret spiritus huic uiduæ futurum, ut ipsa uiua, nasceretur ille tot seculis expectatus infans. Huius expectatione negligebat quicquid habet hic mundus uoluptatū, hæc spe nec sensit iuuentutis titillatio nem, nec senectutis onus. Vbi interim uersabatur? Auscultate uiduæ. Non in nuptijs, non in conuiujs, non in conciliabulis, non in alienis edibus, sed ubi tandem? Lucas indicat, non discedebat, inquit, à templo. Iam eam excefferat ætatem, quam Paulus Apostolus non excludit ab ecclesiæ ministerio. Sed quid illic? Num oscitabat, num garriebat anilia? nequaquam, sed ieiunijs ac præcationib; seruiebat domino, nocte pariter ac inter diu. Nouerat sanctissima mulier, cui rei dicatum esset templum, non prophanis fabulis, non ociosis deambulationibus, sed deprecationibus, iuxta illud quod Christus post e prophetis docuit, domus mea domus præcationis uocabitur. Non potest præcatio gratum esse sacrificium domino, nisi ad sit ieiunium, ac uigilia. Et ideo additum est die ac nocte. Sacerdotes immolabant, oues, boues, agnos & uitulos, hæc immolabat spiritualem uictimam, thymiana uotorum, sacrificium laudis, seipsam hostiam rationalem, ac puram, & si uis, holocaustoma cordis amore cœlestium flagrantis. Ieiunat anus octoginta quatuor annos nata, uigilat assidue, & non pudet uiduas qualdam corpore uegeto, ætate florenti, dormire in multum diem, ac ne his quidem diebus abstinere à coena quibus autoritas Ecclesiastica indicit ieiunium? Et si quando ex more magis quàm ex animo templum adeunt, aut dormitant, aut garrunt, aut ociosis cogitationibus tempus terunt, Loquebatur & Anna, sed quid loquebatur? de uenturo Iesu. Quibus? Quibuslibet? Nequaquam. Sed omnibus qui expectabant remissionem Israel. Nondum erat tempus, ut prædicaretur Christus opportune & importune, nec id conueniebat & mulieri & anui. Et ecce iuxta promissionem Euangelicam præmium pietatis, Duo loquebantur de Iesu,

Anna Phanuelis

Simeon senex & Anna anus, & repertus est in medio ipsorum de quo loquebantur. Hoc erat quod illos tam diu remoratum fuerat in uita, ut uiderent Christum domini. Quantum autem est quod Anna contigit uidit infantulum. At nostra uidua quanto uberius solatium inuenient in Iesu, si huc totum uertant animum, quibus totum Iesum ex oculis lari quotidie licet, conceptum, natum, prædicatum, docentem, sonantem, crucifixum, resurgentem, discipulis apparentem, ascendentem in cælos, sedentem ad dexteram patris. Totus amabilis est, quacunq; illum parte contrectas, senties illum nihil nisi meras esse delicias, si eum sinui cordis admoueas. Dixerit aliquis. Aderat Annae prophetiæ donum quod nunc uix ulli datur. Nec enim opus est. At longe plus nobis patefecit Euangelium orbe toto coruscans, quam illi prophetiæ spiritus. Et quisquis intelligit in scripturis sensum mysticum, habet prophetiæ donum. Quamquam nec hodie contractior est spiritus benignitas quam olim fuit, si modo promereamur, & si res postulet. Paremus spiritui dignum hospitium, nec grauabitur adesse. Amat mentes castas, puras, tranquillitas ac modestas. Age transeamus hinc ad uiduam illam pauperculam, ore domini laudatam, quod exiguo munusculo, uicerit omnium diuitum magnifica donaria: speciemus & nos cum domino huius mulierulæ pietatem, non tantum ut laudemus, uerum etiam ut imitemur. Et ecce, quam multa nos docet breuis narratiuncula. Primum commendat benignitatem in pauperes, non in quoslibet, sed in eos per quos ædificatur templum domini. Templum autem domini est, ecclesia. Quicquid confertur in pios usus, mittitur in gazophylacium templi dominici, non solum quod datur in fabricam templi materialis, quamquam & hoc interdum recte confertur. Verum multo magis ad rem pertinent, quæ significabat illud templum Hierosolymitanum. Paulus laudat benignitatem erga omnes quidem, sed potissimum erga domesticos fidei. Et inter hos discrimen est. Primitiæ benignitatis debentur ijs qui nobis naturæ uinculis iuncti sunt, ut liberis, nepotibus, relictisq; cognatis. Et hic quoq; pronior debet esse liberalitas, in eos qui pietati uacant, quam qui carni indulgent. Dandum est aliquid improbis, sed ut hominibus, & ut uiuant, non ut luxurentur. Nec est periculum si quando erret in persona benignitas. Si perdit suum beneficium qui accipit, non perdit charitas suum quod dedit: quicquid amore Christi datur, templo datur, quid præterea nos docet hæc uidua? docet nihil referre quantum largiaris, sed plurimum interesse quo animo largiaris: homines æstimant munus precio, deus æstimat affectu. Non est o uidua quod excuset rei familiaris angustia, hæc præter duo minuta nihil habebat, & totum hoc coniecit in gazophylacium. Quid an non timebat sibi famem? Nam hoc titulo nunc sese frequenter excusant & diuites, Non dabo, ne mihi meisq; desit. Et quis est tam opulentus, qui non aliquando possit egere? Ita causatione nullus quicquam dabit cuiquam. Noui tales aliquot, quibus quæuis excusatio sufficit in hoc, ne quid dent. Aedifico non possum esse benignus in pauperes. Vxorē habeo fecundam. Malignus fuit huius anni proventus, merx perijt naufragio: quidam etiam ex uaticinio petunt auaritiæ suæ patrocinium. Astrologi dicunt instare rerum inopiā. Non dissipabo quod collectum est. Si quid petunt amici, negant aliquid dandum amicis, quod ea res uitiet amicitia sinceritatem. Si cognati, non est inquit eleemosyna quæ datur propinquitati. Si quid petitur indulgentiarum nomine, Non dabunt inquit alendis Romanensium delictis. Si quid faciendum templo, dicunt se nolle alere luxum sacerdotum. Si quid petitur monasterijs, aiunt nihil peius collocari, quam quod datur illis ociosis, nec unquam satiatis uentribus. Si occurrunt mendici publici, negant illos esse pauperes quos scriptura diuina nobis commendat. Illos esse sordidos homines & improbos, plerosq; etiam scelerosos. His gradibus discimus nemini quicquam impartire. Quando dabit, cuius liberalitatem retundit quælibet causatiuncula? Quanto magis conuenit undecunq; dandi causas comminisci. Libentius dabo, quia sanguine iunctus est, mihi ipsi impendo, quod illi largior. Vir bonus est, sed egenus, aut bonæ spei puer est, aut probitatis causa redactus est ad inopiam. Postremo dabo quia Christianus est, & in illo dominum meum refocillabo. Si ne Christianus quidem, tamen succurrā periclitanti, si non ob aliud, certe quia homo est, & fieri potest ut aliquando respiciat. Occidit qui non seruat, quum possit. Nec est Christianæ clementiæ, uel Turcam occidere, non ob aliud, nisi quia Turca sit. Sareptena redacta in extremum famis periculum, nihil

nihil detrectans impartit Heliæ quod habebat, haudquaquam factura, nisi uerbis prophete credidisset. Hic si adsit fiducia, non excusabimus tenuitatem nostram, sed freti promissis dei, præsentem proximam egestatem alacres subleuabimus. Quid autem ille promissit? Verberatem rerum, & cum multo scenore redeuntem beneficentiam. Probabile est Euangelicam illam uiduam opera manuarum parasse quod cõferebat in gazophylacium, & fieri potest ut eo die sibi cœna interdixerit, ne nihil esset, quod decideret pauperibus. Non erat sollicita de crastino, sciens domini benignitatem, quæ pascit etiam passerulos, & uestit agrorum lilia, non defuturam in ipsa sperantibus. Iam si res deest, est aliud eleemosynæ genus deo non minus gratum, quod plus adfert utilitatis accipienti, nec rem dantis facit deteriore. Inferuire sentibus aut agroribus, bene monere puellas, consolari afflictas, extimulare segnes. Hæc qui præstat, plus confert, quam si cibum impartiat, aut pecuniam. Felices uiduæ, quæ sic sese comparant, ut utroq; munificentia genere præcellant. Quamquam nullum munusculum tam exile tamque minutum potest esse, quod non ingens lucrum pariat apud deum, si bono animo datur, hoc est si Christi respectu detur, si alacriter ac prompte. Præterea nullum est officium tam sordidum, quod non sit nitidum ac pulchrum in oculis dei, si fiat quemadmodum oportet. Quid sordidius est trahere pauperum hulcera, uomitum & purulentiam oris excipere, manu confouere stomachum egrotantis? At nullæ gemmæ, nullæ rosæ, nulla aromata pulchrius nitent, suauius olent oculis naribusq; dei. Hæc pro delictis habebat nobilis illa uirgo Eustochiæ, Romæ sub auratis laquearibus nata, in delicijs educata. Quæ ita? Quia rem ut erat secum reputabat. Quicquid horum facio, Christo facio non hominibus, Christi membra trahio. Quid si ipse prehens hæc pateretur, non oporteret fastidire? Nunc professus est ipsi præstari quicquid membris eius præstat. Eadē erat pietas Elisabeth Hessortii Langrauiæ, quod iuxta sensum carnis abominabile est, pro delicijs habebat amore Christi. Hæc qui cogitat, & credit ex animo quæ cogitat, non nauſeabit ad ullum obsequium pauperibus impendendum. Bone sordes sunt, quibus expurgantur animarum maculæ. Nec perit officium pro quo Christus se sponsorem obstrinxit. Hoc præcipue nos ad officia charitatis segnes reddit ac difficiles, quod parum animaduertimus quibus illa præstentur. Aestimamus hominum merita, super putamus quid inde nobis sit rediturum. Atqui cum homine nobis nulla est ratio. Deo præstatur quicquid impenditur. Quid ille promeruerit, quæ præmia redditurus sit, uentat nobis in mentem. Occurrit & tertium quiddam, quod ab hac uidua discatis o uiduæ. Huius pauperulæ pietas, apud homines pudorem rerulit potius quam laudem, soli diuites erant suspiciendi, sed habebant omnes spectatorem Iesum, sola hæc meruit habere applausorē, qui solus intuebatur corda. Bono animo estote uiduæ, si nullus hominum agnoscit uestram beneficentiam, si nemo probat, immo si complures suggillant, sitis unico spectatore contentæ, satis est si uidet ille, si probat. Illi uni feceritis, quicquid eius amore conferitis in egentes, nec ulla fors tutius est deposita, quam quæ absconsa est in sinum pauperis: etiam si is qui uiuat beneficium, nescit unde proficiatur. Tanto uberior ueniet tibi merces a deo, quanto minus præmij speratur ab hominibus. Hoc ipsum euidentius nos docet hæc uidua, si paulo interius subeamus adytum tropologiæ: Ad omne opus bonum duo simul agunt, liberum arbitrium hominis, & gratia dei. Porro quod hic nostrum est tam minutum est, ut penè nihil sit, certe sine alterius auxilio nihil proficit unquam, frequenter obicit quoq; liberum autem arbitrium duo complectitur: rationem & uoluntatem. Hæc sunt duo minuta quæ conficiunt quadrantem, extrema paupertas, si nobis seruemus, sed quæ pariant ingentes spiritus diuitias, si totum hoc quicquid est domino conferemus. Ille sua maxima iunget nostris minutis. Illustrabit nostrum cæcipientem intellectum lumine fidei suæ, instruet uoluntatem ardore charitatis suæ, conflabiturq; mirabilis thesaurus, quem totum imputabit nobis illius benignitas. Tantum quicquid nostrum est, si quid tamen omnino nostrum est, cum uidua pauperula totum conieciamus in illius gazophylacium. Id quo minutius erit ex nobis, hoc magis dilatabitur numinis munificentia. Si minimum est æstimatione nostra, maximum fiet æstimatione dei. Diuites iactabant multa, sed horum præcia non nouit Christus, uiduæ præcium nouit, quod eo charius est apud deum, quo uilius est apud homines, Hæc est indicatura bonorum operum

rum, si illinc nihil sibi vindicet homo. Modestia est quae commendat beneficia nostra domino. Quum omnia fecerimus, dicamus, serui inutiles sumus, quod debuimus facere fecimus. Hoc si dixerimus ex animo, si quicquid nostrum uideri poterat, eleuimus ac pro nihilo ducamus, dominus aestimator benignus pro charo accipiet. Haec sententia locum habet, non solum in naturae dotibus, quibus & impij nonnunquam praecellunt, uerum etiam in donis spiritus, quae plerumque uel minuit uel abigit arrogantia. Sunt qui aedificant templa, marmore candido. Sunt qui extruant monasteria, magnificis impendijs: foris & intus ad singulas columnas ac fenestras sculpta, picturaeque sunt insignia diuitis, cuius impendijs erectum est aedificium. Eius nomen inditur collegio, ipse ingens eo cultu procumbit super monumento, quo solet in bello procedere. Quis non miretur tam effusam liberalitatem? At uereor ne non perinde magno aestimet Christus, si hac uia cogitauit suum nomen posteritati commendare, potius quam consulere pietati. Quamquam & in copiosa munificentia licet esse uiduam pauperulam, quando quidem res haec non precio rerum constat, sed animo. Si praedius multa milia confert in alimoniam pauperum, sic apud se cogitans, nihil de meo largior, etiam hoc quod mihi seruo pauperum est, nihil mereor gratiae, bene habet, si domini uindictam effugio, & utinam liceret hoc ipsum sic largiri, ut utilitas ad Christi membra perueniat, ad me nulla redeat ab hominibus gratia, haec nimirum uidua est pauperula, uixque mittit duo minuta, sed domino preciosa. Libere diuites in huius beatissimae pauperulae contemplatione morari. Quis enim non optet hanc pompam quam lenissimae procederet, sed absoluendum est uolumen. Ab hac igitur digressis occurrit nobis uidua filium unicum efferens ad sepulturam, quam fuisse locupletem uel hinc apparet, quod multa turba ciuitatis ornabat exequias. Sic enim Lucas. Haec uidua erat, & turba multa ciuitatis cum illa: solet autem tenuium infrequens esse pompa. Plorabat autem filium adolescentem, quem habebat unicum. Attendite uiduae si quid bonae rei uos docet haec uidua. Nihil est noui si uidua mulier lachrymas impendit unico filio uita defuncto. Nam mortem praeproperam, flent etiam alieni. Quod Iesus hunc uitae reddidit, si spectes historiam, semel duntaxat accidit. Sed aliquid frugiferae doctrinae condit allegoria. Quot sunt matres quae impotenter lugent filiorum corporalem mortem? At haec ut diximus non est admouendi lugenda, quae communis est omnium, multis etiam bono est. Sed paucae sunt matres, quae lugent filium, iuxta spiritum exanimem, ac putre cadaver circumferentem. An non misere mortuus est adolescens, qui totus aegrotat meretricijs amoribus? qui delibutus est unguentis, qui pernox est in alea, in lusibus, in commensationibus, qui nec timore dei, nec hominum reuerentia cohibetur, quo minus faciat quicquid animo collubatum fuerit? Mortuus est, quisquis abiectus timorem dei, effertur qui famam quoque contemnit, suisque cupiditatibus ueluti baiulis defertur extra ciuitatem, defertur ad sepulturam. Ciuitas est Ecclesia, extra hanc sunt, Ethnici, Iudaei, schismatici et insanabiles haeretici. Sepulti sunt, iam deploratae impietatis. & ab omnibus conclamati. Nullus enim in clamare pergit sepulchro conditos. At posteaquam iuuenilis animus sermet in omne uiciorum genus praecipitem dedit, omnem absterit pudorem, quid superest, nisi ut uel a professione Christiani nominis desiscat, uel in haeresim prolatur, quod uel sic blandiatur suis flagitijs? Quid autem mentis habes o uidua, quae sic mortuum adolescentem adeo non ploras, ut placeas etiam tibi tam eleganti filio, ut sumptus libenter ad nequitiam suppedites? Non sentis te simul cum illo mortuam? Illius animam abs te extiget deus, quae tua indulgentia corrueris adolescentem, quae sic institueris. Proinde quaecumque uidua talem habes filium, imitare uiduam Euangelicam, plora defunctum tuum, si forte occurrat tibi dominus Iesus, qui lachrymis tuis flexus restituit tibi filium tuum pro mortuo uiuum. Solus enim ille potest uel e sepulchro reuocare putidos. Sic Paulus Apostolus summo cum dolore denuo parturit Galatas, donec in eis formaretur Christus. Sic Monica uidua lachrymis filium Augustinum Christo lucrificat: quam multae uero matres sunt, quae filios habent multo perditiores, quam tum erat Augustinus, nec tamen ullam lachrymam impendunt miseris, quum illis fuerint mortis causa. Plorate matres, plorate uiduae, quae iuuenes habetis, delictijs perditos, impijs opinionibus infectos, iamque periculo proximos. Ne extra ciuitatem Naum, in qua sola est peccatoribus consolatio

consolatio, sepulchro desperationis obruantur: plorate donec obuius dominus qui non uult mortem peccatorum iubeat listi loculum, erigat iacentes, ac uiuos restituat matri Ecclesiae. Parturite denuo quos semel peperistis. Eamus nunc si uideretur ad uiduam e parabola, ab hac discamus orandi improbitatem. Vicit illa iudicem impium, qui nec deum metuebat, nec homines reuerabatur, multo magis nos flectemus dominum natura benignum: Differt interdum uota nostra, ut magis accendat desideria nostra. Ne cessemus opplorare, ne cessemus occlamare, donec miseris nostri, uindictam nos de aduersario nostro. Habemus omnes aduersarium satanam, qui nunquam capit somnum, tot laqueis captans nos, quot sunt carnis cupiditates. Aduersus hunc nulla certiora praesidia, quam assiduus clamor ad dominum, sed e corde proficiscens magis quam labijs. Clamemus cum fiducia, non meritorium nostrorum, sed diuinam bonitatis, etiam si uidebimur aliquandu opplorare surdis auribus, tamen futurum, aut hoc quod petimus, aut aliquid illo nobis expedientius. Hinc nos conferamus ad beatas illas uiduas, quae ministrabant apostolis, Euangelium per uarias regiones disseminantibus. & harum exemplo discamus benignitatem erga illos praecipue, qui synceriter laborant in negotio pietatis, qui & uita & lingua docent Euangelium. Contemmur uiduas quae circumsistant Petrum, lachrymantes & ostendentes uestes quas illis facebat Dorcas. Tanta erat uiduarum autoritas, ut Petrus harum lacrymis mulierculam uitae restitueret, pristinoque redderet ministerio. Non est necesse uiduae hodie per regiones circumagi. Nusquam non adest occasio prouehendi euangelium. In agris, in ciuitatibus, templis plena sunt omnia, sed pleraque muta. Canitur et psallitur assatum, at quam rarus, qui gregi Christiano ministrat sermonis euangelici pabulum, idque pure & sincere. Huc uigilet uiduarum pietas ac benignitas. Margarita Henrici octauis, qui nunc Angliae regnum tenet, proauia, quicquid opum congelerat huc conferebat, ut uiri probi doctique alerentur praedicando populis euangelio. Est his quoque temporibus mensis multa, sed operarij nimium pauci. Italiae felicitati, quum illic agerem, nihil magis iudicabam deesse, quam concionatores euangelicae doctrinae. Populus satis docilis est, sed concionum sacrarum incredibilis inopia. Hinc tanta macies animarum, tantum frigus charitatis, tantus fidei torpor. Adiuuistis uiduae nascentis Euangelij primordia, tueamini functionem uestram, quam semel occupastis, adeste facultatibus pariter & officijs, laboribus illorum, qui nauant operam in excolendo agro dominico. Viduarum est non solum suppeditare apostolicis uiris, uerum etiam am gignere. Viduae debemus Timotheum apostolo Paulo charissimum, qui iuxta illius testimonium, matris optimae cura fuerat a puero eruditus in sacris literis. Hunc tamen iuuenem tati fecit Paulus ut eum saluter *υψιστου τεκνον*, hoc est, uerum, germanum, minimeque de generem filium. Et Philippensibus scribens, appellat illum *ιδελοχου* hoc est, paris animi, qualem negat alium esse quenquam. Adeo tenere dilexit illum uiduae filium, ut quum esset imbecilli ualitudine, per literas illum moueret, ut temperaret a perpetua hydroposia, sed uteretur modico uino. Atque ut intelligas in huius uirtutibus nonnullam laudis partem dandam matri & auiae, sic ad hunc scribit. Recordationem accipiens eius fidei, quae est in te non ficta, quae & habitauit primum in auita tua Loide, & in matre tua Egnice. Certus sum aut quod et in te. Vides ex uiduis educatricibus Apostolum confirmare sibi bonam de Timotheo opinionem? quasi fieri non possit, ut qui puer natus sit pijs educatrices euadat in uirum impium, sed necesse sit, ut uelut haeres succedat in maiorum suorum religionem, quam una cum lacte suxerat a parente. Idem indicat quum ad eundem scribit hunc in modum. Haec proponens fratribus, bonus eris minister Christi Iesu, enutritus uerbis fidei, & bonae doctrinae quam assequutus es. Audis quid hic puer imbiberit a parentibus suis? A sinu uiduae uenit ad consortium tanti Apostoli. Et tamen hic erat graeco patre natus, cuius mors profuit Timotheo, uidelicet tota educationis autoritate ad auiam & matrem deuoluta. Hoc titulo laudatur & Ioannis apostoli uidua, quod filios haberet ambulantes in ueritate & charitate. Hoc illi titulo nominatim gratulatur apostolus. Habetis uiduae quo consolemini uestram conditionem, habetis formam ad quam componatis studia uestra. Ne conqueramini uos destitutas, quarum ille cui nemo potest resistere, curam, tutelam & patrocinium ad se recepit: ne formidetis humanam uiolentiam, habetis protegendorem & uindictam deum, Ne mendicetis a mundo solatium, habetis omnis uerae uoluntatis

ptatis fontē, si uos totas conieceritis in deum. Mundo uiduæ estis, in Christi thalamo delictamini. Ne uos pigeat uiduitatis uestræ, uidetis quàm eximias habeatis duces, quantaq; sit domini ergo uos dignatio: Nihil superest, nisi ut & diuine in uos benignitati, et ducum uestrarum exemplis, pietate morum respōdeatis. Solatium & dignitatem amplectuntur omnes: at officij nō ita multi meminerūt. Summa fuit apostolorū dignitas. Qui in horum locum successerunt, pronis auribus accipiunt autoritatis & sublimitatis mentionem. Verum officij si quis admoneat offenduntur pleriq;. Itidem principes auidis animis audiunt, si quis ē literis sacris depromat ea quæ dignitatē et eminentiam ipsorum declarant, uidelē cet quod omnis potestas sit à deo, & qui potestati resistit, deo resistit; at si quis incipiat demonstrare, quanta integritas, uigilantia, sollicitudo, requiratur ab his qui potestate preminent, non ita multos reperias qui sermonem æquis auribus accipiant. Attamen ita comparatum est, ut summus honos plurimum oneris habeat adiunctū, cui nī respondeas, honos uertitur in ignominiam. Veluti præfules si de apostolorū autoritate præcellentiq; gloriantur, quum uita tota dissideat à moribus apostolorū, nōne sibi plus dedecoris quàm gloriæ cōciliant? Ita si princeps gloriatur quod deī uicarius sit in terris, ut re uera est, à quo potestatem accepit in tot hominum milia, nōne simul illud meminisse debet, qui potestatem mandauit, in hoc mandasse, ut ad ipsius, quātum licet, formā, res hominū administraret: deus autē summa iustitia summaq; clementia gubernat mundum, nec administrando suum cōmodum spectat, sed hominum salutem, & quum plurimum possit, neminem tamē lædit. Quisquis enim læditur à seipso læditur. Quia si liber hoc quod dicimus, ex suo quisque animo æstimet. Si cui rex deleget administrationē prouinciæ, præscriptis rationibus, quibus illam tractari uelit, atq; ille contēptis domini præscriptis, cōtrā faciat omnia, proq; sua libidine rem gerat, quam gratiam initurus est à principe suo: Aut quid decoris illi cōciliauerit præfudis uocabulum? Habetis antistites ac præfules uestri ordinis uiduæ, sed ex earum gestis liquet, quæ uita deceat uiduam. Nihil hic ex humanis constitutionibus de promptum est, ex diuinis uoluminibus protulimus omnia. Non fallit uos promissa consolatio, nec erroris periculū est, si hinc cōmonstratā uiam ingrediamini. Itaq; uoluminis huius finem faciemus, si paucis delibauerimus quæ beatus Paulus de uiduarum statu literis prodidit. Christianā enim uiduam formamus, & ille de Christianis uiduis loquitur, quam quam ratio temporum immutata facit, ut hodie non omnia perinde respondeāt. Laudantur in Euangelio mulieres, quæ dominum sequutæ fuerant à Galilæa, ministrantes illi de facultatibus suis, Laudantur quæ post missum cœlitus spiritum sanctum idem officij præstiterunt apostolis, quod Christo præstiterant. Nunc indecorum habeatur, si uiduæ per ciuitates & regiones uagantes sequantur Ecclesiasticas, quum ubiq; sint, qui bene docentem alant, & alia uita iam illis prouisum sit. Deinde refrixit illa prisca sinceritas ac robur spiritus, ut iam nec tutum sit Ecclesiasticis circūducere mulierculas, nec suspitione criminis cariturum, etiam si crimen abesset. Adde quod illis temporibus, quoniam pleriq; tenues erāt, & humiles iuxta mundum, qui euangelio adhærebant, summaq; erat euangelici nominis inuidia, nec congruum uidebatur, ut qui Christi nomen dedissent, ab his mendicarent alimoniam, qui Christi nomen detestabantur, qui præsidebant Ecclesiæ, uiduarū, ac puerorum curam ad se recipiebant. In eum usum conferebāt, quibus erat fortuna lautior, alij totas facultates, alij portionem pro modo rei familiaris, sic temperantes benignitatem, ut nec alijs deesset, quod requirebat necessitas, nec ipsi cogereantur grauare ecclesiā. Hinc est quod Paulus Timotheo scribit, Adolescentiores autem uiduas uolo nubere, filios procreare, matres familiæ esse, nullam occasionē dare aduersario, maledicti gratia. Iam enim quædam conuersæ sunt post satanam. Et paulo superius dixerat, Adolescentiores autem uiduas deuita. Posset aliquibus hoc apostolus uideri sensisse, non esse fas episcopo cū uiduis iunioribus colloqui, nec his concessum ut in cœlibatu permaneant semel amisso uirō. Nec defuerunt qui monogamiam requirerent etiam à uiris, quidam in totum coniugij ius à Christianismo submouerunt. Horum dogmata quoniam Ecclesiastica damnauit autoritas, absit ut tale quicquam de Paulo suspicemur, maxime, quum secum ipse pugnare comperiatur, si quid tale docuisset. Quum enim Corinthijs scribens hortetur uirgines ad perpetuam continentiam, licet non cogat, quum matrimonio iunctos eodem prouocet, modo

modo fiat id tempus, ex consensu, quum de uiduis euidēter scribat. Dico autem in nuptiis ac uiduis, si sic permanerint sicut ego, satis aperuit quid sentiat. Non igitur deterret uiduas iuniores à proposito continentia, sed ecclesie consulit ne grauetur simul & infirmetur, talium ministerio. De his enim uiduis agit quæ recipiebantur ad ecclesie ministerium, & huius sumptibus alebatur, quod uel ob fortunæ tenuitatem, uel ob cognatorū uel affinium iniquitatem nō haberent unde uiuerent. Huc si uiduæ iuniores fuissent admittæ, duplex imminerebat periculum, alterum ne tenues ecclesie facultates non sufficerent alendis omnibus: alterum ne prouior in uoluptatem ætas, si lapsa esset, ecclesie dedecus conciliaret. Si non esset, tamen obreptandā materiam ethnicis ac Iudæis maleuolis præberet. Ad hæc, periculum erat ne quas uiduas, otium & cibis alienus potius q̄ pietas ad ecclesie ministeriū inuitaret. Eoq; præcepti, ne recipiatur uidua minor annis sexaginta, quod hæc ætas minus sit lubrica, minusq; obnoxia suspitioni. Nec ætati tamen satis fidit Apostolus, requirit totius uitæ testimoniū: ut fuerit unius uiri uxor, repetitū enim coniugium, tametsi concessum est ijs quæ se non continent, tamen præ se refert incontinentiæ specimen: ut in operibus bonis habeat testimoniū, ut filios suos ad pietatem & castitatē educarit, ut Christianis hospitalitatem exhibuerit, ut sanctorum pedes lauerit, ut afflictis pro nomine Christi, etiā cum suo periculo subministrauerit; deniq; ut in omnibus bonis operibus fuerit assiduā. Aequum enim est, ut quæ suis facultatibus, quum suppeterent, iuuat ecclesiam, huius uicissim inopia sumptibus ecclesie subleuetur, & hospitij illic inueniat, quæ dum licuit præstitit hospitalitatē: & perpetuæ castitatis bonā de se spē præbuit, quæ semel experta matrimonij, prius habuit educare liberos, q̄ repetitō cōiugio indulgere uoluptati: atq; adeo probabile est illā amore prolis, non libidinis nupsisse marito, quæ susceptis liberis, maritum alterum non desiderat; neq; cadit superbiæ suspicio in eam, quæ non grauata est lauare pedes, nec uerisimile est illā in fide non perseueraturā, cuius pietatem à subleuandis Christianis nec tyrannorū sauitia detertere potuit, nec simulauit charitatē quæ nusq; defuit officio. Res em̄ temporaria est hypocrisis. Postremo insigniter probabit oportet, de cuius integritate cōsentunt omnium testimoniā. Tales quidē oportet omnes esse uiduas excepta græte, quā nemo sibi potest nec dare nec adimere: sed hæc nominatim & expressius exiguntur ab ea, quæ in ecclesie tutelam ac ministeriū sit admittenda. Quid est autem quod ait, Adolescentiores uiduas deuita? In hanc classē, uidelicet ecclesie stipendijs alendarum, ne recipio uiduas iuniores. Ne eas quidem quæ egent, ac dotibus prædictis omnibus commendantur? Non. Quamobrem? Quia est uita genus quod magis illis congruit. Aetas & forma facile inueniet illis maritum cuius impendio uiuant, cui pariam liberos. In his educandis abunde magnum sacrificiū præstabunt deo, nec interim grauabitur ecclesie census, nec periclitabitur uel mulieris uel ecclesie fama. Nec hanc diffidentiam temere suscepit Paulus; euentus illum docuit, quantum sit discriminis. Quum enim iuniores receptæ in ecclesie alimoniam lasciuire cœperint, aduersus Christum quem sibi sponsum delegerant, tum demum uolunt nubere cum iniuria sponsi, cum dedecore ecclesie, cum animarum suarum damnatione, quia primam fidem reliquerunt. Hoc ipsum enim graue discrimen, sed huic accedit aliud, quod libera ab impetio maritorum, & otio corrupta, discunt circumire domos alienas non solum inutiles, uerū etiam molestæ alijs, quibus obstrepunt garrulitate sua, & curiositate, dum ea loquuntur, quæ turbant tranquillitatem Christianorum. Quisquis enim uicio curiositatis laborat, idem laborat & garrulitatis, & quisquis delator est alienarum actionum ad te, idem de te non silet apud alios. Aduersus hæc omnia mala remedium est matrimonium. Nam sexus & ætatis leuitatem, regit mariti autoritas, Tum familiæ cura uix inquam dat locum otio. Quemadmodum autem omnibus uiduis præstanda pro uiribus sunt, quæ Paulus requirit in proba uidua, ita cunctis uitanda sunt, quæ notat in reuicula. Nec omnes tamen, licet anus ac probas recipit ecclesia, sed eas duntaxat quæ nec maritum inueniunt per ætatem, nec cognatos habent, à quibus alantur. Eo que subijcit. Si quis, aut si qua fidelis habet uiduas, subministrat illis, ut non grauetur ecclesia, & his quæ ueræ uiduæ sunt sufficiat. Apostolus itaque nec anicula præcipit monogamiam, nec puellas uiduas dehortatur à continentia, modo adsit animus spontaneus, & res suppetat familiaris ad uicium

sufficientiam. Satis tamen declarat eas ad professionem continentiae non facile recipiendas ob aetatis ac formae lubricum. Praeclara quidem continentiae virtus, sed si minus magnificum, certe tutius est nubere. Sic & in matrimonio suadet intermissionem usus connubialis, ut uacent precationi, sed ex utriusque consensu, ne non praestetur fides, quam uterque debet alteri, tum ut ex interuallo redeant in idipsum, ne tentet illos fatigas propter incontinentiam carnis. Atque in summa, ut praeclearius sit profiteri perpetuam continentiam; certe tutius est eam praestare libera uoluntate, nec tamen interim quicquam omittere, quod ad pudicitiae custodiam pertinet. Hic fortassis roget quisquam, quae sit aetas idonea profitenda pudicitiae. Non me clam est ueteres designasse aetatem omnem aptam professioni, quae sit apta coniugio. Nunc quidem nec pubertatem expectant. Verum si Paulum a recipiendis uidiuis iunioribus deterret aetas, & exempla multarum, quae descuerant a sancto proposito, quanto contantius tunc agendum est, quum infelicibus exemplis plena sint omnia, & discedentium & manentium. Quidam enim sic manent, ut longe satius sit abijisse. Fortasse tutissimum sit, in totum a uotis humanis ac perpetuis abstinere: Nullus enim uotum suscipere cogitur, qui quaeque libertatem suam hactenus seruauerunt. De his qui iam uincti sunt nihil temere citraque maiorum autoritatem agendum censo, quo simul & fama sit tutior, & conscientia tranquillior, atque interim summo studio cauendum, ne libertas cuiquam quaesita sit ad indulgendum carni. Porro uiduam sic oportet dum coelebs est uiuere, quasi perpetua continentiam esset professa. Ad proficendum autem nulla perpellenda est, immo ne recipienda quidem temere. Relinquatur suo arbitrio, quod illi concessit dominus, ostendatur praemium, sed eadem opera ostendatur & periculum. Quemadmodum beatus Paulus ingenue proficitur libertatem denuo nubendi, modo in domino, uerum simul indicat incommoda quae libertatem hanc comitentur. Afflictionem, inquit, carnis habebunt huiusmodi. Vulgo quidem male audit polygamia, iocis ac dicerijs hominum exposita, tamen apud deum nullum est crimen. Tria igitur sunt quae uidiuis, quibus liberi sublati sunt, dissuadet iteratum matrimonium, Rumor, aetas & pietas. Virginum nuptijs bene ominantur omnes, uiduam non item. Ceterum rumorem ac loquacis popelli fabulas, nec apud foeminam tantum oportet ualere ut malituri quae nubere: rumoris autem conuictum magis sequitur prouocantem aetatem, praesertim si eo progressa est, ut prolis iam nulla sit spes: partu enim plausibilibus auspicijs coit matrimonium, quod conciliat incontinentiam, & cuius usus nunquam uacat culpa, etiam si uacet crimine. Quanquam ne his quidem coniugij remedium negat ecclesia, sic interpretans, quasi conuictus solatiu petatur aetati lassae, non libido. Ceterum pietas gemina est, erga deum & erga liberos, quae diffunditur & in proximum quemlibet. Prius pietatis species constat fide & charitate, exercetur aliturque deprecatione, gratiarum actione, ac meditatione rerum coelestium. Haec requirunt sobrietatem, ieiunia, puritatem uitae, uigilantiam, ac studium euangelicae philosophiae. Ea paratur frequenter audiendis concionibus sacris & colloquijs hominum pietate simul & eruditione praecellentium: & si quando desit horum copia, (Nam, ut talium magna raritas est, ita non adeo saepe fit copia) sacrorum uoluminum lectione pascendus est animus, in quibus pia curiositate, sed cum debita diuinis oraculis reuerentia uersari par est, ut nec contempnas quicquam, nec ad tuum affectum scripturam attemperes, sed tuos affectus magis ad scripturae legem accommodes. Procul absit iudicandi temeritas, & inutile quae stiuncularum ambitio. Ea potissimum discenda sunt, quae fidem & charitatem in nobis excitant, quae uitam corrigunt, quae coelestis uitae desiderium inspirant, alunt, perficiunt. Id tamen si nunquam non facit scriptura, tamen sunt in ea quae alia alijs magis congruunt, ueluti quae principibus ac sacerdotibus, aut coniugatis accommodata sunt, non perinde conueniunt uidiuis. Sunt & difficultates quaedam, quae tutius est eruditis & in disciplinis exercitatis relinquere. Nec inutile

inutile fuerit plorum hominum libros euoluere, undecunque decerpentes aliquid quod conducatur ad profectum pietatis. Et in his habendus delectus, Primum personarum, deinde rerum. Quidam enim a paucis legi uoluerunt, uelut Hilarius, quidam stilum ad simplicium captum attemperarunt, ut Cyprianus, Ambrosius, Hieronymus & Augustinus. Quidam tantum docent, nec mouent affectus, ut Thomas & Scotus, Quidam utrunque alteri miscunt, ut Ioannes Chrysostomus, & Basilus. Tantum ab his cauendum qui prauis dogmatibus uiciant fidei sinceritatem, praestat enim quaedam nescire quam cum periculo discere, Quomodo uero sit orandum, & nos alio libello commonstrauimus, & ante nos celebres ecclesiae doctores plenius doctuerunt, ut nihil necessesse sit hic repetere. Nec audiendi sunt, qui unde praecipuum Christianis solatiu est & profectus, ab eo mulieres submouendas existimant, nisi forte demones appellabimus, Priscillam, Marcellam, Paulam, Probam, Iulianam, Demetriadem, Suniam & Fretiliam, aliasque pietate nobiles foeminas, & cum his insansse probatissimos ecclesiae doctores, qui uoluminibus aetis sacrarum literarum studium in foeminis & laudauerunt & aluerunt. Tantum illud cauendum, ne in uos cadere possit illud Apostolicum conuictum, semper discentes, & nunquam ad ueritatis scientiam peruenientes. Hic oportebit uiduam columbinae simplicitati adiungere serpentis prudentiam, ut cum delectu asciscat quos audiat, quorumque consilijs uitae rationes cõponat. Habet enim hoc sexus ille, ut in alicuius uiri autoritate gaudeat acquiescere. Fuerunt autem olim non pauci, sunt hodie plurimi, qui iuxta Christi sermonem deuorant domus uiduorum, praetextu longe precationis, qui iuxta beati Pauli doctrinam, penetrant domos, & captiuas ducunt mulierculas oneratas peccatis, quae ducuntur uarijs desiderijs. Atque huic periculo uicinos sunt, quae pro fortuna suae magnitudinẽ possunt quibus bene uolunt, ad mitras & Galeros euehere. Quem enim non doceat hypocritism & adulationem praeda tam opima? Porro ne fallaris imagine pietatis, ita caueris, si primum de delectu iudicium adhibeas incorruptum, deinde mentis oculum intendas, ne praestigijs sanctimoniae fallaris. Est enim uarijs artifex satanas, subinde se transfigurans in angelum lucis, nec usquam nocentior, quam quum sub umbra religionis fallit incautos. Animum igitur purum ac syncerum ad delectum adhibeas oportet, ne fiat quod idem scribit Apostolus, ut quum aures habeamus male prurientes, asciscamus nobis magistros, qui delectent potius, quam erudiant. Subaustera sunt enim quae sanant. In his itaque deligendis ne species frontis tristitiam, supercilij toruitatem, ne pallia & phylacteria, reliquasque praestigias, quibus Pharisei uidiuis deuorandis insidias struere solent, sed interius introspecte, priusquam te illi committas. Veniunt enim interdum tecti uelleribus ouium, quum intus sunt lupi rapaces, quos similiter denotat Paulus. Speciem quidem, inquit, pietatis habentes, ueritatem autem abnegantes. Semel autem recepti, semet ingerunt in intima domus penetralia, nec quicquam est tam arcanum, quod non peruestigent, ut hinc etiam timeantur, si forte coeperit obolere fucus. Itaque sit, ut quoniam recepisti ante quam probares, non possis etiam improbatos excludere. Hoc hominum genus procul ab aedibus suis abigat uiduam si suam, si filiarum ac filiorum, si ancillarum pudicitiam uelit esse in tuto, si nolit deuorari suas facultates. Tutissimum autem est, cum nullo talium habere domesticam consuetudinem, ut unum syncerum reperias, hominem tamen habes, qui per familiaritatem possit corrumpi. Atque ut id non fiat, non ueniet incomitatus, nunc hunc nunc illum secum adducit. Alienam autem integritatem quis praestare potest? Porro quae in occulto fiunt ab istis, ut ait Paulus, turpe est & dicere. Nec difficile fuerit istorum fucos deprehendere, si modo libeat adhibere mentem. Vbi largius adhiberint, ubi sese obtulerit opportunitas, emicat quod latebat in peiore. Quod si uicerint, eo quae processerint ut notae deprehensaeque nequitiae faueat, iam non magistrum pietatis mulier, sed tyrannum ascium in domum suam. Non haec eo spectant, ut de omnibus male sentiamus, qui uestitu profitentur sanctimoniam. Potest enim sub quouis pallio latere pietas: sed ut caueas, ne talibus praestigijs capiaris, & qui agnum in aedes recepisse uidearis, lupum aut uulpem, aut simi, aut suem, aut aliud animal receptum esse comperias.

Nec satis est, viduæ domum omni carere crimine, debet & omni carere criminis suspicio ne. Fabulas autem quæ uulgo de his iactantur etiam referre pudet. Quamvis illud uiduis omnibus curandum est, ne sola cum solo colloquatur, nisi teste graui quapiam matrona. Nec arcanis confessionibus subinde repetitis abuti conueniat ad alia quam instituta sunt. In medio laqueorum ambulamus, uix ulla cautio tuta est. Tutior est igitur cum libris familiaritas. Nam & sanctiora loquuntur, & ubi uelis præsto sunt, & solitudinis tædium saluifera uoluptate leniunt. Quoniam otium & solitudo multa mala docent, præsertim fœminas, habet Christiana uidua, quo nec otio det locum, nec unquam sit sola. Etenim qui fieri possit, ut tam sanctis, tam sublimibus, tam mundis studijs assueta, sustineat uagari per domos alienas, aut ineptis fabulis diem terere. Non enim otiosa est Maria, cuius ocio inuidet Martha: sed aliter occupata est, quum assidet pedibus domini. Iam si ueniamus ad alteram pietatis partem, adeo nihil erit otij, ut audituri simus frequenter Martham querentem aduersus Mariam. Nihil autem uetat ambas sorores in eadem ponere fœmina. Atqui hoc murmur Christo gratissimum est. Deus quidem solus est & propter se, & super omnia diligendus, homines uel propter illum diligendi sunt, uel in illo. Propter illum diligimus & inimicos, in illo diligimus amicos. In his primas tenent parentes ac liberi. Ergo quid otij potest esse uiduæ, quæ domi habet filios ac filias, ac familiam, ab ipsius cura pendentem? Quid esse potest operosius, quam primæ ætatis formare mores & ingenium? Vidua quæ relicta domi teneris liberis cœnitat foris, subinde cursitat ad nuptias, ad spectacula, ad choreas, crebro peregrinatur, non est mater liberorum; sed nouerca. Rursum uidua quæ sub prætextu religionis, neglecta liberorum cura, uacat ijs, qui modo apostolicæ functionis titulo sese uenditant, ac fraudatis hæredibus, aliorum luxum facultatibus suis alit, plurimum abest à uera pietate. Iactant deo dari, quod ipsi impendunt, & omnino quod amore dei datur cui libet, deo impenditur, sed in diuinis literis reprehensus est, qui bene quidem offert, sed male diuidit. Non raro fit, ut quod illis datur, detur otiosis, detur robustis ac ualidis, qui sibi manibus possunt parare uictum, nisi dulcius esset otium labore: detur abundantibus, & quod accedit, in luxum materiam insumentibus. Atque ut horum nihil sit, tamen prima pietatis cura debetur liberis, & in his est deus, & deus sibi patitur imputari, quod illis amore dei impenditur. Si quis forte mihi uolet indignari, quod hæc a uisum docere, audiat Paulum austerius loquentem, & huic prius indignetur quam mihi. Sic enim scribit suo Timotheo. Si qua autem uidua filios aut nepotes habet, discat primum domum suam regere, & mutuam uicem reddere parentibus. Hoc enim acceptum est coram deo. Audis Apostolum? Discat, inquit, primum, & addit, hoc enim est acceptum coram deo: quum ait primum, indicat ordinem: quum adiungit, coram deo, iubet hominum constitutiones cedere iussis diuinis. Et ubi sunt isti pharisæi, qui docent filium respondere defuncto patri aut matri: donum quodcumque ex te tibi proderit, & illis autoribus, quod alendis parentibus debebatur, confertur in corban, ac uiolatur præceptum dei propter traditionem hominum. An non hoc quoque notauit Apostolus, quum adijcit: Hoc enim acceptum est coram deo. Semper & ubique acceptum est deo, subuenire parentibus ac liberis, quia sic dicit natura, sic deus diligenter præcepit. Mittere in Corban, non dicitur acceptum deo. Quid enim igitur ingratum deo iacere nummum in gazophylacium? Non, sed fraudatis parentibus, liberis ac nepotibus augere censum templi ingratum esse declarat ipse dominus, qui reprehendit. Iam non erat difficile ad unius templi, quod erat Hierosolymis, structuram suppeditare sumptus: quamquam ea pecunia partim in pauperum alimoniam conferebatur, licet sacerdotes, quod egenis subleuandis dabatur, in luxum suum insumebant; nunc in singulis uicis & oppidis, quot sunt templa, quot gazophylacia, unde nihil redit ad pauperes, sed totum ferè uertitur in saltum; luxum ac libidinem eorum, qui sicut in pharisæorum locum successerunt, ita utinam non successerint & in uicia. At de pharisæis non agit Apostolus, sed de apostolis ministris sermonis euangelici. Quis neget primum officium, si uidua egenibus suppeditet? Sed quid nos docet Paulus? Si qua uidua suorum, ac maxime domesticorum curam non habet, fidem abnegauit, & est infidelis deterior. Quid durius? fidem, inquit, abnegauit, nec eo contentus conuictio, addit et infidelis deterior est. At hodie qui Christi fidem abnegant, traduntur incedio. Quid igitur fiet huic uiduæ

uiduæ: Nisi resipuerit, æternis ignibus addicetur. Verbis profitetur fidem, factis uero negat. Quum enim naturæ legem non abroget, sed confirmet Euangelium, an non abnegauit sanctiorē legem, quæ ad naturæ legem obfurdij? Et infidelis deterior est. Quamobrem? Quia quum ethnici obtemperantes affectui naturæ, curam habeant & parentum & liberorum, nonne pagani deterior est, qui nec naturali instinctu, qui beluas etiā impellit ad curandos fœtus, non euangelico præcepto commouetur, ut sanguine proximis prospiciat? Paulus enim in epistola ad Romanos inter horrenda crimina, propter quæ deus tradidit ethnicos quosdam in reprobū sensum, commemorat & hoc, quod uacarent affectu, naturæ erga cognatos, *ἀσέππυς* illos appellans. Quando autem subueniet alienis qui sua negligit uiscerare? Hæc quæ sic habeant, qua fronte persuadent mulierculis, quod nobis datis, deo datis: quod filijs impendit, datur carni & sanguini? Vt uobis, qui docetis uiolari præceptum dei, ut alius uestris, ne dicam luxui uestro, consulatis. Iam si uidua damnatur a Paulo, quæ neglectis liberis, facultates suas erogat specie studiorum religionis, quo loco ponenda sunt ille quæ facultates suas delictis turpiter prodigunt, & liberos neglectos ad egestatē redigunt, nonnullæ etiam adulteris donant, quod filijs debebatur. Verum hæc sollicitudo quam uiduæ debent liberis ac propinquis, non solum pertinet ad alimoniam, sed multo magis ad omnem educationis disciplinam. Est quidem necessaria corporis cura, sed multo crudelior est, finire ut liberi uacui sint ab omni pietatis affectu, quam si patiantur illos fame laborare. Si filij non sunt, in horum locum succedunt nepotes ac neptes, deinde reliqui propinquitatis & affinitatis gradus. Tertio loco fratres ac sorores sunt omnes qui membra sunt Christi. Insignissima Christi Paula, non prius secessit Bethleem, quam liberos ad eam ætatem, eumque uitæ statum perduxisset, quæ parentum cura non eget. Naturæ primum satisfecit, quod supererat subleuandæ pauperum inopiæ dicauit, & pro paucis liberis, integram filiarum numerum collegit, quas & aluit, & in disciplina domini instituit, ut omnium tota mater esset. Nec uero aluit ociosas, hoc enim corrumpere est, non alere. Quod exemplum oportet omnes imitari uiduas, ut nec cognatas, nec quoscumque pauperes alant in otium, si modo sint tales, ut operi sufficiant: sed cuique prospiciant quod agant manibus, nec horum inopiæ pecunia tantum succurrant, sed adiungatur uel admonitio, uel adhortatio ad bene uiuendum; frequenter enim hoc hominum genus magis eget animi quam corporis subsidio. Vides quàm non otiosa sit res Christianam agere uiduam? Tali nimirum uiduæ dominus benedicens benedict & pauperes illius saturabit panibus. Prima itaque uiduæ laus est, quæ ob hoc potissimum temperat ab iterando coniugio, quò tota uacet studio pietatis, citraque distractionem fruatur sponso suo Christo. Id quidem arduum esse non negamus, sed bona pars huius negocij est, bona uoluntas, quæ datur quidem à domino, sed datur ambientibus, datur orantibus ac sobrijs. Vulgus enim nimirum beneminit illius Paulinæ sententiæ, melius est nubere quam uri. At complures uruntur, quia uolunt uri, quia sibi fomitem ac materiam accerunt incendij. Cæterum ut optimus est spontaneus amor perpetuæ continentiæ, ita tutius est aut in totum uoto non obstringi, aut pedetentim ad id accedere. Primos animorum impetus, oportet habere suspectos: diu uarijsque modis explorandum est mentis robur. Hæc est prima pietatis pars de qua diximus. Proxima uiduæ laus est, cui liberorum charitas dissuadeat secundas nuptias. Decet enim ut uidua mariti sollicitudinem in se recipiat, & in curandis liberis patrem simul & matrem præstet. At quæ filijs suis inducit uitricum, uix dimidiatam matrem præstare potest liberis ex priore marito susceptis, quippe iam non sui iuris & fortassis offensura maritum, si paulo propensior fuerit in sobolem priorem. Nam ut rarum est, nouercam non odisse mariti liberos, ita non frequenter accidit, ut uitrici diligant ex animo priuignos suos. Itaque fit, ut qui prius erant semiorphani, iam sint bis orphani, pro matre nati nouercam, pro patre hostem. Deinde, ut nihil horum eueniat, præter naturam hominis est, ut maneat amoris uigor, in diuersa distractus, quemadmodum leuior est amnium impetus, si in riuos diducantur. Quæ decreuit perpetuam uiduitatem, bis amat liberos suos, & quia liberi sunt, & quia conjugem in illis ueluti superstitem uidet. At iterum nupta, primum magnam beneuolentiæ portionem transfert in nouum sponsum, Rursum si prouenit soboles, in hanc diducitur quod erat reliquum beneuolentiæ, Postre-

Postremo, ut maxime perseveret illa pietatis in liberos flagrantia, nec uacat, nec licet exere pietatis officia. Atque hic coelibatus hoc laudatior erit, si non huc tantum spectabit, ut liberos locupletet, ac magnificentius elocet, sed ut illos ad sanctimoniam, ac morum integritatem instituat. Quemadmodum igitur primae laudis est, si uidua puella & orba, studio pietatis erga deum negligit iterare coniugium, ita repetit excusatius nuptias, cui nihil superest ex marito pignorum. Siquidem proles amor excludit captatae uoluptatis suspitionem. Ad tertium ordinem pertinent, quae suae imbecillitatis conscia, repetito coniugio ut tantum incendium, ne pereant in Sodomis, fugientes cum Loth, in ciuitatem Segor, magnam & non magnam, magnam numerositate incolentium, non magnam eminentia uirtutis. Hae laudem non auferunt, sed ueniam tantum impetrant, quibus tamen negatum non est, hoc quicquid est infirmitatis humanae alijs pensare benefactis, ut cum primae quoque laudis uiduis, aut etiam uirginibus paria faciant. Caeterum quae nec amore pietatis, nec studio proles abstinent a coniugio, sed in hoc tantum, ut licentius pro suo uiuant arbitratu, liceatque quod libet, adeo nullam continentiae laudem ferunt, ut nec ueniam mereantur, nec crimen effugiant. Nec enim hoc est continentiam amplecti, sed habenas laxare concupiscentiae. Nunc ad te redeo Maria regum stemmatis inclyta, studio pietatis illustrior, cuius fortunae fortassis haec praecipua non perinde uidentur congruere. Quamquam haec ita scribuntur ad te unam, ut tamen uni non scribantur, sed ideo tuo nomini inscribuntur, ut & praceptorum & exempli tui ad plures dimanet utilitas. Liberi quidem tibi non sunt opinor, at non desunt nepotes ac neptes, non desunt famulae, non matronae, quas auctoritas tua ad pietatis disciplinam erudiat. Imo quo sublimiore loco te collocauit deus, hoc latius patebit officij tui benignitas, hoc plures homines lux tuae pietatis, ad uitae sinceritatem inflammabit. Quicquid in principibus conspexit populus, libenter imitatur. Pudebit uiros non facere, quod uident a foemina fieri, tum pudebit inferioris nobilitatis foeminas non id praestare, quod a puella tot regum ac Caesarum filia, sorore, nepte, fieri uiderint. Postremo uiduitas haec non tam in rebus externis sita est quam in animo. Foeminas enim quibus deus ademit maritos, uidetur speciatim ad suum ambire coniugium. Cupit enim omnes homines sibi propius iungi, sed nisi mortalium omnium animae uiduae fiant ac desolatae, non inuenient consolationem in futuro seculo. Desolata autem non est quae quicquam habet in hoc mundo, in quo fixit ancoram spei suae, quod quae uehementer amat, miseram se clamatur, si quis id casus eripiat. Anima quae confidit in diuitijs, in honoribus, in stemmatibus, in potentia, in uoluptatibus huius seculi, uidua non est, sed habet maritum quem optaret esse perpetuum. Item anima quae spem suam reponit in parentibus claris, in liberis, in robore, iuuentaue corporis, uidua non est, & ideo deus propitius frequenter haec commoda nobis admittit ut ab illorum amore distractos ad se pelliceat. Zelotypus est, solus ac toto pectore uult amari. Ita foeminae, quae maritis iunctae sunt, nisi uiduae fuerint, non possunt sperare in domino. At quae non reponit spem suam in domino, non regnabit cum domino. Sine spe enim impossibile est placere deo. Si roges qui fieri potest, ut eadem sit uxor & uidua, facile expediam. Quae maritum mortalem sic amat, ut illius amore, negligat ea quae sunt pietatis, unicum tantum habet sponsum sed mortalem, quem tamen amat ut immortalem. Hoc quantum fruitur, uidua non est, nec Christo sponso digna est. Sed quae iuxta doctrinam Pauli maritum habet, tanquam non habeat, nec in homine mortali & fortasse peccatore, felicitatis suae praesidia ponit, sed in deo, cui sanctiore fidei conglutinata est animo, etiam in matrimonio uidua est & desolata. Neque uero sponsum ille coelestis admissus in coniugij societatem, adulterio uitiat matrimonium, sed hoc ipsum corporale foedus, sanctius reddit & auspiciat. Immo nisi ille recipiatur in consortium, stupro cohaerebunt uerius quam coniugio. Neque enim uiduae proprium est, quod dicit Paulus, quae sperauit in domino, quasi uirgines & coniugatae probandae sint, nisi sperent in domino, sed iuxta spiritum ad uniuersos pertinet, nec ad quenquam pertinere potest, nisi uiduus sit, & quod habet in hoc mundo sic possideat, quasi non possideat. Leue enim ac momentaneum est, quicquid ostentat huius mundi scena, & quantumuis magnum ac perpetuum uidetur, aeternarum contemplatione rerum humile quiddam est, & euaniidum. Viduarum tamen nomine proponit nobis

nobis haec scriptura, quod sexus ille ferè totus pendere soleat a uiri praesidio, priusquam Christi spiritu conflatur in nouam creaturam. Nec haec eo spectant ut Christiana minus amet coniugem suum, minus obtemperet uiro suo. Immo hoc magis ac uerius amabit, si amarit in domino, hoc religiosius obtemperabit, si quod marito praestat obsequium, sciat se non homini praestare, sed deo. Praeterea non tantum huc spectat scriptura mystica; ut exemplo uiduae mulieris doceat, omnibus qui uolunt pie uiuere in Christo Iesu, fiduciam auocandam a rebus temporarijs ad aeternas: uerum etiam consolari uoluit foeminas ad amatis coniugibus orbatas. Siquidem uellent capillos & muliebriter uociferanti, huius me desolatam, ad quid uiuo, scriptura uelut consolatrix adest, immo, inquiens, sola non es. Adsum enim quae sexcentis maritis potior esse debeo, Non est quod posthac te distrahas in hominis obsequium. Tota mihi uacare potes, hoc futura minus desolata, quo magis adhærebis illi, in quo bona sunt omnia. Et ideo maritum auulsi, ne sit quod nos a suis uisim complexibus separet. Sponsum suum uidua complectitur & exosculatur animo, quotiens orans, glorificans & gratias agens, cum illo loquitur, quoties sacrae uacans lectioni, sermonem illius transmittit in uiscera sua. Ab his non in totum distrahit humanum coniugium, sed tamen plerumque consuetudinem hanc cum deo propiore uel interrumpit uel refrigerat. Quamquam non omnis uidua sic copulatur domino, sed tantum ea quae uere uidua est. Sic enim beatus Paulus: Quae autem uere uidua est & desolata, sperat in deo, & instat obsecrationibus & orationibus nocte & die. Illud nocte & die, nescio an ullis contingat matrimonio iunctis, nisi qui sunt, qui ex mutuo consensu sibi in totum interdixerunt usum coniugij. Quemadmodum itaque nihil uetat in matrimonio uiduam agere, ita nihil prohibet in quocumque uitae genere Christianam agere. Quisquis enim per lauacrum mysticum regeneratus est, renunciat huic mundo & omnibus delicijs ac pompis eius. Sed quemadmodum affectus separat nos ab hoc seculo, non discessio corporis, ita a delicijs ac pompis se iungit harum rerum contemptus. Nec enim raro fit, ut quos habet eremus, quos premit extrema paupertas, ditiores sint ac deliciae, quam alij quos uel fortuna uel affinitas, uel alia quaeuis necessitas detinet in delicijs. Multum enim opum ac uoluptatum in animo gerat oportet, qui ne tamen quidem potest earum amorem ponere, quum necessitas subtraxit copiam. Rursus illustrior est illius temperantia, qui praesentium rerum copia non corrumpitur, sed uelut pisces marini, suauiores etiam sunt fluuiatilibus, neque quicquam trahunt de sale marino. Itaque uidua quamuis inclyta, quamuis opulenta, quamuis in palatio uiuens, desolata est & spem suam fixit in domino & instat precationibus & obsecrationibus die nocteque, si mentis fiduciam abduxit a rebus temporarijs, & in deum transfudit, si circumspiciens non inuenit in quo ueram requiem, in quo uerum gaudium inueniat, nisi in domino, si quoties datur opportunitas, gaudet cum domino colloqui, gaudet de domino audire, breuiter, quae quicquid agit, quicquid cogitat, quicquid amat, ad deum refert. Nec illud ad uiduas proprie pertinet quod apud Apostolum sequitur. Vidua quae in delicijs agit, uiuens mortua est. An uxor in delicijs agens mortua non est? An uirgo in delicijs agens mortua non est? prorsus quisquis hominum in delicijs agit, uiuens mortuus est. Nam uoluptuarijs istis hoc demum dicitur uiuere, quod genialiter agere. Atqui ista mortua est uita, si Paulo credimus. Contra uera uidua quae mortua est huic seculo, non corpore sed affectibus, ob hoc ipsum uere uiuit, quod sic mortua est. Idem de caeteris differi poterit, Nisi & orba sit mulier, & orphanus filij, non sperant in domino. Orba est autem, non quae exulit liberos, sed quae uelut a deo datos habet, a quo animo redditura, quoadocumque ille repoposcerit. Et orphanus sunt qui salutis ancoram non posuerunt in parentibus, sed in patre coelesti. Hic reclamabit populus. Quis est qui non ponit spem suam in deo? Sic quidem loquimur omnes, rebus tranquillis: At ereptis his quae diligebamus, apparet ubi fuerit fixa ancora. Si enim in marito tuo non collocaras arcem tuae felicitatis, quur eo defuncto laceras capillos, percutis pectus, infelicem ac mortuam te clamitas? Amasti tanquam immortalem. Atqui mortali nupseras mortalis. Amasti tanquam qui beatitudinem conferre posset, quum id solus praestet deus. Si maritum amasses in deo, si deum infinitis partibus amasses super omnia, si non alacriter ob carnis infirmitatem, certe aequanimiter ferres illum ereptum ab eo qui dederat, sic tecum cogitans.

Laude

Laudetur deus in omnibus, fortassis expediebat marito tolli ex hac uita, fortassis expedit & mihi. Nouit ille solus, quid cuique conducatur ad salutem æternam. Nec aliter loquendum in funere parientum, fratrum, aut liberorum. Laudantur uoces duorum ethnicorum, quibus quum nunciaretur mors filij, nihil commoti responderunt, genueram mortalem. Sic cogitet sponsus, ducor mortalem. Sic sponsa, nubo mortali. Sic pater, gigno morituros. Sic mater, pario morituros. Non exigimus ut mulier in morte coniugis rideat, non cohæbemus gemitum, non retundimus lachrymas, detur aliquid humanis affectibus: uerum diuturnus ille & inconsolabilis luctus, præter quod & inanis est & noxius, unde proficitur nisi ab impietate. Quid uero uelut nouum deploratur, quod nulli non accidit quod nunquam abest oculis? Sed hæc tibi non dicuntur inclita puella. Scio tuum dolorem pietate moderatiorem esse, quam ut uel obiurgari mereatur, uel egeat obiurgatione. Nec enim dubito, quin hæc aut his etiam fortiora remedia soleas alijs adhibere, præter modum indulgentibus dolori suo. Tuus uero animus sic robore fidei confirmatus est, ut illius præsidio, quibuslibet fortunæ casibus par esse queat. Ea uero fortunæ felicitas est, ut si tristitiam ac lætorum rationem subducamus, multo plura sint quæ tibi gratulari debeam, quam quæ consolando lenire. Ex isto tamen genere bonorum, quantumuis multa accesserint, nulla tamen re felicitior eris, quam laude pietatis. Cætera uel aliena sunt, uel in potestate nostra non sunt, uel temporaria sunt. Hoc sic tuum est, ut nec ulla aduersitas possit eripere, & in futura uita perpetuo tecum maneat. Perge igitur mulier clarissima signum pietatis omnibus uideis, omnibus magnatibus extollere, & laudatissimarum foeminarum uestigijs ingressa, principum aulis esto magistra, simul & exemplar euangelicæ sinceritatis. Ita tibi contingat cum Iudith cæterisque nobilissimis matronis, quas cõmemorauimus, perpetuo frui sponso Iesu Christo. Ante complures annos Principem Christianum dicaui Carolo, nunc Cæsari, nuper Paraphrasim in Ioannem principi Ferdinando, nunc Hungariæ Bohemiæque regi, quibus & priuatim & publice debeo omnia. Nuperius etiam Christianum matrimonium inscripsimus materteræ tuæ Reginae Angliæ, non quod meis egerent monitis, sed ut illorum titulo si quid inesset illic fructus, omnibus commendaretur: ut autem hunc libellum tibi nuncuparem, nec semel nec frigide per literas hortatus est, singulari pietate uir Ioannes Henkellus, cuius egregiam industriam prædicandi ueritatem Euangelicam alit tua benignitas. Quod si ille non dedit uerba, operam hanc nostram, & si tibi non necessariam, alijs tamen ni fallor, non infrugiferam futuram, comiter accipies. Extrema linea fuerit studij, ueniam impetrasse, quam sane triplici colore flagitabimus. Feci iustus, feci pro uiribus, feci bono animo. Dominus tuam Celsitudinem cum omnibus uideis impleat omni gaudio spirituali, Amen.

VIDVAE CHRISTIANAE
FINIS.

mentis proficeret ad alia precepta quae sunt innumera tum in lege, tum in prophetis, tum in Solomonis prouerbis, donec ueniret ad perfectionem euangelicam, cuius et exempla quaedam & praescripta etiam in ueteris testamenti libris continentur. Eoque dominus optimus legis interpretis, adolefcenti sic responderet: Si uis ad uitam ingredi, serua mandata, indicans decalogum esse limen & ingressum ad pietatem, non consummatam religionem. Sed quoniam tu in hoc sermone rudis & infantis personam agis, aequum est ut his rudimentis interim sis contentus. Restat precatio, cuius optima formula ea est, quam ipse dominus nobis praescripsit. Sicut autem Petrus profitens Christum esse filium dei uiuui, Apostolorum omnium uoce loquutus est: ita qui Symbolum pronunciat, totius ecclesiae uoce pronunciat. Eadem est enim omnium Christianorum fides. Itidem qui precatur iuxta dominicam formulam, totius ecclesiae uoce precatur. Hoc indicant illa pronomina, nobis, nos, & nostra. Inanis autem est precatio, nisi adsit fides & charitas. Fides addit fiduciam, charitas ardorem. Qui enim haesitat, non credit illi qui dixit, Quicquid petieritis patrem in nomine meo, dabit uobis. Qui uacuus est charitate, frigide orat, & sibi magis orat, quam alijs. Sed ut est unus omnium filiorum dei spiritus, ita uno ore precantur omnes pro singulis, & singuli pro omnibus, patrem caelestem cui per Christum renati sunt, appellantes, ut ipsius nomen glorificetur per uniuersum orbem, quo pariter de patre communi gloriantur omnes, de se nemo: ut expulsa peccati tyrannide spiritus illius regnet in animis omnium: ut quemadmodum in illa caelesti ciuitate nulla est aduersus deum rebellio, ita in hac ad illius imaginem entente, & ad illius hereditatem destinata, actiones omnes ad summi parentis ac principis nutum componantur: qua particula simul & praemium ostensum est & exemplum. Quisquis enim in terris reprimit suam uoluntatem, & diuinae pareat, recta tendit ad caelestem uitam, ubi nulla est lucta, nulla rebellio. Nec aliud interim filij petunt in hac uita, quam militia est, salarij, aut commeatus, quam ut detur ab imperatore cibis animi & corporis, quo ualeant strenue sua obire munia. non postulant honores, non opes, non uoluptates huius seculi, non thesauros: ad uitam corporis & ad salutem animae necessaria tantum petunt: haec enim quotidiani panis nomine comprehenduntur. Ut autem sit plena concordia & filijs cum patre, & fratribus inter ipsos, orant ut humana delicta sine quibus in hoc mundo non uiuunt, uelut ignoscere: quod tamen nolunt impetrare, nisi mutuis inter se lapsibus ignoscetes patris erga se clementiam prouocant. Iniquum enim est postulare, ut deus offensus ignoscat homini, si homo homini multo leuius offensus nolit ignoscere. Postremo dum reputant quod benignum habeant dominum, quam amantem patrem, qui filium suum unigenitum tradidit in mortem, ut eos Satanae tyrannide redimeret, orant, ne ipsius permisso reuoluantur in illius mali potestatem, & ita pertrahantur in tentationem, ut mereantur a bono patre exhaereditari. *K. A. Quis non petunt uitam aeternam? C. A. Quia bonorum militum est, tantum obire munia quae praescripsit imperator, de mercede securus: & bonorum filiorum est ad hoc tantum entis, ut patrem habeant pacatum ac propitium, haudquaquam sollicitos de hereditate, praesertim cum talem habeant patrem, quo nihil ditius, nihil benignius, nihil ueracius. De precatione dominica non disseram pluribus. In proptu sunt in hac priorum atque eruditorum hominum commentarij, praecipue diui Cypriani. Si non grauaberis meam in eam paraphrasim olim a me scriptam legere, simul & orabis, & orando discas orandi rationem, saltem illud assequeris, nisi fallor,*

Precatio dominica

ut ad lectionem eorum quos dixi uenias aliquanto instructior.

PRECAATIONES ALI QVOT NOVAE, AC RVRSVS NO

VIS ADAVCTÆ, QVIBVS ADOLESCENTES

assuecant cum Deo colloqui, per Des.

Erasmum Roterodamum.

OPTIMÆ SPEI PVERO DAVIDI, CLARISSIMI
uirii Ioannis Paungartneri à Paungarten filio,
Des. Erasmus Rot. S. D.



PTIMA primum discenda sunt, nihil autem homini pietate melius, eoq; parens tuus singulari prudentia uir, nihil prius habet, q̄ ut liberos suos protinus à teneris unguiculis ad pietatem instituat, ut delictet quo se uobis uerum & integrū præstet genitorem, nimirum intelligens, sese hac possessione longe beatiorē q̄ opibus quas habet amplissimas sine fraude partas; multoq; ornatiore, q̄ antiqua generis nobilitate, regum amicitia, populari applausu, ditione externa, ceterisque honoribus, quos ille magnos consequutus est, maiores promeritus. Hæc enim illum reddunt hominibus suspiciendum & amabilem, sola pietas deo commendat. Ego uero ut pro mea erga illum beneuolentia, & ipsius uotis, & tuis conatibus non nihil adferam adiumentum, mitto preces aliquot, quibus iam nunc inuiscas cum deo colloqui, qui tuæ pueritiæ studia suo fauore prosperare dignabitur. Va le, apud Friburgum Brisgoiæ, Idibus Febr. Anno à Christo nato M D XXXV

PRECATIO AD PATREM.



PROVLGENTISSIME pater, qui summus in summis habitas, audi famulorum tuorum adhuc in terris exulatum uota, quos pro tua ineffabili benignitate filiorum nomine dignatus es, datoq; tui spiritus preciosissimo pignore largitus es, ut cum reuerente fiducia ad te clamare audeant, Abba pater. Oramus ut tuum nomen adorandum sic per uniuersum orbem inclaretur, ut quemadmodum in cœlesti ciuitate tu unus es omnium gloria, ita in terris nullus de se gloriatur, sed suam agnoscentes indignitatem tuamq; munificentiam, in te gloriantur omnes, quæ sola est uera gloria. Et quoniam nobis uaria difficilisque lucta est cum mundo, cum Satana, et huius ministris, cumq; carne quam circumferimus, suspirantes rogamus, ut adueniat regnum tuum, ut quemadmodum in cœlis omnia cum tremore sese submitunt tuæ maiestati, ita tuus spiritus regnet in animis nostris, agnoscentibus te regem esse regum omnium, quo nihil esse potest, neq; maius, neq; melius. Et quemadmodum in tuo sancto palatio nulla est rebellio, ita cuncti mortales abdicatis omnibus humanis cupiditatibus toto pectore, tum in prosperis, tum in aduersis, tum in uita, tum in morte, pareant iussis tuis regalibus, nimirum intelligentes, te solum nihil posse uelle nisi quod est optimum, & hoc ipso optimum esse quia tibi placitum. Voluntatem autem tuam optime pater nobis in diuinis libris notam & expressam esse uoluisti. At nullus hominum potest tuis imperatis facere factis, nisi tu dederis, ac pro tua ineffabili misericordia nostram imbecillitatem boni consulueris. Et quoniam iuxta filij tui doctrinam nequaquam de futuro solliciti, toti de largissimi patris prouidentia pendemus, tuo arbitratu da nobis quotidie, quod huius uitæ postulat necessitas. Sed ante omnia, quoniam, iuxta tibi charissimum Paulum, præcipue spiritu pater es, pasce animos nostros alimonia spirituali, siue lacte opus est infirmis, siue solido cibo adultioribus. Cibum uere uitam largiens est tui per sacras scripturas cognitio tuiq; spiritus gratia, per quam quotidianis uirtutum ac celsibus iuxta internum hominem gradescimus in te, donec adolecamus in uirum, & in mensu,

mensuram plenitudinis unigeniti tui Iesu Christi. Per uerbum tuum nos genuisti quum nihil essemus, per idem ex Adam infeliciter natos denuo genuisti, eodem alis ac uegetas quos genuisti. Hic enim est panis ille cœlestis, hoc est uinum nouum, quo iugiter ac feliciter saturantur omnes beati spiritus, qui in tua domo habitantes, in secula seculorum laudant te. Cuius portionem si quotidie dignaberis impartiri filiis tuis, in dies decrescent in nobis fames ac sitis rerum mundanarum. Quamquam autem semel in sacro lauro per fidem condonasti nobis omnia delicta, attamen quoniam donec hanc carnem mortalem circumferimus, & gratiæ tuæ thesaurum portamus in uasis fictilibus, quotidie per infirmitatem humanam peccantes, quotidie egemus tua misericordia, quæ nobis ignoscat lapsus nostros, ne excidamus à charitate tua, sed perseueremus in ea pace, quæ tibi per unigeniti tui sanguinem reconciliati sumus: ac pariter dones, ut quemadmodum tu misericorditer condonasti nobis omnia delicta nostra, ita nobis inuicem condonantes quotidianas offensionculas mutuam inter nos pacem, concordiam, & charitatem alamus. Neq; enim te deum pacis propitium habere potest, qui proximo suo inensus est. Sed quoniam dum interim militamus in his tabernaculis, maliciosus ille tentator, à cuius tyrannide nos in libertatem asseruisti per filium tuum Iesum, non desinit omnes admodum remachinas, quo nos in seruitutē retrahat, oramus ne nos tuo presidio destitutos tradas in manus illius, qui sitit exitium animarum nostrarum, sed per fidem & charitatē perseuerantes in consortio benignissimi filij tui perueniamus ad eam uitam, ubi nullæ sunt offensiones, nec ullum à Satana periculum. Amen.

AD FILIUM.

GENERIS humani conditor ac redemptor Iesu Christe, qui dixisti, Ego sum uita, ueritas & uita: Via, doctrina præceptis & exemplis: ueritas in promissis: uita, in præmio. Oro te per ineffabilem tuam charitatem, qua te totum seruandis nobis impendere dignatus es, ne patiaris me unquam aberrare abs te, qui uita es: nec unquam diffidere promissis tuis, qui ueritas es, & præstas quicquid polliceris: nec in ulla alia re conquiescere, quoniam uita es aeterna, ultra quam nihil est quod desideretur neq; in cœlo neque in terra: Per te didicimus certum & expeditum iter ad ueram salutem, ne diutius in huius mundi labyrinthis oberraremus. Tu nos exerte docuisti, quid credere, quid agere, quid sperare, in quo cōquiescere debeamus. Per te didicimus, quomodo ex primo illo Adam fuerimus infeliciter nati. Te te didicimus, non esse spem salutis, nisi per fidem in te. Te uicem esse lucem, quæ præluces omnibus per huius seculi desertum, per quæ nostræ mentis noctem à tenebris Aegyptiorum proficiscētibus, ad illam beatam terram, quam promissisti mitibus tuamq; mansuetudinem imitantibus: in nobis enim nihil erat præter profundam caliginem, qui neque calamitatem nostram uidere poteramus, neque unde malum remedium petere debebamus. Tu dignatus es in terram descendere, dignatus nostram naturam assumere, ut doctrina tua discuteret ignorantiam nostræ caliginem, præceptis tuis dirigeres pedes nostros in uiam pacis, uita tuæ exemplis strauisti nobis uiam ad immortalitatem, ac tuis calcata uestigijs, e salebrosa & aspera commodam leuemq; nobis reddidisti. Ita nobis uia factus es, quæ nescit errorem, in qua ne lassceremus tua benignitas nos magnis certisq; promissis fulcire dignata est. Quis enim possit delassari, secum reputans, per tua uestigia ingredienti paratam esse uitæ cœlestis hæreditatem? Ergo dum in hoc itinere sumus, spem certam nobis baculi loco esse uoluisti, qua sustentemur. Nec his contenta fuit tua bonitas, sed agnoscentes imbecillitatem nostræ carnis, interim solatio tui spiritus subinde reficis uites nostras, quo ad te curramus alacriter. Atque ut tu nobis factus uia propellis omnem errorem, ita factus ueritas tollis omnem diffidentiam: Denique nobis factus uita, das hic peccato mortuos uiuere per spiritum tuum omnia uiuificantem, donec in resurrectione prorsus abolita omni mortalitate, semper tecum & in te uiuemus, quum Christus erit nobis omnia in omnibus. Vita enim aeterna est nosse, patrem & filium & spiritum sanctum esse unum uerum deum. Quem nunc per fidem uidemus tantum in speculo & ænigmate, tunc autem cominus domini gloriam speculari transformabimur in eandem imaginem. Proinde obsecro clementissime seruator, ut adaugeas famulo tuo fidem, ne uacillum unquam in cœlesti tua doctrina: adauge obedientiam, ne unquam desleam à præceptis tuis: adauge constantiam, ut tuis ingrediens uesti-

gijs, nec satanæ blandimentis illiciar, nec terriculamentis desiciat, sed in te qui solus es uera uita, perseuerem usq; ad mortem. Adauge mihi fiduciam ut tuis fretus promissis, nunquam segnescam in studio pietatis, sed à tergo relictorum oblitus, semper ad perfectiora contendam. Adauge gratiam in me tuam, ut in dies magis ac magis in me ipso mortuus, uitam agarq; spiritu tuo: nihil metuens præter te, quo nihil maius aut potentius: nihil amans præter te, quo nihil est amabilius: in nullo gloriâs præter te in te, qui uera es gloria sanctorum omnium: nil expetens præter te, quo nihil est melius: nihil desiderans præter te, qui plena perfectaq; es felicitas, cum patre & spiritu sancto per omnia secula. Amen.

AD SPIRITVM SANCTVM.

Adorande spiritus, qui triadem illam omnipotentem absoluis è patre filioque procedens, utriq; per omnia æqualis, sola personæ proprietate differens, qui tua bonitate condonas peccata respicientibus, qui tuo sancto afflatu purificas hominum mentes, consolans afflicta, moerentes casta lætitia exhilaras, nubilas tua luce serenas, errantes dirigis in omnem ueritatem; frigentes accendis igne charitatis, pacis glutino conciliis disidentes, uarijs modis instruis ac ditas eos qui per te nomen profitetur domini Iesu. Cuius actu uiuunt omnia, quæ uere uiuunt, cuius deliciae sunt, uersari in simpliciu perceptoribus, quæ tibi pro templis ipse cōsecrare dignatus es: Tuere quæso in me tue benignitatis munera, & indies auge quod largiri dignatus es, ut te gubernatore magis ac magis in me moriantur carnis affectus, gliscat uitæ cœlestis desiderium, te prælucente sic transiream per caliginosum huius mundi desertum, ut nec Satanæ uitij in quiner, nec ullis erroribus inuoluatur, qui dissonant ab inuolabili ueritate, qua tui numinis instinctu nobis tradidit Ecclesia catholica, qui cum patre & filio uiuis & regnas in æternum. Amen.

AD VIRGINEM MATREM.

Ave Maria prudentium uirginum Regina, quæ nobis Euxæ fatuæ uirginis maledictionem uertisti in benedictionem. Salue matrum pudicarum decus, quæ salutarum omnibus peperisti. Gaude angelorum & hominum gloria, quæ cœlestium gaudiorum fontem citra uirginitatis iacturam enixa es. Cuius modestissima pudicitia tam grata fuit supremo numini, ut ex tot uirginum milibus te singulariter adamarit, unamq; iudicij caritidoneam, è cuius castissimis uisceribus dei filius orbi redimendo nascereetur. Eximij fauoris illud est argumentum, quod quum deus adsit omnibus pijs, nulli tamen sese propius aut mirabilius copulauit quam tibi. Pater te sibi sponsam delegit, Spiritus cœlestis te totam impleuit. Filius è uirginis corporis tui substantia corpus humanum assumere dignatus est, in uteri tui latebris menses decem gestari, tuo lacte pasci, tuo confoueri sinu: quumq; deus esset ac dei filius, tamè uirginis filius, tum esse dum dici sustinet. Quem admodum autem dominus singulari modo tecum fuit, ita per te nobiscum etiam peculiariter esse cepit. Primum plusquam triginta annis in terris usus, & homo cum hominibus, conuersatus, nunc per spiritum suum inhabitans corda piorum, nosq; sua uita carne reficiens, & sacrosancto sanguine potans, in Eucharistia. Agnoscit orbis uniuersus & quanto honore te dignatus sit deus, et quantum ipse honoru per te acceperit, eorq; duo nomina præ cæteris ueneratur: Iesu filij tui, ad quod sese inflectit omne genu cœlestium, terrestrium & inferorum; & Mariæ uirginis, ad cuius mentionem hilarescunt ac recreantur omnes animæ Iesu nomen diligentium. Ille tanquam sol, omnium sanctorum gloriam suo splendore uelut obscurat. Tu inter uniuersas laudatas, mulieres nõ aliter. Lucet, quam luna pleno orbe inter minora sydera: A deo uero tui nominis splendor cum filij gloria cōiunctus est, ut quoties auditur adorandum Iesu nomen, simul occurrat Mariæ beatissime matris memoria, Olim filio pro nobis patienti dolorum fuisse particeps: nunc in cœlis regnantis asides, dignitatis & gaudiorum socia. Amen.

DILVCULO AD CHRISTVM.

Domine Iesu Christe, qui uerus es mundi sol, semper oriens, nunquam occidens, qui tuo salutifero conspectu gignis, seruas, alis, exhilaras omnia & quæ in cœlis, & quæ in terris, illucesce quæso propitijs animo meo, ut discussa nocte criminu ac nebulis errorum, te intus prælucente citra offensionem per omnem uitam incedam, & tanquam in die decenter ambulem, purus ab operibus tenebrarum. Qui cum patre & spiritu sancto uiuis & regnas in omne æuum. Amen.

Sub

SVB NOCTEM.

Domine Iesu Christe, cuius inexhaustæ benignitati debemus omnia, qui diei clarissimum lucem bonis iuxta ac malis ad obeunda actionum munia tribuisti, noctis amicum silentium ad quiete reficiendas corpufculorum uires, & ad diluendas animorum curas, leniendosq; moerores clementer dedisti: quum te diligentibus hæc omnia tu ipse multo felicius præstes intus, quibus ad omnes pietatis functiones fidel gratia multo clarius præluces quam sol mundo refulget, quos tua promissa non sinunt unquam lassescere, tui spiritus consolatio omnes animi molestias longe efficacius diluit quam corporis sopor, nec in alio totus homo tutius aut suauius conquefcit quam tua misericordia redemptor optime: Precor ut si quid hoc die per humanam incuriam commissi, quod offenderit oculos tuos, pro tua solita bonitate condones, simulq; des ut hæc nox te prosperante sit mihi felix, te custode pura, te protectore à nocturnis dæmonum ludibrijs tuta, ut hic somnus corpus simul & mentem in crastinum diem reddat ad tibi seruiendum alacriora. Porro quoniam hæc uita sic ullam horam habet certam, ubi uenerit illius uespera, et urgebit corporis somnus, unde non expergiscemur, nisi quum ad angeli tui tubam excitabuntur mortui, quæso ut tum illumines oculos animæ meæ, ne extincta fide obdormiã in morte sempiterna, sed requiescam in te, cui uiuunt etiam mortui. Qui uiuis & regnas cum deo patre & sancto spiritu in sempiternum. Amen.

TEMPORE VERIS.

Omnipotens rerum omnium innouator domine Iesu, qui mundum hunc pulcherrimum in nostram gratiam condidisti, cœlos tot luminibus in diei usum ac noctis solatium decorasti, terram, quam omnium animantium & in his etiam hominis benignam altricem esse uoluisti, uarijs horis temperas, ac nunc te rediituo reuiuiscunt omnia, nobisq; resurrectionis abs te promissæ spem confirmant: prata prius squalida nouo reuiuiscunt gramine, gramina uarijs flosculorum gemmis decorantur, herbescunt segetes, exiliunt è scrobe sepulta semina, arbores prius mortuæ nouis frondibus repubescunt, nouisq; floribus picturata: spem fructus nobis faciunt, sol ipse sue lucis auget gratiam, & uniuersæ naturæ facies, uelut renascentis, quocunq; circumtulerimus oculos, loquitur tuam in humanum genus bonitatem, qua nobis ob culpam è paradiso depullis tot solatijs mitigas commercium exilium: da, ut qui semel in te renati per baptismum exiimus ueterem hominem, facti noua creatura, nunquam ad senium relabamur, sed blando tui spiritus afflatu perpetua uiueamus innocentia, atq; in dies magis ac magis uirtutum floribus exornemur ad fructum Euangelio dignum proficientes: Qui cum patre & spiritu sancto regnas in omnia secula. Amen.

IN ÆSTATE.

Sapientissime gubernator ac moderator uniuersi Iesu Christe. En tuis iussis obtemperans, tui feruore solis inardescit annus; medians in usum famulorum tuorum fructus maturos ædere: supplices deprecamur, tu qui uerus es sol nosster, sine quo nec lucidum est quicquam in animis nostris, nec gignitur aut fructificat quicquam, intende gratiæ tuæ radios in terram mentis nostræ, ut indies magis ac magis incalescat igni tuæ charitatis, ædatq; uarios honorum operum fructus. Nam hoc cibo potuq; te unice delectari testatus es in Euangelio: Hoc est uinum, quod tua erga nos pietas sitiebat: hic est cibus, quem Apostolus nondum intellectum esuriebat. Venisti in terras, ut ignem immitteres, neque quicq; magis optabas, quam ut is accenderetur: sed is non accenditur nisi tuæ gratiæ radijs tangatur cor nostrum: Auge domine Iesu quod dedisti, perfice quod cepisti donec adolescamus in uirum perfectum, in mensuram plenitudinis tuæ. Posuisti mortalitatem, at charitatem erga nos non posuisti, sed nunc quoq; pro nobis potentem & amicum aduocatum agis apud deum patrem, cui æqualis regnas cum sancto spiritu. Amen.

IN AUTVMNO.

Agitus tibi gratias indulgentissime pater, conditor cœli ac terre, quod tua clementi prouidentia maturuit annus, undique nobis prædiuitem annonæ copiam effundens: largire quæsumus, ut quem admodum tua benignitas in alimoniam corporum nostrorum uariam & opulentam fructuum abundantiam suppeditat, ita per gratiam tui spiritus, sine qua nihil boni nascitur uiuit aut alicui, maturefcat ac perficiat in animis nostris

Tom. 5

PP pietatis

pietatis affectus, ut in unigeniti tui fide perseverantes, per omnem uitam fructificemus bonis operibus, beatam messem facturi in resurrectione iustorum, per eundem dominum nostrum Iesum Christum, qui tecum uiuit & regnat in consortio eiusdem sancti spiritus in sempiterna secula. Amen.

IN HYEME.

Sapientissime mundi conditor & gubernator deus, cuius imperio parens statis uicibus immutatur seculum, & per eandem in se reuoluitur, en adest anni quasi senium ac mors hyems, cuius tristitiam incommodaq; ut leuius feramus facit mox successura ueris amoenitas. Ad anni uero exemplum noster hic exterior homo uernat in pueritia, feruet in iuuetate, maturefcit aetate uirili, deficit atq; emoritur senectia. Sed mortis horrorem mitigat spes reuiuiscetiae, quae nobis uel ob hoc certissima est, quod eam tuus promissus filius, qui est eterna ueritas, quicq; tam non potest falli aut fallere, q; non potest non esse tuus filius. Per hunc interior homo noster nescit senium aut mortem, sed illius munere perpetuo uernat innocentia, feruet studio pietatis, fructificat, & in alios transfundit quod ab illo accepit; quoq; magis deficit corporis uigor, hoc magis efflorescit spiritus. Quaesumus, ut quae nobis per unigenitum tuum largiri dignatus es, per eundem tueri & augere digneris, qui tecum uiuit & regnat in omne aeuum. Amen.

PRO DOCILITATE.

Audi preces meas aeterna patris sapientia domine Iesu, qui tenerae aetati docilitatis commodum addidisti, adde quaeso ad naturae propensionem auxilium gratiae tuae, ut literas ac liberales disciplinas citius perdiscam, sed tuae gloriae seruituras, quarum admniculis adiuta mens mea plenius assequatur cognitionem tuam, quem nosse felicitatis humanae summa est, utq; ad tuae sanctissimae pueritiae exemplum indies proficiam etate sapientia & gratia apud deum & apud homines. Qui uiuis & regnas in consortio patris ac spiritus sancti in aeterna secula. Amen.

ADVERSUS TENTATIONEM.

Domine Iesu Christe, praesidium nostrae mortalitatis unicum, unica spes nostra, salus nostra, uictoria nostra, gloria & triumphus noster, qui in carne, quam nostra causa assumpseras, te passus es a Satana tentari, quicq; solus peccatum, mortem, mundum, Satanam & uniuersum regnum inferorum deuicisti, & quaequid deuicisti, utiq; nobis deuicisti, nec tuos alio consilio cum ijs conflictari uoluisti, nisi ut coronares magnificentibus, & hostem quem in te ipso debellasti, in membris quoq; tuis prosterneres; adde quaeso tu leo inuictissime de tribu Iuda, militi tuo robur aduersus leonem rugientem, qui semper oberat, quarens quem deuoret. Tu serpens ille salutifer in sublimi fixus stipite, adde paruulo astutiam aduersus callidissimi serpentis insidias. Tu agnus ille niueus, Satanicae tyrannidis expugnator, da ouiculae tuae uires spiritus tui, ut in se fragilis, in te fortis superet omnes diaboli assultus, ne de me gloriatur hostis meus; sed per te uictor, gratias agam tuae misericordiae, quae tibi fidentes nusquam destituit, qui uiuis & regnas cum deo patre & spiritu sancto sine fine. Amen.

PRO VICTORIA GRATIARVM ACTIO.

Gratias ago tibi domine Iesu, cuius aspirante gratia celsit tempestas, succelsit tranquillitas, tibi canitur epinicion, tua est uictoria, tuo nomine non tuis armis prostratus est superbus ille Goliath, tui muneris est totum quod gestum est. Nam ego quod ad meas quidem attinet uires, immane, quam turpiter concideram, in quod exitium praecipitatus eram; sed ideo substiti, quoniam non in me ipso, sed in te solo fixeram spei pedem, sedulo illud egregij militis tui dictum animo repetens, Si deus pro nobis, quis contra nos? Et omnia possum in eo qui me corroborat. Idem nos docuit, ut omnibus strenui militis partibus defuncti, non tradamus nos ocio & securitati, sed quam diu militamus in hoc seculo, stemus spiritualibus armis instructi aduersus hostium, qui nunquam dormiunt, insultus. Quare te rogo seruator omnium tibi fidentium, ut augeas meam erga te fiduciam, ut indies in me gliscente fidei dono, uires inimicorum magis ac magis attenuentur, donec eo me dignaberis euocare, ubi nec est certamen ullum, nec labor, nec periculum, sed aeterna in te securitas ac triumphus, cuius auspicijs debellatum erit, quum tradideris regnum deo

deo patri, qui cum uiuis & regnas in consortio sancti spiritus in aeternum. Amen.

IN AFFLICTIONE.

Clementissime redemptor, qui semper es misericors, semper es seruator, siue tristitia nobis immittis, siue laeta. Magna enim misericordia est, dum per externas afflictiones ueluti per amara pharmaca sanas hominem interiorem, perq; temporarias molestias praeparas nos ad sempiterna gaudia, quandoquidem hanc ad ueram felicitatem uiam ipse nobis tuis praesignasti uestigijs; da ut hunc calicem uelut abs te porrectum, patiens & obediens ebibam. Sunt haec quidem naturae fragili permolesta, sed & tu pro me grauiora passus es, & ego longe grauiora merui, qui toties merui gehennam. Nostis tamen humanae conditionis fragilitatem, eoq; ueluti clemens ille Samaritanus, uulneribus nostris infundis uinum emordens uitia nostra, sed ad dis oleum tuae consolationis, quoque nobis sunt intolerabilia toleremus. Si uisum est addere doloribus, adde & patientiae dono, ueliscq; has corporis afflictiones mihi cedere in remissionem delictorum meorum. Aut si tua paterna pietas hac miti castigatione contenta est, tempestatem hanc excipiat serenitas, ut tibi utroque nomine gratias agam, & quod inutilem famulum clementer emendaris, & quod afflictionis amaritudinem consolationis dulcedine sustuleris, illic rationem habens necessitatis, hic non immemor nostrae infirmitatis. Tibi laus et gratiarum actio in omne aeuum. Amen.

IN GRAVI MORBO.

Domine Iesu, unica salus uiuentium, aeterna uita morientium, tuae sanctissimae uoluntati me totum submitto tradoque, siue hanc animulam in huius corpusculi domicilio diutius commorari placeat ad tibi seruendum, siue ex hoc seculo demigrare uelis, certus non posse perire, quod tuae misericordiae commissum est, carnem hanc fragilem ac miseram aequo deponam animo, uidelicet spe resurrectionis, quae mihi illam reddet multo feliciorum. Animam quaeso ut aduersus omnia tentamenta, tua gratia corrobores; contraq; omnes Satanae assultus cinge me scuto tuae misericordiae, qua olim martyres tuos aduersus horrendos cruciatu ac mortes crudelissimas inuictos reddidisti. Vnde quoque nihil in me mihi sit praesidij, in tua inenarrabili bonitate tota est fiducia. Nihil habeo meritorum aut bonorum operum quod allegem apud te, malorum heu nimis multum uideo, sed per tuam iustitiam confido me in numero iustorum censendum. Tu mihi natus es, mihi sustisti, mihi docuisti, mihi orasti, mihi ieiunasti, mihi tantum bonorum operum in hac uita peregisti, mihi tam acerba passus es, mihi in cruce preciosam animam tuam in mortem tradidisti. Pro sint mihi nunc quae sponte donasti, qui te totum mihi donasti. Tuus sanguis abluit maculas criminum meorum, tua iustitia tegat iniustitiam meam. Tua merita me supremo iudici commendent. Ingratescente malo adauge gratiam tuam, ne uacillet in me fides, ne titubet spes, ne refrigescat charitas, ne terrore mortis deijciatur humana infirmitas, sed posteaquam mors occuparit oculos corporis, mentis tamen a te non deflectantur, quumq; linguae usum ademerit, cor tamen instanter ad te clamet, in manus tuas domine commendo spiritum meum, cui honor & gloria sine fine. Amen.

POENITENTIS.

Summe rerum omnium conditor, quum mecum reputo quam maiestatem meis peccatis offenderim, horreo temeritatem meam: quum confidero quam benignum ac munificum patrem reliquerim, detestor ingratitude meam: quum animaduerto, a quam beata libertate spiritus, in quam miseram seruitutem me coniecerim, damno amentiam meam, totusque mihi displiceo, nec aliud ob oculos uersatur nisi gehenna & desperatio, uidelicet terrente conscientiam nostram tua inuitabili iustitia. Sed ex aduerso quum contemplor immensam illam tuam misericordiam, quae iuxta prophetae testimonium, exuperat omnia opera tua, quae te ipso quodammodo maior es, quum undiq; sis omnium maximus, mox affulges laetior quaedam aura spei recreat animum meum. Quir enim desperem ab eo peccatorum ueniam, qui in literis prophetis toties ultro inuitat peccatores ad poenitentiam, clamans, se nolle mortem peccatoris, sed magis ut conuertatur & uiuat. Tum quam parata sit apud te uenia respicientibus, multis parabolis

nobis inculcauit unigenitus tuus, uelut drachmæ perditæ & inuentæ, quis ab errore huiusmodi reductæ, sed euidentius filij prodigi, cuius imaginem in me prorsus agnosco. Impie reliqui parentem amatissimum, omnem illius substantiam nequiter prodegi, & dum carnis obsequor cupiditatibus tuorum præceptorum oblitus in turpissimam ueritatem uitorum memet inuoluisti, & ad extremam inopiam redactus sum, nec uideo quò confugiam, nisi ad eum à quo profugi. Recipiat tua misericordia supplicem, quem hæcenus errantem leniter passus es. Indignus sum qui ad te attollam oculos meos, aut qui patris nomine te compellem; sed tu queso digneris ad me fletere oculos tuos. Tuus enim intuitus facit ut peccator mortuus reuiuifcat, perditus redeat ad cor. Siquidem hoc ipsum quod mihi nunc displiceo, tuo debeo conspectui; procul abs te diuagantem intueri dignatus es, mihiq; oculos reddidisti, ut uiderem in quantis uersarer malis, occurristi, relictae innocentiae memoriam ac desiderium aspiras. Non peto complexum & osculum seruus omni supplicio dignus, non postulo stolam & anulum pristinae dignitatis insignia quæ proieci, non oro ut in filiorum tuorum honorem me recipias, abunde magnū erit, si me inter extremæ sortis seruos tuos admiseris, stigmaticos & e fuga receptos, ut saltem aliqua in parte tuorum hæream, quandoquidem in domo tua mansiones multæ sunt. Non me pigebit in hac uita haberi inter abiectos, poenitentia torqueri, luctu fordidiari, modo ne abs te separet in æternum. Obsecro te pater & obrestor per mortem unigeniti tui dilecti, imperti mihi spiritum tuum, qui purificet cor meum, suaq; gratia cõfirmet ne relabam eo per incogitantiam meam unde sum à tua clementia reuocatus. Amen.

S V M P T V R I C O R P V S D O M I N I C V M.

Quæ lingua aut quæ mens tibi digne gratias agere ualeat Domine Iesu, pro ineffabili tua in nos charitate: qui ut hominem perditum redimeres, homo fieri dignatus es, omnibusq; nostræ conditionis iniurias in te recipere, deniq; in ara crucis agnus omnis expers macule hostia pro nobis fieri sustinuit, poenas nostris peccatis debitas exoluens, ut nos patri reconciliaret, quin & uiuens & moriens te totum nobis impendisti, donasti, dedicasti. Nec his contenta fuit tua benignitas, sed nequando nobis obreperet tantæ charitatis obliuio, aut ne langueret nostra de te fiducia, etiam nunc in cœlis regnās subinde reficis animas nostras cibo corporis tui, et sacro sanguinis tui poculo exhilaras: purificet queso spiritus tuus cor meum, ne ad cœlestes epulas, & ad mensam ipsi etiam Angelis tremendam accedam indignus, sed te diffuso in mentis meæ uiscera, grædescam in te ac uegetior siam spiritualibus incrementis, quo perseuerem in beata societate mystici corporis tui, quod sic unum tecum esse uoluisti, quemadmodum tu cum patre unum es, conglutinan te spiritu sancto, cui laus & gratiarum actio in omne æuum. Amen.

I T E R I N G R E S S V R I.

Fidelissime custos hominum Iesu Christe, qui Samaritani nomen non recusasti, impiorum blasphemiam in nostram uertens salutem, sub cuius custodia nil est periculi, sine cuius custodia nihil est usquam tutum, qui per Angelum tuum prosperasti iter serui Abrahamæ, ac filij Thobiae, omniumq; tibi sincero corde fidentium, da precor ut tuis auspicijs hæc profectio mihi felix sit ac fausta, ac rebus ex sententia gestis, corpore pariter atq; animo perueniam ac redeam incolumis, tuæq; bonitati gratias agam cum omnibus, qui me saluum esse gaudent aut gauisi sunt. Aliud quod tibi nuncupem uotum nō habeo seruator hominum, qui cum patre & spiritu sancto uiuis & regnas in omne æuum. Amen.

N A U I G A T V R I.

Domine Iesu qui mortalem adhuc in terris carnem gerens, ad discipulorum preces solo uerbo immanes uentorum tumultus compescuisti, subitoq; turbatas undas in magnam uertisti tranquillitatem, quicq; super undas liquidas perinde ut in solido ambulasti, nimirum rex & conditor omnium siue quæ in cœlis, siue quæ in terris, siue quæ in mari sunt, tu nobis queso pro geminis gentium castroribus uerè prosperum ac salutare sidus in hac nauigatione effulgeas, ut in omni elemento; tuæ misericordiae gratias agamus, cui honor & imperium in omnia secula. Amen.

I N I T V R I P R A E L I V M.

Omnipotens rex Sabaoth hoc est exercituum, qui per Angelos tuos ad id delegatos

ros prouinciarum tum bella tum paces administras, quicq; Dauid adolescenti & animum & uires addidisti, ut pusillus, inermis bellique rudis, immanem Goliath funda adoriretur ac deiceret, si iusta de causa, si coacti militiam hanc militamus, primum illud precor, ut hostium animos conuertas ad studium pacis, ne quid Christiani sanguinis effundatur in terram, aut terrorem quem panicum appellant iniicias, aut quàm minima sanguinis guttura in modum incommodi uictoria contingat, quorum causa tibi probatio est, ut in finito bello, tibi concordibus animis cantemus triumphales hymnos. Qui regnas in omnipotens & super omnia. Amen.

Diuine spiritus, qui abhorres ab omni fornicatione, quicq; gaudes in opibus castis purisque mentibus uersari, te supplex deprecor ut hunc insignem thesaurum quem porto in fictili uasculo, sicut tuæ debeo benignitati, ita tuo beneficio seruem incolu mem, utq; indes magis ac magis puro corde, puroq; corpore tibi placens, perueniam ad illam uitam, quæ nullam nouit corruptionem, in qua uiuis cum patre & filio. Amen.

P R O F E L I C I C O N I V G I O.

Omnipotens deus unice prosperator actionum humanarum omnium, qui per os Solomonis pronunciaisti, rem egregiam inuenisse quiscumque mulierem bonam inuenit, & huic gaudium ac iucunditatem fluxuram à domino, Et alibi per eundem admonuisti, mulierem rem esse morte amariorem: queso ut tua benigna prouidentia mihi contingat sponsa, quicum concorditer ac iucunde uiuens tibi seruiam unanimiter. In hoc enim Adæ primum uxorem addidisti, ut adiuncta socia solitudinis tædium depelleret, & in ministerijs familiari mulieris obsequio iuaretur. Eam de costa uiri finxisti, quo coniugibus intimam necessitudinem, & indissolubilem uitæ societatem commendares. Verum hoc tantum bonum non obuenit nobis fortuito, neq; nostra prouidentia, quibus frequenter usu uenit, ut posteaq; totis uiribus huc incubuimus, ut optimam ducamus, incidamus in pessimam: eoq; fidelis Abrahamæ fidelis minister, Isaac herili filio adducturus sponsam, ad puteum felix auspicijs petiit à domino, & quod petijt obrigit. Non est Christianæ fiducia signum abste poscere, certe spes in tua bonitate fixa est. Hæc nobis est pro felici augurio clementissime pater, qui dignaberis consilia parentum & amicorum in latum exitum dirigere. Qui uiuis & regnas. Amen.

S V B N V P T I A S.

Benignissime pater humani generis conditor, redemptor & propagator, qui in ipso statim orbis exordio maris ac fecundæ coniugium instituisti, atq; idem per unigenitum tuum si non è coniugio certe è coniugata natum honorasti, ac rursus mystico in Cana Galileæ munere decorasti, aqua insipida in uinum eximium conuersa, quicq; per uas electum Paulum docuisti coniunctionem hanc esse magnum sacramentum in Christo & in ecclesia: ac per eundem præcepisti, ut sponsus sic diligat spōsam suam quæadmodum Christus dilexit ecclesiam: precor ut hoc matrimonium tuis auspicijs initum prosperare digneris, ut duobus in te super omnia diligendo colēdoq; unus sit animus, quemadmodum unam carnem esse uoluisti, nosq; rite copulatos castus mutuus ac perpetuus iungat amor, ac te largiente proueniant liberi qui patrem amabili oris similitudine referentes maternæ puritatis testimonium perhibeant, & arduissimam charitatem reddant arctiorem, sic in tua religione per nos educandi, ut per atatum & charismatum tuorum accessus proficētes, perueniant tandem in plenitudinem Iesu Christi, qui tecum regnat in consortio spiritus per omnia secula. Amen.

T E M P O R E P E S T I L E N T I Æ.

Non est mirum Iustissime pater, si uarijs modis in nos sauiunt elementa huius mundi nunc terræ quassationibus nunc tempestatibus ac fulminibus, nunc fluminum ac marium exundationibus, nunc cœlestium corporum exitalibus concursibus, nunc aeris infecti contagio, qui tuis domis frequenter abutimur. Agnoscimus creaturam hic quoq; seruientem atq; obedientem conditori suo, cuius præcepta nos toties negligimus, agnoscimus & paternam disciplinam, qua nos leniter correptos reuocas ab huius mundi fiducia, & ad æternæ uitæ desiderium attrahis: Supplices rogamus ut in ira tua misericor

ALIA PRO EADEM.

Tu factus es fortitudo pauperi domine, fortitudo egeno in tribulatione sua, spes turbine, umbraculum ab aestu.

CONTRA MALORVM INSECTATIONEM.

Estomichi domine in deum protectorem & in locum munitum, ut saluum me facias. Quoniam firmamentum meum & refugium meum es tu. Deus meus eripe me de manu peccatoris, & de manu contra legem agentis & iniqui. Quonia tu es patientia mea domine, domine spes mea a iuuentute mea. In te confirmatus sum ab utero de ventre matris meae, tu es protector meus, in te cantatio mea semper.

PRO INNOCENTIA ET RECTITVDINE VITAE.

Educ me domine in uia tua, et ingrediar in ueritate tua: letetur cor meum, ut timeat nomen tuum. Sit lucerna pedibus meis uerbum tuum, & lumen semitis meis.

IN MORBO.

Sana me domine & sanabor, saluum me fac & saluus ero. Adhaesit pavimento anima mea, uiuifica me secundum uerbum tuum. Secundum misericordiam tuam uiuifica me, & custodiam testimonia oris tui. Adiuua me domine & saluus ero, & meditabor in iustificationibus tuis semper. Misericordiae tuae multae domine, secundum iudicium tuum uiuifica me.

REVALESCENTIS.

Castigans castigauit me dominus, & morti non tradidit me. Confitebor tibi domine, quoniam iratus es mihi, conuersus est furor tuus, & consolatus es me.

RESIPISCENTIS.

Siniquitates obseruaueris domine, domine quis sustinebit? Quia apud te propitiatio est, & propter legem tuam sustinui te domine. Sustinuit anima mea in uerbo tuo, sperauit anima mea in te domine. Quia apud te propitiatio est, & copiosa apud te redemptio. Et tu redimis Israel ex omnibus iniquitatibus suis.

ALIA PRO EODEM EX HIEREMIA.

Castigasti me domine, & eruditus sum quasi iuuenulus indomitus. Conuerte me & conuertar, quia tu dominus deus meus. Postquam enim conuertisti me, egi poenitentiam: & postquam ostendisti mihi, percussi femur meum. Confusus sum & erubui quoniam sustinui opprobrium adolescentiae meae.

PRO STATV ECCLESIASTICO.

Sacerdotes tui induant iustitiam, & sancti tui exultent.

PRO PRINCIPE ADOLESCENTE. EX ORATIONE SOLOMONIS 3. Reg. 3.

Domine deus, tu regnare fecisti seruum tuum pro patre meo. Ego autem sum puer paruulus, ignorans egressus & introitum meum, & seruus tuus in medio est populi quem elegisti, populi infiniti qui numerari & supputari non potest praeter multitudinem. Dabis igitur seruo tuo cor docile, ut populum tuum iudicare possit, & discernere inter bonum & malum. Etenim si quis erit consummatus inter filios hominum, si abfuerit ab illa tua sapientia, in nihil computabitur.

ALIA PRO EODEM SAP. IX.

Mitte sapientiam tuam de caelis sanctis tuis, & a sede maiestatis tuae, ut mecum sit, & mecum laboret, ut sciam quid acceptum sit apud te.

ADVERSVS SVPERBIAM ET LVXVM,

Eccles. 23.

Domine pater & deus uita meae, ne derelinquas me in cogitatu malorum. Semoue a me ab homine cuius spiritus est in naribus ipsius, & qui sibi uidetur excelsus. Ne ueniat mihi pes superbiae, extollentiam oculorum ne dederis mihi, & omne carnis desiderium auerte. Aufer a me uentris concupiscentias, & concubitus concupiscentia ne appetendat me, & animo irreuerenti & infrunito ne tradas me.

ADVERSVS AVARITIAM.

Inclina cor meum deus in testimonia tua, & non in auaritiam.

Mane

MANE A SOMNO. EXPERRECTI

Ago tibi gratias Christe, quod praeteritam noctem mihi uolueris esse prosperam, precorque ut diem hunc totum mihi bene fortunatum ad tuam gloriam, & animae meae salutem: utque tu, qui es uera lux occasum nesciens, sol aeternus omnia uiuificans, alens, exhilarans, digneris illucescere menti meae, ne usquam impingam in uisum peccatum, sed tuo ductu perueniam ad uitam aeternam. Amen.

EVNTIS AD LV DVM LITERARIVM.

Precor Iesu Christe, ut qui puer duodecim annos natus, sedes in templo docuisti ipsos doctores, cuique pater coelitus emissa uoce dedit auctoritatem docendi mortaliu genus, quum diceret, Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacitum est, ipsum audire: quique es aeterna sapientia summi patris, illustrare digneris ingenium meum ad perdiscendas honestas literas, quibus utar ad tuam gloriam. Amen.

QVVM RECITANTVR HEC EX PAVLO, EXPURGATE VETUS FERMENTVM, UT SITIS NOVA CONSPERSIO, SICUT ESTIS AZYMI.

Ad haec uerba sic tecum loquere cum Christo.

Vt inam uere sim azymus, purus ab omni fermento maliciae. Sed tu domine Iesu, qui solus es ab omni malicia purus ac syncerus, largire ut in dies & ipse magis ac magis expurgem uetus fermentum, si amque noua conspersio, cordis sinceritate & ueritate. Amen.

QVVM LEGITVR EVANGELIUM DE SEMINANTE

semen suum, sic ora tecum.

Felix ille qui meretur esse terra bona, quandoquidem sine beneficio tuo nihil omnino bonum est, ut in me fructificet uerbum tuum. Amen.

AD EVANGELIUM DE NVPTIIS.

in Cana.

Iesu fons bonorum omnium, qui ad suggestionem Virginis matris aqua uersa in uinum conuiuas exhilarasti, da famulis tuis, ut musto tui spiritus salubriter inebriemur. Qui uisus & regnas per omnia secula seculorum. Amen.

ACCEDENTIS AD SACRAM SYNAXIM.

Ago tibi gratias Iesu Christe pro ineffabili charitate, quod genus humanum tua morte redimere dignatus es, & oro ne patiaris tuum sacrosanctum sanguinem pro me frustra fustum esse, sed tuo corpore semper pascas animum meum, tuo sanguine uiuifices spiritum meum, ut paulatim adolescens uirtutum audibus, efficiar idoneum membrum corporis tui mystici, quod est Ecclesia, nec unquam deficiam ab illo sanctissimo foedere, quod in extrema cena distributo pane & porrecto poculo pepigisti cum discipulis tuis electis, & per hos cum omnibus qui per baptismum in societatem tuam insiti sunt. Amen.

AD CHRISTVM PRO VERA PIETATE.

Precor Iesu Christe, ut quando ex nobis ipsi nihil possumus, tu tua inestimabili bonitate non sinas nos unquam aberrare a uia salutis, sed abiectis umbris iudaicis, & huius mundi praestigijs, per ueritatem Euangelicam perducas nos ad uitam aeternam, hoc est, nos ad te trahas, qui solus es beata immortalitas. Amen.

PRO CONSENSV DOGMATVM.

Amor humani generis deus, qui donum linguarum quo quondam Apostolos tuos ad Euangelij praedicationem per spiritum tuum sanctum coelitus instruxeras, largiri dignatus es, da ut omnibus linguis omnes ubique praedicent gloriam filij tui Iesu, ut confundas linguas pseudopostolorum, qui conuerti substruunt impiam turrim Babel, tuam gloriam obscurare conantes, dum suam student attollere: quum uni tibi debeatur omnis gloria, cum Iesu filio tuo domino nostro, & spiritu sancto in aeterna secula. Amen.

CONSECRATIO MENSÆ.

Quicquid appositum est, & quicquid apponetur, felix ac sacrum esse iubeat, qui sua benignitate pascit uniuersa. Amen.

Alia

Exhilarator omnium Christe, & sine quo nihil uere suauis est, oro, ut huic nostro interesse conuiuio digneris, tuamque praesentia exhilarare animos nostros, teque omnibus & patris & poculis miscere, ut nihil te non sapiat, illabarisque animis nostris, Amen.

GRATIARVM ACTIO.

Gratias agimus tibi pater coelestis, qui tua ineffabili potentia condidisti omnia, tua inscrutabili sapientia gubernas uniuersa, tua inexhausta bonitate cuncta pascis ac uegetas, largire filijs tuis ut aliquando tecum bibant in regno tuo nectar illud immortalitatis, quod promissisti ac praeparasti uere diligentibus te, per Iesum Christum. Amen.

ALIA EX CHRYSOSTOMO.

Benedictus deus, qui me pascis a iuuentute mea, qui cibum praebes omni carni, repletitia & gaudio corda nostra, ut affatim quod satis est habentes, abundemus in omne opus bonum, in Christo Iesu domino nostro, cum quo tibi gloria, honor et imperium, cum sancto spiritu in omne aeuum. Amen.

ALIA EX CHRYSOSTOMO IN MATTHAEUM, Homilia quinquagesima

secunda.

Gloria tibi domine, gloria tibi sancte, gloria tibi rex, quoniam dedisti nobis escas, Gimple nos gaudio & laetitia in spiritu sancto, ut inueniamur in conspectu tuo acceptabiles, nec pudeamus quando reddes unicuique secundum opera sua. Amen.

PRECATIO ERASMI ROTERODAMI AD Virginis filium Iesum humani generis assertorem.

Adoro te prona supplicij mente, generis instaurator humani, dei simul & Virginitatis filii Iesu Christe, qui uerum illud es lumen & immortale, sine tempore prorsus, inenarrabili modo promanans a patre, fonte lucis omnis, qui cum sacri spiritus incogitabili nexu sic cohaeres, ut neque monadis simplicitas personarum confundat discrimina, neque triadis proprietates, usque scindat communionem. Tu enim nouus ille iustitiae sol, qui semper oriens a semper generante patre, semel autem uisibilis exortus orbi sempiternis damnato tenebris, tartaream peccatorum nostrorum caliginem depulisti, nouaque lampade praenitens, diem illum candidum, uereque alium, expectatissimum reuexisti mortalibus, diem quem unum fecit dominus, noctem teterrimam (cuius ipsi fuimus autores) profligans. Qui denique nunquam desinis inuisibilis orti mentibus pijs, subinde nouus, sed idem nulli tui uiuifica gratiae radios inuidens, nisi si quis excludit inuidens ipse sibi. Qui perpetuo quietus, rotas ac uersas omnia, semper intra temetipsum manens, aeterna uertigine ambis uniuersa, illustras omnia, nihil non intuens, nihil non penetrans. Conspicuus pariterque inuisus; modicus & idem immensus; complectens omnia, simulque incomprehensus; infusus per omnia, simplicissimus tamen. Temporum autor sine tempore, omnia moderans sine sollicitudine. Qui natiuo calore sensibiliter illabens, ad patrem subducis animos mortalium ac terrenarum cupiditatum fece depuratos, quatenus licet, in tua ipsius naturam sursum raris, raptos attenuas, attenuatos transformas, uti quemadmodum tu cum patre Deo natura, ita nos tecum unum simus adoptione. Quicquid salutarifero radiorum tuorum influxu florentia uitaliaque facis omnia, parens educator, origo & finis omnium quae nascuntur. Tuo sydere afflari reuiuiscere est, tuo foueri lumine proficere est, tuis accendi flammis perfici est, abs te deseri perire est. O ter felices, quibus tu mitis & roscidus exoreris: uae sempiternum ijs, quibus iratus occidis. Tuum intueri uultum, gaudium est absolutum; tuo orbari conspectu, chaos & horror aeternus. Ubi tu lucet, ibi demum immortalitas: ubi ubi non lucet, ibi inferus est. Exorere quaelo mihi faustus ac propitius, o lumen oculis amabile, animique nebulas, quas mihi mea terra suffundit, discute, ijsque oculis quibus tu uideri soles, serenus irradiat atque illa affulge fronte, qua caelum pariter & terram exhilaras. Tu qui terrarum flammis opera omnia illustras, ne praereas quaelo hanc animulam, quam ipse finxisti. Ne pigeat benigne Iesu reficere, quod facere dignatus es; restitue quod instituisti. Ne graueris instaurare tuum ipsius plasma

plasma. Refarciat suo in opere tua clementia, quod meo uitio male est dissipatum. Corrige in tuo officio, quod est meapte culpa deprauatum. Agnosce & perfice, quod optime optime constitueras. Vindica quod tuum est, ut omnia mala nostra nulli nisi nobis ipsis imputemus: omnia uero bona tuae misericordiae feramus accepta, qui singulari etiam tua bonitate nostrum malum in tuum bonum diuina quadam arte soles uertere. Tua me uirtus beneficentissime parens Iesu, cum nihil essem, mirabiliter condidit. Tua sapientia corpusculo huic organo ad omnem usum aptissimis, miraque partium omnium harmonia concinnato, tum sensuum incredibili sagacitate munito, uitalem animam indidit, de tuo sacro afflatu calentem, immortalem, seminis aetheri, ad tuimet imaginem exculpam, quo tui, qui summum es bonum, capax esse posset. Cui quidem & tuo de lumine, docilitatis quasi scintillulas quasdam inspersisti, uti in medio mundi, ueluti pulcherrimo quodam tuorum operum theatro collocata, per uisibilem rerum cognitionem, quarum tu nihil non optime fabricatus es, te inuisibilem opificem inuestigaret. Tua denuo miseratio, posteaquam cum gentilitiae labis serpigine, tum autem meapte quoque impietate, in nihilum recidissem, salutiferam tuae mortis antidoto in uitam reposuit, de quo tuo dependisti innocentissime, quod ego nocens contraxeram. Nullum nouit modum tua benignitatis clementissime conditor. En iterum sic gratuito restitutum, ne semel assertus in miserandam seruitutem reuolueret, tua profusissima liberalitas quot egregijs dotibus communijs: quot efficacibus sacramentis assidue de tuae sacrosanctae mortis fonte subscatentibus confirmauit, laetacro uiuificans candidansque, sacro ceromate roboras, corporis sanguinisque proprii dapibus saginans, neque non efficaci unguine contra spirituales agones militem tuum durans, uarijs charismatibus, & arcanis muneribus locupletans, tacitis animorum instinctibus trahens aberrantem, extimulans dormitantem. Errantem hanc omnia parum sint, ita mysticae scripturae tuae remedijs undique periculis nostris occurrat tua pietas. Doces errantes, fulcis nutantes, promissis confirmas laborantes, hortatu conuantes erigis, exemplis inflammas, minis deterres, tuum callicis beneficentia, nunc merita calamitatis flagello castigas. Denique ad haec omnia, tam multa, tam magna, ingratum me atque absurdescentem, toties spretus, toties capitaliter offensus, tamen usque & usque reuocas redemptor ignoscentissime, iamque in praecipit eunti, poenitentiae salutaris asyllum aperis, & aperis quoties a nobis auersi ad te refugimus, nihil scilicet interire uolens eorum, quae pulcherrimus ipse tam pulchre finxeras, quaeque mercator, neque imperitus, neque stultus, tam cupidus, tantoque impendio redemerat. Huius tam inestimabilis tuae bonitatis fiducia, en audeat ad te redire post tam diutinas errorum ambages mancipium fugitiuum, ad te suum omniumque dominum. Assere postliminij iure quod tuum est domine Iesu, meque simul & tibi & mihi met ipsi restitue, quandoquidem utriusque perij. Me miserum, quam multis, quam imperiosis, quam pudendis dominis inseruiui, dum insanissimum Aegypti peregrinatio, dum Babylonica captiuitas nimio delectat opere, dumque tuum uere suauis iugum ceruice demens excutit, cui seruire summa uicacis libertas est, a quo asserti, eripi est: a quo teneri, beatitudo est: a quo profugere, interire est. Audeat redire tamen ad indulgentissimum pastorem quis iterum erratica, quam tu quondam diu multumque per uitiorum uepreta uestigatam, humeris tuis laetus reportasti niueoque innocentiae uellere denuo tectam, communibus Ecclesiae tuae caulibus reddidisti, in quibus iam luporum insidias non timeret. Audeat redire ad amatissimum parentem filius male frugi, qui meliores annos corporis simul & ingenij dotes, hoc est omnem ditissimi patris substantiam, cum turpissimis nepotibus, scortisque barbaris, nempe carnis cupiditatibus, nequiter prodedit. Reuertitur autem e longinqua ignotaque regione uitiorum, quae tu sola ignoras aeterna scientia, nudus, egens, famelicus, nihil secum extanta benigni parentis liberalitate referens, praeter infelicem conscientiam, sceleribus pudoreque coopertam. Superat tamen hunc tam immensum impietatis meae cumulum tua genuina bonitas, qui seruum hunc nequissimum non ad crucem, non ad compedes, quas alioqui aeternas commeruerat, sed ad ueniam uocas, non noxae dedis, sed emendatum in familiam recipis. Quem hanc ulcerosam & uagam, cura potius quam poena dignam iudicas. Filium tam male dicto audientem, tam a paternis moribus degenerem, non exhaeredas, non abdicas, sed patria uicium pietate respicienti ultro etiam in amplexus occurris. Non tu reuersum domo prohibes

prohibes, non supplicem à genibus repellis, sed ad primam statim poenitentis uocem in collum infusus osculo dignaris, & quem lentissime sustinueras peccantem, poenitentem iubens admittis, pannoso nouam stolam depromi iubes. Supplicii merito paratur conuiuium, iam utiq; de tuo, ueteres omnes noxas condonas. Et pra nimio recepti pignoris gaudio non uacat pristinarum offensarum meminisse, non sauis lingua uerberibus patris intonat ira, non auditur uel lenis illa Mittonis expositulatio. Quod unquam simile patris indulgentis exemplum solertes illi naturae adumbratores ediderunt? Væ hyemi peccatorum nostrorum, clementissime saluator, si tua tam inaudita nostri charitate, non incallescunt ad te redamandum, qui sic adamasti prior. Væ lethargo mentium nostrarum, si tantis meritis excitatae non expergesunt. Væ duritiae cordis humani plusquam adamantini, si tanta tua indulgentia non potest mollescere. Sed quoniam o sola spes nostra, reuellet hoc cor saxeam & inextricabile, carneumq; & simplex reponet, nisi tu solus, qui quo uel sic nostram peruinceres duriciem, ipse caro factus es? Immo quis totum hunc hominem à summo capillo ad imum usq; calcaneum refinget, nisi tu agnus immaculatissimus, qui non precaminibus aut herbis magicis, sed sanctissimi tui cruoris aspergine creaturam innouas uniuersam? qui senium abolens mundi, coelum nouum, terramq; nouam solus creas. Quis hoc putre cadauer in uita nouitatem restituet, nisi tu qui solus a rentia deplorataq; ossa uitali flatu animas? qui quadriduam etiam Lazarum simplici uoce in lucem exciuit? Suscita quæso & nostrum hoc funus, tu qui uita es omnium, sana ægrotum hunc, qui uera medicina es animarum. Miserandum hunc hydropticum tua gratuita misericordia dignetur apprehendere, nil nisi res fluxas nihilq; sitientem, moribq; uim miserabili copia nequicquam alitem: proq; inexplorabili male dulcium aquarum auaritate, tui sitim inferre, de cuius fonte qui biberit, non sitiet in eternum: tui famem excita, qui panis es uita, de quo qui semel ederit, nimirum nauis fecerint olla carniū Aegyptiarū. Solue omnipotentii tuo nutu animam hanc paralyticam, corporis affectibus ueluti ignauo grabbato prorsus affixam, uitæq; ac pietatis officijs restitue. Tu faucij huius capitalibus plagis, pariter & salutatis poenitentiae uinum, & tuæ consolationis oleum infunde. Aperi cæci huius internos oculos ut te aspiciant lumen immortale, protinusq; euanescant omnes huius mundi praestigiae. Postremo quoniam tu es unicus ille noui plasmatis autor, totum hunc Adam ueterem, quantus est, detrahe, qui nihil nisi limum, unde profectus est, sapit: proueniatq; te fringente, nouus ille qui secundum te creatus sit. Nam tu dulcissime Iesu, pius ille es incantator & magus, qui non Thessalis Colchicis ue uenenis, sed omnipotentii misericordia tua, non corpus modo, uerum etiam animam refingis, ne que mutato tantum senio iuuenem, uerum etiam propulsata morte uiuam facis & immortalem. Festina igitur & me totum spiritus tui secretis incantamentis, tuæq; gratiae succis transfigurare. Tolle putrem hanc & corruptissimam carnem, absidue cum spiritu bella gerentem, noxamq; ad tuæ carnis imaginem, inferre puram, in contaminatam, spiritui audientem. Emarcescat hæc quæ scenū est, neque te omnino uidebit: succedat ea, quæ uidebit salutare dei. Exime spiritum hunc brutum, animale, tumidum, intractabilem, cum carne coniuuantem, à te sæpe descendentem: tuum imperti suauem, mitem, coelestia sapientem, aspernantem ea quæ uidentur, quoniam temporalia sunt, subuolantem ad ea quæ non uidentur æterna, ut mihi met uelut exanimatus, per te spirem, in te uno, tibiq; uni uiuam, mihi mundoq; mortuus. Etenim suo pte spiritu qui uiuunt, huius uere mortui sunt: tuo uero qui agunt, neque in carne sunt, neque sub lege, sed uitam uiuunt immortalem, capitis nunquam morituri membra immortalia facti. Sic igitur aufer me mihi, imò me mihi restitue unice salutis autor Iesu Christe, me mihi met excide, ut tibi inferar: mihi peream, ut in te sim incolumis: mihi moriar, ut in te uiuam: mihi marcescam, ut in te floream: in me sim inanis, ut in te abundem: in me nihil esse incipiam, ut in te sim omnia. Magnam rem à te petit uermiculus (neq; enim me fugit) nec meritis modo, uerum etiam uotis humanis atq; adeo intellectu maiorem, nimirum ut unum tecum fiat, & in deum quandam transfiguretur homunculus. Sed quid hoc usque adeo mirum, si in deum transfiguretur homunculus? magis mirum, quod in hominem transfiguratus es deus. Incognabile utrunque, incomprehensibile utrunq; uerum hoc demum incomprehensibili tua misericordia dignum, incomprehensibilia beneficia largiri. Eoq; te non per mea merita, quæ uel nulla sunt, uel mala

mala, sed per tempus obsecro conditor optime maximeq; perq; omnia quibus tuum nomen placari flectiq; solet: per tibi communem patris potentiam, qua me de nihilo magnum quoddam atq; admirandum bonum finxisti; per hominon tibi sancti spiritus bonitatem, qua me tot gratuitis dotibus locupletasti; per tuam admirandam sapientiam, qua pertingens à fine usque ad finem fortiter, & disponens omnia sua uiter, inenarrabili consilio nos redimere dignatus es. Atq; in primis per adorandum illum nostræ reformationis fontem, incomparabilem charitatem tuam, quæ te ueluti musto lymphatum atq; bacchantem à sinu dei parentis in uterum uirginis, ex arce cœli in hanc lachrymosam uallem exilij nostri deduxit, & hunc limum induere compulit oppido uolentem. Perq; omnes humanae conditionis iniurias, milleq; huius uitæ incommoda, quæ tu dominus omnium seruuli leuissimi causa, triginta tres annos spontaneus pertulisti. Per famam sitimq; qua nostram ingluuiem dependisti, per tædia, per labores, per uigilias, per æstus, per algores, quibus exitialem luxum nostrum luitisti. Per summam tuam pauperiem, in qua & nati, & uiuere, & mori uoluisti, ut nostram ditares egestatem. Per obreftationes, per contemptus, per conuitia, per totius uitæ tuæ summam humilitatem, qua nostram superbiam fregisti. Per sanctissimas illas tuas lachrymas, quas toties pro nostris sceleribus effudisti. Per extremos illos innocentissimæ tuæ mentis angores, quos instante crucis supplicio, neuitiq; mortis formidine, quam tantopere sitiebas, sed incredibili quodam amore membrorum tuorum uolens assumpisti, nostram in te transferens imbecillitatem, ut tua nos infirmitas confirmaret, tuaq; tristitia luctus æternos nobis adimeret. Per sanguineas guttas, quas toto exudabas corpore, cum grauem scelerum nostrorum sarcinam in tuos esses humeros impositurus. Per tua uincula, quæ nos æternæ captiuitatis cathenis exuerunt. Per tuum reatum, quo nos sumus à uero crimine absoluti. Per probra & uirulenta lœdoria in te congesta, cum pro nostris flagitijs tu male audiebas innocentissime. Per illa sputa, per tibi impactos colaphos, qui nostris debebantur malefactis. Per ingentem illum ingenue purissimæq; mentis tuæ pudorem, quem & ipsum tua immensa charitas uolens lubensq; in sese recepit, cum perinde ut maleficus quispiam à teterrimis carnificibus, de tribunali ad tribunal, de iudice ad iudicem, pro palâ traheretur: cumq; fœde laniatus uirgis licentis in sanæ plebi cõspiciendus produceretur, nostram ignominiam in te traducens, ut nos in tuam gloriam uindicares. Per liuores tuos, quibus nostris plagis remedium admodum est: Per tua uulnera, nostram medelam: per tua flagra, quibus seruuli huius noxias expiasti, Per sacrosanctum sanguinem tuum, quem toties prodigus effudisti, ut nostram rubiginem elueres. Per crucem ter adorandam, probum tuum, nostram gloriam. Per preciosissimam mortem tuam, quam indebitam pro nostro omnium capite depeditisti, quæq; genus humanum in hæreditatem immortalis uitæ restituiti, ut cum nostra nobis uita mortis esset ingressus, tua nobis mors uitæ fieret initium. Per inestimabilia pietatis in deum patrem, & amoris in nos tui merita, quibus peccatorum nostrorum mala nomina cumulatissime dissoluisti. Per uenerandam uirtutem purissimi sacrificij tui, quo sacerdos & idem hostia, nos patri deo, tibiq; ipsi reconciliasti. Per adorandum illud mysterium, cum perfollo latere fontem arcanum sanguinis & aquæ etiam exanimis aperuisti, ut altero reuiuisceremus mortui, altero purgaremur immundi. Per magnificum triumphum tuum, quem rediuitus ab inferis, sublata mortis tyrannide, cœlis plaudentibus inuexisti. Per immortalem tuam gloriam in cuius partem nos cohæredes ascisti. Per pietatem meritaq; ecclesie sponsæ tuæ, uirginis illibatæ, quæ tibi indissolubili copula conglutinata, tuo sanguine calet, tuoq; spiritu animatur. Per meas erumnas, materiam tuæ bonitatis. Per mea mala, à quibus me non liberabit nisi sola tua misericordia. Per tua bona, pro quibus equidem nihil habeo quod rependam nisi me ipsum, qui iam olim tuus sum, neq; hoc tamen ipsum, quicquid id est, donare possum, nisi tu ipse arripas, quodq; iure tuum est, etiam amore tibi uēdices. Ergo non meis pro meritis, sed pro multitudine miserationū tuarū, quod tuum est tibi asserere. Inijce mancipio tuo manum, recude opus tuum opifex, teq; dignum munus fingito. Exige procul ex animo meo templo tibi sacro infandas abominatones Aegyptiorū, quibus est à me nimis impie prophanatum, dono uere fidei purga, purgatum illuminet tua sancta spes, quæ neminem confundit, illuminatū charitatis igni perfice, meumq; spiritum iam transfiguratum, ita cum tuo copula, imò sic meum tuus abfor

beat, ut felicem consensum nostrum nulla huius mundi, neque prosperitas, neque aduersitas, neque uita, neque mors, queat distrahere, ut iam præter unum te, nihil amem, nisi tum in te, tum propter te. Carnem autem hanc adhuc humi serpentem, in crucis tuæ palmam sustollito, atque illic tecum felicibus affigito clauis, ut liber ac terrena omnia è sublimi ligno despiciens, ad te unum anhelet amor meus. Tu mihi dulcescas unus, tu unus sapias, tu solus delectes, te solum admires ac deamem. Sordeat mihi magis ac magis o uera felicitas, mundus hic impostor cum suis præstigijs & incantationibus, cumque exitiabilibus illeceamentis, quæ seuocant abs te. Expurga palatum meum quondam heu dulcibus uenenis male imbutum, ut tua suauitate gustata, protinus amarescant mihi carnis deliciae, olim in exitium usque dulces. Posthac nauseæ mihi instar sint uenenatæ mundi laetitiae, quas aliquando me miserum, quam auide deuorauit. Ne iam capiant oculos meos quamlibet in speciem decora, quæcunque tuis oculis non placent. Non placent autem nisi pia, cum ipsa sis pietas; non nisi casta, cum ipsa sis puritas; odisti fucata, cum ipsa sis ueritas; non probas quicquid carnem sapit, cum spiritus sis simplicissimus. Execrans animalem sapientiam, qui patris es sapientia. Abominaris quicquid mundus miratur, quoniam iam olim & te mundus, & tu mundum odisti mutuo, à quo semoues, quotquot tuos uocari uis. Atque ita paulatim attrahente te, mea mens tuo immoriatur amor, ut ad utriusque fortunæ sensum penitus obstupescat. Quid enim omnino boni sine te, aut quid mali tecum mihi possit accidere? Immo quid non dulce tecum? aut quid tam malum, quod tu tuis non uertas in bonum? Cætera igitur misceantur, sursum ferantur ac deorsum, modo ne te mihi subducas. Amores mei meique ignes tu sis unus, qui pulchri ipsius idea es immortalis, cuiusque communionem pulchra sunt, si qua specie placent: quem deperite seruari est; cuius amore furere, unica sanitas est. Tu mea uoluptas, quo frui cumulus est felicitatis. Tu mihi diuitia, qui summum illud es bonum, quo qui potitur, nihil est quod præterea desideret. Tu meum decus, qui gloria es patris, & honos sanctorum omnium. Tu meum præsidium, qui nutu simplici seruare potes quæ uis, uis autem omnia. Tu mea certa spes, qui idem & promissor es, & pignus, & præmium. Tu mea fiducia, qui nequam quam baculus es arundineus, manum innitentem sibi destituens ac uulnerans, sed fidelis illa petra, in qua quisquis fundamenta icerit, non metuit ruina. Tu mihi parens, cui toties uitam debeo. Tu meum solatium, tu gaudium cordis mei, tu pax, tu tranquillitas. Denique pro te uno contemnunt omnia, ut mihi uicissim sis unus pro omnibus, ad quem nihil sunt omnia, & in quo uno sunt uniuersa, quæ sunt. Nihil enim est, quod tui simile non est, cuius esse bonitas est & pulchritudo. A quo degenerare quid aliud est, quam in nihilum tendere? Ad cuius similitudinem quo quisque propius accesserit, hoc magis ac magis perficitur. Talem igitur uti fingere digneris mitissime Iesu, hunc hominonem, quantum tuus es, tibi do atque in manum trado, ut me tecum & te mecum mihi reddas, qui summa es bonorum omnium, semper adorandus cum patre & spiritu sancto, Amen.

DES. ERASMVVS ROTERODAMVS CLARISSIMO LL.

Doctori Ioanni Rinco S. D.

LITERÆ tuæ uir ornatissime, quibus & pro tua prudentia sagaciter diuinas imminentes Germaniæ calamitates, & eas pie deprecaris, permouerunt animum meum, ut ad omnipotentem illum pacificatorem, & ut Paulus uocat *μειστηρ*, preceationem conscriberem, qua simul omnes dominum, iratum quidem ut uideatur, sed exorabilem appellemus. De non mouenda Camerina, amanter tu quidem ac fideliter, sed serò mones. Et merebatur hoc quorundam scurrillis improbitas, nec deerant amici qui per literas huc hortarentur.

Bene uale uir amicorum candidissime. Friburgi v die Martij, Anno à Christo nato

M D XXXII

PRÉCATIO AD DOMINVM IESV

SYM PRO PACE ECCLESIAE.



DOMINE Iesu Christe, qui pro tua omnipotentia cōdidisti creaturam omnem uisibilem pariter & inuisibilem, pro tua diuina sapiētia ordine pulcherrimo gubernas ac digeris uniuersa, pro tua ineffabili bonitate seruas, tuerisque ac uegetas omnia, pro tua immensa misericordia restituis luxata, reformas collapsa, mortua reuiuificas: dignare quæsumus tandem ad unice tibi dilectam sponsam Ecclesiam flectere uultum tuum, sed illum placidum ac propitium, quo serenas omnia quæ in cœlis, quæ in terris, quæ supra cœlos infraque terras sunt: flectere digneris oculos illos mites ac misericordes, quibus Petrum Ecclesiæ tuæ summum pastorem intuitus es, ac mox respicit: quibus turbam palatum aspexisti, & misericordia commotus es, quod ob inopiam pastoris errarent uelut oves dissipatæ disiectæque. Vides pastor bone, quam uaria luporum genera irruerint in caulas tuas, quorum quisque clamat, hic est Christus, hic est Christus, ut in errorem pertrahantur, si fieri possit, etiam perfecti. Vides quibus uentis, quibus undis, quibus procelis iactetur tua nauicula, extra quam nulli uis esse salutem. Quid superest, nisi ut illa demersa fluctibus pereamus omnes? Hanc tempestatem accersuerunt nobis scelera nostra, agnoscimus & confitemur. Agnoscimus tuam iustitiam, & nostram iniustitiam deploramus, sed appellamus tuam misericordiam, quæ, iuxta propheticum psalmum, superat omnia opera tua. Multum iam pœnarum dedimus, tot bellis attriti, tot exactionibus exhausti, tot morborum ac pestilentiarum generibus afflicti, tot inundationibus conculsi, tot portentis è cœlo minantibus territi: nec inter hæc mala subinde noua lassescuntibus ullis undecumque portus apparet, sed atrociora uidentur impendere. Non querimur de seueritate tua mitissime seruator, sed agnoscimus hic quoque tuam misericordiam, longe liquidem atrociora merueramus. Verum noli clementissime Iesu perpendere quid nostris meritis debeat, sed quid tuam deceat misericordiam, sine qua nec angeli possent subsistere, nedum nos lutea uascula. Miserere nostri redemptor exorabilis, non quod ipsissimus digni, sed hanc sancto nomini tuo da gloriam. Ne permittas ut Iudæi, Turcæ ac cæteri, qui uel non nouerunt te, uel inuident tuæ gloriæ, perpetuo gloriètur de nobis, dicantque, ubi est deus eorum, ubi redemptor, ubi seruator, ubi sponsus quem iactant? Hæc opprobria in te recidunt, dum ex nostris malis æstimatur tua bonitas: desertos credunt, quos non intelligunt ad salutem emendari. Olim quum in nauis dormires, & exorta tempestas minaretur omnibus exitum, ad inclamationem paucorum discipulorum experteris es, & mox ad uocem tuam omnipotentem subsedere fluctus, cōsiluere uenti, tumultus subito uersus est in tranquillitatem magnam. Agnouerunt elementa muta conditoris imperium. Nunc in hac longe grauiore tempestate, qua periclitantur non paucorum corpora, sed innumerabiles animæ, ad totius ecclesiæ tuæ periclitantis clamorem rogamus ut expergiscare. Tot hominum milia clamant, Domine serua nos, perimus. Tempestas uicit humanam industriam, imò uidemus opitulanti uolentium conatus in diuersum cedere. Tua uoce opus est domine Iesu, tantum dic uerbo, confilece tempestas, & protinus illucescet optata tranquillitas. Parsurus eras tot sceleratissimorum hominum milibus si in Sodomis reperti fuissent decem iusti. Nunc tot sunt hominum milia, qui diligunt nominis tui gloriam, qui suspirant decorem domus tuæ: an non ad horum preces iram tuam remittes, ac ueterum misericordiarum tuarum recordaberis? Non cœlesti tuo artificio nostram stultitiam uertes in tuam gloriam? Non improborum mala uertes in Ecclesiæ tuæ bonum? Solet enim tua misericordia tum maxime adesse, quum rebus maxime deploratis hominum nec uires nec prudentia possunt opulari. Tu solus res quamlibet discordes redigis in concordiam, unicus pacis & autor & tutor. Tu chaos illud uetus, in quo nullo ordine nulloque decore confusa iacebāt discordia rerum semina, digessim, & admirabili ordine quæ natura pugnant, æterno fœdere sociasti. At quanto turpius est chaos, ubi nulla est charitas, nulla fides, nulla fœdera, nulla legum, nulla præpositorum reuerentia, nullus dogmatum cōsensus, sed uelut in dissono choro suam quisque canit cantionem? In cœlestes orbis nullum est dissidium, elementa suum quæque locum seruant, suis quæque

funguntur muneribus. Et sponfam tuam, in cuius gratia condita sunt uniuersa, sines per
petuis dissidijs ire pessum? Patieris ut impij spiritus discordiarum autores in tuo regno
tyrannidem exercent impune? Patieris illum fortem, quē semel expugnatum deturba-
sti, rursus occupare tua castra? Quum mortalis inter hominēs uerfabaris homo, ad tuam
uocem aufugiebant daemonia. Emitte quae sumus domine spiritum tuum, qui dispellet à
pectore omnium tuum adorabile nomen profitentium, spiritus impios, luxus, auariti-
cia, ambitionis, libidinis, uindictae discordiaque magistros, & ut propheticis uerbis utar-
mur: Cor mundum deus & rex noster crea in nobis, & spiritum sanctum innoua in uisceribus
nostris, spiritum sanctum tuum ne auferas à nobis. Redde nobis laetitiam salutaris
tui, & spiritu principali confirma sponfam tuam, ac sponse tuae pastores. Per hunc spiri-
tum terrena caelestibus conciliasti, per hunc tot linguas tot nationes, tot hominum tan-
tarias formas in unū ecclesiae corpus compegisti, quod tibi capiti suo per eundem spiritum
cohaeret. Eum si dignaberis in omnium corābus innouare, cessabunt & ille calamitates
externae: aut si minus cessabunt, certe te diligentibus eedent in lucrum pietatis. Digere hoc
chaos domine Iesu, expadat se spiritus tuus super has aquas male fluctuantium dogmatum.
Et quoniam spiritus tuus qui iuxta prophetae sermonē cōinet omnia, scientiam habet etiam
uocis, fac ut quemadmodum cūctis in tua domo uersantibus, una lex est, unū baptisma,
unus deus, una spes, unus spiritus: ita sit & uox una catholicam ueritatem profitentium.
Ascendens in caelum triumphantium more sparsisti ex alto preciosa missilia, dedisti dor-
na in hominibus, dilargitus es uaria spiritus tui munera. Rursum ex alto renoua ueterem
munificentiam tuam, da ecclesiae tuae labescenti, quod dedisti nascenti. Da principibus ti-
morem tuum, ut sic reipub. administrant, tanquam breui tibi regum regi rationem de sin-
gulis reddatur: da throno tuo semper assistentem sapientiam, ut quid sit optimum factu
perspiciant animo, factisque persequantur. Da pastoribus, quibus tuas uices delegare di-
gnatus es, prophetiae donum, ut arcanas scripturas non ex humano sensu, sed ex tuo affla-
tu interpretentur. Da charitatem triplicem, quam à Petro stipulatus es, ouium curam illi
demandaturus. Da sacerdotibus tuis sobrietatis & castitatis amorem. Da populo tuo boni-
tatem uoluntatem obtemperandi praecipis tuis, ac promptitudinem obsequendi ijs, per
quos iuxta tuum animum uoluisti res humanas administrari. Ita fiet, ut si principes tuo mu-
nere, te digna imperent, si pastores te digna doceant: populus bene imperantibus ac pia-
docentibus obtemperet, ecclesiae simul cum ordine redeat pristina tum dignitas tum tran-
quillitas, ad tui nominis gloriam. Nihil tuis internecioni destinatis, simul ut ad poeniten-
tiam conuersi sunt, pepercisti: & sponfam tuam pedibus tuis aduolutam aspernaberis:
quae pro sacco habet suspiria, pro cinere lachrymas. Pollicitus es ueniam ad te conuersis:
sed hoc ipsum tui muneris est, ut quis ad te toto pectore conuertatur, ut omnia bona no-
stra redundent in tuam gloriam. Conditor es, instaura plasma tuum. Redemptor es, ser-
ua mercem tuam. Seruator es, ne sinas eos interire, qui toti pendunt ex te. Dominus es, alle-
re possessionem tuam. Caput es, subueni membris tuis. Rex es, da legum tuarum reueren-
tiam. Princeps es pacis, inspira nobis charitatem mutuam. Deus es, miserere supplicum,
esto, iuxta Pauli dictum, omnia in omnibus, ut uniuersus ecclesiae tuae chorus concordibus
animis & consonantibus uocibus pro impetrata misericordia gratias agat patri & si-
llo & spiritui sancto, qui ad absolutum concordiae exemplum, personarum proprietate
distincti estis, natura unum, quibus laus & gloria in aeternum, Amen.

DES. ERAŒMVS ROTERODAMVS IODOCO SIVE IUSTO

Ludouico Vuissenburgenſi, sereniss. Poloniae regis à secretis.

& oratori s. d.

NON abs re multis iam seculis Mīmo illi applauditur, uir absolutissime: Rogan-
do cogit, qui rogat potentior: Verum is haud scio, an in quenquam magis com-
petat quam in te, qui tam eruditae epistolae, munus tam elegans addideris, idque
sic e longinquo missum, ut reculare non liceret, nisi uoluisset abijcere. Quid
autem non dicam à me, qui sum plus satis expugnabilis, sed à quantumuis etiam difficilis,
non extorqueat talis epistola, tot machinis ad expugnandum animum instructa, blandi-
tibus petax, argumētis ugens, eruditione perstringens, eloquentia rapiens: sed nulla re uo-
lentior

lentior, quam mira quadam & amabili modestia, quae tantum apud me ualet, ut non so-
lum hanc rem & facilem & piam, uerum etiam aliquid iniquius impetrare poterit. Mox
igitur ut tua mihi reddita sunt literae; reddita sunt autem serius, hoc est, sub Calend. Se-
ptembres, arrepto calamo praestiti quod uolebas: Erit hoc qualecūque & nostrae amicitiae
& meae erga Polonicam, aut si prisco uocabulo magis caperis, Sarmaticam gentem, bene-
uolentiae felix auspiciū. Genti gratulor, quae quum olim ob barbariem male audierit,
nunc & literis, & legibus, & moribus, & religione, & si quid aliud est, quod à barbarie
probro uindicet, sic floreat, ut cum praecipuis ac laudatissimis nationibus certare possit.
Quamquam & olim quum inter feros ac barbaros censeretur Sarmatae, tamen à morum
censore Iuuenale, integritatis nomine praelati sunt cultissimis Atheniensibus, neque Sar-
mata; inquit, nec Thrax, qui sumplit pennas, medijs sed natus Athenis. Nec commemo-
rem interim ditionis amplitudinem, Russos etiam albos, & Lituanos complectentis, qui
bus omnibus latissime imperat à Vistula flumine ad Tauricam Chersonesum, à mari Bal-
thico ad Carpathum montem Sigismundus rex, quum omnibus magno dignis principe
dotibus excellens, tum multis ac magnis ex hoste Tartaro Moschoque relictis uictoribus cla-
rus, quibus haud scio an ullae magis fuerint necessariae tuendis Christianae ditionis limiti-
bus. Verum haec alias fortasse tempestiuus dicentur. Nunc accipe preceationem domini
cam, in septem partes digestam, ut & tu iubebas & ab alijs facitatum uideo: quam quum
mihi duae postremae: Et ne nos inducas in tentationem; sed libera nos à malo: nihil re-
ctius uidentur distractae, quam si quis ex proxima: Et remitte nobis debita nostra; sicut
& nos remittimus debitoribus nostris: duas facere uelit. Quod si tuae pietati parum erit
septem diebus totam absolueret, potes, quod etiam à maioribus uideo factum, singulos
dies in septem precandi tempora partiri. Bene uale, Basileae 1 x Cal. Notēb. M D X X I I

PRECATIO DOMINICA DIGESTA IN

SEPTEM PARTEIS, IUXTA SEPTEM DIES, PER

Des. Erasum Roterodamum.

PATER



AVDI pater in caelis habitans uota filiorum tuorum, corpore quidem
hoc mortali adhuc in terris haerentium, ceterum animis ad caelestem pa-
triam ac domum paternam anhelantium, ubi intelligit sibi repositum
thesaurum aeternae felicitatis, haereditatem uitae immortalis. Agnosci-
mus tuam sublimitatem, conditor, seruator ac moderator omnium quae
in caelis sunt, & quae in terris; agnoscimus nostram humilitatem. Nec au-
deremus te patris uocabulo compellare, indigni qui serui dicamur tui: nec honorificen-
tissimum nomē filiorum nobis uindicare, quo nec angelos tuos dignatus es, nisi tua gratui-
tatis bonitas nos in huius nominis honorem adoptasset. Erasmus serui peccati, infeliciter ge-
niti ex Adam: eram filij Satanæ, cuius spiritu ad omne flagitiorum genus agebamur.
Sed tu nostri miseratus per unigenitum filium tuum Iesum exemisti nos à seruitute peccati:
mancipasti à patre diabolo, uindicasti ab aeterni ignis haereditate: ac per fidem & baptismum
in filij tui corpus inlitos, adoptare dignatus es, & in nominis & in haereditatis consortium.
Ac ne quid diffideremus tuae erga nos pietati, ueluti pignus quoddam tuae erga nos cha-
ritatis, caelitus immisisti in animos nostros spiritum filij tui, qui propulsato timore serui-
li non ueretur in cordibus nostris assidue clamare: Abba pater. Docuit & hoc nos filius
tuus, per quem nobis largitis omnia, ut iam tuo spiritu renati, posteaquam in baptismo
renunciuimus patri diabolo, posteaquam desijimus habere patrem in terris, solum patrem
caelestem agnosceremus, cuius potentia conditi sumus, quum nihil essemus; cuius bonita-
te restituti sumus, quum perissemus; cuius sapientia gubernamur & conseruamur, ne re-
uoluamur in exitum. Addidit ille tui compellandi fiduciam: praescripsit precandi formu-
lam. Agnosce filij tui preceationem, agnosce filij tui spiritum, te pro nobis per nos inter-
pellantem. Non dedignaberis ab his appellari pater, quos filius tuus, tui simillimus, di-
gnatus est appellare fratres. Non est quur nobis placeamus; sed est quur tuam filijque tui be-
nignitatem glorificemus, quum nihil hic sibi uindicare possint nostra merita, sed totum
hoc tuae gratituae sit liberalitatis. Placuerunt tibi magis charitatis & pietatis uocabula,

Tom. 5

QQ 3 quam

quàm timoris: pater audire maus, quàm dominus. Redamari præoptas à filiis, quàm à seruis timeri. Amasti prior, & hoc ipsum tui muneris est, quod te redamamus. Audi pater spirituum, filios tuos spirituales, te in spiritu adorantes, Talibus enim adoratoribus delectari te, docuit nos filius tuus, in hoc abs te missus in mundum, ut doceres nos omnem ueritatem, Audi uota concordia. Non enim conuenit, ut fratres, quos tua bonitas æquauit in honore gratuito, ambitione, cōtentione, odio, liuore inter se dissideant. Omnes ex eodem patre pēdemus, omnes eadem petimus. Nec sibi quisq; peculiariter rogat aliquid, sed uelut unius corporis membra, eodem animata spiritu, quod in commune omnibus expediat, postulamus. Nec enim auderemus aliud abs te petere, quàm quod iussit filius tuus: nec auderemus aliter petere, quàm ille præscripsit. Sic enim petentibus promissit filius tuus fore, ut quicquid peteremus in ipsius nomine, impetraremus. Quoniam autem quum dominus noster Iesus filius tuus ageret in terris, nihil ardentioribus uotis exoptauit, quàm ut nomen sanctum tuum non solum in Iudæa, sed per uniuersas orbis nationes inclaresceret: nos quoq; huius & hortati & exemplo flagrantibus desiderijs optamus, ut adorandi nominis tui gloria cœlum ac terram impleat, ut omnis creatura tremat tuam inuitabilem potentiam, ueneretur æternam tuam sapientiam, amet inefabilem bonitatem. Tua quidem gloria ut immensa, ita nec initium habes, nec finem habitura, semper florens in se, neq; crescere potest, neq; decrescere, sed humani generis refert, ut illa cūctis innoscat. Nobis enim uita æterna est, nouisse te solum uerum deum, & quem misisti, Iesum Christum. Tui nominis splendor obscuret & extinguat in nobis omnem humanam gloriam. Ne quisquam sit, qui sibi uel minimam aliquam gloriæ portionem ausit usurpare. Nam gloria quæ est extra te, uera est ignominia. Efficit hoc pietas naturæ in filiis iuxta carnem progenitis, ut ingenti affectu desiderent honestam famam parentum suorum. Videmus quàm gestiant gaudio, quàm exultent, quàm sibi placeant, si contingat aliquis egregius honos his unde prognati sunt: pura si triumphus, si statua in foro cum honorifica inscriptione, si principatus. Parentis enim gloriam pro sua ducunt. Rursum quàm moerent, quàm desiciuntur animo, si quid ignominia contingat inuri nomini paterno. Adeo penitus in seuit hoc animis hominum naturæ affectus, ut parentes in filiis, & filij gloriantur in parentibus. At nos, quo uehementior est pietas diuina, q̄ affectus humanus, hoc ardentius sitimus tui nominis gloriam, ac discruciamur unice, si, cui soli debetur omnis gloria, ignominia afficiatur. Non quod ullo probro possit inquirari tuæ gloriæ splendor, sed quod ad nos attinet, quodammodo sit in iuria tuo nominis, quam gentes uel ignorato uel contempto rerum omnium conditore, uenerantur & adorant contemptissimas etiā creaturas, ueluti saxæas aut ligneas, aut coloribus fucatas imagines, boues, arietes, simias, porcum, cepe, & in his omnibus impuros dæmones. His ueluti dijs canuntur hymni, immolantur uictimæ, incenduntur thura. Hæc uidentes filij tui, discruciamur duplici nomine: & quod tu fraudaris debita gloria, & quod illi miserere pereunt sua dementia. Quin & Iudæi non desinunt in synagogis suis filium tuū unicum abominandis probris afficere. Quicquid autem probri confertur in filium tuū unicum Iesum, qui splendor est tuæ gloriæ, in te confertur. Nobis probri loco impingunt gloriosum cognomen filij tui, ignominiosius ducentes, appellari Christianum quàm furē aut homicidam: nobis exprobrant crucem filij tui, quæ nostra est gloria. Nos hoc tuæ debemus misericordia, quod te salutis omnis autorē agnoscimus, quod tibi æqualem filium tuum adoramus, quod utriusque spiritum haulimus. Misereatur & istorum tua clementia pater cœlestis, ut gentes relicto simulacrorum cultu, te solum uenerentur: Iudæi relicta superstitione legis, spiritu tuo docti, si agnoscunt deum, ex quo omnia: agnoscant & dei filium, per quem omnia: agnoscant & spiritum sanctum, diuinæ naturæ consortem: in tribus personis adorent eandem maiestatem, & in simplici essentia agnoscant triplicem personarum proprietatem: ut omnis natio, omnis lingua, omnis sexus, omnis ætas ubiq; consentiat in gloriam & laudem tui sanctissimi nominis. Vtinam autem & nos, qui filij tui uocamur, apud hos qui te ignorant, non simus de honestamēto tuæ gloriæ. Quem admodum enim gloria patris est filius sapiens, ita filij degeneres ignominiam conciliant parentibus suis. Non est autem germanus filius, qui pro sua uirili nō imitatur ingenium ac mores patris sui. Filius tuus Iesus germanissimus est filius: quia perfectissima est imago patris

go patris, quem totum refert ac representat. Nos qui adoptione, non natura filij sumus, conformantes nos ad exemplum filij tui, pro uiribus accedere conamur ad aliquam tui similitudinem: ut quemadmodum perfectissime glorificatus es in filio tuo, ita pro modulo nostræ imbecillitatis glorificeris & in nobis. Glorificaris autem, si mundus conspiciat nos iuxta filij tui doctrinam uiuentes, te super omnia diligentes, si proximum perinde ut nos ipsos diligimus, diligentes: si bene uolentes qui nobis uolunt male: benefacientes, qui nobis male faciunt. Hæc enim nos docuit filius tuus, prouocans ad imitationem patris cœlestis, qui solem suum iubet oriri super bonos ac malos. Quantum autem dedecus inuehunt gloriæ tuæ, qui quum Christiani uocentur, furantur, mœchantur, litigant, belligerantur, ambiunt, ulciscuntur, fraudant, peierant per adorandum nomen tuum, nonnumquam & blasphemijs incessunt: uentrem habent pro deo: te contempto, Mammoneæ sequuntur. Nam hominum uulgus deum ex ipsius cultoribus æstimat. Etenim quum uident tui nominis professores impie uiuentes, dicunt: Valeat ille deus, qui tales habet cultores: ualeat ille dominus, qui tales habet seruos: ualeat ille pater, qui tales habet filios: ualeat ille rex, qui talem habet populum. Eoq; filius tuus nos docuit, ut quemadmodum ipse & uiuens & moriens glorificauit nomen tuum, ita nos quoq; pro nostro modulo castis & inculpatis moribus gloriæ tui nominis illustremus: Luceat, inquit, lux uestra coram hominibus ut uideant opera uestra bona, & glorificent patrem uestrum, qui in cœlis est. In nobis o pater cœlestis nihil est lucis, nisi fuerit abs te profectum, qui perennis es fons omnis luminis: nec ex nobis quicquam proficisci potest bonorum operum. Ita tua bonitas in nobis operetur, tua lux in nobis luceat, quæadmodum lucet in rebus omnibus abs te conditis, æterna tua potentia, inscrutabilis sapientia, inestimabilis benignitas, quam præcipue tamen erga genus humanum declarare uoluisti. Itaque quocunq; uertimus oculos, omnia canunt nominis tui gloriam. Aetherei spiritus die noctuq; regem suum laudibus celebrant. Iam hæc tam admiranda cœlorū fabrica quam suspicimus, elementorum discordia concordia, statum maris accessus ac recessus, fontium scatebræ, perennes amnium cursus, tot rerum, tot arborum, herbarum & animantium species, ac singulis quibusque sua quædam uis insita, ut magnes ferrum attrahat, herbæ morbis præsens remediū adferant: Hæc, inquam, omnia quid aliud nobis loquuntur, q̄ nominis tui gloriæ: te solum esse uerum deum, solum æternum, solum immortalem, solum potentem, solum sapientem, solum bonum, solum misericordem, solum iustum, solum ueracem, solum admirabilem, solum amabilem, solum adorandum. Iniuriam facit tuo glorioso nomini pater, qui ex his titulis, qui tibi soli debentur, quicquam sibi decerpit. Nam si quid harum uirtutum in nobis est, id omne abs tua proficiscitur munificentia. Da igitur pater, ut undiquaque glorificetur nomen tuum. Reluceat & in moribus nostris, nō minus quàm in angelis ceterisq; rebus abs te conditis, tui nominis gloria: ut quemadmodum qui mundum hūc contemplantur, ex admirabili opificio colligunt opificis magnitudinem: ita qui te non norunt, exemplo nostro commoti, & suam agnoscant turpitudinem, & tuam admirētur benignitatem, & hac ratione conuersi, simul nobiscum glorificent sanctissimum nomen tuum, ac filij tui Iesu, & ab utroq; proficiscentis spiritus sancti, quibus ex æquo debetur omnis gloria per omnia secula, Amen.

ADVENIAT REGNUM TVVM.

Pater cœlestis, autor, conditor, conseruator, instaurator, & gubernator omnium queq; in cœlis sunt, queq; in terris: à quo uno manat omnis autoritas, potestas, regnum, imperium, & cōditis & non conditis, uisibilibus pariter & inuisibilibus: cui cœlum thronus est, cui terra scabellum pedum, cui sceptrum æterna atque immobilis uoluntas, cui nulla potentia potest resistere: olim per prophetas tuo spiritu afflatus pollicitus es tuis ad salutem humani generis regnum quoddam spirituale, quod in te renatos assereret in libertatem, exemptos à tyrannide diaboli, qui iam pridem regnabat in hoc mundo peccatis obnoxio: & ad hoc regnum asserendum filium tuum unigenitum e cœlis in terras mittere dignatus es, qui nos morte sua redemptos, e seruis diaboli, redderet filios dei. Nam & Euangelicam doctrinam suam, dum in terris esset, solitus est appellare regnum cœlorum, & regnum dei, quod occultum & inter nos abditum esse docuit: optant & illud tui filij uotis que ardentibus flagitant, ut hoc regnum quod dominus noster Iesus

cepit tibi vindicare; indes magis ac magis sese proferat: & quotidie latius propagetur in terris, donec illud tibi plenum & integrum tradat idem filius tuus, subiectis omnibus quos aeterna tua uoluntas huic regno destinarat: sublataq; iam omni rebellionem spirituum ac malorum cupiditatum, quae nunc quoque militant aduersus maiestatem tuam, tuamq; reipublicae tranquillitatem infestant, undiq; pacatum ac tranquillum sit regnum tuum. Adhuc enim mundus hic omnibus machinis oppugnat filios tuos, mortali corpore onustos, adhuc humanae cupiditates, ueterisq; peccati reliquiae rebellionem moluntur aduersus spiritum: adhuc noxii spiritus, quos tu e ciuitate tua coelesti deturbasti, e sublimi aere telis igneis impetunt, quos tu gratuita tua bonitate ex huius mundi regno selectos; coopraisti in regnum tuum filij tui cohaeredes. Da pater omnipotens, ut quos tua pietas semel a peccati tyrannide liberatos, tuoque regno ascriptos esse uoluit, eiusdem tuae pietatis beneficio perstant in libertate sua; neq; quisquam abs te filioq; tuo deficiens reuoluatur in diaboli tyrannidem. Ita fiet, ut & nos feliciter per filium tuum regnemus in te, & tu ad nominis tui gloriam regnes in nobis. Tua enim gloria, nostra erit felicitas: et nostra felicitas, tua erit benignitas. Docuit nos filius tuus Iesus huius mundi regnum contemneret; quod opibus, quod satellitio, quod copijs & armis constat, quod factu uiolentiaq; geritur, quod crudelitate & paratur & defenditur. Nam ille spiritu coelesti uicit impij spiritum huius mundi principem; innocencia superauit peccatum; mansuetudine uicit ferociam, per summam ignominiam recuperauit aeternam gloriam; per mortem restituit uitam, per crucem de spiritibus impijs egit triumphum. Sic mirabiliter bellaisti, sic uicisti, sic triumphas ac regnas pater in filio tuo Iesu, per quem nos in huius regni consortium allegisti. Sic regnas ac triumphas in sanctis martyribus tuis, in castis uirginibus tuis, in incorruptis confessoribus tuis. Nec enim illi suis uiribus aut praesidijs uicerunt tyrannorum saeuitiam, aut carnis lasciuiam, aut huius mundi militiam: sed tuus spiritus, quem illis impertire dignatus es, ad tui nominis gloriam, & ad humani generis salutem haec omnia cepit, prouexit, ac perfecit. Optamus ut in nobis quoque semper efflorescat regnum tuum, qui tamen si non adimus miracula, quoniam tempus aut res non exigit, si non includimur, excruciamur, secamur, urimur, suffigimur in crucem, demergimur in mare, aut de collamur; tamen illustrabitur & in nobis uis ac splendor tui regni, si mundus conspexerit nos tui spiritus praesidijs inuictos aduersus omnes insultus Satanae, aduersus carnem ad ea quae sunt inimica spiritui sollicitantem; aduersus mundum omni machinarum genere prouocantem, ut deficiamus a fiducia, quam semel in te fiximus. Quoties amore tui spreto huius mundi regno, sequimur promissa regni coelestis: quoties reiecto mammona, unicum illud margaritum Euangelicum amplectimur: quoties repudiatis omnibus, quae iuxta carnem ad tempus dulcia uidentur, aeternae felicitatis spe, omnia quamuis dura, fortiter perpetimur: quoties uehementissimos naturae affectus, & ea quae nobis sunt charissima, ueluti parentes, liberos, uxorem, cognatos amore tui negligimus: quoties comprimentes aeternae iracundiae, pro conuicio sermonem amicum, pro maleficio beneficium tui respectu rependimus: toties debellamus in nobis regnum Satanae, ac tui regni potentiam aperis. Sic uisum est pater tuae sapientiae, ut hac graui perpetuaque colluctatione uirtutem tuorum & exerceres & confirmares. Auge uires filijs tuis, ut semper e praesto discedant firmiores, ac paulatim imminutis aduersariorū opibus, tu indes magis ac magis regnes in nobis. Sed nondum tuo iugo pater optime totus mundus ceruicem submisit. Multas nationes adhuc occupat tyrannus ille satanas. Nondum est unum ouile, & unus pastor, quod futurum expectamus, Iudaeis etiam in regnum Euangelicum sese aggregantibus: multis adhuc ignotum est, quanta libertas sit, quanta dignitas sit, quanta felicitas, tuo coelesti regno subijci: & ideo malunt esse mancipia diaboli, quam filij tui, cohaeredes Iesu, consortes regni coelestis. Et inter hos quoque, qui nunc intra ecclesiae tuae moenia uersantur, tuicq; regni insigne praeseferunt, heu non parum multi sunt, qui conspirant cum aduersario: regniq; tui gloriam, quod in ipsis est, dedecorant, ac robur labefaciunt. Optamus igitur unice tempus illud, quod tibi soli notum esse uoluisti, quo iuxta filij tui promissum, missi Angeli tui purgabunt aream ecclesiae tuae, ac sublatis zizanijs purum triticum colligent in horreum, ac de regno tuo tollent omnia scandala, quum iam nec erit fames, nec paupertas, nec nuditas, nec morbus, nec mors, nec persecutor, nec ullum omnino malum

sum, aut mali metus, sed totum corpus unigeniti tui simul agglomeratum capiti tuo, regni coelestis felicissimo consortio perfruetur. Qui uero interim diabolo tyranno seruire maluerint, cum suo domino supplicijs aeternis addicentur. Nimirum hoc est regnum Israel, quod Iesu Christo filio tuo relicto terris, & ad te redituro discipuli mature restitui postulabant. Reddidisti coelum ab omni rebellionem tranquillum electo Lucifero cum sua factione. Sic olim resuscitatis in uitam corporibus hominum, separabis oues ab haedis: & qui regnum Euangelicum hic pro sua uirili sunt amplexi, ad aeterni regni possessionem instabuntur, quod illis destinarat tua bonitas ante conditum mundum. Hunc diem a filio tuo Iesu promissum, optamus pater in coelis habitans ac regnans, filij tui in terris, hoc est exilio habitantes, grauati hoc domicilio terreni corporis, & ingemiscetes, quod interim obnoxij multis incommodis distrahimur a tuo consortio: unde nobis tum denique perfecta felicitas proficiscetur, quum aperta iam facie uidebimus regem ac patrem nostrum in decore gloriae suae. Hanc fiduciam non nobis praebent nostra merita, quae scimus esse nullas: sed tua benignitas, quae filium totum nobis impendit, quae spiritum coelestem uelut arbonem huius haereditatis impartit. Quod si dederis, ut constanter perseueremus in filio tuo Iesu, non poteris nos a regni tui consortio seungere, cui cum eodem filio & spiritu sancto debetur omnis honor, decus, & gloria in aeterna secula, Amen.

FIAT VOLUNTAS TUA

Pater altor ac moderator omnium, quos tuus filius agnoscit fratres: agnoscit autem quicumque sincera fide nomen ipsius in baptismo professi sunt: clamant e terris filij tui ad te caelos inhabitantem; & ab omni rerum conditarum mutabilitate procul semotum: optantes quidem uenire in consortium regni tui coelestis, quod nullo malorum admixtu uiciatum erit: sed intelligunt ad eam tranquillitatem non recipiendos, nisi qui hic interim pijs studijs meditantur esse, quod illic futuri sunt. Idem enim regnum est, eadem ciuitas coelestium ac terrestrium, nisi quod hic interim colluctatio grauis est cum carne, cum mundo, cum satana. Et isthic tamen non est quod cruciet, aut contaminet felicitatem beatorum spirituum; est tamen quod ad consummationem felicitatis desideretur: nisi mirum ut omnia filij tui membra colligantur in unum, totumque corpus purum & integrum suo iungatur capiti. Itaque fiet, ut neque Christus ullum suorum membrorum desideret, nec animae piorum desideret sua corpora, quae ut in terris habuerant consortia afflictionum, ita cupiunt in coelis a gaudiorum consortio non separari. Porro regni coelestis concordiam hic in terris meditantur, qui quoad uersantur in mortali corpore, uelut germani & obediens filij, student ea facere, quae tua dicat uoluntas, non ad quae sollicitas cupiditas; non diiudicantes quare tu hoc aut illud uolueris, sed satis habentes quod ita sit tua uoluntas, quem sibi persuasum habent nihil uelle, nisi quod est optimum. Quae sit autem uoluntas tua, ex unigenito filio tuo didicimus. Ille uoluntati tuae fuit obediens usque ad mortem, & hanc uocem nobis deprompsit, Pater, si fieri potest, transfer a me poculum hoc: uerum tamen fiat quod tu uis, non quod ego: ut iam pudeat quemuis hominem suam uoluntatem praeferre tuae. Habet caro uoluntatem suam, quam tenere deamat homo, habet mundus uoluntatem suam, habet satanas uoluntatem suam a tua multum diuersam, Caro enim concupiscit aduersus spiritum, quem nobis impertisti: & mundus sollicitat ad amorem rerum fluxarum: & satanas uult ea, quae pertrahunt homines in aeternum exitium. Nec satis est, in baptismo nos esse professos, fore dicto audientes tuis iussis, ac renunciaisse imperio satanae, nisi per omnem uitam constanter id praestemus, quod sumus professi. Sed hoc praestare non possumus, nisi tu uires ad dederis conantibus, ut iam non nostra uoluntas, sed tua pater in nobis operetur, quod tua sapientia iudicauit esse optimum. Qui carni uiuunt, tibi mortui sunt, & iam filij tui non sunt. Quin & filijs tuis quandiu corpus hoc terrenum circumferimus, subinde negociu facessit carnis uoluntas, tuae praetere gestiens. Da ut semper tua uincat uoluntas, siue mori nos uis, siue uiuere: siue affligi ut corrigamur, siue subleuari ut tuae benignitati gratias agamus. Satanae uoluntatem sequuntur, qui sacrificant idolis, qui conuictijs incessunt adorandum filium tuum Iesum, qui diffidunt illius promissis, qui rebellionem parant Euangelio, qui per inuidiam exitium moluntur proximis, qui per fas per nefas in hoc mundo properant ditescere, qui coedis uoluptatibus inquinantur. At tua uoluntas est, & corpus & animum habere purum & castum

stum ab omnibus inquinamentis huius seculi: tuum, filijque tui honorem antepone ceteris omnibus: nemini irasci, nemini inuidere, nemine uelisci, sed pro malefactis rependere beneficium: denique famem, exilium, carcerem, cruciatum, mortem perpeti citius, quam tua sancta uoluntate discedere. Hoc ut indies magis ac magis praestare ualeamus, adiuua pater cœlestis, ut indies caro minus reluctetur spiritui nostro, ut spiritus noster magis ac magis unanimes fiat spiritui tuo. Et quemadmodum nunc multis in locis parent uoluntati tuæ, qui obediunt Euangelio filij tui: ita idem fiat per uniuersum terrarum orbem, ut omnes intelligant, te solum esse rerum omnium monarcham, tuisque diuinis legibus uolentes ac lubentes obediunt in terris, quemadmodum in cœlis nullus est qui tuæ uoluntati repugnet. Nec possumus efficaciter uelle quod tu uis, nisi tua diuina uoluntas nos attraxerit. Iubes ut tuæ morem geramus uoluntati: neque enim filiorum nomen promerebimur, nisi paternis iussis per omnia fuerimus obsequentes. Sed tua pietas, quæ non nihil promeritos ad hoc honoris adoptare dignata est, eadē dignabitur & promptam & constantem largiri uoluntatem, ne qua in re diuinæ uoluntatis tuæ præscriptum prætergrediamur, sed mortificata carne nostra tuo spiritu agamur ad omnia quæ pia sunt, grataque oculis tuis: ut & tu pater agnoscas filios non degeneres, & filius tuus agnoscat fratres germanos: hoc est, uterque suum in nobis agnoscat beneficium, quibus est communis cum spiritu sancto gloria in æterna secula, Amen.

PANEM NOSTRUM

Pater noster cœlestis, qui tua ineffabili benignitate largiter pascis omnia, quæ mirabiliter condidisti, prospice & nobis tuis filijs in cœlestem familiam selectis, & ex te pendentibus, spirituales ac cœlestem alimentam, ut tuæ uoluntati seruietes, adolescamus & grædescamus quotidianis uirtutum ausibus, donec iuxta naturam nostram modulum perueniamus ad perfectum robur plenitudinis, quæ est in Christo Iesu. Filij huius mundi quamdiu non sunt abdicati, sed parentibus utuntur propitijs, non sunt solliciti de uictu, nimirum prospiciente ipsis benignitate paterna. Nos autem multo minus sollicitos esse conuenit, quos Iesus filius tuus docuit abijcere omnem sollicitudinē crastinit: confirmans patrem tam opulentum, tam benignum, tam amantem, cui tantopere curæ sumus, non commisiturum, ut quum passerulis etiam uagis de uictu prospiciat, quum lilia præsentia tanto decore uestiat, nobis ad filiorum honorem cooptatis uestis desit aut cibus corporis. Sed illa potius omnibus neglectis querenda, quæ pertinent ad regnum tuum, eiusque iustitiam. Neque enim tibi placet iustitia Phariseorum, quæ carnalis est, quum tui regni iustitia spiritalis sincera fide cõstet, & charitate non ficta. Non magnum est tuæ largitati, corpusculum hoc pane frumentitio pascere, quod etiam si non pereat fame, tamen morbo, senio, alio uel casu breui sit periturum: sed filij spirituales à patre spirituales illum ac cœlestem panem flagitamus, per quem uere uiuimus omnes, qui filij tui uere nominamur. Is est sermo tuus omnipotens uitæ largitor & altor, quem nobis de cœlo mittere dignatus es fame pereuntibus. Non enim explebat animum nostrum panis philosophorum aut Phariseorum: sed panis ille tuus, quem nobis misisti, uitam reddidit mortuis: de quo quisquis ederet, non morietur in æternum. Per hunc panem reuiximus, per hunc alimur ac saginamur, & adulescimus ad perfectum robur spiritus. Hic nobis quotidie trañciendus in animæ uiscera: nec salutaris est, nisi tu pater quotidie dederis. Corpus unigeniti tui panis est, cuius participes sunt omnes, qui uersantur in magna domo tua, quæ est ecclesia. Unus panis est omnium communis, quemadmodum & nos unum corpus sumus, cõstans ex membris diuersis, sed eodem spiritu uegetatis. Verum hic quantum ab omnibus sumitur, multis tamen adfert mortem. Non enim adfert uitam, nisi tu dederis quotidie, addens tuæ gratiæ cœlestis condimentum, ut sumentibus sit salubris. Veritas est filius tuus, & ueritas euangelica panis est, quem nobis reliquit in alimentam spirituales. Et hic panis multis amarus est, qui animi palatum febri malarum cupiditatum habet infectum. Quod si tu pater eum porrexeris, suauis erit, reficiet afflictos, eriget col lapsos, robur addet infirmis, eriget pusillos, denique & uitam conferet æternam. Quoniam autem infirmitas humanæ naturæ semper in deterius prolabitur: quoniam animus quotidie multis impetitur arietibus: quotidie tuo pane filios cõfirmes oportet, impares alio qui futuros tot tam ualidis hostibus, tot assultibus, tot terriculamentis. Quis enim ferat esse

esse mundi ludibrium, relegari, protrudi in carcerem, uinciri, damnari, torqueri, exui facultatibus, spoliari uxore charissima ac dulcissimis liberis: denique crudeli morte periri, nisi fuerit tuo cœlesti pane subinde cõfirmatus: Qui docet Euangeliū licet sermonē, porrigit nobis hunc panem: sed frustra porrigit, nisi tu dederis. Complures sumunt corpus filij, complures audiunt sermonem Euangelicum, sed nihilo uegetiores discedunt, quam uenerant, propterea quod non promerentur ut tu pater illis porrigas inuisibiliter. Hunc igitur panem benignissime pater in partem filijs tuis quotidie, donec eo uesci contingeret in mensa tua cœlesti, quæ regni filios feliciter explebit perenni copia ueritatis æternæ, quæ perfruere perfecta felicitas est, nesciens desiderium alterius rei, siue quæ in cœlis est, siue quæ in terris. In te enim uno sunt omnia, & extra te nihil est quod sit expetendum, qui cum filio tuo Iesu, cumque spiritu sancto uiuis & regnas in omnia secula, Amen.

ET REMITTE NOBIS.

Est quidem illud tuæ uoluntatis pater cœlestis, autor pacis, & amator concordiæ, ut filij tui quos tua bonitas tot unanimitatis uinculis copulauit, quos eodem animas spiritu, eodem baptismo purgas, in eadem domo quæ est ecclesia socias, communibus ecclesiæ sacramentis foues, ad eandem hereditatem regni cœlestis ex æquo uocasti, quo sint firmiores, in tua familia uiuant unanimes: neque quicquam dissidij sit inter eiusdem corporis membra, sed mutua charitate copulentur: tamen quoniam adhuc mortale corpus circumferunt, fieri uix potest, quin per imbecillitatem naturæ quædam incidant offensa, quæ fraternæ concordiæ serenitatem, si non extinguant, certe obnubilent, extinguatur tandem nisi tua clementia quotidie condonet quotidie peccatis. Quoties autem fratres nostros offendimus, offendimus & te pater, qui iussisti, ut proximum nostrum non secus diligamus quam nos ipsos. Sed filius tuus non ignorans imbecillitatem membrorum suorum, & huic malo commonstrauit remedium, in certam spem uocans nos, fore ut tua clementia remittat nobis peccata nostra, si nos uicissim ex animo condonauerimus quod frater peccauit in nos. Est autem æquissima impetranda ueniæ conditio, quæ præscripsit filius tuus Iesus. Etenim quæ tandem fronte deprecatur uindictam patris, qui leuem offensam in fratre suo parat ulcisci: Quo tandem ore tibi dicit: remitte iram, quum ipse perseueret irasci proximo: Qua fiducia se iactat membrum filij tui, qui quum inimicis esset ab omni delicto, te pro parricidis in cruce deprecatus est ut ignosceres, qui ipse peccatis obnoxius non uult ignoscere fratri, in quem & ipse subinde peccat: ut hic sit potius mutua ueniæ permutatio quam ignoscencia? Ingratum est oculis tuis sacrificium, quod offert iram memor, & concordiam faciendam negligens. Ita nos docuit filius tuus, etiam ad altare relicto munere properandum ad fraternæ pacis reconciliationem. Et pater optime, sequimur quod tu is docuit filius, imitamur quod ille præstitit: si agnoscis à filio præscriptam conditionem (nec dubium est quin agnoscas) largire quæsumus cuius ille spem certam nobis præbuit. Sic ille nos iussit orare, neque semel confirmauit nos exoratorios, quicquid abs te in ipsius nomine peteremus. Præbuit ille petendi fiduciam, tu per illum largire petentibus ueniam. Agnoscimus imbecillitatem nostram, & hinc intelligimus quod turpitudinis effemus prolapsuri, nisi tua custodia nos arceret à uitijs grauioribus. Et hanc ipsam infirmitatem tua pietas reliquit in nobis aduersus insolentiæ periculum remedium. Quotidie labimur, ut quotidie tuam glorificemus clementiam. Da pater ut possimus ex animo condonare fratribus nostris, ut concordet inter nos te semper habeamus propitium: & si quid offendimus, sicut offendimus frequenter in multis, emendet nos tua paterna correctio: modo ne abdicet, modo ne exhaeredet, modo ne conijcias in gehennam. Semel in baptismo condonasti peccata omnia, non erat isthuc satis tuæ erga nos pietati, quotidianis etiam filiorum tuorum delictis ostendisti certum ac paratum remedium: pro quo tuæ benignitati gratias agimus, qui per filium tuum ac spiritum sanctum tantis beneficijs nos dignaris in gloriam sanctissimi tui nominis perennē, Amen.

ET NE NOS IN DUCAS IN TENTATIONEM.

Pater noster cœlos inhabitans, quanquam nihil est quod te propitio uehementer extimescimus, & mutua charitas nos filios tuos firmiores reddit aduersus omnem malorum incursum, tamen considerantes humanæ naturæ imbecillitatem, & incerti quos tua bonitas dignos iudicet, ut ipsos in amore tui confirmet usque ad huius uitæ finem

finem, in qua quamdiu uersamur, mille modis sollicitamur ad ruinam, non possumus esse securi. Tota haec uita undique diaboli laqueis est plena. Nusquam cessat tentator ille, qui non ueritus est & filium tuum Iesum technis suis aggredi. Reputamus quot fatanae machinis impetitus sit seruus tuus Iob. Recordamur Saulem prius electum, post reiectum à conspectu tuo. Meminimus Dauid, qui dictus erat uir secundum cor tuum, eò turpitudinis pertractum, ut adulterium homicidio copularet. Videmus Solomonem, cui in principio regni dederas sapientiam ultra mortales omneis, eò dementiae perductum, ut peregrinis simulacris immolaret. Venit in mentem, quid acciderit apostolorum tuorum principi, qui fortem usque mortis societatem animum professus, terdolum suum abiurauit. Haec atque huiusmodi multa cum consideramus, non possumus non horrescere tentationis periculum. Atque in hoc metu nos tua paterna pietas esse perpetuo uoluit, ne dormitantes & oscitantes inciperemus nostris praesidijs fidere: sed iugiter aduersus tentatoris assultus, sobrietate, uigilantia, precatione nos muniremus, ut nec hostem prouocaremus, memores imbecillitatis uirium nostrarum, & tamen aduersus ingruentem tentationis procellam infractis animis consistamus, tuo freti praesidio, sine quo nihil possumus. Pateris tu quidem nonnunquam incidere tentationes, uel ut explores spectataeque reddas tuorum tolerantiam, quemadmodum tentatus est Iob & Abraham: uel ut huiusmodi flagellis castiges & emedes delicta nostra: sed quoties id pateris, rogamus ut idem tentationis facias felicem exitum, ac uires impartias ponderi malorum irruentium pares. Ingens periculum est, quoties intentatur bonorum direptio, exilium, probra, carcer, uincula, diri cruciatus corporum, mortes horrendae. Sed non minus discriminis est à prosperitate blandiente, quam ab aduersis terrorem ingerentibus. Cadunt à dextris pariter ac sinistris innumerati. Alij metu poenarum territi sacrificant daemonijs, alij fracti malis, blasphemijs afficiunt adorandum nomen tuum. Rursum alij uenenato poculo felicitatis mundanae inebriati, spretis tuis dotibus reuoluuntur in uoluntationem cenae prioris: uelut Euangelicus ille filius, qui prodacta cum scortis omni paterna substantia, eò miseriae perductus est, ut porcis etiam suas siliquas inuideret. Scimus aduersarij nihil in nos posse, nisi tu permiseris. Proinde non recusamus obijci quibuscunque periculis, modo tua clementia & aduersarij insultum, & nostras uires modereris. Sic enim fiet, ut etiam si quando fuerimus inferiores in congressu, tamen hoc tua sapientia uertat in bonum nostrum. Sic uicit filius tuus semper adorandus Satanam, sic carnem, sic mundum, ut quum maxime uideretur oppressus, triumpharet maxime. Ac nobis ille pugnauit, nobis uicit, nobis triumphauit. Vincamus & nos illius exemplo, tuo praesidio per spiritum sanctum ab utroque prodeuntem in omnia secula, Amen.

SED LIBERA NOS A MALO.

Pater omnipotens, tua gratuita benignitas nos semel à peccatis expiatis, ab impurissimo patre diabolo liberauit per Iesum Christum filium tuum, & in honorem nominis ac hereditatis adoptauit: sed ita, ut quamdiu uersamur in terris, perpetua lucta sit cum hoste nihil non moliente ut nos quibus inuidet tuum beneficium, in suum ius retrahat. Horrescimus animo, quoties recordamur quam foedum patrem habuerimus, quum essemus mancipia peccati, quam infelici hereditati fuerimus destinati, quam immitti seruierimus domino. Nec ignoramus illius obstinatam maliciam, non solum uiribus, sed mille etiam artibus ac dolis instructam in nostram perniciem: nunquam dormit, nunquam cessat, sed semper obambulat, ueluti leo fame rugiens, captas, queritans, ac uenans quem deuoret. Nimirum tui pater est dissimillimus. Tu enim natura bonus ac beneficus, ouem erraticam reportas ad ouile, morbidam sanas, extinctam ad uitam reuocas: inimicos etiam tuos blasphemos in sanctum nomen tuum, amore tuo praeuenis, & ad salutem aeternam inuitas. Ille odio insatiabili erga nos, à quibus nunquam laesus est, nihil aliud molitur, quam ut quamplurimos secum in exitum pertrahat. Insignis cuiusdam maliciae est, gratis nulloque suo commodo uelle perdere, à quo quis non est iniuria laesus. At hic suo etiam malo imminet in malum eorum, quos tu in tutelam tuam seuocasti. Non tu illum condideras, sed eò maliciae delapsus est, posteaquam sibi placens, tuae maiestati subiectus esse noluit. Proinde stimulatus inuidia, primos nostri generis parentes ante circumuentos pellexit in mortem, inuidens illis paradisi uoluptates, quum ipse sese caeli gaudijs spoliasset.

liasset. Nunc etiam acrioribus inuidiae stimulis uritur, quod paradiso exclusos subuehis in caelum: quod morti destinatos per fiduciam in Iesum filium tuum ad beatam immortalitatem inuitas: quod ipsius etiam maliciam uertis in cumulum tuae gloriae, nostrae salutis. Proinde quamquam ille multis meritis formidabilis est, tamen consolatur nos tua bonitas, quae plus potest ad salutem, quam uniuersa illius malicia ad perniciem. Agnoscimus nostram imbecillitatem, sed non expauescimus hostis incursum, siue uiuimus, siue morimur, quamdiu te merebimur habere protectorem. Non metuemus exitum ab illo malo, quamdiu contingat adhaerere bono. Haec uota filiorum tuorum pater aeternae, si pia sunt, si iuxta formam à filio tuo Iesu praescriptam concepta, certa nos habet fiducia, tuam bonitatem praestaturam quod petimus.

PAEAN VIRGINI MATRI DICEN

DVS, COMPOSITVS IN GRATIAM DOMINAE
Veriensis per Des. Erafmum Rot.



Vnicum caeli decus, certissimum terrae praesidium uirgo mater Maria. Ergestit haec animula, laudatiunculae huius, uelut incenso tufculo, tuo litare numini: neque uero suis freta meritis, sed tua confirmata placabilitate, audet immensum laudum tuarum pelagus, humani sermonis angustijs concipere. Cuius amplitudinem solus ille capit, quem tu immensum et incomprehensibilem, purissimum uteri scrinio condidit, gestare meruisti. Qui uirgineam mentem tua, non stillulis aliquot gratiarum conspergit, sed ipsum omnium charismatum fontem in temetipsam transtulit, ut ex te, ueluti paradiso uernatissimo nobiles illi quatuor amnes promanarent, siticulosam, ac sterilem pectoris nostri glaream, foecundis scatebris irrigaturi, ridentisque uirgine, & uariarum uirtutum stellantibus flosculis picturi. Quo fit, ut ualidissimum spatium porrigatur inter tuae sublimitatem, o regina praecellens, & meam humilitatem. Inter tuam plus quam angelicam puritatem, & meam colluuiem, inter tuum splendorem, et meam caliginem. Tu caeli numina longe sub pedibus despicias, nos de imaualle musitamus. Et tamen quo minus tuas laudes assequi possumus, eo est impensius an nitendum. Tu es enim praepotens illa rerum domina, quae sola felicissimum illud nomen inter mortales promeruisti, ut uirgo theotocos appellareris. Si quidem praegrans tua uirginitas, eundem nobis aedidit de homine hominem, citra corruptionem, qui sine tempore, de deo patre deus, absque initio nascitur, sine fine nasciturus. Tu es augusta illa caeli terrarumque regina, cui filius omnipotens rerum imperium à patre traditum, uoluit esse commune, cuius sanctum nomen uel profunda tartara tremiscunt, cui positus passim aris, medius hic totus supplicat orbis, ad cuius uenerandum nomen pontificius apex, & imperatoria maiestas nudatum inclinatur uertice. Cuius se pedibus uirginum cadit, martyrum laurea, prophetarum autoritas, apostolorum dignitas, angelorum felicitas, omnium denique caeli procerum celsitudo uenerabunda submittit. Quae ipsa quoque tota diuinitas praecipuo quodam honore digna ducit. Pater communis gnati parentem laetus agnoscit, atque amplectitur. Filius pro sua pietate, proque matris reuerentia, genitricem amat, ac honorat. Spiritus sacer, ab utroque profectus, se tibi totum infundit, purissimam illam officinam suam libenter agnoscens, in qua quondam inauditum illud opus ficiam, natura stupente peregit, cum diuina arte intra uirgineum pectusculum tuum, triforem illum gigantem conflaret, inenarrabili commissura, dei uerbum, cum humano spiritu, animam hominis cum mortali carne copingens, tria inter se diuersissima ita ferruminans, ut hypostaseos simplicitas naturarum discrimina neutiquam perturbaret. Et à singulis igitur praecipuus honos habetur, & omnes communiter proximo dignantur assensu, ut secundum diuinitatem, nullum habeat caeleste theatrum spectaculum, te una admirabilius. Proinde ad eam, quam caelestis aulae primates tanto intervallo supra se suspiciunt, ego uermiculus, qua tandem fiducia frontem attollo: Quo ore mea balbutie tua tento praecontia, quibus ne angelicae quidem uoces pares esse queant. Sed docet audaciam o Maria, non arrogantia, uerum miserae conditionis necessitas, uincit uecundiam non toleranda egestas, suggerit hos animos pietas, ministrat fiduciam tua singularis benignitas. Si tantum mirabilis esses, o uirgo

dei para, non citam exorabilis, si minus misericors q̄ præcellens, non haberet quò nostra aspiraret mortalitas. At nunc quatum humilitatem nostram tua maiestas deterret, tantum erigit clementia, quantum q̄ submouet præstantia, tantum placabilitas allicit, quantum præstringit oculos uirtutum tuarum fulgor, tantum recreat umbra misericordiae. Neq̄ tam abes à nobis præeminentia meritorum, q̄ præsens es opitulandi facilitate. Deum peperisti, miratur cælum; sed utiq̄ nobis peperisti, respirant homines. Deum edidisti, stupescit natura, sed edidisti non tonantem, non fulmẽ uibrantem, uerũ uagientem, genuisti non uindicem, sed reconciliato rem, non supplicij, sed salutis autorẽ. Deũ enixa es, sed ut nos renasceremur. Virgo peperisti, non ut nostra desperaret impuritas, sed aboleretur. Mater es dei, sed eadẽ misericordiae mater appellaris, neq̄ misericordiae mater esse posses, nisi dei mater esse meruisses. Tu spiritalibus dotibus superflua es, ut tuus cumulus, in nostram inanitatem redundaret. Diuinitati proxima es, ne illic nobis deesses aduocata. Plurimũ apud deum uales, ut esset cuius precibus & autoritati iustã in nos iram suam possit donare. Ergo quando quicquid in te est o Maria, id nobis iuuãdis cõparatũ est, quo maior est tua præcellẽtia, hoc certior est nostra fiducia, cũ quẽ maxima es, eadẽ sis et optima. Non a pernaaberis eorum, q̄ uis rusticum Pæana, quorum naturam nõ est dedignatus tuus filius. Boni consules qualescunq̄ hymnos nostros mater, quando filius, pauperculam uiduẽ quadrantem, ceterorũ opibus prætulit. Nõ poteris eorum negligere uota, quos tanti habuit gnatus tuus, ut pro his seruandis, semet deuouerit. Si te conditoris matrem gaudes appellari, agnosce filij tui plama. Agnosce filij mercem, genitrix redemptoris. Agnosce simul & argumentũ tui cognominis, & laudum tuarum materiam, mater clementie. Quo cõmittis miseros, si tu misericordiae mater, gremiũ occludis. Imò quã potius hymnis uotisq̄ sollicitet erũnosa mortalitas, quam te Maria, quã quidem inter cœlites una tantũ, uel meritis, uel gratia, uel autoritate polles, ut sola iudicis iram possis restringere. Tam eadẽ pronis & benignis es auribus, ut nullius preces non admittas. Tam patiens es, ut nullis unq̄ egentium opploratibus fatigeris. Tam ignoscens & placabilis, ut animum tuum, nulla nostrorum scelerum sceleritas, à nobis subleuandis alienet. Tam prodiga, ut neminẽ indonatũ abs te discedere patiare. Tam diues, ut largiendo nunq̄ exhauriri queas, ut te ueluti cornu quoddam aureũ, uerus ille Iupiter, tuus non solum alumnus, sed et filius, proposuisse mortalibus uideatur, unde nihil sit rei, quod non petitum accipiat. Talis es deniq̄, uirgo beatissima, ut bonitatem tuam nemo terrigenarum non sit expertus, magnitudinem ne spiritus quidẽ etherei cõsequantur animo. Tu es profectio nobilis illa uirago, in cuius unius præconia, cœlũ pariter & tellus, & omnium ordo seculorum musica quadã harmonia cõcinit. Tu iam olim ante rerũ exordia, in summo principio uiuebas, ludens in orbem terrarum. Tu creatis in initio angelis, è diuine mētis speculo relucēs, gaudij cumulũ adferebas. De te statim in ipsis rudis adhuc mudi primordijs, conditor ipse, primũ edidit uaticiniũ, mulicẽ olim fore, quẽ calcaneo letiferi serpentis caput proteret. Te uetustis seculis gentiliũ oracula obscuris ambagibus denotabant. Te fortes Aegyptiã, te Phœbi tripodes, te sibyllarũ folia portende bant. Te doctorũ poetarũ ora, nõ intellectis oraculis præcinerunt. Tu uirgo illa, aurei seculi renouatrix. Tu uera illa Diana, ppetuã uirginitatis, tũ autor, tũ exemplũ. Tu triforme numen, quã ter geminũ nobis gigantẽ adidisti, quã ter potentẽ, formidat inferi, uenerantur superi, medius hic adoratur orbis. Tibi Lucinã nomen unice conuenit, quã & uerũ lumen extulisti, & nobis uti renasceremur lucis aeternae fores aperuisti. Te nouũ simul et uetus testamentum, tanq̄ duo Cherubin, iunctis alis, cõsonisq̄ uocib. decantant. Te mystica synagoga typicis imaginib. delinãuit, tuũ pæana euãgelica tuba clarissime personat. Te litera Hebraeorũ aptissimis coloribus adumbratã representarunt. Christianorũ libri tuis te uirtutibus exornarunt. Ac prorsus pia quadam contentione, in tua certatum est præconia, hinc à fatidicis uatibus, hinc à fatidicis ecclesiae doctoribus, utriq̄ eodẽ numine plenis, dum illi te laetis oraculis nondum natam præcununt, hi natam pijs laudibus prosequuntur. Illi promissis haud uanis orbem mœstũ in spem furrigunt, hi in tui miraculum pijs suscitant mentes. Magni nimirũ præcones, sed utrosq̄ tuarum uirtutum superat magnitudo. Cedit diuinis tuis meritis præfata uatum prudentia, cedit doctorum prædices eloquentia, Et torrens illa dicendi copia, in te prædicanda suam inopiam cõtesta est. Tu felix illa plantula de lessea radice subnata, nihil tamẽ inde genitaliũ sordidũ trahēs, huius uir-

lis uirgula, de qua nõ pomũ mortiferũ, sed flosculus ille, longe fragrantissimus, pronatus est, qui blandissimo aspectu suo, terras pariter & cœlos impleuit lætitia, cuius odore trahimur in uitã cœlestis amorẽ. Tu mulier illa prophetica, quã nouo & inaudito miraculo illibati corporis tui zona uirum circumdedisti, citra uirilẽ operã. Tu beatus & apricus ille paradysus, qui neq̄ aratro scissus, neq̄ rastro uexatus, omnigenas delicias, & medicamenta progerminat animarũ. Tu uitẽ arbor, cuius fructus salutaris et præsens, ligni quondam male gustati uenena sustulit. Tu nobilis illa domus, quã ipse sibi dei filius, patris eterni sapientia, mirabilis architectus ædificauit, septẽ proceris ac solidis colũnis suffulciens, ut in eius penetralibus uerfaretur, lãge à terrenis submotus affectib. is qui non nisi in altissimis habitat. Tu thronus Solomonis eburneus, auro uestitus, unde rex ille regẽ, carnis uelutis trabea, iustã dixit mortalibus. Tu delicatũ illius amatoris ferculũ, de libani lignis cõpactum, quod ipse sibi auro, argentoq̄, & ardenti purpura mire uariãuit, dignum uidelicet, in quo ille decem mensium spatio uerfaretur. Tu in ueni pectoris typum gerebat, floridus ille et uide lectulus, quem puritatis amator dei filius, ita cœlestis militie excubijs, omnĩq̄ corona uirtutũ munuit, ut nulli unq̄ uel cogitationi parũ pia patuerit aditus, in quo nõ nihil unq̄ reperitũ est, quod aut deliciaem offenderet spõsum, aut obstreperet quiescẽti. Tu sacratissimum pacifici regis templũ, in quod ille, quicquid est artis, quicquid opum, trãtulit, tam religiosum, ut eius adytis unicũ illud sanctũ sanctorum crederetur. Tam magnificũ, ut in eo rex olympi præsideret. Tam sacrũ, ut nulla unq̄ peccati labe potuerit prophanari. Tuã prægnantẽ uirginitatẽ, rubus ille mysticus Moyli falso flagrare uisus, præluo debat, quã mortalũ una puerperã nomẽ promerita es, cũ uxoris nunq̄ præstiteris. Tu uirginẽã fecunditatẽ, uirga sacerdotalis, mire adumbrabat, quã neq̄ mortali manu cõlita, neq̄ terreno succo irrigata, & cœlitus cõcipiendo floruit, & sine cruciatu paries, fructũ uiuificũ edidisti. Tu simulachrum præ se gerebat niueum uellus Gedeonis, quã à carnis quidem cõtagio longe semota, at cœlesti rore ter cõpluta, trinitatis opificio triforẽ mem foetum pura concepisti, pura enixa es, pura post æditũ partum permansisti. Tu obtinebat imaginem turris illa Dauidica, quam unam contra omnia nequissimi hostis tela propugna culis, clypeis millenis, omnigenaq̄ uirtutum armatura munuit bellator egregius, ut neq̄ corpus, nec animum tuũ ullus unq̄ libidinis assultus, non dicam expugnarit, sed ne oppugnauerit quidem. Te diuini uatis insignis illa porta uaticinabatur, non ad Aquilonem, unde panditur omne malum, sed ad exortũ spectans, unde sol oritur nouus, & nouator omnĩũ, cuius integritatis claustra, princeps pacis, neq̄ ingrediens, neq̄ egrediens, uiolauit, imò consecrauit. Tu noui Adã, noua Eua, non nouerca, quod illa uetus, quẽ scẽtus suos etiã priusq̄ pareret extinxit, sed mater, neq̄ mater morientũ quod illa, sed reuiuifcentiũ, quẽ incogitabili mysterio, de cuius osse fueras genita, eum spũm de tua carne uicissim genuisti, nec ab alio fecũdata, q̄ quẽ peperisti, ut in extricabili ænigmate, eidem simul fueris, & filia & spõsa & mater. Tu mœdacissimi colubri uenena in ipsius caput reuertisti. Tu animosa illa uirago, quã pulcherrimũ ausa facinus, Allophylorũ duce cõmunem humani generis hostem, clauo confixisti. Tu seculis omnibus celebranda ludit, quã late grassantẽ tyrannũ tartareum, sola trucidans, populo tuo pro certa desperatione, subitam salutẽ ac triumphũ atulisti. Tu formosa Hester, deliciae regis aetherei, quã triste mortis decretum, gladiosq̄, iam in tua gentis iugulos intentatos, in ipsum cædis machinatorẽ depulisti. Tu mons ille adamantinus, unde sine manibus excisus est lapis ille angularis, qui fecit utraq̄ unum, cui innititur omnis ædificatio, non cessura tempestatibus huius seculi, in quem quisquis impegit, elidetur. Tu florem enixa campestrẽ, rosa Hierichana, quam non superbã scopuli, sed simplicitatis planicies, & modestie humilitas educat, quã diuina charitas purpureo rubore tinxit, quã de terra parente prognata, nihil tamen terrenae fecis inde suxisti. Tu lilij conuallium mater lilium & ipsa medio in spineto, sine spinis enatum, quã lacteo candori uirginitatis summa modestiam adiunxisti. Tu fons si gnatus, cuius nitidissimas lymphas, nulla ferina unq̄ libauit affectio, in quo spõsi refulgentem imaginem, nulla terrena turbauit cupiditas, quẽ medicatas aquas tuas deriuas in capita uiarũ omnĩũ, quã potã, nos nõ uocales quidẽ, ut illa Castalia, sed immortales reddunt. Tu hortus ille diuinã custodiã, sepe sic circumunitus, ut nulla etiã petulca cogitatio quierit pertrẽpere, in quo uarias aromatum areolas, summus ille hortulanus miraculatio quierit pertrẽpere, in quo uarias aromatum areolas, summus ille hortulanus mira-

distinxit arte, ubi idem inter lilia pascit, ac cubat in meridie. Tu sancta ciuitas Sion, cuius incenia nullus unquam Babylonij hostis aries pulsauit. Quam inexpugnabilibus munimentis tutatus est is, qui natus est in ea, quicquid fundauit altissimus, cui uide licet ipse & murus est, & antemurale. Tu Hierusalē, in qua una sibi pacificus ille sedem delegit, regiamque ac templum ædificauit. Tu uitæ speculū, tam nitidū ac purū, ut in nullo alio diuinitatis et figies resulerit expressus. Tu uirgula sumi, ex aromatibus myrrhae & turis, & uniuersi pulueris pigmetarij, quæ sic incensa cœlesti charitate, sic à caducarū rerū amore extenuata, purissimis uotis assidue superna petebas, ut ipsis etiā cœligenis mentibus, miraculo fueris. Tu noua terra, totiens à deo promissa, quæ diuino grauida semine, non spinas & tribulos, quemadmodū uetus illa maledicta, sed uitæ cibū protulisti. Tu uitis illa generosa, de cuius palmite nobilis ille botrus prodijt, quem unū, duo testamenta humeris baiulant, tam graue, ut in statera appensus, ingens omnium scelerū nostrorum pondus in altū submouerit, tam efficacis succo, tamque generoso, ut gustatus, repente tot hominū milia, ad uitæ usque contemptū, sobria demeruerit ebrietate. Tu proceras illas libani cedrus late uirtutū spargēs odorē, quæ mortalium sola uitiorū caritē nō sensisti, quoniam & allitas nostris animis, eandē arces, dum tuo prolocati exēplo, tot passim pueri atque puellæ, incorruptā uitæ puritatē meditatur. Tu cæpestris olea, speciosa ac cōsiliis, de cuius illibato corpore, fatalem illū, et semper uirentē surculū nobis decerpit is, cui familiare est, cōsūbina specie apparere mortalibus, eūque in arcā ecclesiæ detulit, certissimū pignus finiendū diluuij peccatorū, mundicę renouandī symbolū, cuius baccarum salutaris amaritudo, contra pomū exitialis, heu nimium dulce uirus, antidotū præsentaneū attulit, cuius oleo, mentes hominū, ab hereso squa lore uetustatis, sicutque terrenū Adam, uelut iterata iuuenta renitescunt, cuius iugū alimonia, fidei lāpas pascitur, ne quādo possit extingui. Tu aurora illa ualde rutilās, quæ miratibus etiā cœlestis arcis excubitoribus, rōscida purpura, blandicę lumine emergens noctis horrorem omnē disculsiisti, ac solem illū expectatissimū, p̄ uia mortalium oculis exhibuisti. Tu palma perpetuo uirens, quā neque prosperæ res uel tantillū defletere, neque aduersæ depri mere potuerunt. Tu platanus, longe gratissimā umbrā præbens fessis mortalibus. Tu rebynthus, fauoris tui ramos ad omne hominū genus latissime porrigēs. Tu uelut altera quequā mater omnium uiuentium, ecclesiæ soror, tanta mysteriorū similitudine, ut quicquid in arcanis literis illi tribuitur, idē & in te mire quadrare uideatur. Si quid ē ecclesiæ, cœlesti spiritu animata, nos regenerat in Christo: tu diuino numine superflua eū ipsū dedisti, in quo renascimur omnes. Tu mysticū illud castellū, quod ingressus mūdi redēptor, à duabus sororibus, gratissimis accipitur epulis. Tu mulier illa singularis, quā oculis aquilinis conispexit, is qui tibi in filij tui uicē successerit. Cuius niuea tēpora, uirtutis omnigenę ambitu cōtexta corona, stellantibus, decorat luminibus, quā torā diuini solis claritas circūuestit, quæque lunā nunquam eodē uultu fulgentē, quippe rerū fluxarū ducē, pedibus substratā, semper calcasti. Tu sponsa, tu cōcubina, tu amica, tu colūba unica, tu amores, tu ignis, tu proprię delitię speculū filiis hominū. Tu delicata illa amatrix, quā unice deperijt filius dei. Tam feruida ut amore dilecti langueres, tā formosa ut dei uerbū ē sinu patris, in tuū ipsius uterū, nitor oculorū tuorū fecerit auolare. Tam uenerāda, ut angelū pronubū merueris. Tā illibata, ut uirū sine uiro cōciperes. Tam incorrupta, ut uirgo pareres. Tam beata, ut arcanū illud tetra grammaton uerbū, quod alijs nefas in ore cōcipere, tu castis haurires uisceribus. Tā denique felix, ut oīum salutē generares. Salue inclita regū progenies, sacerdotū decus, patriarcharū gloria, cœlitū triumphus, inferorū formido, Christianorū & spes & solatiū. Tu sole matutino rutilātor. Tu luna argētea blādiōr, aureo Lucifero formosior, lilio recētī purior, niue intacta cādidior, uerna rosa decētior, unione p̄tiosior, auro generosior, achate gratior, magne te amabilior, opobalsamo fragrantior, amara cōspirātor, melle dulcior, uita suauior, horto irriguo floridior, paradiso fecundior, cœlo sublimior, angelis castior. Salue sacrariū eterni numinis, tricliniū diuinitatis, apotheca spūs sancti. Sed quod etiā tuas inenarrabiles laudes nostra balbutit infantia: Quicquid em̄ poterit humana uel mēs cōcipere, uel lingua sonare, etiā si porro supra nostrū ingeniū fuerit, tamē lōge citra tuū meritū erit, illud autē humanis affectibus, in te, mirabilis dicā an amabilius, quod cū talis sis, o Maria, ut omne terrarū cœlicę fastigiū tibi ceruicē inclinēt, te dominā, te reginā, te imperatricē uenerēs, nō tam ē pro indigno habes humiliū ac miserorū mater appellari, neque cœli sumpto imperio nostri curā potuisti.

fuisti. Sollicitant etiam nunc mitissimum pectus tuū erumnæ mortalium, tangunt uota, mouent suspiria, uincunt lachrymæ. Quo fit, ut benignissimis auribus tuis, undique miserabilis opploret turba. Vnius Mariæ opem, omnis ætas, omnis ordo, omnis implorat conditio. Mariæ pueri ac puellæ, Mariam senes & anus, maximi minimique promiscue sollicitant. Quam enim aliam temerarius nauta ubi uenti mugientes, malū & uela sciderint, ubi fluctus clauū auulserit, ubi procellæ minaces latera tidunt, ubi præsentem intentat omnia mortē, quā tum altā supinis manibus orat, nisi Mariā? Vbi lacera tabula, nudus herēs, per summas undas uolitat, quā in uota uocat, nisi Mariam? Quā infelix uiator, à latronibus cinctus precatur, nisi Mariam? Mariā quos arte potentior morbi uis premit, Mariā quos duræ cōpedes alligat, Mariā miserę puergæ cū laboriosi nixus partū periculose differūt, uotis inclamant. Siue stridētia fulmina orbem conscitū terruerint, siue subterranei motus tellurem cōcusserint, siue ruina fatalis, aut incendij uis ingruerit. In summa, quęcumque laboriosis mortalibus inciderit calamitas, aut malū impendentis metus territauerit, tu una protinus occurras, à qua desperatis rebus opē petat. Tibi mercator sollicitus, sua lucra cōmittit, tibi mare ingressurus, uitā suā deponit, tibi curuus arator spem anni uotis cōmendat. Tibi miles accipitem Martem experturus, uota nuncupat. Te scelerum conscientia pressus, aduocatā adsciscit. Atque etiā ex malorū numero, quibus mille obnoxia est, nominā tibi facit nostra egestas. Te matrē orphanū, pupillū tutricē, rei patronā, captiuū liberatricē, errantes ducē, afflictū recreatricē appellant. Te medicā ægroti, naufragi portū, destituti præsiidiū, deplorati solatiū, oppressi exoneratricē, perditū salutē, desperati spem suam & nominant, & experiuntur. Tu publica calamitoli generis fiducia, ex te una pendens, te unam respiciētis, quippe cui penitus sit p̄suasum (neque uana fides) nihil esse quod præstare, aut nolis rogata, aut nequeas uolens. Videmus & aues uagas, & truces leones, & pardos immāsueros in rebus egenis ad hominis opē cōfugere, malo uidelicet monstrare, unde melius delam petere debeāt. Neque nescit nostra necessitas, ipsiis docta malis, unde subsidiū sperare oporteat. Intelligit, esse te tutissimū asylū, quod rex indulgentissimus sonitibus, semper patere uoluit, uelut ultimū extremis malis perfugiū. Intelligit te canalē esse aureū, a deo dū his, qui de fonte uolunt haurire misericordię. Te esse inexhaustū illud arariū diuinæ largitatis, unde depromi iussit, quicquid nobis largiri decreuit. Te ostiū penarū cœlestis, pulcherrimū, qui panibus, tribus egent. Quo tandem igitur meliore fiducia cōfugiemus Mariā, quæ ad eā, penes quā omne nostrū præsiidiū esse uoluit deus? A quo rectius peter mortalibus egestas, quā ab ea, quā inexhaustæ benignitatis suæ condā promamque constituit deus: ut per eandē nobis largiretur omnia, per quā ipse se nobis ante donauerat. Unde iustius sperabimus reliqua, quæ cui salutis debemus inuitū? Quā magis consentaneū est, uitę auxiliū ferre, quæ uitā dedit? Tum autē quo tutius fugient miseri, quæ ad misericordissimā? Quo se nocentes cōuertēt, nisi ad clemētissimā? Quo profugi, nisi ad asylū? Quo iudicij obnoxij, nisi ad iudicis matrē? Quo tristes rei, nisi ad aduocatam? simul & mitissimā, quippe matrem misericordię, & potētissimā, quippe iudicis genitricē. Quod regis es mater, nihil te non posse, quod autē & clementię mater es, nihil te supplicū causa non uelle cōfidimus. Neque fallit miseros sua fiducia. Quis enim unquam te uotis irritis sollicitauit? Quis tuū numen inuili coluit pietate? Quis inanes preces à tuis altaribus, retulit? Tantū abest, ut ad tua genua cōfugientes, dura repellas, ut ultro etiā inuites trepidantes, ultro occurras cessantibus, sponte tua manū porrigas lacentibus. Ut iam nemo sit mortalium, qui nō magno aliquo experimento, tuā in se beneficentiā testari queat. Flarenā profecto numeret, qui recenseri conetur, quot homines ab imis manibus in lucē reuocaueris. Quot ex præsentibus periculis eripueris. Quam multis, qui iam spē omnē abiecerant, insperatā attuleris salutē. Quot ex altissimo uulnere Barathro, in uitā castigatiorē restitueris. Hinc tibi passim templa dicauit Christianorū non ingrata pietas. Hinc tibi innumerabiles per urbes, pariter & uicos fumant aræ. Hinc toto in orbe sacer chorus assidue tuas laudes decantat. Hinc tibi circum altaria tua, grata donaria suspenduntur, figuntur trophæa, tuęque beneficentię monumēta tibi consecrantur. Omnium uero mētibus sic penitus insita es, ut nemo uel ipso tuo nomine nō recreetur. Qua in turba & ego clarissima uirgo, nunc Pæana tibi cecini, quo placata, precor, ut tuo me filio reconcilies, cuius iram iustissimam, grauissimis meis cōmissis suscitauit. sola namque iudicē accensum mitigare poteris, quæ parere potuisti sola: & potes,

& uis, quæ cum sis misericordiæ mater, tui simillimum filium misericordissimum genuisti, ut tuo confirmatus auxilio, tuoque ductu, per hoc uitæ pelagus sic iter agam, ut perueniam ad patriam claritatis æternæ, in qua cum filio uiuis gloriosa per omnia secula seculorum Amen.

PÆANIS FINIS.

OBSECRATIO AD VIRGINEM MATREM
Mariam in rebus aduersis, per Des. Erasmus
Roterodamum.



Vides uirgo parens Maria, spes unica calamitatum nostrarum, uides quæ diris tempestatibus in hoc mortalitatis pelago iactemur, dum erummosissimi exilij pertesi, in quod miseros Eux nouerca, non parentis intemperantia detrusit, ut cuncti in patriam molimur recursum, te scilicet una inter uagos huius uitæ fluctus, noctemque densissimam (ceu prospera stella) prælucente, simulque secunda tui fauoris aura semper aspirante. Alio qui nullam omnino portus contingendi spem habeat, hæc tam diutina, tam plena discriminum nauigatio, nisi tuum usque numen tantis in malis propitiū ac presens affulgeat. Sed num destituis cursum nostrum o diua, graues hominum semper miserata labores? Neque enim ignoras, huius qua uehimur, corpusculi cymbam, quam fragili sit tabulatu compacta, quam rimosa, quam sutilis. Et hanc tamen tot malorum fluctus oppugnant, tot circumualant pericula. Hanc pestiferi cacodæmonij flatus horrendo cum murmure circumfremunt, omnique ut certant nunc acutis ambitionis cautibus illidere, nunc in estuatum libidinum uadosas syrtes impellere, nunc immanibus charybdibus hiatibus sorbendam tradere. Hinc mirum sunt procaces illi austris, & Boreæ sonori, neque non uolenti Africi, Notique imbriferi, qui tartareo è specu emissi, qua data porta ruunt ac terras turbine perflant, qui graues illas tempestates nobis quotidie consciscunt, tot edunt naufragia, dum hunc per omne nefas præcipitem agit uentoso gloria curru, ille è turpissimarum uoluptatum cœno nequit eluctari, dum alius, quo res sit incolumis & auctior, ipse perit infelix. Iam porro hinc crudelis insequitur pirata, quos gnati tui preciosus sanguis asseruit, denuo in foedissimam seruitutem retracturus. Inde rursus deliciarum blandissima Siren, exitiâ dulcibus cantilenis aures animumque sollicitat, ut oblitus patriæ, oblitus nostri, recta in certissimum interitum abeamus. Iam uero quam periculosa illa fortunæ, seu fluctuum alternantium uicissitudo, cum interim secunda & uenenatis muneribus accumulâs, nauiculam nostram in sublimem tollit, interim aduersa & læuens, deque summo fluctu præcipitans, imis harenis illidit. Quid quod interdum tumultu negotiorum, ueluti turbine irruente, sic obruimur, ut neque clauum iam audiat nauis, neque certum cursum tenere liceat? Quid quod interim ipsa etiam arridentis æquoris lenitas, quauis est procella insidiosior? dum non raro credulos, nimium cœlo pelagoque sereno confisos, repente uersa tempestas opprimit, & qui modo tanquam portum tenentes, lætè celeuma canebant, protinus medijs in fluctibus natant. Quid autem recenseam, quantum immanium belluarum pontus hic alat, semper in nostram prædâ inhiantium. Neque uero desunt etiâ huic elemento sua uenena, letale uirus undique afflantia, dum alius assentatione nobis imponit, alius pestiferis consilijs ab honestis auocat, alius ad pernitentiam hortatur: hic palam iniurius, ille clancularius hostis nocet: hic in os cõtemeliosus, mentis otium perturbat, ille fucatus amicus niueo denticulo uiperè uirus infundit: hic atro loliginis succo tinctus, fame labem conat offundere, ille torpedinis in morè, frigidum afflans uentum, charitatis ardorem nititur extinguere. Tum uero gelido soluuntur frigore membra, cum piceæ nubes ignorantia eripiunt nobis cœlumque diemque: cum lacero uelo, dissipatis antennis, amisso clauo, cæcis erramus in undis. Tunc multus ubique pavor, & plurima mortis imago. A deoque lachrymabilis huius uitæ, quæ à uinculis & uagitu sumus auspiciati, perpetuus terror calamitatum est plenissimus, ut ne ipsa quidem tranquillitas discrimine uacet. Vides hæc, o regina cœlestis, & miserata, succurris periclitantibus. Neque enim fieri potest, ut aut non dispicias casus mortalium, quæ quidem uel nominis ipsius argumeto, sublimis illa sis Elice, illa sis cynosura clarissima, summo scilicet mundi cardine, quæ sola falsas occidit Ethydas undas non attingit, cuius ne leui quidem aspergine unquam comaduit. Neque consentaneum est, ut uilla

eorum

eorum quæ sunt in terris pars, tuos oculos suffugiat, cum tu sis luna illa pulcherrima, æterni solis & soror & mater, quæ nostros labores de proximo despicias, quippe uicinum et familiarissimum terris sydus, in fluxuque longe omnium efficacissimum, quæ noctem hanc nostram mihi lumine sublustrem facis, non uaga, nunquam senescens, nunquam inæqualis, nunquam deficiens, nunquam occidens: sed assidue pleno pernitens orbe, semper obuia soli, unde mutuum lumen uicique plenissime haustam nobis refundis, salutaris succo uegetans & augens omnia. Ergo neque non uides o Maria, cum eadem & stella sis huius nostri pelagi, et luna nostræ terræ, neque rursus uidentem non tangunt hominum mala, cum te iam olim matrem suam, & misericordiæ matrem mundus hic nos ter appellat, tuque non inuita nomen istud agnoscas. Atque omnino necesse est, ut te matrem, res hominum sollicita habeant, quæ quidem filium pepereris, usque ad eum nostri generis amantem, ut huius exilij cõmunis incolam facias, pro nobis asserendis sese deuouerit, tamque libenter in omnes casus effuderit: neque igitur aut non uides hominum erummas, aut uidens non miserescis, neque miserta, mederi non potes, cum & filium genueris exorabilem, præterea sic tui amantem, sic obseruantem, quippe piissimum, ut nihil omnino neget postulanti. Neque rursus à patre frustra quicquam peti filius, propter incogitabilem mutuam inter ipsos charitatem, & nihil non potest pater, nihil item non potest filius, ut qui ab omnipotente nascatur omnipotens. Proinde nihil non potest tu quoque, cuius uel pietati uel honori, filius nihil non tribuit. His argumentis ratiocinatur nostra mortalitas, non ingentio, sed egestate solers, te unam esse, o uirgo deipera, unde afflicti dis in rebus, opem & poscere, & sperare debeamus, quæ una uales omnia, & quicquid uales, id omne nobis uales. Certa itaque fiducia, en ego pronus tuis aduoluo pedibus, illis quibus etiâ cœlites ipsi sese substernunt, præsentem tuo numini supplices tendo manus, non sine multa scatebra lachrymarum, quas mihi è penitissimis animi uenis, partim huius exilij labores, amarissimas expriment, partim noxiarum, quas tuum in filium admitti, conscientia excutit. Succurre queso mea seruatrix, mea salus, meum unicum certissimumque periculum Maria, præfulge stella salutaris caliganti, dirige errantem, aspira laboranti, consumma uacillantem, fulci nutantem, ad lites periclitantem, ne forte nauiculam hanc quassam, iam exarimatam, iam rimis fatiscentem, decumanus ille fluctus obruat. Imò in tutum restitue, iam scopulo infixam, iam naufragam, iam exitio proximam. Serua, meum dulce decus, animulam hanc, quæ sese tibi (quanta est) nuncupat. Quod si uotum non abnuis, iam tuum est quod perit. Ne linas (amabo) interire, quod tuus gnatus sapiens architectus, tam accurate finxit, quod tam diligenter exornauit, quod idem tam immenso sanguinis sui pretio redemit. Redde uel opifici plasma, uel artificii opus, uel redemptori mercem suam. Sed quid ego te iam dudum pijs obtestationibus, tanquam magicis precaminibus aggredior, quando tu nostra es illa diana, triplici numine pollens, quæ cogi quoque uocibus humanis gaudeas? Quidni ualeat apud te uerè diuina pietas, quod apud falsam ualebat superstitio. Quidni obtineat apud te cultus purus, quod apud illam ritus sacrilegi? Quidni te fleant Christianorum lachryma, cum illam malefica carmina mouerint? Quidni te pia tangant obsecrationes, cum illa impias execrationes senserint? Obtestor igitur exorabile pectus tuum, o regina cunctiorum, per quicquid tuum, filijque tui numen placare potest. Per uenerandam tui cõceptionem, à qua labem procul arcuit is, quem tu postea simili puritate cõcepisti. Per adorandam natiuitatem tuam, qua ueluti luciferi sydus, placido lumine exorta, uenturi solis certissimam spem dedisti mortalibus. Per infantiam tuam, deo gratissimis studijs transactam. Per summam animi tui sinceritatem, humilitatem, pietatem, quarum uirtutum fragrantia, dei patris unigenitum, ueluti proci amore ebrium, in terras pellexisti, nimirum ut uirgo sponsa, uirgini sponso cõtingeres, et purissima purissimum cõciperes, illibata illibatum generares. Per ter adorandum illud opificium, perque ter felicem animi tui sensum, cum te conscia, ille faber singularis spiritus immortalis in officina uteri tui, trifforme opus sacris ternionibus, absolueret, purissimum filij tui corpusculum, de uirgine sanguinis tui guttula repente fingens, simulque beatam illam animam de nihilo creatam, mortalibus quidem, sed omnino sincerissimis organis inserens, cum anime uero parte liquidissima diuinitatem agglutinans, atque ita limbum, uitam, & deum, tam concordi discrimine, & discreta concordia copulans, ut inter se non permixtæ naturæ, in eandem tamem cõtrent personam. Per sanctam tuam officinam, quæ uirgo grauida, anicula foetæ, redemptore prægnans, præconne prægnanti cognatæ, sedula præstitisti. Per ineffabile pectoris tui gaudium, cum puella

RR 4 uirilia

uirilis ignara cōsortij aureū illum fœtum, spem orbis uniuersi, in aluo tuo gestares tuocq; succo aleres, neq; dulcis sarcinulæ sensu carens, neq; tamen uulgo prægnantiū fastidia sentiens. Per fœlicissimā expectationē tuā, cum statas pariendī metas solícite numerans, parētis nōmen tibi promitteres, integritatis secura. Per sacratū partū tuū ab omni cruciatu, ab omni pudore, nostricq; puerperij sordib; tam immunem, q̄ tu fueras ab omni libidine aliena. Per sancta mētis tuæ tripudiā, cū obsterricantib; angelis, dulcis ille pulsio de corporis tui thalamo procedens, tibi quidē matris nomē adferret, nobis uero renascendī spem, natus ostēderet. Per ineffabile meritū tuæ paupertatis o Maria, qua tu uitā omnīū, recentē tuū partū, sæuiente decēbri, nō domi sed foris, nō in palatio, sed in humili tuguriolo suscepisti: eūq; nō purpureis fascijs, sed panniculis inuolutū, pro legmētatis cunabulis, duro præsepio reclinasti. Per piās animi tui uoluptates, cū filiōlū tuū ab angelis annunciari, à pastoribus quaritari, à magis, quos index stella exciuerat, mysticis donarijs honorari cōspiceres. Per genuinū illū parētis affectū, quē tu supra matrum uulgus erga dulce pignus tuum Iesum, longe flagrantissimū perensisti. Perq; mutuā illā & inenarrabilē pietatem, qua tu mater filiū deū, te cōtra, filius uirginē genitricē adamauit. Per cum sensum, multo felicissimū, qui toties tua materna præcordia titillabat, quoties decoros & mites ocellos gnati tui, tua scilicet lumina iucunda similitudine referentes diuinauabaris, quoties frontem frontis, os ori, uultum uultui, manusculas manibus simillimas contemplans agnosceres. Per maternā sedulitatē, quā Iesu tui cunabulis, noua puerpera officiosissime impertiebas, siue cū argentē puellū, tepēti gremio cōfoueres, siue cū uulnīs circumplexa, sinui uirgineo apprimeres, siue cū uagienti blandulis nanijs somnos accereres, aut noto admouēs pectusculo, de uirginea papillula suspenderes immensam mundi machinā digito libran/tem, siue cū lachrimantē pñs suauolū collābens, profiliteres guttulas osculis exorberes. Per illū materni lactis nectareū succū, qui de uirginē tui pectoris fonticulo subscatebat, cū niueo liquore nutricares uniuersa pascentē. Per officiosam sollicitudinē, cū infanientis Herodis impietate fugiens, spē nostrā in Aegyptū asportares, ne scilicet periret ante diē, per quē omnes eramus seruādī. Per humilitatē illā tuā, deo lōge gratissimā, qua factū est, ut neq; in puero circūcisionis, neq; in teipsa purificatiōis cæremōnias obire dedignereris, perinde quasi in illo fuerit quicq; putre refecandū, cuius unius puritas, maculis omnium abolendis sufficiebat: aut tibi ullo piaculo fuerit opus, ad cuius puerperij, quocūq; etiā aliarū uirginitas sit sordidissima. Per blāsum illud & blādū lallare infantuli tui. Per amicos arisus, per mutos quidē adhuc, sed gesticulantes affectus, per inuicē data ac reddita baliola, per charissimi pignoris non onerosas gestationes. Per beatū pietatis affectū, cū te filiulus, iā nostra uerba meditās, blāsula dulcicq; uocula materculā appellaret. Per blāditiās, pietatis plenas, uicissim dictas ac redditas. Per domesticas cōfabulatiōes, & o q̄ sancta inuicē colloquia. Per sollicita desideria materni cordis, cū filiū iā grādiusculū per omnia uelut amissum uestigares. Per officiosas curas, & uota purissimā, quib; unigenitū tuum mortalīs aut gradibus adolescentē, prosequere. Per algores, per æstus, per sitim, per esuritiōnē, per uigiliās, p̄ inopiā perq; omnes humanę uitę iniurias, quarū te teste, nihil ille recusauit. Per sanctissimos manū tuarū labores, atq; industriā, quib; pauperculū filiū, paupcula sustinebas. Per arcanum gaudium, quod in tacito sinu gaudebas, cum filium quē hominē homo genueras, diuinitatis specimē ædentē uideres, aquā in uinā uertentē, morbis simplici uerbo medentē, sepultos excitantē, mari imperantē, peccata donantē, demones exigentē. Per omnes filij tui cruciatus, quos tu materna sympathia cōmuniter pertulisti, ut nos instauratā salutē filio, sed nō sine matre deberemus. Per amarissimas lachrimas, quas ille nō raro pro nostris malis fudit. Per indigna probra, quibus ille toties à Iudeis p̄ nobis male audijt. Per spontanea filij tui tēdia, cū illic nostro exitio angeretur. Per sanguinē sudorē, quo totū illū à uertice usq; ad imū pedē nostra scelera perfuderūt. Per acerbū illū tuū tuicq; unigeniti pudorē, cū agnus ille niueus, perinde uti scelestus parricida quispiā, à sacrilegis ministris, magno cum tumultu captus, à iudice ad iudicē, populo insultatē, ductaret. Per grauiorē etiā erubescentiā, cum ad submissiorū testium calumnias obmutesceret. Per infanas illius turbæ succlamationes. Per maledicta in eū ingesta, per illifos colaphos. Per laceros unci tui uultus impię conspitos. Per funes illos infames, quib; astrictus est ille, qui nudū soluit à crimine. Per artus omnes, lictorij flagris, inclemētē sulcatos, Per mille puri

purē sanguinis riuulos, toto corpore profilientes. Per indignissima ludibria. Per pallam, ridiculi gratia datam. Per arundine pulsatū caput adorandum. Per alapas, cruentis manibus impacatas. Per ludibriosam coronam, quæ uulnificis aculeis, simul & tua uicera & sacra filij tui tempora penetrauit. Per capitalem sententiā in innocentissimum reum inique pronunciatam. Per tristissimos tuos passus, quibus infamem arborem humeris baiulantem, diceris profecuta, ut infame supplicij unici tui, mater spectares. Per materni cordis uulnus, cum gnatum tuum inter duos latrones medium tolli conspiceres. Per sanctissimos artus tam ualide distentos. Per creatrices illas manus, & pedes innoxios, diro ferro confixos. Per extrēmam sitim. Per fellito aceto imbutam spongiam, sitienti porrectam. Per materni tui pectoris affectionem, unī tibi cognitam, cum mulierē de cruce appellans, te discipulo, tibi discipulum, uirginem uirgini cōmendaret. Per internum animi tui sensum, cum iam sibi mortem sponte asciscens filius, ingenti clamore, preciosam animam paternis manibus commendaret. Per sacrosanctum mysteriū, cum testibus oculis tuis, fons ille ter adorandus, de dormientis latere scateret, pariter & aquā abluendis, & sanguinem uiuificandis nobis propinans. Per crudelissimum doloris gladium, quem tibi iam nouæ puerperæ fatidicus senex fuerat uaticinatus, qui tua materna uiscera per singulos unci tui cruciatus atrocissimis uulneribus confodit. Per æstuantissimum redimēdi generis humani desiderium, quo fiebat, ut cum omnes gnati dolores pari penē sensu ferres, tamē incredibile gaudium pariter cum eodem caperes, quod tua, filijq; iactura, nostræ salutis negotium peragebatur. Per fidei tuæ meritum, cum attonitis ac dubitantibus cæteris discipulis, tu sola redemptionis nostræ mysterium, tacita tecum mente reuoluēs, multo plus uoluptatis de nostra uita, q̄ de filij morte lucius percipiebas, de resurrectione perpetuam certissimamq; spem obtinēs. Per nullo sermone consequendū, gaudium pectoris tui, cum Iesus tuus iam uictor, iam redituius, iam immortalis, primum sese tibi spectādum exhiberet, multo lumine conspicuum, opimis spolijs, æternisq; trophæis decoratū. Per pia mentis tuæ gaudia, cum unigeniti tui nomen ter sanctum toto iam orbe uideres inclarescere, eumq; quem tu sola, carnē factum de tua carne, carnaliter cōceperas, secundum carnem genueras, iam à tot millibus spiritalē spiritaliter cōcipi lætareris. Per pia suspiria, per sanctissima desideria, per purissima uota, per beatas lachrymas, quās mater, filio superstes, ubertim in terra sudisti, quoties dulcissimi cum eo cōuictus recordatio subiret animum, quoties de redemptionis humanæ consilio, quoties de mysticis illius factis pariter & didicis, cum amicis eius ac discipulis sermonē sereres, aut quoties religioſa sedulitate obambulans, sacra reuiferes loca, in quibus ullum modo unici tui monumētum extaret. His in cunis primum uagij infans. Hoc in templo mihi repertus inter legis cōsulcos. Hoc in triclino, aquis in uina transformatis, conuiuium exhilarauit. Hac in ripa baptizatus est: in hoc deserto ieiunauit: in hac solitudinē tantā turbam, tantulo cibo saturauit. Hoc ex loco hanc et hanc parabolam differuit. Hoc in monte consedit, cum hæc atq; illa doceret. Hac politicus inambulantis obtinet uestigia. Hic conuiuium egit. Hoc solum illius lachrymis commaduit. Hoc erat uultu, cum quatuorarios è templi septis exturbaret: ut palluit, ut fremuit, ut fleuit, cum Lazarum amicū, sororibus uiuum redderet. Hic stabat, cū cæcum illuminaret. Ad hunc puteum, itinere fessus, quieuit. Hic mihi uni hæc atq; illa dixit. Hic ductus est, hic pependit. Hoc in tumulo situs est: his in uestigijs apparuit. Hinc nobis dixit supremum uale, patrem repetiturus. Hoc in coenaculo patris suumq; misit spiritū. Per horum atq; similitum beatissimā memoriā, quæ tibi filiū absentem feliciter etiā præsentem reddebat, q̄ antea fuerat in carne. Per crebros angelorū cōmeatus, quī te familiariter interuidentes, uota matris ad filium, filij munera ad matrē perferebant. Per sancta tua uita mortalis tædia, cū iam terrenis eximi rebus, filioq; immortalis, immortalis gestiebas copulari. Per festiuos cæli totius applausus, cū te supra cōfessus angelico euectā, filius proximo cōfessu reciperet, rerumq; omnīū ditionē impiret. Per ineffabilē tuam erga genus hominum pietatē, perq; tuum longe mitissimū pectus. Per tuam felicitatē, nostrosq; lacres. Per tua gaudia, nostrosq; lucus. Per hanc quantūlacūq; pietatē, qua tuum nūmen utcumq; esolo. Per omnium, qui in te spes fixere suas, uota obsecro obtestorq; uirgo intemerata, peccatoris huius patrociniū apud filium iudicem suscipe, eius iram, quam meis flagitijs excitauit, deprecare: reconcilia caput hoc noxium ei, quem tuis uberibus aluisti

aluisse, ut eiusdem & illustratus lumine, perniciofa à salutaribus dinoscā, & unctioe confirmatus, quæcumq; illi grata sciero, ea cōstanti persequar affectu, rursus quæ inimica, ea penitus detester, atq; auerfer. impetra quæso mihi, mea precatrix, maximum quoddā à filio munus, ut totò pectore, atq; prorsus ex animo, me ipsius oderim mala, neue qd amem aut mirer, præter unū filium tuū, in illius imaginē merear trāsfigurari, ut suaue etiā mihi fiat cum illo crucē tollere, atq; in ea per spem & patientiā, ad finem usq; uitæ feliciter perseverare: utq; iam rerum permutatis uicibus, ea animo meo incipiant amarescere, quæ me animalē stultē delectabant, ea contra iuuent, quæ aliquādo pro maximis malis habebam, nē me arctā unigeniti tui uia, uel carnis illecebræ transuersum abripiant, uel irruentium malorum procella deturbet. Et quoniā consutili nauicula, in quā & ille quondā dignatus est descendere, tam periculosum nauigo mare, precor o Maria, ut illo quidem uentis & mari imperante, te uero usq; prælucente, in portum cœlestis Hierusalem contingat apellere. In quo gnati tui beato consortio frueris sine fine. Amen.

OBSECRATIONIS FINIS.

DES. ERASMV ROTERODAMVS CANDIDO
Lectori s. D.



SÆPE questus sum optime lector, me grauari studijs amicorum, qui me uiuo & reclamante euulgant quaslibet nugas, quas puer etiam exercendi stili gratia lusi, nihil minus cogitans, quam ut in hominum manus uenirent. Qua quidem in re hoc etiam sum infelictor, quod nunc prodeunt hoc felicissimo seculo, minus obnoxia futura sanis hominum, si tum fuissent edita, cū primum erant condita. Nunc leguntur ut à sene prodita, quæ nec adolescēs in hoc scripsi, & leguntur ab hac ætate, quæ tam multos habet naris emunctissimæ. Olim uix annos natus uiginti, ad improbas preces cuiusdam qui adhuc in uiuis est, scripsi epistolam quæ ille cupiebat Iodocum nepotem ad suæ uitæ consortium euocare. Huic sapsus descriptæ, & passim euulgatæ meum addidere nomen, cum mihi nullus sit nepos Iodocus. Alieno stomacho scripsi, & ut res ipsa clamitat, scripsi neglecte, ludens ex tempore in locis cōmunibus, nulla tum in structus autorum lectione. Ac typographi palam minitabantur sese edituros, nisi æderem ipse. Itaq; relegi, pauculisq; uerbis immutatis, passus sum officinis committi. Sic opinor fiet aliquando, ut desinant pueritiæ meæ nœnias adamare. Bene uale lector optime: & si legis hæc, cum uenia lege, & sic lege, ut alieno scripta stomacho.

DES. ERASMI ROTERODAMI
DE CONTEMPTU MVNDI EPISTOLA,
quam conscripsit adolescens in gratiam cuiusdam, & illius nomine.

Theodicus Harlemeus Iodoco Nepoti doctissimo s. D.



LIM quidem Iodoco adolescens charissime, non mediocris mihi ad te scribendi incelsit cupido, sed hæcenus pudore magis quam negligētia filii, ueritus scilicet ne te singulari, tum prudentia, tum eruditione hominem ego admonere parans (ego inquam natus quidem haud multo maior, cæteris autem rebus longe inferior) aut ululas Athenas (utin prouerbij est) aut in syluam ligna ferre uiderer. Non quod dubitarem quin tu (ut es animo lenissimo optimo que) adhortationem nostram in optimam partem acciperes, sed ne ego parum modesti uiri officio functus uiderer, qui te admonere tentarim, à quo me admoneri lōge æquius erat. Quid igitur faciam? Scribam ne? At id pudor uetat. Sileam ueror? At e regione id amor tui Iodoco non sinit. Ergo ne perpetuo hærebit in dubio animus, hinc suadente amore, hinc dissuadente pudore? Verum ambiguo animo uix quicq; est molestius. Vincat tandē, uincat quod equū est uincere, cedat amori pudor. Pluris mihi debet esse tui commodi ratio, imò tuæ salutis, quam alienæ de me opinionis

nionis: Quod si nostrum scribendi officium arrogantia magis quam prudentie dabitur, eatenus certe peccato meo danda uenia erit, quatenus ab amore (qui nihil consulte agere solet) profectum uidebitur. Malui enim amanter scribendo audentius, quam pudenter tacendo prudentius agere. Nec uereor omnino ne hoc patrono (amorem nostrum loquor) absolui nequeam. Neq; em̄ aut simplex est, aut uulgaris, sed & geminus et singularis. Maxima siquidē ac plurimæ necessitudinis tecum mihi causæ intercedunt, mutui à pueris conuictus, mira quædam animorum consensio, cōmunia optimarum artium studia, innumera tua erga me officia, deniq; singularis & tua & tuorū in me beneuolentia. His omnibus etiam sanguinis affinitas accedit. Quid autem ea necessitudine potest esse copulatus, quæ quasi duplici catena colligatur, hinc sanguinis uinculo, hinc conuictissima quadā charitate animorum? Itaq; uelim sic tibi mi Iodoco, persuadeas, neminem unquam tibi quæ tu es fuisse chariorem. Quando autem te æque atq; me ipsum diligo, aut etiam amplius, æquissimum est, ut tua salus nō minori mihi curæ sit, quæ mea ipsius, immo facit id (nescio quo pacto) uerus amor, ut acerbius amici, quæ nostra incōmoda doleamus, eiusq; commodi quàm nostri simus cupidiores: deniq; (ut paucis dicam) facit ut homo sit homini charior quàm ipse sibi. Quod equidem de te sperare, de me planē affirmare possum. Hinc mihi eam fiduciam sumpsi, ut modestæ paulisper oblitus, hanc hortatoriam ad te epistolam scriberem, qua te plane à mundi strepitu commercioq; abducere, atq; ad monasticam, id est, solitariam tranquillamq; uitam transferre cupio. Res ardua, & quæ non passim uulgo persuadeatur, sed quoniā eia uitæ tuæ integritas est, ut iam nunc præter habitum (in quo mihi quidem gratulor) prope nihil suum in te mūdus habeat, exhortationem meam non inanem futuram confido, quandoquidem eodem te & optimi animi impetus, & nostra uocat oratio. Quis enim dubitat ei rati cursum esse facillimum, quæ & uentis fertur & anne secundis? Quæquam autem in optimam spem tua me probitas uocat, nūquam tamen timere desinam, donec nequissimo istri & lubrico seculo ualedixeris, atq; ad cœnobium tanquam in tutissimum sinum te receperis. Quoties enim (crede mihi) discrimina in quibus tua uita uersatur, mecum pertracto (id autem facio prope semper) toties singularis tui amor anxium me atq; sollicitum reddit, nec aliter afficior quàm pia mater, quæ gnato unico, eodemq; charissimo fretum aliquod crebris infame naufragijs nauigante, sæuisimum uentorum turbinem surgere non sine lachrymis uidet, pallefcit, trepidat, æstuat, gnatum in somnis cogitat, gnatum dormiens somniat, semperq; animo peiora ueretur, semperq; timet grauiora pericula ueris. Atq; utinam ego non minora ueris pericula timeam, sed noui ego, noui Iodoco noui, quos istud seculi fretum habeat motus, quæ uitæ pericula, quor mortium genera, unde prædem scissa rate uix exigua uehente tabula nudus euasit. At tu forsitan ceu temere securus timidusculū me uocās, securum esse iubebis. Atqui isto pacto pectori nostro metū non exemeris, imò adauxeris: tantūq; abes, ut securū præstiteris, ut spem etiā nostrā propemodum omnē labefeceris. Tanto enim periculolius discrimini pates, quanto minus intelligis, aut certe si intelligis, non caues. Nihil ista confidentia perniciosius, nihil dementius. Quid em̄ eo nauita uecordius, qui inter spumantes aspergine scopulos, syrtes furentes, uoracesq; pelagi uorticēs, tēpestate sæuisima, rate deniq; parū firma nauigans, nihil metuat periculi, sed ad gubernaculū resupinus cantitet, uectoresq; suos ueret esse sollicitos? Quis nō eiusmodi hominis & temeritatē exhorreat, & incolumitati timeat? Neq; ego mi Iodoco prius tibi timere desinam, quæ tu inquietissimū istud seculi pelagus desines temerarius nauigare. Rīdīcula, inquit, comparatio. Quid seculo cū pelago cōuenit, cū altero nihil sit blandius, altero nil horridius? Imò si propius intende re uacet, haud scio, an ulla sit accommodatior. An tibi sirenum male dulces moduli, quibus præter nauigantes sopire, tumq; mari mergere solitæ feruntur, male blandas seculi illecebras inepte uidentur exprimeret? Quæ utinam uideas quos adolescentiæ tuæ laqueos, quos dolos, quæ retia tetēderint. Harū igit facilltus fugias (fuga em̄ tutissima est) nec temere confidas istac te impune nauigaturū, ubi fecisse naufragiū uides Dauid, Solomonē, itemq; alios & plures & nobiliores, quæ ut hoc loco cōmemorandi sint. Hoc breuiter dixerim. Nemo pene euasit, nisi q; fugit. Vlisses, Homero auctore, q; sapiētis perfectiq; personā gerit, sirenū istarū uoces multo studio, ut q; cera aures oppleuerit, seq; malo rudēte astrinxerit, uix effugit. Tibi porro qd spei est, in cuius unius perniciē tot pariter res cōiuratur,

A beneuolentia exordium

Propositio totius argumēt

Argumenta tionis astutiā

Seculi pelagi periculorū comparatio Sirenes

actas

etas lasciuens, forma alliciens, opes, facultas, libertas, monstrorū deniq; istorum heu nimium dulcium nocturna, diurnaq; carmina: Nec tibi minus metuendos cenſeo prominētes istos atq; acutos scopulos, ſeculariū dignitatum fastigia, in quos si te uiolentior ſtatus impulerit, pulchre tibi res habebunt, si breui tabula natantem in littus aliquod ignotum procella efficiat. Quid charybdiū inexplēbiles uoragines, quæ si quam forte corripueratem, currentem ſistere, atq; crebrius in orbem actam abſorbere memorantur, num obſcurum habent auaritiæ ſimulachrum: quæ inſatiabili habendi studio peccus exagitat, nunq̄ ſinit eſſe quietū, donec abſorptū barathro demergat. Nunc ſyrtilū furibundos eſtus indomitos irarum impetus accipe, quarum iſtic tanto copioſior materia, quanto offeſa crebrior. Quid uenti? Nōne tum aſſentatorū, tum maledicorum ſermones peſtiferos pulcherrime referunt? Qui nihil refert unde ſlent, perinde utriq; timendi. Nam si ſecundi, in aſperrimas cautes puppim præcipitē ferunt: ſi aduerſi, nihilo minus in ſyrtes agūt. Et quid horrenda illa fluctuum alternatio, modo ad ſydera ſeſe tollētium, modo in ſeipſa reſidentium, q̄ apte fortunæ uiciſſitudinem uarietatemq; exprimit, qua plerunq; fractus animus ad impatientiam deiſcitur, dum nuper beatus ſubitam calamitatem ferre neſcit. Prætereo tempeſtates, taceo nocturnos errores, ſyderum fallaciam, beluarum, quas pon tus alit, mille genera non commemoro, quæ ipſe pro tuo ingenio & plenius excogitabis, & rectius interpretaberis. Quid quod ne tum quidem fidendum eſt, cum tibi placidum blanditur æquor, cum ſe uitreæ ſtrauere procellæ, cū aeris arridet ſenior facies: Id enim agitur, ut te ſubita tempeſtas ſopitum inueniat. Proinde haud ſcio, ſit ne ſeculi proſperitate uirtuti aduerſius queſquam, quicquam nocentius, quicquam inimicitius. Nam ſcriptura teſte, multos quidem frangit calamitas, longe uero plures proſperitas ſoluit. Tu igitur mundo blandienti caue quidquam fidas, ne te (quod deus auertat) fracta nauis natantem poetico illo deſeamus uerſiculo:

Onimium cœlo & pelago conſiſe ſereno
Nudus & ignota Palinure iacebis arena.

Periculofum eſt morari in mundo.

Cap. II.

VIDEN' optime Iodoce, quanta te circumſtent pericula, cui uel ipſa eſt periculofa tranquillitas: Quid? tu ne ſperas hæc te ſuperare diſcrimina, ut nihil ulla ex parte detrimenti capias, præfertim in iſta ætate quæ uel ſuoſpeim petu in flagitia prona fertur, nedum cum tot irratamētis impellitur? At ſpero, niſi quis. Spero licet, & ego quoq; una ſpero, ſed tamen uereor ne fruſtra ſperauerimus. Tu uelim hæc noſtrā ſpem paulo reddas ſecuriorē. Sed facile ſuſpicor quid inter hæc legenda tecum ſubmurmures, Viſque adeo ne iſthic tuta ſunt omnia? Itā ne ſoli ſeruabūtur monachi? Ergo ne perituri omnes cæteris? Minime uero. Nō diſſiteor & iſthic eſſe quorum nomina liber ille uitæ teneat annotata, neq; qui in monaſterium commigrarunt, ſi continuo res ſuas in tuto collocauere, ut planē ſecuros uiuere liceat. At tantum inter hoc & iſtud uitæ genus intereſt, quantum inter eum qui iam in portu nauigat, tamen ſi nondum retinacula fixit, & eum qui medio adhuc pelago fertur: uel potius inter eum qui natat in undis, & eum qui terra facit iter. Non perijt, qui commoratur in mundo, ſed periculo propior eſt. Ego uero mi Iodoce, quoniam tibi optime conſultū uelim, ſumq; tuæ ſalutis fortalle teiſpo ſtudioſior, diſcrimina fugere, tuta captare iubeo. Qui amat periculū (ut ait ſapiens) peribit in illo. Quaſo te quorſum opus eſt ſæuis iactari fluctibus, cum terra pateat iter, & tutius & commodius? Quis (niſi proſus oculis captus) non uideat longe eſſe tutius, iucundius, commodiusq; per amœna atq; uirentia prata abſq; formidine iter agere, quam inter tot mortis imagines, perpetua cū anxietate uerſari? Eo ne cæcitate uentum eſt, ut noſtris etiam erumnis delectemur, & (ut apud Vergiliū eſt) inſano iuuet in dulgere laboris? Huc ades o Iodoce, quis nam eſt ludus in undis?

Hic uer perpetuum, uarios hic flumina circum
Fundit humus flores, hic candida populus antro
Imminet, & lentæ texunt umbracula uites.
Huc ades, inſani feriant ſine littora fluctus,
Hic liquidi fontes, hic mollia prata uirentesq;

Hic

Hic nemus, hic ipſo tecum conſumerer æuo.

Libuit hoc Vergiliano carmine te ad noſtras delicias ab iſtis auocare fluctibus. Sed neſcio quibus præſtigijs, animi tibi ſcīnat oculos male blanda ſpecies, geſtientiēq; animum itidem ut uiſco quodam impeditum moratur ac detinet. Subit enim cōtinuo ſuſcata illa rerum facies, tamq; euntem blande reuocat, quid inquiring, agis demens? Cur & te, & tuos is perditum? Itā ne uniuerſos deſeris crudelis? Ut ſodales chariſſimos, atq; amicorum turbam contempnas, parentū non miſeret? Et quid tandem animi miſeræ illi futurum cēſes, quæ te amat miſere, quæ te deperit, quæ te maritū optat? Vide etiā atq; etiam, quid inceptes. Mollior es, quam qui rem tam duram perficias. Iſta ætas, iſta forma, multo alijs rebus conueniunt. Vah tam indigne æui florem patieris excidere? Solus perpetua mœrens carpere iuuētā? Senibus quibus uita iam deſijt eſſe ſuauiſ, iſta relinquant: tu puer es, nec te quicq; niſi ludere oportet. Vel illud reſpice. Domi res tibi ampla eſt, futura amplior ſi manſeris. Ea perit. Honoribus ſatis ornatus es, clarioreſ impendent, ni te ſubtraxeris. Hæc omnes quærun, tu unus quæſita relinquis? Ergo ne abis, nunq̄ poſthac hiſ fruiſurus gaudijs, hiſ opibus, hiſ & hiſ commodis? Saltem da ſpatium tenuemq; moram, ma la cuncta miniſtrat impetus. Audiſti, audiſti? Et iſtæ ſirenū uoces ſunt, ſed tu per ſalutem tuam caue auſcultaueris. Vlyſſem te præſta. Mentem tibi excantabunt, ſi aurem acciſeris eſſe atq; in æternū exitium ducere memineris. Huc potius aures, huc oculos, huc animum fleſte, collige quicquid in te eſt uirium, intende q̄ potes acerrime mentis aciem, nihil tibi ineptus blandiaris, rem ipſam introſpice, uidebis proſecto, ſi quid tamē uidebis, q̄ putida, q̄ inania, q̄ deniq; te ſint indigna quæ euolare non ſinunt.

De contemnendis opibus. CAP. III.



VID enim tibi pollicetur mundus, quod tanti ſit, ut eius gratia ſalutem tuam in dubium uenire ſinas, atq; a noſtris uelis abeſſe delicias: Quid inquam tibi pollicetur? Opum aſſuentiam? Nam eas in primis mirantur mortales. At hiſ nihil miſerius, nihil uanius, nihil pernicioſius. Hæc omnis flagitiū & magiſtra, & miniſtra. Neq; enim temere omnium malorū radicem ſcriptura appellat cupiditatem. Hinc amor ſcleratus habendi naſcitur, hinc iniuriæ oriuntur, hinc ſaſtiones pulſulant, hinc furta, hinc peculatus, hinc ſacrilegia, hinc rapinæ; hinc latrocinia proficiuntur. Hæc inceſtus pariunt, hæc adulteria gignunt, hæc ſupra nutriunt, hæc amores inſaniſimos luxumq; alunt. Deniq; quid non mortalia pectora cogit auri ſacra fames? Vides igitur quam ſapuit Flaccus Horatius, qui eas ſummi materiam mali uocās in mare præcipites dari iubet, ſi ſclerum, inquiring, bene pœnitet. Tanta enim rebus ſocietas, ut etiā uocabulis ipſis cognatio quædam eſſe uideatur, uitijs ac diuitijs. Quotum quenq; mihi dabis diuitum, qui non alterutro morbo labore, aut auaritia (qua nihil eſt tetrius) ſi natura ad rem ſit attentior, aut luxu (quo nil putidius) ſi paulo ſit ingenio benigniore? Alter rei ſeruus non dominus eſt, alter haud diu erit: alter habetur, non habet; alter mox habere deſinet: alter uiuit magnas inter opes inops, alter abutitur, non utitur. Pulchre hæc intellexiſſe Eutræpelus quidā mihi uidetur, quem eum a quo forte laceſſitus eſſet, ſic ulciſci ſolū tum accepimus. Non conuitijs, nō ueneno, non ferro petebat, preciſiſ uelibus ditabat hominem, ratus id quod eſt, diuitias ſui famem excitare, habendi famem uirtutem dedocere, atq; ad omnem turpitudinem ac dedecus impellere. Sed ſac nihil horum euenire, tu ſane ſis rara auis in terris, nigroq; ſimillima cygno, quid tandem pulchri habent iſta precioſa pondera, quæ & moleſte parantur, & anxie ſeruantur, quorum congeſtio diros labores, custodia anxios metus, amiſſio miſeros affert cruciatus? Nulla ergo homini locus plerij feruæ, aut partis peruigil incubat, aut parandis inhiat, aut amiſſa dolet, damnum iudicat quoties lucrum non fecerit. Et quid ſi montibus aurum æquauerit, aut ſi potis eſt, uel uicerit? Auxit ſarcinam, cumulauit curas, aggeſcit metus ac moleſtiam, parauit ſibi custodia munus, miſeræ laborisq; pleniffimum. Crescentem ſequitur cura pecuniam. Creſcit amor nummi quantum ipſa pecunia creſcit. Et minus hanc optat, qui non habet. Deniq; miſera eſt magni custodia cenſus. Vulteiſ ille Horatianus male de ſemeritū patronum iudicabat, cuius ingenio a paupertate ſua abductus fuerat, ſeq; non diuitē, ſed miſerum ſacrum putabat, orabatq; ut quā primū uitæ priori redderetur. Laudandus ille

Tom. 5

SS quidem

quidem, qui mature respuerit. At avarus, si molesta, inquit, est cura, dulcis est humus; non me pigebit laboris, dum crescant loculi. Sed dic mihi hominum stultissime dicam, an miserime, cui nihil satis est, qui opibus aut arca ferrata reconditis, aut (ut magis sapias) humo defosis, non aliter quam hesperius ille serpens malis aureis noctes diesque incubas, quorum tandem cæsus istos utiles esse, aut quod reris habere precij: Næpe nil aliud sunt, quam æs merum, idque in facies titulosque concisum, quod nec edaces animi tui curas submoueat, nec morbos ullumue corporis incommodum aut pellat, aut arceat, nec timorem. At ne egeam, inquis, præstant. Nugaris, imò ut semper egeas faciunt. Ut enim homini hydropico potus sitim non extinguit, sed accendit: ita tibi rerum copia, habendi studium irritat. At quisquis plura querit, is se egere declarat. Adde nunc infidam rerum tuarum leuitatem, quæ tu tanto temporum spacio, tanta molestia, per fas nefasque undecumque cogessisti, si fortuna (ut aiunt) rotam uerterit, continuo te deserto alio commigrabunt, tuque modo Croeso beator, subito Iruis eris. Hoc clarus est, quam ut in eo multum sermonem teramus. Quot enim coram uidere est, ex regijs opibus ad extremam redactos inopiam: Sed factabilia esse, fac non deserere uiuum, num uita defunctum sequentur? Tibi in sepulchrum ituro, ex tantis rerum copijs, uix breue idemque sordidum inuolucrum tollere licet, cætera iam dudum alios habent dominos. Tum si qua bene gestorum substantia recondita fuerit, ea una in precio erit, ea una abeuntem non deferet dominum. Tanti igitur suauissimi Iodoce tibi non sint uel uniuersa prædia, & omne aurum quod Tagus et rutia uoluit Pactolus harena, ut salutis tuæ uel iacturam facias, uel moram feras. Quin potius si tantopere ditari iuuat, quo uere diues euadas, domini consilium audi: Thesauriza tibi thesauros in celo, ubi nec erugo, nec tinea demolitur, & ubi fures non effodiunt, nec furantur. Nihil ea opulentiã putã egentius, abundare nummis, egere uirtutibus. Nihil eo lucro infelicius, quod animæ damnum adfert. Turpissimum ergo homini, & erudito, & Christiano, id cum summo salutis discrimine improbe sectari, quod Ethnicis philosophis, uel literarum, uel famæ gratia, contemnere haud fuit difficile.

Mortiferas atque acerbæ esse uoluptates carnis.

Cap. IIII.



A forte te dulces illecebræ retinent? Blandissimæ quidem dominæ, & fucata sua specie orbem ferè totum capientes. Sed tu fucum detrahe, caue cæcis artificij fucatus nitor te permoueat. Non quid appareat, sed quid sint, inspicere. Videbis istis nihil esse tetrius, nihil spurcius, nihil pecudum uicinius. Nulla enim omnium re ad brutorum conditionem propius accedunt homines, quam fœdissima carnis libidine, quæ eo nocentior quo blandior, ut eam diuinus ille Plato escam malorum aptissime uocauerit. Ut enim esca hamo præfixa pisciculos allicit, seque captantes capit: itidem illa melle quodam sua uenena dissimulans, animas prædæ auidas pellit, pellectas inficit, insectas inclementer perimit. Et ne te diu morer, accipe philosophi sententiam Ethnicis quidem, sed plane Christiano dignam, quam apud Ciceronem senator Cato se Tarenti ab Archita Pythagoreo accepisse commemorat. Ait enim nullam capitaliorem pestem, quam uoluptatem hominibus à natura datam, cuius uoluptatis auidæ libidines temere & effrenate ad potiundum incitarentur. Hinc patriæ prodiones, hinc Rerum publicæ euerfiones, hinc clandestina cum hostibus colloquia nasci dicebat. Nullum denique scelus, nullum magnum facinus esse, ad quod suscipiendum non libido uoluptatis impelleret. Etiam illa adnumera, ex ea egestatem, ex ea infamiam, ex ea & graues & turpes corporis morbos, ex ea animi cæcitatem, ex ea numinis contemptum nasci, hanc esse omnis miseræ caput, hanc esse postremo catenam, qua ad æternos cruciatus trahuntur homines. O acerbam dulcedinem, quæ tot uallata est miseris, multæ antecedunt, comitantur item permultæ, plurimæ atque atrocissimæ consequuntur. Dicebam modo ad brutorum conditionem accedere homines, nunc in ea re pecudes nobis longe anteponebas uideo. Ille enim gratis, suis qualibuscumque uoluptatibus potitur: at homini, deus bone, quanti constat breuis illa ac turpis gulæ uentrisque titillatio. Vides quale sit, quod in genere uoluptatum uel præstantissimum est, si quid tamen ibi præstans dici debet. Nunc quid tibi cæteras seculi commemorem inepitias dicam, an furias? Mala gaudia dixit quidam, mihi uideor non alieno nomine uocaturus, si insana gaudia dixerò. Quid obsonationes, inquit,

igitur

gitationes, comotationes, ebrietates, nocturnæ debacchationes, quid choreæ; quid saltatus, quid dissoluti lusus, quid sales scurriles atque impudici, quid id genus alia mille, non phrenetici risibus tibi uidentur simillima? Quis enim eum hominem non plane mente captum atque insanum censuerit, qui cum aut cruci suffigendus, aut ense cædendus, ducitur, nihil instantis supplicij metu trepidet, sed inter se flentium turbam iocundus, saltabundus, atque cum multo cachinno pergat? At isti Iodoce eo peius insanire mihi uidentur, quo crudelior corporis morte mors animæ est. Ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad infernum descendunt. In nunc & ut brutæ ac mox morituræ carni, uel ad horam obsequare, à conditore defice, ut illa perditæ uiuat, animam occide, ut illa caducis potiatur gaudijs, tu perpetuos tibi luctus compara. Sed tu forsitan legitimam Venerem amas, uxorem cogitas. Non equidem damno nuptias, memini qui dixerit, Melius est nubere quam uri. Parat istud infirmis asylum. Non inuideo Segor urbem magnam, et non magnam, ex incendio Sodomorum fugientibus, sed noui robur animi tui. Comprobo nuptias, sed in his, qui sine illis non possunt uiuere. At quod his de rebus diuus Hieronymus scripserit, scripsit enim permulta, uide. Hoc unum pro nostra familiaritate tibi quasi in aurem dicam, monens, etiã atque etiam orans & obsecrans, ut caueas ferreo isti capistro ora porrigere, quod ubi semel admiseris, haud facile excutias. Non malæ sunt nuptiæ, fateor, at miseræ certe sunt. Cœlibatus pietatis amore susceptus, ut multo melior, ita infinitis partibus felicitior.

Vanos & instabiles esse honores.

Cap. V.



Sed delectant te forsitan illustres tituli, atque honorum splendor capit. Quid nisi scilicet pulchrum, late, ut ille ait, conspicuum tollere uerticem, gaudes quod spectant oculi te mille loquentem. Iuuat ambiri obsequijs, stipari clientela, in ore esse omnibus, herum saluari denique. Verum dic age, quid tibi isti uidentur honores, quos tibi mortali mortales partim assentandi studio, partim metu, partim commodi spe exhibent? Nempe tam falli sunt quam caduci. An non falli, qui eque perditissimò cuique ut optimo obueniunt? Eos demum ueros honores iudica, quia uirtutis decore profecti sunt. Tu fac uirtutem amplecti, iam te uel inuitum prosequenti. Ut enim umbram post se corpora ducunt, quæ nec fugientem deserat, nec à captate prendi se sinat: ita recta gesta ultro dignitatem adferunt, quam nec meritis effugias, nec immeritis assequare. An uero quicquam magis fluxum, magisque caducum? Mihi quidem cum omnes mundanæ res fluxæ ac breues uidentur, quid enim hic diuturnum dicas, tum istis nihil uidetur incertius fugaciusque, quæ plurimum habent splendoris atque fastigij. Et cum nihil comparatur molestius, diu enim aduersus præruptum montem uolendum saxum cum Sisypho, audendum est aliquid, exilio, carcere, aut etiam cruce dignum, ut tandem fias aliquid: cum igitur nihil comparatur molestius, nihil tamen amittitur facilius. Cur ita inquis? Nempe summam dignitatem summa consequatur inuidia necesse est. Summa petit liuor, perflant altissima uenti. Semper enim insignes arduasque res illa comitari solet. Quid deinde? Qui multorum sibi conflavit inuidiam, is multos uitæ suæ hostes ferat oportet. Cur ita? Nam cum multi ambiant quod unus tenes, nec te saluo assequi spes sit, te quoquo modo tollant necesse est. Difficilissimum est autem cui tot tenduntur casses, non tandem in unum aliquem incidere. Aut ergo tibi ueneno ferroue perendum, aut, ut optime cadat, exilio salus redimenda est. Aut, ut sis fortunatissimus, in perpetua anxietate ac metu ne præcipiteris, claram quidem, ac acerbam uitam ages. Iam ne igitur scite Iuuenalis dixisse uideatur?

Nam qui nimios optabat honores

Et nimias poscebat opes, numerosa parabat

Excelsæ turris tabulata, unde altior esset

Casus, & impulsæ præceps immane ruina.

Sed quorsum ista tam uerbose? Scilicet ut plane mi Iodoce intelligas, quam plena metus, quam plena anxietatis, quam denique caduca sint, si qua mundus iste præ se fert sublimia. Atque id quidem te incolumi. Quid ubi incumbit rerum amarissima mors? Cum subito omnis illa rerum illustrium imago euanuerit, in somniorum more, quæ unà cum sopore auolant. Vbi prisca tyranni? Vbi magnus ille Alexander, cuius olim ambitioni angustus erat orbis? Vbi Xerxes ille, cuius classibus constata redundarunt æquora? Vbi

Tom. 5

SS 2 totica

toties uictor Hannibal, qui dū uixit scopulos & montes rupit acetor. Vbi Paulus Aemylius, ubi Iulius, ubi Pompeius, ubi ceteri, aut ex Grecis, aut ex Romanis, aut ex Barbaris clarissimi principes, quos singulos recensere & molestum esset, & prope otiosum. Quid de tanto rerū splendore atq; maiestate superest, præter inanē quandam hominū fabulam, quam & ipsam literarum officio debent, qui nisi illorū uocabula suis scriptis posteritati cōmendassent, tāta essent obliuione sepulti, ut ne tenuis quidem ipsorū memoria usq; resideret. Sed hoc quicquid est, ad nos fortassis aliquantum, ad illos nihil attinet, neq; em illi nunc eadem quæ olim mirantur. Profectio si nunc ab inferis emergeret ille regū, quorum meminimus, maximus Alexander, aspiceretq; orbē tanta ambitione flagrantem, credo irrideret inania studia uulgi, idq; hac aut certe simili oratione, uerū iam experimēto doctior, fateretur: Quò rapitur cæcus error mortalium? Res solidas, ueras, profuturas, nemo miratur: noxias, inanes, incertas, omnes tāto labore petunt: Quid tam improbe, tam pertinaciter, in sublime tolli conātur? Vel meo discant exemplo omnēs mortalium dignitates caducas esse, nebulisq; simillimas, quæ eadem sæpe hora & latissimæ solent esse, & nullæ. Ego ego ille imperatorum olim facile opulentissimus, qui inuictus rerum omnium uerticē tenui, qui reges innumeros Barbarosq; populos p̄domui, qui orbe fere subactio, æquora quoq; rimatus æthera demū tentauī. Felix plane siquidem mortē terrere etiā potuissem, at ea cuncta uincētem uicit, & quidem leui febricula. Neq; tam subito aut spuma inflata dilabitur, aut fumus perit in auras, q̄ omnis ille rerum strepitus euauit. Heu quantum quā repente mutatus sum ab illo Alexandro, cuius olim adicta totus perhorruit orbis, nunc is, ut uel ab infimo quoq; contēni lædēq; impune possim. Quondam cupiditate mea minor erat immensa mundi uastitas, nunc urnula perangusta, atq; adeo septem pedum coerceor. Mors enim sola fatetur quātula sint hominum corporcula. Olim odorato amiculo, radiante diademate, purpuraq; ardente cōspiciuus, nunc uel uisu fœdissimus nuda ossa cinisq; aridus faceo. Et quo mihi insignia stemmata, quo auro picta monumenta? Quorsum operosa pyramidum fabrica, neq; uidentī, neq; sentienti? Atq; utinam cum corpore suo et animus unā intereat, neq; mortem istam multo acerbior mors sequeretur. Sed heu ille maximo suo superstes malo totius actæ uitæ poenas dare cogitur. O ter felices, qui id uiti per suadere sibi, quod nos experti, sed sero, intelligere cœpimus. Sapiūt, sapiūt, qui sua sorte contenti, ipsi se uincere certant, sibi magis imperare q̄ alijs, potius illud cœleste atq; perpetuum, quā hoc terrenum caducumq; ambire imperium. Magnus rex est quisquis se bene rexit. Quid potest esse hac oratione uerius, & quem tam uera, tam miserabilis oratio ab ambitione non deterreat.

De mortis necessitate, quæ nihil finit esse diuturnum.

Cap. VI

Sed æquo longior sum, præsertim in re luce prope ipsa clariore. Is enim nunc rerum cursus, ut si qua miranda ueteres annales narraſſe uisi sunt, nunc nemo sit qui credat, cum tristiora exempla iam uideat quā legerit. De morte autem, quando de ea sermo incidit, id in primis admirari soleo: quo pacto cum nihil ita ut ea sit in oculis, nihil ita absit ab animo. Quid quod & uocabulum a morte duxere mortales, quo sit ut nominari non temere possimus, quin aures nos ipsæ mortis cōmoneant? Et ne sic quidem timemus. Quid hoc letargiæ, quæ hæc est humana mentium securitas, dicam an dementia? Itane male memores sumus, tantūm quæ ex amne lethæo, ut aiunt, obliuionis hausimus, ut ea quæ nunquam se sensibus nostris ingerere desinunt, non meminimus? Itane saxorum in mōtem perſtupimus, ut toties auditis, toties uisis, non excitemur? Videmus ne unum quidem ex præcis ætatibus suū perſitem: Nostro quoque æuo nulli omnino hominum generi mortem parcere cernimus. Abiere maiores, illudq; Ciceronis eis conuenit; Vixerunt, nos sine omni discrimine eodem uadimus, sequentur item posterī. Ita rapidissimi in morem annis omnes inbecillum præcipites uolumur. Omnes eodem cogimur, ut ait Horatius, omnes una manet nox. Et calcanda semel uia leti. Mixta senum & iuuenum densantur funera, nullum saua caput Proserpina fugit. Cadunt hinc atq; hinc innumeri ex maioribus natū, ex natū minoribus, ex æqualibus, ex familiaribus, ex necessarijs, ex cognatis, ex parentibus, ex liberis, inter medias morientium strages ipsi morituri uersamur; & cum eadem sumus conditione

ditione, eidem fato nati, non idem metuemus? Quid tu, inquis, me nunc mortem cogitare iubet: ætas integra est, longe abest ut canis albefcat caput, ut frontem seniles rugæ contrahant, si mortis metu uiuant anxij, qui annis iam graues, senio incurui terram salutant, quibus iam leue caput, malæ pendulæ, oculi minores atq; introrsum refugij, nasus perpetuo madens, dentes rari, ijdem quæ luridi, qui cornice uiuaciores, iam dextra suos annos cōputant. Ab his ego longe absum. Feruet adhuc uiuidus circum præcordia sanguis, lacerti ualidi, latera firma, deniq; omne corpus uegetum adhuc & succi plenum, in spem diuturnæ uitæ uocat. Verum age quis deorum tibi canos, quis seniles rugas pollicitus est? Siniſi canum neminem efferrī uides, uiue securus, nec ante canos ac rugas de morte cogites. Sin illa in omnem ætatē grassatur, si nondum æditos præfocat, arcens potius à uita q̄ tollens, si infantes à matris abrupit uberibus, si rapit impuberes, si puberes tollit, si uitos extinguit, si senes excipit, si deniq; nullum neq; sexus, neq; ætatis, neq; roboris, neq; formæ nouit discrimen, num te unum habitura est eximium? At senex quidem dū uiuere non potest. At tu adolescens cito mori potes. Quam illi mors certa, tam tibi uita incerta. Nemo tam senex, quin unum adhuc diem superuivere possit: nemo tam iuuenis, qui hodiernæ lucis sibi uesperum possit polliceri. Et quidem si diligentius obserues, longe plures ephebos q̄ canos efferrī cōperies. Cum semper rara sunt canities, tum hac tempeſtate nunq; neq; contemptior, neq; rarior. Quot mihi iam monstrabis nō dicam Tithonos, Nestores, Sibyllas, aut Mathusalem, sed centenarios? Imò quoto cuiq; nunc eod ætatis uenire contingit, ut sexagesimum uideat annum? Profectio uix millesimo cuiq; mortalium. Et quantum est hoc æui? Et tamen q̄ rarus sit qui attingat uides, adeo fragilis, incerta, totq; casibus subiecta est uita hominum. Vis tibi huius rei lodoce exhiberi simulachrum, & dilucidum & accommodum? Prima æstate florentem arborem contemplare, tanta florum densitate luxuriat, ut nusquam truncum, uix usquam folia uideas, tantam germinis ubertatem promittit, quantæ ne ferendæ quidem par fuerit. At ex tanto florum numero uix pauci admodum adoleſcunt, partim erucis, partim araneis corrumpuntur, partim uento, partim pluuia excutuntur. Iam positis folijs, ij ipsi qui superstites sunt, ut ita dicā, foetus, nam flores esse desierunt, uidentur senim in pomi carnem turgescere. Num perſtant ad maturitatē omnes? Minime, Multos tinea exedit, alios uentorum tempeſtas decutit, alios immodicus humber corrumpit, pleriq; alia quauis peste læsi demoriuntur, ut tandem ex tam diuite spe uix paucissima poma decerpas. Nec paucioribus incommodis uita petitur humana. Mille morborum nomina, mille item mortis casus, mille modi leti, mille mortis laquei, quibus multo plures præmatura intercipit, q̄ matura soluit. Et cum tot tantisq; periculis exposita sit uita mortalium, uide obsecro quæ sit fœcordia, perinde uere, quasi nunq; simus morituri. Aliena curamus, ea quibus aduersus mortem instructiores esse possemus, apparare cessamus. Quid si regi cuiquam cum hoste capitali res esset, ac nesciret quidem q̄ prope abesset, at hoc certe exploratum haberet nō longe in insidijs esse, ac iamiam commoditate accepta erupturum, num is rebus hoc loco stantibus, de balneis ædificandis, aut ornanda coenatione, aut uxore ducenda cogitabit, ac non potius de copijs augendis, de uallo iaciendo, de excubijs, de armis, ac cæteris rebus militaribus, quibus hostem frangere possit? Id uero curabit eo diligentius, quod incertus sit quo tempore, qua parte erupturū sint insidia. Ast mors nobis, qua nihil capitalius, omnibus locis, omnibus ætatibus, mille modis insidias struit: et nos interim, si deo placet, miramur argētum, curamus curam, ambimus magistratus. Quod si fallacis æui incertam fidem, atq; impendentem omnibus horis mortē omnibus horis cogitarem, nostrisq; ipsi auribus ingere remus, id quod uates ille egroto regi, Dispone domui tuæ, morieris enim, cōtinuo omnia istamale sapida amarescerent, preciosa uileſcerēt, inclyta sordescerēt. Ita una mortis memoria omnium facile rerum contemptum perſuaſerit. Quò enim tibi o auare, tantum aurī recōditur? Mors imminet uniuersa raptura. Quid tu breuissimo itinere tantas paras sarcinas? Num excidit, quid Euangelico illi stulto euenerit: cui sibi de confertis horreis gratulanti, multaq; gaudia pollicerī dicitum est. Stulte, hac nocte animam tuam à te tollet, & ista quæ paraſti cuius erunt? Tu uero hominū uanissime, quid tanta improbitate insana seclarijs gaudijs? Respice, mors tibi cominus incumbit, istas quantulas cuncq; illecebras in æternos mutatura cruciatu. Tibi porrò o ambitioſe, quæ incessit tam dira regnan-

di cupido: Ecce tibi mors in foribus, quæ te ex isto rerum fastigio in humum præcipitet, atq; turbis rapidissimi more te tuæq; omnia tollat. Nec minus igitur uere quam erudite Rodolphus Agricola noster scripsit:

Omnia mors sternit, quod natum est occidit. Vna
Fine caret uirtus, & bene facta manent.

Quid enim in eo urgentissimo fati supremi articulo, præter unam uirtutem reliquæ erit? Cum exanguis artus unâ & sanguinis calor & uita fugiet, ora horrendus quidam liuor tinget, oculos dudum tam uiuidos perpetua caligo obscurabit, & omne deniq; corpus frigidus quidam stupor occupabit, anima uero miseranda, utpote cui desertæ omne negotij pondus incumbit, ad seuerum illud atq; inexorabile prætorium abripietur, quo pacto queq; gesserit rationem postulanda. Quid tum, inquam, ex omnibus supererit, quibus parandis ætatem tristi omni? Unde opem petes? Quod tum miser confugies? quod confugies miser? Ad opes? At hæc & nihil opulari possunt, & iam dudum altis nactæ sunt dominos. An uero ad uoluptates? Sed istæ, ut corpori cõcrete, una cum corpore moriuntur. Ad ætatis iuuenile robur? At sua cuiq; senectæ mors est. Num uero ad formæ egregium decus, qua dudum superbus omnium tibi concitabas amores? At ista rosæ in modum, quæ pollice decisa continuo demoritur, ita morte decerpta omnis emarcuit. Minus uero dixi, emarcuit, imò omnis in horrorem abiit. Nemo enim tam utuentis formam amauit, quæ horret extincti cadauer. An ne ad pristinam gloriam? Atqui hæc, ut docui, cum uita profusæ uanescit. Quod tandem igitur? Ad amicorum turbam? Verum isti partim ut hircudines exacta ætate, ita cum fortuna unâ deuolant, cæteris, si qui perstiterit, opis ferendæ facultas est nulla. Et quid tibi conduceret, si illi peccata sua miser plangant, si uultus lanitæ, si quicquid in ipsis sanguinis est in lachrymas uersum, funeri tuo impendant, si deniq; tua causa insaniant, mortisq; addat se comites? Sibi mala accerere possunt, te eripere non possunt. Sapies igitur, si sortis tuæ non sero memor, ea pares, quibus munitus supremum diem securus expectes. Opes, uoluptas, claritas, & si alioqui solida ac utilia erant, quod multo secus est, certe morituro sunt oneri. At tum demum uirtus incipit esse usui. Illa si nobis, certe nos illis, subtrahimur: uirtus nunquam comitari, nunquam ueri desinit.

Mundum miserum esse & sceleratum.

Cap. VII.



Abes mi Iodoce charissime quam falsa, quam fugacia, quam pestifera sint seculi bona, si qua tamen iure bona appellari debent, nunc contra illius mala paucis accipe. Olim forsitan nihil monstri fuit ægre à mundo diuelli, cum quædã sua ut ita dixerim iuuenta floret: nunc nisi ipsi nos studio fallimus, quid est quo mundus possit fallere? Quotquot olim singule singulis seculis clades incubuere, nunc uni incubunt uniuersæ, bella, factiones, caritates, penurie, sterilitates, morbi, pestes, & quid non uidimus nostro æuo mali? Iam quartum & uigesimum annum agimus, nullas hoc toto spacio à bellorũ strepitu ferias uidimus, Syllana nobis tẽpora factionis partibus referentibus, quarum utraq; uictrix euadat, uicta certe patria, immeritas pœnas pendere cogitur. Penurie uero quam miseranda exempla uidimus, ut pleriq; homines pecudum pabulo uictent, pleriq; inedia pereant. Vt nunc secula sunt, Crcelus sit necesse est, qui familiæ suæ uel parcum uictum suppeditare possit. Adde illud, etsi tu alioqui felix uiuas, ita calamitatis plena sunt omnia, ut te auditi questus, uisæ miserorum miserie miserum reddant. Scelerum præterea ita increuit seges, ut iam ferream illam ætatem longe uice rimus, de qua ante mille annos cantatum est.

De duro est ultima ferro.

Protinus irrumptit uenæ prioris in æuum
Omne nefas, fugere pudor, uerumq; fidesq;
In quorum subiere locum fraudesq; doliq;
Insidieq; & uis, & amor sceleratus habendi.
Viuitur ex raptis, non hospes ab hospite tutus,
Non focer à genero, fratrum quoq; gratia rara est.
Ac nunc, Noua aras agitur, peioraq; secula ferri
Temporibus, quorum sceleri non inuenit ipsa

Nomen, & à nullo posuit natura metallo.
Nunc si depositum non inficietur amicus,
Si reddat ueterem cum tota erugine follem,
Prodigiosa fides, & Thuscis digna libellis:
Quæq; coronata lustrari debeat agna,
Rari quippe boni, numero uix sunt totidem, quot
Thebarum portæ, uel diuitis ostia Nilii.

Quid tibi cū seculo, si peierare, si circūscribere, si fallere, si rapere aut nō uis, aut parum calles? At quid mea, inquis, refert, cuiusmodi seculum sit, mihi ueri rectiq; cura est. Si quæ recti cura est, fac te isthinc quàm primū abripias. Nullum enim seculo cum uirtute commercium. Mentior, si nō id ueritatis præcipuus amicus clamat: Totus mundus in malum gno positus est. Ne ista tibi oratione blandiaris. Quid alij gerant, nihil ad me attinet, mei unius mihi cura est. Erras tota, ut inquit Comicus, uia. Permagni Iodoce interest, quibus cum uictes. Non aliter enim quàm corporis uita contagio serpunt, serpunt & animorum morbi. Improbo conuictu nihil perniciosius. Esto sane tu quidem uirtutis amantissimus, ascisce uero tibi conuictorem perditum, quando futurum est, ut tu illum ad tuos mores redigas? Ille magis, ut sumus natura in uita procliuēs, tibi sua uenena afflabit, suam tibi adfricabit scabiē, ac sui deniq; similit̃ reddet, apteq; tandē cõueniet id uobis prouerbij, quod uulgo nemo non dicitur: Concoloribus plumis aues unâ uolitant: At quis me adiget, inquis, ut cum homine scelerato & perditio uictitem? Rogas? Ista ætas, negotiorum tuorum necessitas quædam, præterea pudor illiberalis quidem ille, sed certe generosis ferè animis insitus, postremo sodalium improbitas. Ad compositionem uocatus, ne quid obsecunius dicam, si aut negocia excuses, aut ualitudinem, ne iurato quidem creditur, parcellus aut sordidus uideberis. Quid facias? Tu sane quo notam tam insignem caueas, obtemperas. Vbi in popinam, aut œnopolium uentum est, alterni accubatis iuuenes ac puellæ. Quod honestissimum sit dico, turpiora pudet dicere, cum illos sæpe non pudeat lacere. Tum bibendi certamen oritur, in quo ut bibacissimus quisq; fuerit, ita maxime festiuus, bellus, ac nitidus habebitur. Hic quid nō ebrietas designat? Fœcundi calices quod tandem non audent nefas? Tum Pithias multo uidetur formosior, Tum Chremes longe factus hilarior, uere uulgo dici fatetur: Sine Cerere & Libero friget Venus. Postea ubi eos epularũ satietas cœpit, ad choreas surgitur. Cuius animus sic compositus, sic firmus, sic marmoreus est, quem lasciuu illi motus, agitataq; in numerum brachia, citharæ cantus, uoces puellares, non corrumpant, non labefaciant, non emolliant? Adde quod ea sæpe carmina sunt, quibus incendi iam frigidus æuo Laomedontiades & Nestoris hernia possent. At ubi chorales, cithara ex more tacta, quiescendi signũ dedit, rusticus habebis, nisi eam cuius leuam complexus saltasti diffuasiatus fueris. Cæteri lusus hic impudentiores, atq; ad meram lasciuiam excogitati, à me non dicentur, utinam ab illis non agerentur. Quorum si tu quicq; recusaeris, si quid gratius, si quid pudentius agere tentes, inurbanum, illepidũ, tristem, agrestem, atq; à communi hominum sensu abhorrentem dicunt. Id ignominie ut caueas, quæ non turpitudinẽ admittis? Sic sic dum fugis odio esse, dum pudet difficilem uideri, dum pudet non esse impudentem, ut diuus ait Augustinus, omne pudorẽ dediscis, ac simili scabiẽ infectus, & ipse alios pergis inficere. Sed fac tibi cum nemine esse improbo consuetudinem, quanq; miror istud ut fiat, solet morbi uirtus non contra tu modo, unde nomen duxere contagia, uerum etiam aspectu serpere. Cum spectant oculi laesos, læduntur & ipsi. Ego quidem irritamentorum quibus ad turpissima quæq; impellimur, oculos multo maximam partem puto. Tu igitur Iodoce optime, si uirtutis tuæ consultum uelis, fac ab ista scabiẽ te q̃ maxime seiuuaueris, atq; ad eos conferas, quorum te reddat consuetudo emendatiorẽ.

De felicitate uitæ solitaria. Cap. VIII



Vanquam itaq; hæc cõmemorasse abunde fati esse puto, attamẽ ne alacer modo isthinc exiliis, uerũ etiam lætus ac lubens huc ad uoles, id est non tam securi mala perosus quàm nostrarum delictarum cupidus, nunc uirtutis nostræ commoda paucis cõmemorasse haud ab re fuerit: id quod breuius fieri necesse erit.

SS 4 tum

tum quod tantum temporis & chartæ & operæ commemorandis uel strictum seculi malis dedimus, ut his narrandis minus superfit quam rei immensitas poscit, quamquam quis huic rei sermo, aut quod sermoni tempus, par fuerit, tum quod te iam dudum nostræ loquacitati subtrahi suspicor, tum etiam quod ea res sunt quæ facilius sentiantur quam narrentur. Malim igitur te eas experimento, quam nostro sermone discere, explorare, quam persuaderi. Tu modo fac te ex isto turbido rerum strepitu, ad nos ocyus recipias. Tum deum intelliges quantum absit à uera felicitate, & falsa & fallax mundi prosperitas, quam tō nostri labores uestris præstent delictis. Intelliges, inquam, experrecti more, qui dum somniaret, ea simulachra quæ dormienti illudebant esse uera existimabat, gaudebat, trepidabat, æstuabat, & mille motabatur affectibus, sed simul atque somno soluitur, se uanis imaginibus illudum comperit, ridetque ipse sua insomnia. Ita tu ubi instituti nostri felicitas comperita erit, tum quoties illa pristina uitæ somnia animo iam uigilanti subierint, uah, inquires, adeo ne delirasse me unquam, ut hæc atque illa nugæ me delectauerint? Itaque ne rapuisse animum inanum bonorum phantasmata, ut uerorum ne cupido quidem ulla subierit: Nunc igitur lodoce, ni somnio quam re beatus esse mauis: si dormis, expergiscere: si dormitas, ne somnus altior tēporibus obrepit, oculos excute: si uero quod magis reor, uigilas, ne quando dormientium exēpla & religionis somnifera quadam uis, somnum inire suadeat, ex ista Babylone terra insomniorum umbrarumque plena euolare quod potes propera, atque ad nostram Hierusalem aduola. Quid respicias? Quid restitas? Quid hæsitas? Semper, ut apud Lucanum est, nocuit differre paratis. Rumpere age moras omnem, neque enim aut leue, aut ludicrum negotium uertitur. Animæ res agitur, digna plane ob quam uel amantissima deserat, ac durissima ultro subeat. Nam si peritus quisquam mendandi artifex, capitali morbo laboranti diceret, sine paulisper iam faxo pristina ualitudine gaudeas, cedo, quos non lubenti animo ferres cruciatus? sineres corporis membra ferro rigido secari, sineres excidi, ignibus aduri, alijsque mille tormentis affici, ipsa propemodum morte crudelioribus, modo mortem effugeres, immo ut huic uitæ miserè paululum quiddam temporis accederet, Et quid per deum immortalem, ullā ne res molesta uidebitur, quam mortis tum animæ, tum perpetuæ defugiendi gratia subeat? Si hoc loco tibi res essent ut alterutra esset accipienda conditio, aut sine istud extingui corpus, ut sempiterno æuo uiuat anima, aut corporis uitam animæ morte paciscere, credo nihil hæsitares, nisi quouis phrenetico peius desiperes, qui animi perpetuam uitam corporis breuissima duceres potiore. Vis ne igitur lodoce suauissime, & beate, & perpetuo uiueres? Mirum ni uelis. Quis enim noluit? At quo, inquis, pacto isthuc assequi licet? Vide age quantam rem, quantum labore mercari fas sit. Non tibi Dedaletis pennis tentandus æther, non uasta traiecienda æquora, non Herculei subeundi labores, non ignibus insiliendum, nemo te adigit, ut membra tua lanies, aut mortem tibi consciscas denique: quanquam quis piscof martires insanisse dicat, qui huius felicitatis spe adducti, nullos cruciatus, ne mortem quidem ipsam duram iudicaueret. Vide obsecro, quam sit profusa in nos domini nostri munificentia, at contra quam mollia iussa. Perpetuam felicitatem, mortem æternam commertis pollicetur, Quid hac pollicitatione liberalius, quid certius? At nunc quid te iubet facere? Nihil, nisi ut tu te interim tanti muneris capacem præstare studeas. Quo istud pacto fiat rogas? Is nondum ueræ felicitatis capax est, quem falsa captum detinet. Vis æternum uiueres? Fac bene uiuas. Vis adire paradysum? Relinque seculum, ut sceleratissimum, ita & afflictissimum. Deo iungi cupis? cura ut diaboli nexibus expliceris. Veras amas opes? Falsas abijce. Veri iuuant honores? Falsos ambire desine. Quid plura? Veram beatitudinem amas? Istas dulces erumnas, imò erumnosas dulcedines, fac reliqueris. Quid his præceptis mollius, quorum obseruationi cum uera felicitas merces debeatur, ipsum tamen obseruare, est coepisse felicem esse? Tanquam iubeat, desinite miseri esse, ut beati sitis: desinite seruire, ut libertate gaudeatis. Et o nimium dissimilem diaboli ac dei seruitutem, o diuersam militiam. Ille enim ubi miseros falsa quadam delectatiuncula inescarit, papæ in quos horrores, in quas turpitudines, in quas miserias conijcit, ac postremo ubi satis ludibrio habuit, iugulat. Hic per breues atque exiguas molestias, quas ipsas nostra, non rerum culpa patimur, ad incredibilem iucunditatem inducit, ac postremo cælo beat. Illius inauertio subdola, militiæ acerba, stipendium, quod scriptura teste mors est, acerbissimum

A premijs in
hac uita

sumum. Huius obligatio fidelis, militiæ, quanto diuturnior, tanto suauior, stipendium suauissimum, quod est beata immortalitas. Illis uita misera, mors miserior, post eam uita miserissima. His uita felix, mors felicior, quæ uita consequitur felicissima. Et quis sub hoc tam leui, tam liberali imperatore non quæ lubentissime uel gratis meruerit, qui tam dulces imperat labores? Quod si mihi habes parum fidei, ipsum qui fallere nescit, quid enim mentitur ueritas, hortantem audi: Tollite iugum meum super uos, & inuenietis requiem animabus uestris. Iugum meum suauis est, & onus meum leue, Quid tandem gaudiorum futurum rere iam parta uictoria, in cælis sempiternum triumphum celeberrima cum pompa agentibus, cum sic delectet militiæ labor? Qua nos uoluptate afficiet felix illa libertas, quibus suauis est uel iugum. Sed fore suspicor quibus miraculo futurum sit quod diximus, mirum de illorum grege hominum, qui pecudum simillimi, omnem felicitatem aut palati, aut uentris uoluptate metiuntur: ij ægre adduci poterunt, ut credant labores in quibus moxachorum uita uersatur, non modo molestos ac tristes non esse, sed hilares etiam ac iucundos. Verum is quando ne ueritas quidem ipsa ueri facit fidem, iubeo ipsos explorare, periculum facere. Moriar si quid fefellerit, modo ne ab ipsorum parte peccatum fuerit, qui non ut oportuit tentauerint. Quod si experire piget, certe expertis fidem habeant. Ego quidem iurare auiam, nihil hic non esse uoluptatis plenum. Pauperie nostra nihil locupletius, seruitute nihil liberius, labore nihil quietius, inedia satura, angustia spaciofissima, moeror iucundissimus, amaritudo perquam suauis, uigiliæ somno quouis gratiores. Verum hæc ne iuranti quidem crediderint, imò me tam contraria iungentem nihilo iudicabunt saniorē eo, qui noctem lucidam, diem obscurum, aut ignem frigidum aquam calidam contendat asserere. Verum quid facias pecudibus istis, quæ rationis expertes, solis corporis sensibus sapiunt? Age me gerundus est illorum tarditati. Aliquo sensibus familiari argumento adducendi sunt, ut ex notissimis parum nota conijciant. Ruse eos ducamus, aut certe si id molestum est, portus propior est, ubi nauarum unum quilibet accitum sic percotemur, Heus tu bone uir, num tibi molestus est labor ille nauticus? Imo, inquit, dulcis. Qui sit? Nam quæstus iste uel omnium plurima ac maxima uidetur habere in commoda. Verum. At contra, plurima res sunt, quæ me fatigari non sinant. Quæ? Primum dulce lucrum, quid non dulce faciat? Nihil mari locupletius. Multi hodie uiuunt, quos ex pauperrimis ditissimos una nauigatio fecit. Quid si idem mihi euentat? Deinde assuetudo ipsa bona me molestia parte leuat, quæ profecto tantum in rebus habet momentū, ut nihil factu sit tam acerbum, qui sæpe facitatum aut dulce aut certe leue fiat. Postremo sunt quibus ita laborē mitigamus, aut potius fallimus, ut ne anima duertamus quidem, cantus, sermones, iusus, faciliæ, atque eius generis alia mille. Audistis, ut arbitror, satis dilucide. Nunc si singulas officinas lustremus, credo singulos aut eadē, aut eiusmodi responsuros. Quid igitur? si operarijs istis lucel li uilissimi incerta spe summus dulcescit labor, quid ni idem in nobis efficiat sempiternæ felicitatis expectatio certissima? Si apud illos tantum ualet assuefactio, quid causæ est, cur non idem apud nos possit? Si illis sunt quibus incommoditates suas leniant, nobis certe sunt multo & plura, & potiora.

Libertatem summam esse, non in mundo, sed in
secessu. Cap. 18



Quæ quidē, ne perturbate diutius ac sine ordine feratur oratio, in tribus potissimum mihi costare uidentur, libertate, tranquillitate, ac uoluptate. At libertatis, ut de hac primo loco differamus, natura cupientissimi sumus omnes, seruitutem nemo non horret, adeo ut plerique eius odio mortem sibi conscuerint, libertatem uita iudicantes potiorē, mortem seruitute. Quare si adeo libertate delectatur homines, ut emendatam tantifalsam putent, nostræ uitæ institutum amplecti atque expetere debent, utpote quod & summam, & ueram habeat libertatem. At hic mihi imperitior aliquis dixerit, si libertas, Cicerone definitore, est potestas uiuendi ut uelis, quæ uobis sit libertas omnino non intelligo, quibus uolucrum more cauea inclusis, nisi Abbatis iussu tentare licet nihil, non edere, non loqui, non dormire, non uigilare, non ire, non redire, non uel hiscere. Hoc ceterum tantum est liberis uiuere? Non Hercle magis, quam liberi sunt equi & asini, qui frenis ac stimulis quocumque lubitum est seffori circumaguntur. Sed istud facile soluitur. Nam nihil nobis

Trium bonauit
ta monastica

Confusio

*Varia seruitu-
tis genera*

Vxor

Libido

*Consuetudo
uitorum*

*In Adelphis.
Alexander
Hegius*

nobis quod non liceat libet, licet igitur quicquid libet. Verū de nostra libertate posterius. Interim sine te uicissim percōter, qua tandem fronte tu tibi libertatē uindicas, cui tot sunt domini, quot uix uno die pernumerēs: Principio tibi secularibus, ut uocāt, necessitatibus seruiendum est, quibus quisquis semel manū dederit, ita illum irretire nexibus, tantis cōplecti catenis solent, ut quocumq; uocant, sequēdum sit. Quid si & uxorem habeas, imō habearis? Est enim res reciproca coniugiū. En tibi altera cōpedes. Accessit molesta sane seruitus, atq; ex qua haud facile te expedias. Quid si etiam sceleratus sis? per deū immortalem, in quam duram seruitutem te asseruisti, iam tibi quot uitia sunt, tot dominis parendum est, & quidem teterrimis, improbissimis, saeuissimis. Quis enim eum liberū censuerit, qui libidini suę nihil temperare potis est, sed quiduis, etiā turpissima, ut semper, ac durissima, ut saepe, imperanti obtemperet: Somnos poscunt oculi, libet dormire. At contra, ne facias, uerat imperiosa admodū hera libido, iubet noctu insanite, cursitare, amicā inuisere, in olenti fornice inter prostibulas noctem infomnem ducere. Illic scorto putidissimo inseruiendū est, iubet, parendum: uerat, & que parendum: eicit, abeundum: reuocat, redeundū. An non tibi ista seruitus & quidem maxime pudenda uiderur? Quæ uero homini cupido libertas? Libet domi uiuere, sic iussit inertia. Num cōtinuo licet? Licet siquidem isthuc finet domina cupiditas. Siccine, inquit, agis ignaue? Cessas? Non uides quantum lucri facturus sis, si iam merces in Angliā deportaris? Age accingere, nauigandū est, en tibi uenti secundi. Tu certe ut heræ iussa peragas, uel totas hyemes terra mariq; cursitas, tempestatū, coniugis, natorum, uitæ postremo securus. Hoc cene est tandē liberū uiuere? Itidem de singulis uitij probandi ratio sumi potest. Verum iam dudū ociosam esse loquacitatem meā sentio, ad cætera ueniendū, sed si prius generatim docuerimus, qui sceleratus sit liberum esse neminem. Nunquam ne turpitudinis tuę pudet pigetq;? Et saepenumero, credo. Quis enim usq; adeo perditus est, qui nunq; in se redeat, perspectaq; foeditate sua, uel supplicij metu, uel uirtutis amore mutari cupiat? Ita est, in quies. Quin pugno aliquoties à perditis moribus recedere, sed iam abire parantem, nescio qua uiolētia, peccandi consuetudo remoratur, ac uel inuitum ad pristina studia redigit. Recte uero narras. Quid? Sentis ne igitur te captū esse miser? Tandem ne intelligis, te seruū esse uitij? Vbi fenserint te à se desciscere parantem, iam fugam meditari, manus tibi iniiciunt, atq; uti seruum compedibus uinctum pistrino, ut ita dixerim, dedunt. I nūc demens, & libertatem tuam nobis factita, cui seculo, cui coniugi, cui fortunæ, libidini, cupiditati, ambitioni, cui deniq; diabolo ipsi seruiendū est, adeo ut iam cū Syro illo Terentiano merito dixeris, nisi quod ille ficte, tu ex animo, scire cupio q̄t mihi sint domini. Porro ut scite nosser scripsit Hegius: Seruire multis sortis est miserimæ. Quid ego nunc tibi nostram libertatem commemorem? An nō singularis libertatis uideur extra fortunæ, si qua est, ditionem uiuere, eam neq; acerbam metuere, nec optare secundam: aduersa non frangi, fausta nihilo fieri insolentiorum? Audemus illi cum Democrito mandare laqueum, ut apud Iuuenalem est, mediumq; unguem ostendere. Nihil illi in nos iuris est. Rerum cupiditatem unā cum rebus ipsis abiicimus, imō deo foenerauimus. Quid si uitam adimat? Nobis quidem preter turpitudinem nihil acerbum accidere posse persuasum est. Mors uero ijs metuenda est, qui uixere turpiter. Bonis certe non modo non metuenda, uerum etiam optanda est, utpote quæ eos hinc in feliciorem uitā abducatur. Præterea ferream illam, imō adamantinam secularium negotiorum catenam abruptimus, ac molestissima sarcina leuati caelo ferentes animum, quicquid humi geritur nihil nostra interesse iudicamus. Quare quid potest esse liberius? Postremo durissimum illud Pharaonis teterrimi iugum, deo opitulante excussimus, improbissimis dominis, uitij dico, parere desinimus, non ita quidem, ut nihil unquam peccemus, quod haud scio an nemini mortalium in uita contigerit: sed ut miles is plurimum sibi laudis uictorisq; nomē e certamine merito suo ferre potest, qui cōsertis cominus dextris gnauiter dimicans, non sine uulneribus quidem suis, sed tamē hostem aut caput, aut iugulat; cōtra uero uictus iudicaret, si etiā citra uulnera, & salua cute se capiat, q; in seruitutē abducti pateretur: ita nobis, si quādo euenerit, quod ut dixi, ab homine præstari ferē nequit, quid nostra refert, si non nihil labamur, certe uincimus, certe libertatem, certe uitam tutamur. Quid quod ij qui in prælio fortiter egerint resecto pectore etiā cicatrices suas ostētare solent, aut spiculis, ita ut forte excepta sunt in corpore relicis, in

in castra seu in urbem spectandi redire, id decorum maxime arbitrātes, si pro patria, suaq; salute tuēda q̄ maxima uulnera excepiisse intelligantur? Præstat profecto seminecem ac uictorem in castra referri, quam incolumem, siquidem id detur, quam hosti dedititum uere. Quisquis autem uitij se dedit, hosti dedititius uiuit. At quali hosti? Quo nemo sit turpior, neq; inmanior, neq; capitalior, qui nostræ mortis quam suæ uitæ sit audior. Et quid possit esse homini magis pudēdum, aut quid hominis dignitate indignius, quam diabolum tam foedum ferre dominum, eo contempto cui & se & sua omnia debet? Præsertim cum huic seruire summa sit libertas, atq; adeo sola. Quare si quem illius libertatis iam rædium cœpit, huiusq; liberrimæ seruitutis desiderium, hic hic quærendam nouerit. Nam cum illi seruire una sit libertas, ut diximus, id autem ita ut in secessu nusquam licet, nusquam tanta libertas.

Solitarios duplici tranquillitate gaudere:

Cap. x.



Ranquillitatem uero quis digne cōmemorari? Non hic inquietus ille mundus fragor obstrepat: quid enim isthic non plerumq; fremitus, plerumq; tumultus? Hic lachrymat, ille ridet: hic queritur, ille litigat: hic salutat, ille nūciat: alius uocat, alius reuocat: itur, reditur: clamatur, discurretur: quotiq; aspexeris, quoquo te uertaris quietum nihil, nihil nō clamorū offendēs, ita ut in turbulentissimis aliquo freto uersari possis uideri. Et quādo inter ista liceat animum componere? Quis in tam uaria rerum facie possit secum constare, secum uiuere? Quid in turbine isto diuinus hominis animus possit se dignum aut cogitare, aut agere? Aut qui fiat ut sponsum suum fores pectoris pulsantem sentiat, alloquentis uocem audiat: aut iam facta perpetuo atque immodico fremitu surdalastra? Profecto non in urbe, sed in monte: non in curia, sed in spelunca: non in petras contereunte turbine, non in commotione, non denique in igne, sed in auræ tenuis leni sibilo Helias dominum sensit adesse. Quod si sacras historias euoluere uacet, uidere fuerit maxima quæq; diuinarum rerum miracula, non in turba gesta esse, sed in recessibus. Vbi enim Mosi arcanum illud tibi flamma innocua flagrantis portentum exhibitum legis? Num in Aegyptijs urbibus Minime. Nam tum illinc tyranni metu profugerat, uerum ad montem dei, penetrata prius ualidissima atq; altissima sylua. Neque fumantia tecta, sed deserta uirentia incolentibus manna depluit. Vbi uero diuina illa ferenda legis pompa acta est, cum e densissima caligine fulminibus subinde celeri flamma emicantibus, mugiente tonitru cœlestes bucine horrendum interfreperent. Nempe in Synai montis uertice, uulgo procul abfistere iusso. Et olim prophetarum filios, prophetas utiq; futuros, tectorum odio Iordanis ripas habitasse accepimus. Ioannes homine maior, utpote angelus domini uocatus, ubi quæso cœlestem ac purissimam uitam exegit? Vbi diuina arcana edocuit, ut dissimulatum homine deum, digito monstrare non dubitauerit? Profecto non in patrijs aedibus, sed in eremo. Quid quod & dominum ipsum Iesum, quasi turbarum fastidio secessus saepenumero captasse uidemus: In montibus quoties docuisse legitur? In desertis item, in littoribus quoq; quoties quam admiranda gessisse, in curandis morbis, in corrigendis cum corporum, tum animorum uitij, in exturbandis teterrimis spiritibus, in explendis conuiuis tam multis, tam paucis epulis. Ieiunaturus ab hominum conspectibus desertis locis abdidit sese. In monte gratissima illa uisio tribus apostolis exhibitā est. Crepusculo eius noctis qua capi se passus est Christus, orandi gratia in hortulos secessit. Ipse est qui nos quoque oraturos in cubiculi secretis abdi iubet. Deniq; extra mœnia, haud temere certe, sed cōsulto, occisus est, ita ut facile conijcias illum fugitasse tumultus, odisse clamorū theatras non amasse strepentiā fora, non celebritate ac frequentia delectatum, sed solitudine gaudium, amicam illi fuisse tranquillitatem. Quid nūc humana ac leuiora commemorem? Pythagoram in Idæo antro multa arcana edocuit ferunt. Plato Academiā suam philosophiæ colendæ multo Athenis iudicauit commodiorem. Poetæ ipsi, nescio quas rupes, ac lucos sibi finxerunt: in quibus uersarentur, quoties eos diuinus ille furor corripuisset, hoc significantes, eum qui aliquod egregium ac uenustum carmen condere cupiat, à turba semotum esse oportere. Postremo, ut ad uulgus ueniamus, uidemus fabros

fabros, aurifices, pictores, cæterosq; artifices quorum opificium aliquid singularis habet industriae, cum quiddam exactius atq; accuratius efficere cupiunt, aliquò fugere, ubi strepitus hominũ ac frequentia laborantes non inturbet. Ex quibus omnibus liquido intelligi licet, turbam arduum quippiam molientibus uehementer officere, tranquillitatem summis gerendis rebus esse opportunam. Quid autem potest esse magis arduum ac seruum eo negotio, quod ad animæ salutem, ac beate uiuendum spectet? Id igitur in mundo haud commode curaueris. Quis enim istic tranquillitati locus? At hic contra mi Iodoce omnia late silēt, foris, intus, utrobique summa rebus pax est. Illam quidem gratissimus ipse loci recessus parit, hæc uero ab optima atq; integerrima mente proficiscitur. Ita autem alterius opem utraq; poscit, ut si alterutram detraxeris, neutram reliquisse uidearis. Nam & externa illa quies internam fouet, alit, tutatur: at illa uicissim, nisi hæc accesserit, molesta, ociosa, immo perniciofa fuerit. Eum enim, qui acerbo atq; turbato sit animo, Poeta solum esse prohibet: Quicquid agis, loca sola nocent, loca sola cauero. Quo fugis: in turba tutior esse potes. Nec præterire queo, tamen si iam properandum mihi sentio, per commode enim incidit, nobilem illam Cratetis philosophi exhortationem, qui ut forte adolescentulum quendam ultro citroque commeatem animaduertisset solum secum nescio quid fixius meditantem, rogabat quid illic rerum ageret. Mecum, ait ille, loquor. At caue, inquit Crates, ne cum homine improbo loquaris. Et facete & breuiter uterq;. Est igitur laudanda solitudo, sed in homine laudato, contra sceleratis nihil perniciosius. Tum enim acerba cogitant, tum immanissima flagitia concipiunt, tum & sibi & alijs sæua consilia tractant. Quid tandem miseros ad accelerandam sibi necem impelleret, nisi communitate sua inuitet solitudo? Quis unquam aut uenena bibit, aut laqueo iugulum fregit, aut ense peccus defodit, aut sese præcipitem dedit, nisi solus? Quorsum igitur, inquis, laudas mihi tantopere solitudinem rem tam pestiferam? Hic nihil comodius respondero, quam Cratetis modo commemoratam sententiam. Tu cum tecum uiuis, caue cum homine improbo uiuas, iam nihil erit quod solitudinem metuas. Ita à turba, ut multo amplius à uitis recedas. Ita sileant circum te loca, ut non fremant pectora. Quanquam hoc uerbofo sermone non tibi Timoniam illam solitudinem commendare studui: uolo enim te non ex uniuerso hominũ genere, ut fecit ille, sed è turba migrare. Verum de externa quiete satis. Iam de interna paucis agendum est, quæ ut in mente est, ita non nisi à mente proficiscitur, sed bona, sed nullius sibi flagitij conscia. Tanta enim uirtutis uis est, ut cuius in animo confederit, eum incredibili pace quadam tranquillet ac leniat, omnique anxietate, horrore, metu, ac perturbatione liberet. Quæ res quanti sit, tum rectius intelliges, si inspicias quas angustias, quos tumultus sceleratus animus ferat. Nam qui fur aut peculator, aut scortator, aut proditor, aut stuprator, aut adulter, aut alioqui flagitiosus sit, scelerum conscientia premente, in perpetua anxietate ac formidine uersatur. Occursant dormienti, occurrant uigilanti tanquam furæ quadam horribiles illæ scelerum facies. Ad omnia pallescit, exanimatur, metuit cum omnia, tum hæc in primis, suspicionem, sermones, infamiam, iudicium, supplicium. Verum fac contemnere, aut certe fallere hominum conscientiam, facitem deum immortalem non uereri, num quando fieri poterit, ut suam ipsius conscientiam effugiat? Nihil profectio minus. Quoquo enim rerum se uerterit, quocunque locorum profugerit, dira illa pectoris tormenta non deserunt fugientem, imminent, agitant, territant, non epulas, non lucem, non uitam, sinunt esse iucundam, ipsam postremo quietem, irrequietam efficiunt. Hinc plerumque corporis macies, hinc uultus truculentia, hinc oculorum foeditas, hinc cuiusuis rei metus, quo ipsi sese prode re solent. Quod pulchre & iuste ab æquissimo rerum iudice comparatum est, ne nulli omnino impune nocentem esse liceat. Nam maleficia foeda quadam suspicio continuo consequi solet. Primum ea abunde nocentem ulciscitur. Deinde sermones atque infamia, quæ profectio tantum malum à plerisque iudicata sunt, ut è uita migrare, quam his obnoxij uiuere, maluerint. Verum multi eo malitiæ euasere, ut ista facile contemnant. Quin esto iuxta uulgi sermonem, quantum eis malitiæ, tantum sit & fortunæ, ut ipsis neque postulator quisquam, neque iudex exhibeat negotium, erit tamen aliquando qui in exorabili seueritate supplicium sumat. At ista procul absunt, inquit, quasi uero certi sint, uel unquam se horulam uicturos. Verum ut hoc eis concedamus, certe iam præsens

intra

intra ipsos supplicium est maleficiorum conscientia, quæ tam acerba est, ut nullum facinus tantam adferre uoluptatem possit, quæ his cruciatibus emenda sit. Quis enim unquam satis æstimauerit quam durus sit ille pectoris motus, cum seditione quadam acerrima ipse à sese discedet animus, ac quibusdam partibus suis aliò nitentibus concutitur, discerpitur, discinditur, accusante memoria, iudicante ratione, puniente conscientia, aliò ratione, aliò natura, aliò uocante peccati libidine. Unde perpetui stimuli, perpetua rixæ, bellum perpetuum. Qua propter non absurde ecclesiastici quidam sensisse iudicandi sunt, qui conscientia remorsum, qui malos ad inferos euntes consequitur, eorum suppliciorum quæ illic inueniunt non minimam partem iudicauerunt. Iuuenalis igitur præclare illa ut omnia:

Cur tamen hostu,

Eualisse putes, quos dira conscia facti

Mens habet attonitos, & surdo uerbere cædit

Occultum quatiens animo tortore flagellum?

Pœna autem uehemens, & multo sauior illis,

Quas & Cedicius grauis inuenit & Rhadamanthus,

Nocte dieq; suum gestare in pectore testem.

Et post pauca,

Cedo si conata peregit.

Perpetua anxietas, nec mensæ tempore cessat,

Faucibus, ut morbo siccis, interq; molares

Difficili crescente cibo.

Et cætera item uerissime atq; pulcherrime. Possent hæc, ut ratione atque autoritate probata sunt, ita mille doceri exemplis: at nos, ne singula prosequamur, tribus contenti erimus, quorum primum ex fabulis, alterum ex Romanis historijs, postremum ex sacris literis petemus. Quid enim aliud sibi uult, quod Orestes simul atq; matrem trucidasset, ab ultricibus diris, quas uulgatius furias appellant, correptus fingitur, itaq; ab his exagitatus, ut quocunque fugisset, eas aduersas sibi faces intentantes offenderet: quam eum quæ aliquod flagitium admiserit, ita conscientia stimulis torqueri agitariq;, ut phrenesi quadam laborare uideri possit? Multa quidē scite à Poetis excogitata sunt, at hoc mea sententia nihil aptius. Quare me huius fabulæ commemoratæ nondum pœnitet. Et quid Lucij Syllæ exemplo euidentius? Fuit huic uiro, ut legitur, inexpleta crudelitas, ita ut miserabile dictu sit, quot aut proscrisperit, aut cædi iusserit, cæteris item sceleribus non segnus ornatus. Verum de hoc tyrāno, quod nemo alius poterat, ipsa hominis malitia supplicium sumpsit. Maleficiorum enim conscientia ita excruciatu est, ut nullo ingenio, nulla medicorum ope somnum amissum reuocare potuerit, tandemq; morbo foedissimo, quem pedicularum uocant, perierit. Restat Chæm ille, antiquissimum quidem, at ea re nihilo obscurius huius rei exemplum. Is fratrem inuidia permotus trucidasse legitur, neque id impune. Continuo supplicium consecutum est, uarium quidem, at nullum inclementius, nullum capitalius quam conscientia, ea in sceleris autorem multo seuerius quam conditor ipse animaduertit. Obturgabat ille, imò potius exposulabat, ut pœnitentiam simul & confessionem eliceret: at miser ille maius peccatum suum existimabat, quam cui ignosceretur. Vitam illi donarat deus, at ipse se uita iudicabat indignum. Quam durum carnificem in illius pectore sauisse credimus? Quid illi dulce in uita accidere potuisse putes, qui sibi ipsi infensus, sui desperans, sibi ipse molestus uitam credebatur acerbam? In conspectu hominũ prodire uerebatur, quippe qui omnes sibi tales fingeret, qualis ipse sibi erat. Vides Iodoce mi, quæ tormenta, quæ labe, quos stimulos, quos tumultus, quos æstus, sceleratus animus ferat? Nunc tute collige, quam plena ocij, pacis, uoluptatis res sit, Nil conscire sibi, nulla pallescere culpa. Quid est quod peccus ita præparatum atque compositum permouere possit? Quid est, quod tute metuatur? Num homines? Verum non terretur inimico homine, qui amico nititur deo. Num calamitates? At eas etiam lucri loco deputat. An uero mortem, quam etiam ultro optat? Postremo an deum ipsum? Ne ipsum quidem, utpote cui se & charum, & curæ esse confidit. Quid hac re potest cogitari pacarius, quid securius, quid felicius? Sentiri utcumq; Iodoce potest, narrari planè nequit. Num ista tibi leuis uidetur causa, cur ad nos aduoles? At forte ipsum ad quod te aduoco, iam isthic beatus habes. Sic equidem confido. Sed eo magis tibi isthic euolandum

Tom. 5

T T

cenfeo

censeo. Habebis enim hic & multo cumulatus, & longe tutius. Quid tibi adeo libitū est inter latrones charum portare thesaurum? Hic si quid habes, augetur: isthic æternus metus est, ne amittas: hic interna illa pax maxima, externa nisi hic nusquam: isthic nulla, illa si qua est, & rara est, & parum tuta, propterea quod cœnobium ex malis bonos, ex bonis meliores efficiant: mundus contra, ex bonis sceleratos, ex sceleratis sceleratiores reddere consuevit.

CAPVT XI

De uoluptate
uite solitarie



ERVM de tranquillitate paucioribus quidem quam res postularet, pluribus tamen quam institueram egisse me uideo, nunc de uoluptate, quod uinum restat, quam breuissime poterimus, exponemus. Ea profectio una est, quæ omnes homines tam sibi pertinaciter deditos habet, ut ab ea nullis malis deterreri, nulla ratione auelli possint. Et illud fortasse non absurde Epicurus, errare quidē mortales in iudicandis uoluptatibus, omnes tamen uno animo alijs quidem atq; alijs modis eas expetere. Proinde seculares, quos uocat, ea uel maxime causa nostra uitæ institutum fugere atq; odisse solēt, quod triste putent esse, horridū, inhumanum, atq; alienum ab omni uoluptate. At nos, ne eos iste deterreat error, longe secus esse demonstrabimus, tantumq; abesse, ut uita nostra uoluptate uacet, ut a uim omnes Sardanapalos ad eam tanquam quendam deliciarum paradysum inuitare. In monasterijs uoluptas inquis? Delphinum syluis appingis, fluctibus aprum. Imò uero mi Iodoce, tota uitæ nostra ratio Epicurea est. Quid istuc inquis? Audies? Negat Epicurus eas admittēdas esse uoluptates, quas maiores molestiæ consequantur. Et nos quidem non scortamur, non mœchamur, non Aſotorum more nos ingurgitamur, sobrijs orientem, sobrijs occidentem solem uidemus, quorum utrunq; uidisse illos negant, hæc enim omnia nunquam ita se habent, quin plus adferant molestiæ q̄ oblectamenti. Sed neq; ditari, neq; clari aliquo magistratu effici aut possumus, aut cupimus. Ne in his quidē ab Epicuri magisterio desciscimus. Nam cum parum habeant uoluptatis, molestiæ plurimum, sapimus qui exiguum commodum maximo incommodo mercari nosimus. Præterea docet nonnunquam adeundos esse dolores, maiorum dolorum effugiendorū gratia, item sæpe omittendas esse uoluptates, ut maiores assequamur. Quid nos? Vigilijs, ieiunijs, solitudinem, silentiū, cæteraq; eius generis perferimus, ne maiores dolores ferendi nobis sint. Non potamus uncti, non choreas ducimus, non curritamus quocunq; fert libido, non cæteris ineptijs indulgemus, at uinam uideas, quanto cum fœnore istis careamus. Tu nos uoluptatē amississe credebas? Comutauimus, non amissimus, atq; ita quidē, ut pro paucis ac paruis plurimas ac maximas recepimus. Iam dudū nitidos istos ac molliculos arrectis esse auribus arbitror, ut qui me nouum aliquod paradysi uoluptatis artificium docere sperent. Docebo equidē, sed eos interim a fœditissimis istis illecebris, quæ nobis cum pecudibus cōmunes sunt, animum transferre uolo. Pecudes esse desinant, intelligantq; in homine sublimius quiddam esse ac diuinius, quo potius q̄ ad corpus delectatio referenda sit. Nam pecora cum in illis sit nihil corpore præstantius, suam quandā felicitatem uētris ac inguinis expletione non iniuria metiuntur, quorū altero tuentur incolumitatē suam, altero propagant genus suum, iuxta naturæ suæ modulum. At hominis dignior conditio est, quam ut non alijs rebus ac bruta natū se existimet. Constat enim ille non corpore modo, uerum etiam animo. Corpore quidē excepta figura nihil à brutis absumus, anima uero non parum ad diuinam illam atque æternam naturam accedimus. Corpus terrestre, brutum, tardum, mortale, morbīdum, caducum, iners, ignobile. Anima contra, cœlestis, subtilis, diuina, immortalis, perpetua, lucida, generosa. Et quis sic cæcus est, qui nō uideat ne conferendum quidem esse cum anima corpus? Quantum igitur à dignitate animæ abest corpus, tanto animi uoluptas corporis præstat illecebris. Illa enim uti anima, uera, perpetua, fastidij nescia, sincera, honesta, diuina, salutariferā. Hæc contra falsæ, labiles, fastidij plena, plus aloes quam mellis habentes, fœdæ, mortiferæ. Fieri autem nequit, ut idem & corporis & animi uoluptate gaudeat. Alterutra currendum est. Quid hic consultus cōsuleret Epicurus? Nempè ut obscenas illas corporis illecebras amoueamus, ne impedimento sint, quo minus præstantiores & dulciores animi uoluptates assequamur. Atq; hoc quidem, ut dixi, est uoluptates non amississe, sed fœnerasse. Verum iam dudum audire te uelle suspicor, quibus hic animi pascamur uoluptatibus. Primum eo horribili fœditatē conscientia cruciatu uacare, Epicuro autore, ne ab eo

recedamus, uoluptas est uel maxima. Nam illi non parum multum est quod gaudeat, cui nihil est quod doleat. Deinde cœlestium atq; immortalium deliciarū contemplatio, in quas nos uētuos, deo uolente, speramus, an nō uoluptaria res est? Quis est tam stūpido pectore, qui ubi huius uitæ saturo cœlestis felicitas in mentē uenerit, nō uel lacrymet prægurgator, cuius animus sic mœrore deiectus atq; humi depressus est, qui cogitata illa uita nō erigatur, non exhilaretur, non ex hoc corpusculo euolare gestiat? Quid si etiā gustata, quam hæc nondum sapiunt, quibus adhuc mundus sapit, sacris animis nihil exploratus. Nam quamuis uitæ illius iucunditas futuro æuo seruata, prius percipi nequeat, quam animus ex hoc misero carcere emergēs ed reuolet unde profectus est: eius tamen odore quodam tingi, ac de illa nunquam defœctura luce nescio quid sublustre aspicere. Quæ res, quid habeat uoluptatis, ei cui comperta non sit ne persuaderi quidem potest, expertis non æstimandum narrari. Quanquam autem harum deliciarum rara, ut inquit Bernardus, hora & breuis solet esse mora, tantæ certe sunt, ut si quicquid hic mundus usquā habet uoluptatis in unum cōsuetur, præ his uile quiddam fastidendumq; uideatur. Quod si bene gestorum nulla alia essent speranda præmia (quod multo secus est) certe hac una mercede quousuis perferre labores nunquam me pigeret: dignasq; iudicarem, quarum potiundarum gratia cæteras illecebras omnes non solum contemnerem, uerum etiā bellum eis indicerem. Age igitur quanti futurā arbitramur illorum gaudiorum copiā, quādo sic odor teruissimus delectat, sic recreat, sic afficit? Quam uoluptariū erit, diuino illo lumine, quod nisi purgatissimis oculis uideri nequit, perlustrari, ita ut ipsi quoq; toti pelluceamus: quū tantum adferat uoluptatis, nebulam (ut ita dixerim) sublucidam idq; raptim suspicere? Hæc meditari res est uoluptatis plenissima. Præterea dulcedo illa qua spiritus ille paracletus, id est consolator, candidissima pectora, quoties secretius illabitur, afficit, quoties in thalamo castissimo sponfam sui amore languidam sponsum amplectitur, ac querulā (ut sunt omnes qui misere amant) blandissima quadam ac amica familiaritate consolatur, dulcedo, inquam, illa quid à me commemoretur? Narrent qui norunt. Norunt autem & quidem feliciter quibus licuit experiri, ego ad has admitti delicias nōdum prōmeritus sum, aut si quid tenuiter libaui, malo de alijs quam de meipso dicere. Et si hoc certius, illud tamē modestius. Eos igitur persæpe cum lacrymis fatentes audiui, istas seculi uoluptates, quæ uanis hominibus uicio palati sapiūt, ita sibi uideri insipidas, ut non solum a rebus ipsis animus, uerum etiā à commemoratione aures abhorreant. Nimirum sorduerunt illis glandes, ubi Cereris usus reperitus est: fastidire cœperunt falsas delicias, ubi ueras gustarūt. At heu pleriq; mundi cultores ex illo agresti & stolido hominum genere, porcinis istis pabulis ita fatuces habent imbutas, ut eis præter suas glandes sapiat nihil: nec planē intelligunt, quæ possit esse uitæ iucunditas, aut cur in uita morandum sit, sublatis glandibus, id est, uentris ac faucium uoluptate. Proinde quoties fit, ut nos uideant in his laboribus, ut ipsi existimāt, in quibus se ne uere quidem posse credunt, hilariiores aut etiam corpore habitiores uiuere, quam ipsi inter suas sepulas uiuant, admirari maximopere solent, nec intelligere possunt postea quā carnis delectamenta reiecerimus, quæ ex re ullam præterea uoluptatē capere possimus. Vident adolescentulos teneros, puellas itē delicatas, uident annos, uident formā, quæ indulgentiā paulo ante educati sunt meminērūt: altera ex parte si quid hæc uita aspētū, si quid triste habet, collocat, solitudinē, laborem, uigilijs, inedia, & id genus cætera. Vident nō modo liberum eis esse ab hoc uitæ genere recedere, uerum etiā admirabili quadam parentū atq; amicorū improbitate suaderi, moneri, rogari, impelli illos cōtra multo pertinacius obistere, matrem lacrymantē siccis cōsolari oculis, sororē colla stringentem cōtemnere, à charissimis sodalibus, à quibus nuper unū diem abesse durū erat, nūc omni uita tā facile auertere: deniq; tāta hilaritate supremū uale dicere, tāta alacritate suprema diuidere oscula, ut nemo uel alienus inter hæc lacrymas tenere possit. Libet hic meminisse (quæso ne molestū sit) lacrymabilis illius cœnæ, quæ Margarete uirgini optime, mihi sororis loco semper dilectæ, cū parentibus suis fuit suprema. Aderam ipse, & mecū una plurimi, quos filia ed cōuenire dederat operā, ut nobis aduocatis patrē exoraret, quod iam sex annos frustra orauerat, ut monacham fieri sineret. Matris enim iam expugnauerat animum, neq; enim alē aurius difficultas ullo uicio accidit. Sunt enim utriq; ut loco, ut specie apud suos facile

primi: ita ea uirtute, ut (quod felicitati ratio est) nemo non amet, non predicet: uerum ita in liberos propensius, ut tanquam adament sic ament. Coepimus itaque urgere patris animum. Quid multa: ille partim pudore, partim filiae commiseratione, partim nostra improbitate uictus annuit. Tum uero uidisses miserabile subito oriri spectaculum. Pater filiam complectus ita inter oscula lachrymari coepit, ac si continuo in sepulchro ponenda fuisset. Mater exanimata dolore collabatur. Frater adolefcent, qui illi erat unicus, ac germana natu grandior, alter aetatis, alter sexus imbecillitate, eiulatus addentes lachrymis fororem communem utrinque amplexi, per has, inquit, lachrymas, per si quid potest fraternae ac sororiae pietas, oramus, ne nos deferas miseros, ne una utrosque perdas. Caeteri amici, alij flere taciti, alij precari, alij suadere, alij increpitare, ac sic genis nemo omnium. Nos porro qui filiae ueneramus aduocati, cum omnium tum patris lamentis ac lachrymis permoti, quae illi uiro gratissimo ut puero cadebat ex oculis, & ipsi lachrymari coepimus, id quod cum nostro decore dicimus. Iam prope poenitebat tanta turbas concitasse. Quid inter haec ageret uirguncula, sexu, etate, natura mollis, educatione delicata? Paulus ipse ualedicturus, fratrum lachrymis se & si non permotus, at motum certe significat, quid inquit facitis flentes, & conturbantes cor meum? Verum haec (tamen si insigni in parietes esset pietate) oculis siccis, uultu sereno, patri blandiens negat esse causam cur se excruciet, iustus gaudendum esse, ut qui gratiam non amissurus, sed habiturus sit quae pro se deum oret. Matris item aegrotum animum ac caeterorum osculis, precibus, monitis, lenire sedulo studet. Frustra, nam perpetuum hoc conuiuium usque in feram noctem singultibus, lachrymis, questibus productum est, una hilari Margareta. Haec itaque quoties uident (nam fit nonnunquam ut uideant) hi qui, ut dixi, ferre non nisi palato sapiunt, conlachrymant saepe etiam ipsi, admirantur robur animorum iuuenilium, atque iam suae molliciei suppudet. Verum quid suspicantur? Num censent eos an nos, eos uultus, ea corpora, eos animos tam facile posse abduci, immo tam auersari seculi uoluptates, nisi reperissent iam potiores? Num ad eos labores tanta magnanimitate contenderent, nisi dulces experti essent? Sic est mihi Iodoce, sic plane est, dulce est expertis, quod etiam acerbum ac durum in expertis uidetur. Verum quando hoc istis persuaseris? Vident enim, ut ait Bernardus, cruces nostras, unctiones non uident. Cupio equidem illis mentem meliorē dari, nisi tamen ipsi grato errore libenter insaniunt, quemadmodum Arguius ille apud Flaccum. At tibi (quando ab eo non multum absumus) plane persuadere uolumus. O si optando allequi liceret, ut sicut sub aspectus tuos haec uenturae sunt literae, ita in animum tuum animi nostri transfundantur affectus, id est ut tu sic afficiare legens, quomodo ego scribens afficior. Iam hic epistolae finem ponerem, nec in persuadendo plus sermonis terendum esse iudicarem. At id quando frustra fortassis optamus, & ad persuadendum nostra non ualet autoritas, unum in medium adducam Hieronymum, quem & uita grauem & eruditio fecit insipientem. Dic quae uis uirorum sanctissime, quid tu in ista horrenti solitudine, in modica confectus inedia, uigilijs prope perpetuis maceratus, tantis laboribus attritus, nulla ne habebas uitae iucunditate? O quoties, inquit, in eremo constitutus, in uasta illa solitudine, quae ex uisita solis ardoribus horridum monachis praestat habitaculum, putauit me Romanis interesse delicijs. Et ut mihi testis est dominus, post multas lachrymas, post caelo oculos haerentes, nonnunquam mihi uidebar interesse agminibus angelorum, & laetus gaudensq; cantabam, post te in odorē unguentorum tuorum curremus. Audisti Iodoce confitentem. Liceret quidem et alios citare testes, uerum aut huic aut nemini credemus. Atque haec quidem uoluptas omnibus pijs communis est. Est tamen praeterea quaedam uiris eruditus peculiaris, qua fruuntur, quoties aut probatissimorum autorum scripta legunt, aut ipsi legenda scribunt, aut lecta animo uolunt. Hoc uoluptatis genus tantam habet uarietatem, tantam copiam, ut nullus omnino fastidio possit esse locus. Quid enim? Si quis ex ipsis fontibus libet, utriusque testamenti uolumina petunt. Si ueritas per se honesta eloquentiae nitore honestior facta delectat, ad Hieronymum, Augustinum, Ambrosium, Cyprianum, atque eiusmodi curritur. Si paulo fastiditiori, Christianum Ciceronem audiendi libido est. Lactantius Firmianus in sinum ponitur. Sin neglectior apparatus, ac sobria cena delectat, Thomae, Alberti, ac similibus libri sumuntur in manus. Quod si a ueteribus illis amicis abesse perpetuo nequis, licebit quidem & istos interdum reuifere, ubi occurrerit, at ita, ut riualem te non conuictorem exhibeas. Est enim apud istos mulier illa barbara, sed uultu honestissimo, quam tu raptam ubi capillos unguesque secueris, ex

Studia sacra

scorto

DES. ERASMVVS ROTERODAMVS IOANNI COLETO
THEOLOGO DOCTISSIMO FACVNDISSIMO QVE
S. P. D.



VAM PRÆTER meritum nos superioribus literis tuis laudatas doctissime Colete, tam his proximis immerentem obiurgas. Quanquam non paulo aequiore animo fero reprehensionem tuam, quam non me reor, quam laudes tuli tuas, quas non agnoscebam. Nam accusati, non solum sine uitio nosmetipsos purgare possumus, uerum etiam hoc contra culpam non facere non possumus. Cum interim laudes accuratius refellere, hominis esse uideatur laudum ieiunium auidicq; neq; simpliciter id agentis, ne laudetur, sed ut ait sapiens laudetur, aut copiosius. Tu (credo) utroque in genere periculum nostri facere uoluisti, & quid mihi placere tantum uiri praconio coonestatus, & quid aculeorum habere, obiurgatiuncula irritatus. Constantissimus in amore sis oportet, qui quidem sis in recipiendis amicis tam cautus, tam diligens, tam contabundus, tam explorans: uerum his tecum locari libuit. Alioqui quam laetabar antea uel falso laudari a uirorum omnium laudatissimo, tam nunc admoneri gaudeo, ab amico sincerissimo. Igitur posthac pro tuo arbitratu, tuum Erasmus uel laudato, uel obiurgato, modo quotidie literarum tuarum aliquid huc aduollet, quia re nihil possit accidere iucundius. Sed iam ad epistolam tuam pauca, ne puer qui literas tuas attulit, inanis ad te redeat. Quod neotericum theologorum genus, qui meris argutijs & sophisticis cauillationibus infenscunt, tibi negas placere, nam tu mecum uehementer mi Colete sentis. Non quod illorum studia damnem, qui nullum omnino studium non laudo, sed cum sola sunt ista, nec ullis antiquioribus elegantioribusq; condita literis, eiusmodi mihi uidentur, ut sciorum & contentosum hominem reddere possint, sapientem an possint, uiderint alij. Ingenium enim ieiuna & aspera quadam subtilitate exhauriunt, neq; ulli uegetant succo, neq; animant spiritu. Et quod omnium est maximum, theologiae illam omnium disciplinarum reginam, sic ueterum facundia locupletatam ornataq; sua balbutie & orationis spurcissimae sordibus deuenustat, sic priscorum ingenijs expeditam, spiritus quibusdam impediunt, inuolutes omnia, dum omnia conantur resolvere, quemadmodum ipsi loquuntur. Itaque uideas eam quae quondam augustissima fuerit, maiestatisq; plena, nunc pene mutam esse, inopem, pannosam. Illicitur interea dulci quodam, & illecebroso morbo, nunquam satiata contentionis. Rixa e rixa nascitur, & miro supercilio, de lana caprina digladiamur. Tum ne nihil inuentis ueterum theologorum adiectile uideamus, satis audacter & certas quasdam rationes praescripsimus, quibus deus mysteria sua peregerit. Cum interdum perfectius sit credere fieri, ceterum quibus modis id fiat, omnipotentiae dei permittere. Adde quod ostentandi ingenij studio, nonnunquam eiusmodi quaestiones agtamus, quas aures pie utiq; ferant, cum quaerimus, num deus potuerit diabolum, aut alinum assumere. Fortasse tolerandum, si quis ista tanquam acendi ingenij gratia modice per etatem attigerit, sed in his tanquam ad scopulos sireneos, non consensimus modo, uerum etiam immorimur, praesertim his nullas non literas contemnimus. Accedit ad haec, quod nostra tempestate fere ad theologiae studium sese applicant, literarum omnium principem, qui propter ingenium pingue parumq; sanum, uix ullis sunt literis idonei. Haec autem dixerim, non de doctis ac probis theologiae professoribus, quos in primis suspicio uenerorq; uerum de sordido hoc ac supercilioso uulgo Theologorum, qui praesertim se omnes omnium literas pro nihilo ducunt. Quo cum hominum genere inexpugnabili quum tu Colete dimicationem susceperis, ut ueterem illam ac ueram Theologiae, istorum spiritus oblitam, implexamque in pristinum


TT 4 nitorem

nitorem ac dignitatem, pro tua tunc sententia, pro danti tam te deus ante, quam ipse, multis modis pulcherrimam, in suis. Proinde hominam, quam omnium in se, quum, tum huius, Oxoniensis florentissimae academiae causa falli, peritiam, uerum, (ne quid mentiar) & negotii & inuidia, plenam. Quamquam negotii quidem distinet, rem, tua tum eruditio, tum induitria superabit, inuidiam animi tui magnitudo facile negliget. Sunt & inter ipsos theologos non pauci, qui tam honestos tuos conatus, & uelint, & possint adiutare. Imò nemo non dextram iunxerit, quum nullus etiam doctorum sit in hac celeberrima schola, qui tibi Paulinas epistolas publice iam triennium enarrant, non attentissimas aures praebuerit. Qua quidem in re, utrum magis laudanda modestia illorum, qua non uerentur omnium *διδασκαλοῦ* hominis aetate iuuenili, nullaque doctoratus (ut uocant) auctoritate praediti, *ἀκροατοῦ* uideri, an tua singularis tum eruditio, tum eloquentia, tum morum integritas, quam illi hoc honore dignam iudicant: De miror autem, non quod tu tanto oneri supposueris humeros, cui par esse potes, sed quod me nihili hominem, in tam magnifici muneris societatem uoces. Hortaris enim, imò penè conuictio efflagitas, ut quemadmodum tu Paulum, itidem ego uel priscum illum Moysen, uel facundum Esaiam enarrans, hibernis his mensibus frigentia (uti scribis) huius gymnasii studia coner accendere. Ego uero qui mecum habitare didici, nec ignoro, quam sit mihi curta suppellex, neque doctrinae tantum arrogo, quae tantis obeundis rebus sufficiat, neque tantum animi robur mihi reor adesse, ut tot hominum, sua fortiter uentium, inuidiam queam sustinere. Res ista non tyronem, sed exercitatissimum requirit imperatorem. Neque uero me impudètem uocaueris, qui ista recusem, impudentissimum omnino futurus, ni recusarem. Tu mi Colete parum prudenter facis, qui (quod ait Plautus) e pumice postules aquam. Qua tandem ego fronte docebo, quod ipse non didicit. Qui frigus aliorum accendam, ipse totus tremens horrensque. Ipsa temeritate mihi magis temerarius uidear, si statim tanta in re uires meas periclitet, & iuxta Graecam *παρρησίαν*, quae *τὸ πρὸς τὴν ἀπάθειαν* experiar. At expectaram, inquis, & opinione te falsum quereris. Tecum igitur ipse expostules oportet, haud mecum. Neque enim nos te sefellimus, quippe qui nihil istiusmodi, uel promiserimus, uel etiam ostenderimus. Sed tu te ipsum sefellisti, qui mihi de me uera praedicanti, credere nolueris. Neque uero huc appuli, ut poeticas aut rhetoricas literas docerem, quae mihi dulces esse desierunt, posteaquam desierunt esse necessariae. Hoc recuso, quia minus est instituto meo, illud quia maius uiribus. In altero obiurgas immerentem, mi Colete, quippe qui secularium (ut uocant) literarum professionem nunquam praeme tulerim: ad alterum frustra hortaris, ut cui meminisse imparem esse cognoscam. Quod si maxime par sim, ne liceat quidem. Nam mox Lutetiam relictam repeto. Interim dum me partim hiems hic alligat, partim recens ducis cuiusdam fuga non sinit exire, tuto in hanc laudatissimam academiam me contuli, ut unum aut alterum mensum cum tui similibus potius, quam cum torquatis istis aulicis agerem. Tuis uero pulcherrimis ac diuinis conatibus tantum abest ut uelim aduersari, ut me (quoniam nondum adiutor sum idoneus) sedulum & hortatorem & fautorem fore pollicear. Caeterum ubi mihi conscius ero, adesse robur & uires iustas, accedam & ipse tuis partibus, & in asserenda Theologia, si non egregiam, certe sedulam operam nauabo: Interim nihil mihi possit esse dulcius, quam (ita ut coepimus) quotidie uel coram, uel per epistolas de sacris literis inter nos conflictari. Vale mi Colete.

Humanissimus praesul Richardus Charnocus, hospes meus, communis mihi tecum amicus, iussit tibi suis uerbis multam salutem adscribi. Oxoniae, e collegio canonicorum ordinis diui Augustini, quod uulgo dicitur Sanctae Mariae.

DES ERASMI ROTERODAMI DISPVTA-
TIVNCVLA DE TÆDIO, PAVORE, TRISTITIA IESV,
instante supplicio crucis: deq; uerbis, quibus uisus est mortem
deprecari, Pater, si fieri potest, transeat à me calix iste.

DES. ERASMVVS ROT. IOANNI COLETO SVO S. D.



ERI. quum in pomeridiana consistatiuncula nostra, Colete, multa quidem abs te tum acute, tum grauius diceretur, nec tuam mihi sententiam satis probares, à qua tamen dissentire magis poteram, quam refellere: mihiq; uiderer non tam causa esse inferior, quam facundia, contentionem tu quidem in presentia, pro tua modestia, remittebas. Verum digredientem, ut rem mecum attentius amussartiusq; perpederem orabas, negans te dubitare, quin si ita facerem, illico pedibus in tuam iturus essem sententiam. Ac meo quidem iudicio, faciebas prudenter. Sciebas enim (ut grauius dixit Mimus ille nobilis) Nimiti altercando, nonnunquam amitti ueritatem: praesertim si disputatio peragatur his testibus, apud quos doctrinae nostrae opinionem periclitari credamus. Aderat autem Richardus Charnocus praesul, uetustissimus amicus tibi, mihi recens hospes, sed utriusq; nostrum penè ex æquo tum amans, tum admirans: praeterea natura insitus contentionis calor, & studium sua cuiq; tuendi, mansuetioribus etiam mentibus nonnunquam imponit. Nam ut inuenias, qui uelit agro paterno cedere, Qui uelit ingenio cedere, nullus erit. Itaque monitis tuis, mi Colete, libenter sum obsequutus, remq; totam mecum animo repetens, paulo sum fixius pressiusq; contemplatus, deposito omni studio, rationes utriusq; componens atq; expendens, imò permutatione facta, ut tuis perinde ac meis fauerem, & meas non minus acriter q; si tuae fuissent, excuterem. Mihi tamen inter haec neque noui quicquam in mentem uenit, neque cuiusquam quod dixerim, poenituit. Experiar igitur si possim, pugnam illam uniuersam literis representare, & tanquam eandem fabulam agere denuo, non quod sim quam tum eram instructor, sed ut eadem illa quae tum incondite (quippe imparatus) dicebam, nunc efferam paulo tum digestius, tum munitius. Nam paribus copiis nonnihil tamen refert quam scite collocata acie pugnes. Verum argumentis potissimum agemus, quando quidem librorum subsidia in praesentiarum à nobis desiderantur. Qua quidem in re, tu me felicior. Verum quid mea in literaria pugna, qui sapit, non tam uincere cupiat, quam uinci: hoc est, non tam docere, quam discere. Si succumbo, discendo doctior: sin supero, tibi nihilo iniucundior. Verum iam accingar. Haec (si satis commemini) erat tuae disputationis summa, De taedio, pauore ac tristitia redemptoris nostri Iesu: deq; uerbis quibus mortem uidetur deprecari. Si possibile est, transeat à me calix iste. Interpretationem uulgò à theologis recentibus receptam atq; incukatam, negabas tibi probari: quibus placeret, Christum uti uerum hominem, tum diuinitatis id temporis auxilio destitutum, tam dirum atq; immanem cruciatum, qui iam propius instaret, ac prope premeret, propter naturae nostrae imbecillitatem, quam cum plurimis malis nostris assumpserat, exhorruisse. Atq; ab eo affectu profectam uocem illam hominis reformidantis: Mi pater, si possibile est, transeat à me calix iste: & hanc quidem fuisse uocem nostram, hoc est, imbecillitatis humanae testem. Caeterum addidisse protinus, quod erat uirtutis & obedientiae, & tanquam superato affectu dixisse: Verum tamen non sicut ego uolo, pater, sed sicut tu. Negabas enim quicquam minus in Christi charitatem conuenire, quae fuit (sine contouersia) flagrantissima, quam mortem eam, quam amore nostri tantopere sitierat, nunc imminentem exhorrescere, deprecariq;. Addebas, uehementer absurdum uideri, quum martyrum pleriq; immanissimos carnificum cruciatum, animis non solum impauidis atque intrepidis, uerum etiam alacribus, quasiq; gestientibus excepissent, nonnullis adhibita tormenta, uoluptatem quoq; atulissent, charitatis uidelicet magnitudine, doloris sensum absorbente: Christum qui uerus est amor, uera charitas, qui non in aliud uenerat, quam ut nos morti obnoxios, in debita sua morte in uitam affereret, crucis uel ignominiam, uel acerbitatem exhorruisse. Proinde quod roto corpore sanguinem sudauerit, quod ad mortem usque fuerit animo contristatus, ita ut esset angelorum

angelorum solatio subleuāndus, quod quasi patri blandiens, calicem mortis deprecatus sit, hæc omnia quouis referre malebas, quam ad mortem reformidatam. Charitatis hæc esse aiebas propriam vim ac munus, formidinē omnem procul excludere, alacritatem adferre pro tristitia, nihil ad se spectare, totam semet alijs profundere. Neque quadrare, neq; consentaneum uideri, illū humani generis amatorem sititissimum, non contanter modo, uerum etiam timidissime mortem adisse. Atq; ut tua cōfirmares, adijciebas te magno opere dissentire ab ijs, qui in statuendo charitatis ordine, gradus quosdā amādi comminiscerentur, ab ipsa charitatis natura prorsus abhorretes, uidelicet ut secundū deum, sibi quisq; charissimus esset, semperq; in eodem genere rerum, quæ nostra sunt, ijs quæ sunt proximorum, præferamus. Dicebas hanc collationem tollere hoc, quod amoris est proprium ac genuinum, qui sua negligit, curat aliena: nihil minus quam amare, qui seipsum amet. Mosen potius habuisse, deleri de libro uitæ, quam populū interire. Christū charitatis exemplar, se perdidisse, ut nos essemus incolumes. Paulum alterum amoris perfecti speculum, optasse, ut anathema fieret pro fratribus suis secundum carnem. Hæc inquam erat, Colete, confutationis tuæ summa, quam (ut potuimus) contra cūlissimū quidem collegimus, tamen citra omnem præuaricationē, nihil de industria uel prætereuntes uel eleuātes, id quod Quintilianus admonet in cōfutando fieri oportere. Imò quod ipse non distiteberis, quædā munitiora quoq; retulimus, quam tu proposueris. Sed iam ad rem discutiendam accedemus, si prius illius numen implorauerimus, qui quoquo modo certe nobis rē duit, non sibi; nobis pauit, non sibi; nobis contristatus est, non sibi; nobis sudauit, nō sibi; & qui solus nouit, qua mente patrem orauerit, non sinat nos nostram mentem sequi, sed suam dignetur impertire. Tuam uero sententiam autore Hieronymo confirmabas, quem unum hac in re uerum uidisse dicebas, qui pauoris & tædij causam mutarit, scripseritq; (ut aiebas) saluatorem Iesum nihil aliud orasse, q̄ ne sua mors, quam uniuersis salutiferam esse cupiebat, Iudæis exitialis fieret. Hinc illam fuisse anxietatem pauentis mœrentisq; ad mortem usq; acerbā. Inde sudorem sanguineis guttis toto corpore in terram destillantem. Hoc ita habere certissimum argumētum esse dicebas, quod iam in cruce sacrificium illud peragens æternum, pro eisdem sui supplicij ministris, eundem orans patrem: Ignosce, inquit, quia nesciunt quid faciunt. Ut penē idem sit sensus in utriusq; uerbis: Transeat à me calix iste: id est, ne me sua pernicie occidant Iudæi: & Ignosce, quia nesciunt quid faciunt. Hanc Colete, siue tuam, siue Hieronymi sententiā, si sic probas, ut aliorum non reijcias, iam & ipse in eam pedibus discedo. Nam & libenter cum Hieronymo nostro sentimus, & à Coletō non ita libenter dissentimus. Nihil enim prohibet, quo minus ex sacris literis, quæ mira quadam fecunditate sunt, uarios sensus eliciamus, & unum locum non uno modo accipiamus. Scio iuxta diuū Iob, multiplicem esse sermonem dei: scio manna nō omnibus palatis idem sapuisse. Verum si interpretamentum istud sic amplecteris, ut id quod & plures habet autores, & receptius est, damnes atq; reijcias, reclamo, & à te libere dissentio, dissentiamq; donec me tecum sentire iubebis: nec iussurum scio, quæ tua modestia est, nisi tuam sententiā idoneis argumentis probaris. Placet quod dixit Hieronymus: Erubescant qui putant saluatorem timuisse mortem, & passionis pauore dixisse, Transeat à me calix iste. Displicet quod nemō fere non dixit: Iesum propter assumptū hominem humana infirmitate reformidasse mortem, natura acerbam. Si autoritate me premis, quid si utrunq; sentit Hieronymus? Quid si sapius hoc, quam illud? Quid si in eodem loco neutrum tacuit? Quid si ne sentit quidem quod tu, aut id etiam quod scripsit? quando quidem ille in Commentarijs summam libertatem esse putat, quod in Ruffinum scribēs palam testatur. Etenim in his non suo quisq; periculo quid sentiat, ipse pronunciat, sed quid alijs senserint refert. Quod cum omnibus qui commentarios scribunt commune est, tum Ambrosio Hieronymoq; præcipuum studium fuit, per diuersos autores uagari, & illorum, non suo periculo, quæ senserint recensere. Vterq; autem Origenem in enarrandis diuinis literis potissimū est emulatus, cui familiare uidemus esse, ut eadem de re, uarijs differendis sententijs, lectori copiosam cogitandi materiam subministraret. Relege locum unde ista profers, & uehementer me fallit animus, nisi & hoc commemorat quod tu nunc oppugnās. Sed interim dum librorum copia sumus destituti, ratio cum ratione, signa cum signis, argumentum cum

eum argumento pugnaui. Principio si Christū hoc unum tātopere angebat: quod mortem suam Iudæis aliquot exitium allaturam esse præuideret, aut (ut sentit Hilarius) quod ea uidelicet offensos ac consternatos apostolos à se descituros præcires, quum ista tum nihilō clarius prospexerit, quam à momento conceptionis, nūquam non eodem modo oportuit angere. Nam si causam perpetuā admittis, non potes non & effectum perpetuum admittere. Porro Iudæorum exitium, quur nunc demum deprecatur? Quur hoc potissimum tempore? Quur non alijs uerbis? Desseuerat ante Hierosolymitanū excidium, sed uerbis perspicuis. Orauit de cruce pro mortis autoribus, pro blasphemantibus, sed uerbis neutquam ambiguis. Conueniunt circumstantiæ. Hic neq; in re, neq; in uerbis, uel leuis est coniectura, quæ pertineat ad interitum Iudæorum, nisi impudentissime quis torserit. Nōne palam (inquis) orat, ne se Iudæi occiderent, quum ait: Transeat à me calix iste: uidelicet quem mihi sunt propinaturi? Imò si me uerbis urgeas, magis uidebuntur ad patrem propinantem, quam ad Iudæos pertinere. Id quod ex simili loco fit luce ipsa clarius, ubi Christus de morte sua loquēs: Calicem (inquit) quem dedit mihi pater, non bibam illum? Dat igitur pater filio bibendum calicem, filius ut homo, & homo nostris malis infirmus, uere reformidat mortem instantem, & patrem orat, ut eum calicem à se transferat. Pro me facit & pronomen Iste, quod non ignoras, utro potius oporteat referri ad patrem cui loquitur, an ad Iudæos. Idem sonant uerba Marci, Et orabat, ut (si fieri posset) transfret ab eo hora. Quæ tandem hora, nisi iam urgentis supplicij? Deinde uerba orantis subiicit: Abba, pater, omnia tibi possibilia sunt, transfer calicem hunc à me. Ergo sermonem Christi si excutias, ne syllaba quidem inuenietur, quæ tuam sententiā adiuuet. Iam ex re si captes argumenta, tantūdem inuenieris, hoc est, nihil omnino quod pro te faciat. Collige, iuxta rhetorum præcepta, quid præcesserit, quid coniunctum fuerit negocio, quid consequutum sit. Dixerat Iudæ, Quod facis, fac citius. Imminent impietatis ministri. Aduentat proditor quum infelicissima cohorte. Iesus uolens tot martyrum millia, qui suam mortem erant imitaturi, exemplo suo instituere, quomodo sese deberent gerere, ubi carnifex dirus urgeret, ubi sauos intētare cruciatus, secretum captat locum, orantibus idoneum, tædere coepit, ne sibi displicerēt martyres similia patientes: abijcit sese humi, hoc facto docens, non expedire martyri supplicium adituro, ullis suis imitti uerbis aut meritis, uerum de se penitus diffiso, ad capitis opem tantum oportere respicere. Orat patrem in media tristitia, ut (si fieri possit) mortem transferret. Sed uincit hunc affectum infirmitatis, & se totum paternæ uoluntati submittit. Admonet dormitantes apostolos, ut uigilent, orentq;. Spiritum quidem esse promptum, carnem uero infirmam: mox obuium se præbet quærentibus, attonitos confirmat, trepidos prouocat. Proditorem etiam osculo dignatur, & amicum uocat. Vides, opinor Colete, circumstantias omnes; quæ ante rem, quæ in re, quæ post rem, nihil aliud demonstrare, quam Christum Iesum ex assumptæ conditionis imbecillitate, mortem uicinam horruisse, sed ope diuina & uirtute obedientiæ constantem eadem suscepisse. Verum nusquam mihi theologi loquuti uidentur perplexius, quam de hoc euangelij loco. Alius Christum reformidasse negat, ueluti tuus Hieronymus, neq; dissentit Augustinus, enarrans psalmum uigesimum primum: Corpus enim, inquiens, suum gerebat: id est, ecclesiam: nisi forte putatis fratres, quia quum dixit dominus: Pater, si fieri potest, transeat à me calix iste: mori timebat. Ambrosius, mortis tædium, modo uidetur Christo tribuere, modo adimere. Tribuit, quum dicit, Quasi homo mortē recusans, quasi deus sententiā suam seruans. Rursum adimit quum scribit: Doles enim domine Iesu, non tua, sed mea uulnera: non tuam mortem, sed meam infirmitatē, & nos æstimauimus te in dolore, quum tu nō pro te, sed pro me doleres. Iterū aliquanto inferius: Tristis uidebatur, & tristis erat, nō pro sua passione, sed pro nostra disperisione. Ac paulopost, Tristis erat, quia nos paruulos relinquebat. Et ibidem: Transfer, inquit, calicem hunc à me: non quia deus dei filius mortē timebat, sed quia nec malos pro se perire uolebat. Porro Hilarius etiā impiam stulticiā nominat, si quis affirmet Christū suam ipsius mortē reformidasse. Eam loquēdi diuersitatem in reliquis quoq; scriptoribus deprehedet hoc loco, qui diligēter obserauerit. Sed fortassis admiratione dignū, quur tantopere reformident Christo tribuere mortis reformidationē, quum omnes uno penē animo, non uereatur tribuere duas uolūtates, diuinā & humanam

humanam. Easque non solum natura diuersas, uerum etiam dissidentes, ut quod altera noluerit, altera uoluerit. Duos item affectus, mentis & carnis, quorum altero mortem licet, altero recusat. Adeoque uoluntates has duas comprobauit autoritas ecclesiastica, ut haereseos notam inuulerit, qui diuersa senserunt. Interdum fatetur hoc, quod mortem refugit, fuisse conditionis assumptae, interdum non naturae hoc fuisse, sed dispensationis. Porro autem magis etiam herent in illis Christi uerbis: Pater mi, si possibile est, transeat a me calix iste: uerum tamen non sicut ego uolo, sed sicut tu. Et: Pater, si uis, transfer calicem istum a me. Primum, quid attinebat Christum omnino orare, qui quidem ut omnipotens erat, etiam ut homo, ita & omnipotens? Deinde, quare orat, quod se nouit non exoraturum? Nam siue orat, ne a Iudaeis occidatur, praesciebat occidendum sese: siue ne occiderent illi, sciebat occisuros. Siue ne perirent mortis occasione suae, quum Iuda permultos sciebat perituros. Denique quare orat, quod non uult pater? Illud etiam perplexius, quare tanquam uel de uoluntate patris, uel potestate dubitans, ait, Si uis: &, Si possibile est: quasi quicquam ignorauerit? His atque huiusmodi multis offensus Augustinus, & causam morris pauorisque mutauit in Christo, & totum hunc sermonem maluit ad corpus referre. Quamquam & Hieronymus & Ambrosius, eiusdem tristitiae uarias causas tradunt, siue liberum esse rati, de una qualibet earum sentire, siue quod non existimarent, absurdum uideri, si unius effectus plures esse causas dicerentur. Quoniae caput & corpus idem sunt, Christus imbecillitatem membrorum suorum in se transferens, pro illis tædunt, mortuus fuit, contristatus est, pauit, agonizauit, sanguinem sudauit. Haec enim omnia uerba sunt apud Euangelistas. Pro his orauit patrem, ut a se, hoc est a corpore suo, a Petro, a Paulo, a martyribus, calicem transferret amaræ mortis. Quemadmodum & in cruce pendens, comprecatus est patrem uerbis Psalmi modo citati, quorum nonnulla nequaquam quædrant in filium uirginis, ueluti hæc: Deus deus meus, ut quid me dereliquisti? Longe a salute mea uerba delictorum meorum. Nam quæ tandem sua delicta nominat, de quo testificatur scriptura: Qui peccatum non fecit, & non est inuentus dolus in ore eius. Vbi eleganter Augustinus: Delicta (inquit) nostra, sua delicta fecit, ut iustitiam suam, nostram iustitiam faceret. Verum ut in cruce, nostra delicta sua fecit, ita instante supplicio, nostram trepidationem fecit suam, nostram mortem deprecabatur, non suam. Atque hæc quidem interpretatio pietatis plurimum habet, eoque ad prouocandos ad amorem saluatoris animos, in primis idonea est. Et de uerbis quidem orantis, facile nos extricat ab omni difficultate. Verum de pauore suscepto, uidemur adhuc in eodem hæsitare luto. Tu causam quidem pauoris mutasti, quamquam reclamantibus circumstantiis coniecturalibus. Non reformidauit sibi mortem, non tædunt sibi, sed tamē uere. Neque enim (ut ait Ambrosius) speciem incarnationis suscepit, sed ueritatem. Debit ergo & dolorem suscipere, ut uinceret tristitiam, non excluderet. Quod si hic quoque premis, Christum uere quidem pauis se, sed corporis sui, non suum malum: cum recentioribus theologis rogabo, quid ita refugis in Christo mortis reformidationem concedere, presertim assumptam ad tempus, non proprie coniunctam cum conditione, quam assumpsit Iesus? Et quamquam tu a neo-tericis theologis soles non inuitus desciscere, tamē id quod admonet in Parmenide Plato, experiamur, num quid absurdi nostram sententiam consequatur. Si nihil consequitur, quid est quod ad alias coactas interpretationes diuertamus, id quod simplex, quod germanum, quod in manibus est relinquamus, quod nusquam est in literis, quæramus? At consequitur (inquit) absurda per multa. Derogatur perfecte Iesu tum charitati, tum obedientiae. Propterea quod neque flagrantissimæ charitatis est mortem deprecari, quam martyres amore illius summa alacritate adierunt, quam optauit Paulus, quam sitit Andreas, quam desiderauit Martinus, & paratioris absolutiorisque obedientiae est, ultro cupere quod uelit pater, quam isto modo loqui. Nolo mortem, si queam effugere, te uolente: sin mori me uis, meam uoluntatem negligam, tuam sequar. Quod si Christus perfectissime amauit, & genus humanum, & patrem, quare redimendi nostri munus detrectat? Quare reformidat, quod uult pater, quum amoris sit proprium, idem uelle ac nolle? Quare calicem, quem ille propinat, deprecatur? Si quocumque modo detrectauit, aliquid detrahitur illius in nos charitati. Si quacumque ratione noluit, derogatur absolutissimæ obedientiae. Neutrum competit in eum, qui fuit utriusque, amoris pariter & obedientiae perfectissimum exemplar

exemplar, & cui nihil potuerit accedere. Deinde negabas, eiusdem uideri hominis uocem hanc. Vade retro satanas, calicem quem dedit mihi pater, non bibam illum: Et hanc, Si fieri potest, transfer a me calicem hunc, nisi de Iudeorum interitu, Hierosolymarum excidio, discipulorum scandalo ac defectione, martyrum supplicij intelligatur. Ecce quam multa cogaris comminisci, dum unum illud, quod simplex uerumque est, reformidas. Hic nimis est Colete scopulus ille procul albicans, qui te cum Hieronymo territabat, effecitque, ut translatis aliis uelis, proram flecteres. In hunc ne incurras, mauius longis ac sinuosis ambagibus circumagi, quam rectum tenere cursum. Sed etiam atque etiā uide, ne periculum quod eminens conspectum terret, nubes sit, non rupes. Immo caue, ne dum falsam cauem sedulo uitas, in ueram impingas. Quamquam in presentiarum consilium non est, tuam, quam probas, opinionem refellere, sed meam, quam non recipis, ueri. Age igitur experiamur uetere illo & Academico differendi more, si docere queamus, Iesum uti perfectum & uerum hominem, ex natura quam assumpsit de matre uirgine, mortem suam reformidasse, exhorruisseque. Eamque humano affectu deprecatum esse, humana uoluntate noluisse. Hac de causa tæduisse, contristatum esse usque ad mortem, sudasse guttas sanguineas, agonizasse. At hæc omnia, nihil derogare obedientiae, quam absolutissimam in illo credimus, nihil charitati in nos, qua nulla maior esse queat. Immo amore illius erga mortaliū genus, his rebus non solum nihil detrahi, uerum etiam multum adiungi. Postremo ut alacritatem, quam tu charitatis comitem esse uis, foris illi detrahemus, ita intus tantam fuisse concedemus uni, quanta non fuerit in uniuersis martyribus. Quid quæris amplius Colete? Belle promittis, inquis, Sed iam præsta. Equidē conabor. At tu interim ab ista tua sententia, quam nimis impense deamas, & in quam ut discedam pedibus, non tam argumentis, quam precibus obtinere nitens, tantisper abducas animum, dum quæ a me dicitur, cuiusmodi sint consideres. Primum illud, opinor, abs te impetrabo, Iesum redemptorem nostrum perfectam hominis naturam assumpsisse, cum omnibus affectibus, qui futuri fuerat in Adam, si in natua conditione perseverasset, Corpus sensibile, animam sensibilem, & naturalibus passionibus obnoxiam. Nec inficiaberis, quod affirmat cum multis Augustinus, nec incite explicat Bonauentura, scribens in decimam quintam distinctionem tertij libri sententiarum, illum non tantum dignatum esse hominis conditionem accipere mortalem, uerum etiam plurimis malis nostris obnoxiam. Quemadmodum ipse de se testatur in psalmo, Repleta est malis anima mea. Et astipulatur Paulus: Debit, inquit, per omnia fratibus assimilari. Nimirum ea mala in se recepit, quibus medere in nobis. Neque tamē recepit omnia. Nam omne malum, aut culpa est, aut ex culpa, quod poenæ malum appellant theologo. De culpæ nostræ malo prorsus nihil attigit, ac ne conueniebat quidem, ut qui pro omnium peccatis erat intercessurus, ipse peccatum haberet, pro quo necesse esset intercedi. De malis uero poenæ, tantum accepit, quantum nobis expediebat, & quatenus illius dignitati non derogabat. Hoc est, definitore Bonauentura, ea duntaxat, quæ communem hominis lapsi conditionem generaliter consequuntur, ab his quæ sigillatim accidunt nobis, abstinuit. Huius generis sunt, morbi, uitia membrorum, uitia mentis, profecta a corporum uitijis, deformitas, monstruositas, atque his cõsimilia. Ab his omnibus fuit immunis, tum quia dedebant illius dignitatem, tum quia nihil habitura fuerant momenti, ad nostram salutem. Prioris illius generis sunt, infantia, imbecillitas ætatis, sitis, fames, lassitudo, tristitia, dolor, dormiturius, & mille nostræ uitæ huius labores. Hæc quamquam a peccato sunt profecta, tamen quoniae ipsa peccata non sunt, & possunt cum summa etiam uirtute coherere, Christus cum nostra natura in se recepit, uti poenæ, qua nostram expiarer impietate: sed accepit plerumque, non omnia. Etenim in nobis, pronitas ad culpam, ex culpa Adæ quidem nata est, attamen ipsa culpa non est. Præterea uigilantia primitiua culpæ poenæ est in nobis omnibus. At nos, ut Christo tribuimus infantiam & linguæ impotentiam, ita non adimimus perfectam sapientiam, qua anima eius simul atque creata est, statim & continenter fuit illustrata. Item difficultas ad bene agendum, quæ modo non sit in nobis, priuatis uitijis contracta. Nam hæc posterior, malum personæ est, non conditionis. Postremo, ut mortalitatem assumpsit, quæ & ante peccatum erat in Adam, ita iuxta quorundam opinionem non assumpsit moriendi necessitatem, quæ non omnes communiter alligat. Verum istud in medio relinquimus. At qui mortis reformidationem, quæ & morte ipsa malum est nonnunquam acerbius, & sic humanæ conditioni adhaeret, ut cum nulla

culpa sit coniuncta, quid est cur tantopere formidemus ascribere Christo, non solum perfectio homini, uerum etiam omnibus, quoad potuit, malis nobis aequator? Immo si me patiaris tecum paulo magis philosophice agere, audebo dicere, fortasse comprobantibus non nullis theologorum, & semoto peccato simpliciter esse secundum naturam hominis, mortem reformidare, eamque secundum eius conditionem locum habituram fuisse, etiam in statu innocentiae. Peccatum quidem contra naturam est, & ad illud non impellimur, nisi naturae deprauatione. Pietas maxime secundum naturam est, nec ab ea resiliamus, nisi uitio corruptae conditionis primitiua. Mors uero quoniam peccati filia est, & naturae, quae semper appetit esse, inimica, natura omnibus est formidabilis, adeo ut bruta quoque animantia, ac prope dixerim, plantae ipsae, quibus nonnulli stupentem animam tribuerunt, monstrante natura resiliant ab ijs, quae sunt uel infensa uel molesta. Nihil autem tam infensum naturae, quam mors, cuius proprium est, interitum adferre, quem exhorrescunt omnia quae sunt. Porro quanto praestantius est esse, quod aufert, tanto est ipsa formidabilior. At nullum est esse praestantius, quod queat eripi quam uita, praesertim hominis. Proinde Stoici, qui sapienti suo plusculum etiam tribuunt, quam humanae conditionis imbecillitas recipiat, tamen hanc reformidationem non solum concedunt, sed eam inter *τὰ πρῶτα*, id est inter naturae prima, primo loco constituunt. Nihil enim nos prius docet natura, quam ut primum sensibus, deinde & animi iudicio refugiamus ea, quae naturae lenitate offendunt, multo magis quae tota perimunt, ac modis omnibus, id quod sumus, tueamur perficiamusque. Quod si nobis uitio aut deprauatione accideret, non esse fateor cum Christo communicandum. At minime conuenit, illi perfectae hominis naturam tribuere, & id detrahere, quo nihil est cum natura coniunctius. Quod si utrunque iuxta naturam est, ut anima & praesentis malo doleat, & de imminente affligatur, cur non utrunque homini Christo, aut relinquimus, aut adimimus? Immo dabo unde liqueat ei fuisse causam, cur mortem expauesceret non tantum ut homines caeteri, uerum etiam acrius, quam quisquam hominum. Tria ferme uideo, quae reformidationem debeant exaggerare. Praecium boni quod laedit. Magnitudo mali. Et utriusque cognitio. Nos homunculi qui morte digni sumus, si quis casus mortem intenderit, ut afflicti mur, ut exalbescimus? At hoc quod sumus, quam in finitis partibus est infra dignitatem Christi, neque tamen hoc ipsum quod sumus, quanti sit, satis intelligimus, & interitum nunquam tam certo metu formidamus, quin isdem speremus meliora. Tum si nulla spe subleuemur, ignorantia certe nostra hoc nobis adfert incommoditatis, ut hoc minus mortem reformidemus, quo minus quam sit acerba cognoscimus. Adde, quod quo cuiusque natura praestantior est ac generosior, hoc sensus mali naturae offendentis acrior est atque acerbior. Sed nullum unquam corpus hominis generosius fuit corpore Christi, nulla anima praestantior. Sensus igitur reliquorum sensu multo acerbior, uel in ijs quae corpus eius laedebant, ac per illud animam, uel quae animae uires per se offendebant. Neque igitur nostri plasmatis uilitas cum illius praestantia, neque nostrae mortis acerbitas, cum illius supplicio, neque noliter incertus metus, cum illius certissima clarissimaque prospicientia, neque nostra ignorantia, cum illius scientia conferri potest. Et miramur illum tantum, sic sibi cognitum, talem mortem expauisse, quam non tantum animo praesagiebat, sed perinde atque oculis subiectam prospiciebat, cuius omnes cruciatuum numeros perfectissime praesentiebat. Qua de causa Hieronymus, quam & graeci *πρόσπικτον*, propalationem nominat, quasi passionis initium. Sunt autem formidabilium rerum primi incurfus acerbissimi. Hic facile diuino Colete, quid mihi inter legendum obmurmures. Ut hominis sit, inquis, mortem exhorrescere, certe non est hominis fortissimi, qualem fuisse Christum, nemo non fatebitur, mortem tam speciosam, tam salutarem reformidare, & reformidare tam nouo more. Vbi eius humanitatem quam assumpsit, ubi mortis immanitatem contempler, ubi sensum corporis atque animae multo acerrimum, ubi perfectam praescientiam, causas per multas uideo, quare debuisti magis etiam quam mortalium quisquam exanimari: at rursum ubi ad charitatem, ad obedientiam, ad fortitudinem eius, oculos refero, alacritatem, promptitudinem requiro. Exanimatur quis mortis metu, hominem quidem agnosco, at fortem hominem plane desidero, ubi sanguinem sudorem exprimit horror, ubi uideo tristitiam ad mortem usque perseverantem, aut mortis instar acerbam, ubi mortis audio deprecationem. Et charitatis est, de alieno, non de suo malo perturbari. De charitate & obedientia mox tibi respondebo. Verum interim, Num, quae solemus reformidare, forte

fortem utrum negabis, qui ad ingens malum iam irruens exanimetur? Quid tu igitur fortitudinem esse putas? Non sentire ea quae naturae sunt molesta infensaque? At istud tantum abest, ut uiri fortis existimem esse, ut immanis potius aut stupidi, suique sensu carentis esse, dixerim. Natura, nobis in ipsis uitae principijs nostri charitatem infert, ut appetamus ea quae incolumitati sunt amica, resiliamus ab ijs, quae laedunt. Neque uero fortitudinis munus est, gigantum uice pugnare cum natura. Nam fortitudo est scientia rerum tolerandarum, aut non tolerandarum, desinitore Socrate. Aut si mauis, honestorum laborum constantis susceptio. Quorum indecoram fugam, appellamus ignauiam. Ergo non sentire res naturae molestas, non est fortitudo, sed eas constanti pectore uincere ac perpeti. Proinde non est parum fortis, qui periculum aditurus, exhorrescit animo, exalbescit uultu, cui palpitat pectus, cui refugit sanguis, cui gemitum exprimit dolor, sed qui periculi metu speciosum laborem recusat, immo hoc fortior, quod naturam refugientem uincit. Quod duris rebus ultro sese obicit, uirtutis est, quod expauescit, naturae, quod affligitur, item naturae. Nam eadem est ratio, uel sentiendi praesens incommodum, uel instans exhorrescendi. Quamquam in altero a corpore profectus dolor, ad animum peruenit, in altero cruciatus in animo exortus, redundat in corpus. Itaque non commoueri periculo mali praemittis & instantis, animi est, aut non intelligitis periculum, aut bruii stupidique, non sentire malum iam praesens, si pitis est, adeoque non hominis, ut ne animantis quidem: Neutrū certe sapiētis. Nemo autem fortis, qui stultus. Infantes, ebrii, furiosi, cum risu ferrum excipiunt. Cur ita? Nempe quia non intelligunt periculum. Neque hoc nomine fortes, sed miseri a nobis iudicantur. Contra Vergilius Aeneae suo, cui summam fortitudinem conatur affingere, non tamen ueretur reformidationem, trepidationem, gemitum, & id genus alia pauescentis animi signa tribuere. Nam in repente coorta, maris tempestate, Ex templo (inquit) Aeneae soluuntur frigore membra, Ingemit. Rursum ad Polydori uocem, Obstupui, steteruntque comae, & uox faucibus haesit. Simile quiddam troianis uiribus aliquoties attribuit, uelut auditis harpyis. At socijs subita gelidus formidine sanguis Dirigit. Rursum in relinquendis ijs quae sunt naturae amica, non adimit fortissimo uiro sensum animi reluctantis, cum dicit, Premittit alitum corde dolorem. Et magno pensens pectore curas. Idem obseruatum est a doctis in Homerica poesi. Nam communiter & ignauis & fortissimis uiris expauescentiam attribuit, tamen non eadem ratione. Si quidem ut ei quem fortem uideri uolunt, gemitum, pallorem, horrorem concedunt, ita indecoros euulatus, multebres complorationes, uoces impotentis animi, ab eo procul remouent. Quid autem stultius, quam cum coneris absolutum fortitudinis exemplar proponere, haec illi affingere, quae sunt a fortitudinis laude aliena? At qui stultitiam Homero siue Vergilio tribuat, huic equidem cor esse negauerim. Stultitiam autem eam nomino, quam Quintilianus inter Oratoris uitia commemorat. Sed quoniam intellexerunt esse quoddam uirile & constans expauescentiae genus, quod non ab ignauiam mentis, uerum a natura proficiscatur, eoque & in fortissimum quenque necesse sit cadere, reformidationem distinxerunt, non omnino sustulerunt. Exaluit Aristippus, & in simili tempestate Stoicus quidam, siue homine a Gellio celebratus, cum crebri turbines nauim urgerent, horreret atra caligine caelum, irruerent globi fumigantes, immineret typhones, quasi iam nauim depressurum, nihil motus est periculo nebulo nescio quis ac diues (ut ait) Asiaticus, homo nihili, multisque delicijs diffluens, ac paulo post conuiescente tumultu, philosopho trepidationem exprobrauit. Vtrum tu hic fortem dixeris? Neuter fortassis erat, at si fuit alteruter, mirum non philosophus fuit, atqui expalluit, inquis. Nempe homo. Sapiens quidem, doctus, fortis, philosophus, adde, Stoicus, qui mortem neque malam esse, neque turpem, neque sapienti formidandam & didicerat, & docuerat. Ut haec omnia fuerit, at homo tamen non esse non potuit. Hic expauit cogente natura, ille supinus, securus, non multarum habitum, hebetante uecordia. Et (quod monstrum simile est) qui in uoluptatibus erat mollissimus, in periculis fortitudinis specie solus obtinet, sed falsam. Cum duobus illis Decijs pulcherrimum illud facinus in mentem ueniret, ut sese pro patriae salute deuouerent, utroque hostium gladijs obijcerent, non eis refugisse sanguinem, micuisse praecordia reris? Nihil expauescit Mutii Scaeuolam, cum solus in hostium castra penetraret. Nihil sensit M. Curtium, cum in hiantem specum sese praecipitaturus, equo subderet calcarias. Nihil M. Atulium Regulum, cum in Poenorum castra rediret. Nihil Codrum Atticae regem. Nihil

Mencœcum Thebanū? quid alios egregios uirtute uiros, quorum exempla sunt apud hi-
 storicos infinita, cum sese speciosa morti obijcerent, nihil in aggressionē periculi animo
 commotos fuisse putas? sed efferatos in fatum iussit? At istud non est, fortitudinis laudem
 illustrare, sed fortitudinis naturam tollere. Aut enim minus erant fortes, aut ne fortes qui-
 dem erant, si aut non intelligebant periculū quod adibant, aut non sentiebant. Immo quod
 sapientes essent, periculi magnitudinem non nesciebant, quod homines essent, senserunt
 in aggrediendo reluctantem animum, sanguinem refugientem, pectus palpitans: quod ut
 ri fortes erant, nihil his rebus abducebantur, quo secius fortitudinis munus cōstanter ob-
 rent. Tu si uirum fortiter in acie pugnātem uideris, num continuo clamābis ignauum, si
 colorem mutarit, si comæ riguerint, si gemitum ediderit? Inique feceris: Verum si locū de-
 serit, si clypeum abijcit, si terga uertit, ita demum erit quamobrem obijciās ignauiam. Lex
 uiro forti prēmii statuit. Num hoc illi calumnia protinus interuertes, & ad eum negabis
 attingere uerba legis, neque enim fortem uirum esse, qui paulo ante congressum, uultū uo-
 cemq; amiserit, adde, qui ne ea quidem cōtinuerit, quæ uidet nominare? Huic si patronus
 adsit non omnino indoctus, nōne te facile per finitionem repellat, dicens non esse forti-
 tudinem, nihil expauescere in adeundis periculis, sed ea fortiter suscipere, & cōstanter per-
 ferre, ac uincere? Quod sic animo & corpore sum affectus, id neq; uisū erat, neq; uirtutis,
 sed naturæ, & necessitatis, quod mihi patriæ incolumitas meapte salute fuit antiq̄or, quod
 me non subdixi discrimini, id erat fortitudinis, atq; hoc nomine mihi prēmium à lege de-
 cretum postulo. An ideo fraudabor honore, quod non tantum hostem uicerim, sed etiam
 naturam? Quin potius bis fortem uideri oportet eum, qui charitate ciuium, non solū peri-
 culum, uerū & animum suum contempserit, & (quod est fortius) se prius, quam hostem
 superarit. An mihi obijciās barbarum illum seruū, cuius meminit Titus Lilius, qui pro-
 pter occisum ab eo dominum, Andrubalem Pœnum repente adortus obrūcauit, moxq;
 comprehensus à circumstantibus, haud alio, quam si euasisset, uultu, inter atrocissimos
 quoque cruciatus, eo fuit oris habitu, ut ridens etiam speciem præbuerit? An ferū illum
 è Cæsaris ludō gladiatorem, quem execantibus uulnera chirurgis, ridere solitum ferunt?
 At eadem opera licet obijciās totam gladiatorum cohortem, qui ferarum more in ferrum
 riuunt. Præterea multos deploratos homines, qui sibi mortem consciscunt, postremo male-
 ficos quosdam & miserandos homines, quos non raro ad supplicium cum risu uidemus
 ire, iocari in obuios, maledicere magistratibus, atque omnino quædam facere mortuos,
 quæ solent ebris. Num istos fortes uiros appellabimus, quod nihil expauescant, nihil cru-
 ciatu commoueantur: an amentes potius, feros, ac stupidos? An tu forte negabis, qui cal-
 cato repete angui, qui uiso lemure, qui ad subitū fulminis ictū, oris habitū mutet? At istud
 est non fortem, sed ἀναλγητον, ἀναδρητον, ἀπαθλῆ hominē constitūere, id est, indolentē, hebet-
 rem ac stupidū. ἀναλγησιαν autē καὶ ἀπαθλῆαν ad eō Panætius Stoicorum doctissimus nō re-
 quirat à sapiente, ut eam ne homini quidem tribuat. Vtrinq; à Christo remouet Ambro-
 sius, his quidem uerbis, Neq; enim (inquit) habeat fortitudinis laudē, qui stuporem magis
 uulnerū tulerit, q̄ dolorē. Quanquā duo illa ἀναλγησιαν καὶ ἀπαθλῆαν magis uidentur ad anti-
 q̄i dolorē pertinere, ἀναδρησιαν corporis. Quorum prius Scorus tristitia nominat, alterum
 proprie dolorē. Idq; homo Chrylippo acumine præditus, ait ex Augustini uerbis colligi,
 quæ sunt. Dolor carnis tantummodo offensus est animæ ex carne. Sicut dolor animi, qui tri-
 stitia nuncupatur, est eius dissensus ab ijs rebus, quæ nobis nolentibus accidunt. Quasi ue-
 ro non contra hinc liqueat, dolorem esse cōmūnem ad animi corporisq; molestiam, Tri-
 stitiam, animi tantum. Quanquā tristitia apud eos, qui exactius loquuntur, frequētius ad
 oris habitū refertur. Dolor autē sæpius ad animū quam ad corpus. Quis nō istos plusquā
 Lyncei miretur oculos, qui hoc uidet, quod nūquā est? Sed ad rem. Eorū affectū, quos
 nobis indidit natura, Philosophi in quantum uis perfectio sapiente, non σφόδρα sed μετρίως
 τρε requirunt. Atq; adeo in Christo nō admittūt insensibilitatem atq; hebetudinem Theo-
 logi, ut ne ἀσθησιαν quidem, id est iniraſcentiā omnino ascribant. Præterea hæreseos dam-
 nauit ecclesia, qui Christo naturam impassibile, & nullius omnino doloris capace ascribe-
 re tentarunt. Magis autē (ut diximus) secundum naturam est, malum imminens reformi-
 dare, quam præsentia affligi. Hoc enim penitus indidit natura, quod magis ad tuendū in-
 colūmitatem nostram pertinere iudicabat, nimirum ut quæ ledunt, ab ijs se iungantur. Cui
 proximum

proximum est, id quod uitare nequeas, ferre fortiter. Proinde quā multos uidemus præ-
 sens malum fortissime ferre, qui impēdens non potuerunt non uehementer expauescere?
 Cur ita? Nempe quod hic grauius ac difficilior est cum natura luctamē. Nōne uidemus
 & imperfectissima animalia, sagacissime præsentire incommodum, ac reformidantium in-
 star, sese contrahere? Scribit Aristoteles, spongas quoque auulforum strepitum præsentire
 scere, seseq; contrahere, atque arctius affigere, ut nō nisi cum negotio queant auelli. Quod
 spongijs in seuit natura, ut interitum reformident, hoc tu uis homini detrahere? Attramen
 legimus, non paucis egregijs uiris hoc animi robur fuisse, ut mortē interrito uultu, præsen-
 tiq; adirent. Namq; Phocion ille Atheniensium dux iam moriturus, adeo nihil expauit,
 ut in uxorem & uenenum iocaretur. Nam cum illa muliebriter eiulans diceret, Mi uir, in-
 nocens morieris? Ille subridens, quid ais, inquit, uxor, num tu me nocentem mortē malles?
 Deinde cum ueneno iam consumpto ab ijs qui multi ante eum biberant, carnifex de suo
 dare cōtaretur, Phocion amicos pecuniam numerare iussit, cauillum addens, quod Athe-
 nis ne mori quidem gratis liceret. Socrates iudicium calculis damnatus, nihil de uultu, semi-
 per sui simili, demutauit. Tum imminente supplicij die Crito placidissime dormientē ob-
 fendit. Deinde cum nauim e Delo mox adfuturam annunciarer, nihil etiam cōmotus est.
 Supremo die, nihilo secius, quā in omni uita consueuerat, cum amicis festiuissime dispu-
 tabat, subinde iocos illos suos, ferijs rebus intermiscēs. Cicutam eodem ebibit uultu, quo
 uinum solitus erat. Denique iam animam efflaturus, suprema uoce iocatus est in Phœdo-
 nem amicum, quod grauius de morte sua discrucietur, iussitq; ut gallum quem Aescula-
 pio pro se uouisset, redderet. Cum autem sit extra cōtrouersiam, Phocionem ductum om-
 nium incorruptissimum fuisse, Socratem philosophorum sanctissimum inculpatissimūq;
 non erit cur ista uecordiæ, stuporis, aut hebetudinis fuisse calumniemur, potius quam for-
 titudinis. Haud equidem inficias iuerim Colete, in multis hoc animi fuisse robur, ut in ad-
 eundis periculis nihil tale passi sint, quæ uulgo solent accidere. Et sunt ista quidem inuicū
 animi documenta, præsertim in sapiente ac bono uiro. Verum non patiar te ex ijs rebus
 fortitudinis magnitudinem metiri, quæ non tam uirtute, quam naturæ proprietate, nō tam
 mentis, quam corporis habitu accidunt. Non ideo fortis Socrates, quia cicutam hau-
 sturus, non mutarit uultum, aut ea gratia non fortis fuerat futurus, si exalbuisset. Nam &
 expauescere, & non expauescere, est fortibus cum non fortibus, sapientibus cum stupidis
 & hebetibus commune. Si mihi plus calidi sanguinis, si spiritus crassiores indidit natu-
 ra, num ideo fortior ero? Rursus, si sanguinem frigidorem, parciosem, si spiritus tēues
 addidit, num illico minus ero grauius? Non possum mutare naturam, quin exalbescā, ob-
 iecta repente specie terrifica: at imperare mihi possum, ut ne mors quidem me deducat à
 recto. Itaque non expauescere, quando ex habitu corporis, aut alia quapiā naturæ uī con-
 tigit, neque in sapiente uiro requirendum est, neque in ἀναλγητον ἀπαθλῆ fortitudinis
 nomine donandum. Narrant ijs, qui bellicis tumultibus interfuerunt, cum primū hinc atq;
 hinc ferratæ cōstitere acies, cum raucō crepuerunt cornua cantu, cum tuba terribilem so-
 nitum tarantantara dixit, cum horrendus ille Mauortius clamor utrinque sublatus, sydera
 ferit, tum fere, ut quisque miles est fortissimus, ita maxime exalbescere, neq; illos esse ad
 fugam priores, quā qui clamore confidenti prælium inierint. Ne in oratoribus quidem
 dicturis offendit Quintilianum pallor, & medio cris trepidatio, cordati hominis (ut autu-
 mat) & periculum intelligentis argumentum. Idq; laudatissimis quibusque oratoribus u-
 su uenisse testatur. Demosthenes, græcæ facundiæ princeps, non temere surrexit ad dicen-
 dum, nisi trepidationis notas ederet uultu. Non diffitetur Cicero hoc sibi peculiare fuisse,
 ut dictionis initio trepidaret. Et nemo hoc uno causas egit, aut plures, aut grauiores, aut
 fortius denique. Hoc nomine si tu Cicero nem ignauæ insimules, ille incontanter (ut est
 orator promptus) inscitæ te uicissim insimulabit, qui fortitudinis uim naturāq; ignores.
 In sese hoc uel illustriorem esse fortitudinis laudem, quo maior sit naturæ reformidatio.
 Quando quidem naturæ difficultates, quæ citra uitium nostrum nobis contingunt, augēt
 materiam segetemq; uirtutis. Quicquid igitur naturæ dotibus detraxeris, id totum accre-
 scit in cumulum uirtutis. Velut e duobus fortibus uiris, clarior fortitudinis laus penes e-
 um est, qui minuto frigidioreq; sanguine natus, contemnit naturæ difficultatem, quā pe-

nes eum, cui multus ac feruidus sanguis in pari discrimine, periculi formidinem immittit. In hoc enim de uirtutis laude non nihil sibi natura uendicat, in illo quicquid est, totum uirtutis est. Tu sic conaris amplificare fortitudinis splendorem, si multum de fortitudinis materia deduxeris. At istud minuere est, non ampliare. Video Colete, iam dudum quassas caput, nec ista dum tibi satisfaciunt. Mane modo, non conuiescam, donec amoliar omnia. Quid mihi cum stoicis, inquis, qui de Christo disputo? Immo quando de Christo, qui ueritas est, disceptamus, si quid dixerit stoici, quod a ueritate non abhorreat, non absurde uidetur posse proponi. Quam uere dixerint illi, inquis, mea nihil refert. Verum istucipsum, quod illi de suo sapiente dixerunt, haud sincere tractas. Nemo stoicorum non detrahit sapienti *οὐκ ἀρετῆς*, id est assensiones, neque *ἀφρονείας*, id est, ad repente obiectam mali speciem expauescentiam concedunt omnes, cum de stoico sapiente scripserit Flaccus. Si fractus illabatur orbis, Impavidum ferient ruinae. Praeterea qui concedunt expauescentiam, non eam uirtutis materiam esse dicunt, sed quiddam uenia dignum, & negligendum magis, quam laudandum, propterea quod phantasiae istiusmodi rationis praeruertunt iudicium, eoque in hominis potestate non sunt. Ad haec non concedunt sapienti immodicam ac diuturnam expauescentiam, nec omnino concedunt, nisi cum subito sensibus obicitur species magni mali, qui tumultum hunc ita animo cient, priusquam rex ille ratio diiudicaret. Verum simul atque ea perspexerit, id quod falsa mali specie terrauit sensus, malum non esse, tunc continuo sceptra tenens, mollit animos, & tranquillat mentem. Postremo quis unquam stoicorum admitteret in sapiente suo, quod tu in Christo constituis. Nolle mortem, & mortem metueret. Illi remouent ab eo *οὐκ ἀρετῆς*, tu eas Christo tribuis. At non est assentiri, nolle mortem, & mortem metueret. Non idem sunt expauescere, & metueret, ut aliquando expauescat sapiens, certe nihil unquam metuit, quippe qui nihil in metuendis ponit, nisi quod malum sit, nihil malum iudicat, praeter unam turpitudinem. hanc igitur unam metuit, non autem expauescit. Cur enim expauescat, cum in ipso sit non incurreret? Mortem tam esse secundum naturam, quam nasci, neque turpem, neque ne metuendam quidem, nisi stultis. Quid enim stultius, quam id quod nullo modo malum sit, quod etiam secundum naturam, id perinde ut summum quoddam malum formidare? Tum ne reliqua quidem quae molesta sunt naturae, quod genus sunt morbi, fames, sitis, cruciatus timere, sapientis esse ducunt. Nam si ea sunt euentura, inquis, & uere mala sunt, cur malum duplicas? Si mala non sunt, metus igitur malum est. Si quae metuis, euentura non sunt, cur frustra metuenso ipse tibi malum asciscis? Nihil igitur horum sine uitio timetur. Aut enim quod malum non est malum iudicat, & errat, aut quod intelligit malum non esse, timet tamen, & desipit, atque ratione dissentit. Sapiens autem stoicus, neque fallitur, neque a ratione dissentit unquam. Age iam colligamus, quam multa tu Christo non sapienti modo, uerum etiam sapientiae fontis tribuis, illo indigna. Primum qui potuit expauescere, cuius sensibus nihil inopinatum potuit obijci, quippe omnia perfectissime prauidet? Quam uero nepharium dicere, in Christo terrificas quasdam malorum imagines praeruisse rationem, eaque attonita uel obruta, inanibus terriculis ac ludibrijs sensum tranquillitatem perturbasse, atque adeo perturbasse, ut sanguineis guttis undique manarit, tam diu, ut ea molestia ad mortem usque perseverauerit? Sic enim, opinor, exponit Hieronymus, Tristis est anima mea usque ad mortem, ut mortem, non causam tristitiae, sed finem esse dicat. Num igitur interim stupuit ratio in Christo? Nihil minus. Cur igitur tanta mora non excussit falsi mali tam acerbam reformidationem? Cur metuit, quod non solum malum non erat, sed fons omnium bonorum nostrorum? Cur noluit, quod erat expetendum? Vnde incidit in eum affectum, in quo non expediebat manere? Denique cum ruisse paulo ante remoueris a Christo pronitatem ad culpam, nunc eos tribuis affectus, quibus nos potissimum ad culpam sollicitamur? Cum modo seiunxeris ab eo difficultatem ad recte agendum, nunc attribuis reformidationem mortis, qua morte nullum unquam extitit opus deo gratius meritiue maioris? Obruis me Colete uelut imbre densissimo telorum, quae semel omnia sic poteram repellere, si dixerem, eosdem quidem affectus fuisse in Christo, qui sunt in nobis, sed non eodem modo, eoque non idem efficere. Sed malo carptim diluere, quae tu agminatim congesisti. Primum mihi concedas uelim, ut liceat cum opus est, a Stoicorum decretis de

scilicet

sciscere, quorum fere commune est de uerbis certis digla diari. Nihil (inquit) metuedum, quod malum non sit, nihil malum, praeter unam turpitudinem. Morsturpis non est, non igitur metuenda. Si ita conuenit inter stoicos, ut praeter turpitudinem nihil malum dici placeat, quid id mea refert? At scriptura me docet, mortem malam esse, quae dicit, Deus mortem non fecit, nec latatur in perditione uiuorum. Si bonorum omnium autor deus, & mortis autor non est, mors igitur mala. Inuidia enim diaboli, mors introiuit in orbem terrarum. Si mala, cur non & metuenda? Abhorruit a morte Christus, ut homo uerus, tanquam a re per se mala, & ex malo nata. Mentior, nisi palam idem dicit Ambrosius in Lucam. Et ideo fastidit, inquit, quod ipse non fecit. Mane paulisper, uideo quid dicas. Fastidit, inquis, non suam, sed nostram omnium mortem, id quod declarant Ambrosiana uerba, quae Rhetorica calliditate supprimis. Et fortasse, inquit, ideo tristis est, quia post Adae lapsum, tali transitu nobis erat ex hoc seculo recedendum, ut mori esset necesse. An non audis illum de nostra, non de Christi morte agere? Fateor Colete, non adiuuor uerbis, sed argumento subleuor. Etenim si ideo nostra mortem fastidit deus, quod ea non fecerit, cum ne sua quidem fecerit, magis etiam fastidierit, necesse est. Neque uero fastidit eam, quatenus erat opus frugiferum ac deo gratum, sed quatenus erat mors. Mors per se malum est, certe necessitatis, si non morale, etiam si Christus hoc malum nobis uerit in bonum. In quantum erat reconciliatio nostra, ardentissime illam sitiebat, in quantum peccati filia, grauer fastidiebat. Proinde ne me clames illico in saluatore difficultatem ad bene agendum inducere, quod d. morte exhorruerit, sed hominis perfectam naturam constituo, omnibus suis affectibus absolutam, metu, dolore, spe, gaudio, cupiditate, ira, odio, reliquisque, qui sint eius, modis, ut citra uitium queant consistere. At isti sunt (inquis) molestissimi sollicitatores illi, quibus impellimur ad impietatem. Sed nimis est impiu uideatur, rem ullam constituisse in Christo, quae ad turpitudinem inclinet, quem ipse fateris non tantum a uitijs omnibus, uerum etiam ab omnigena propensione ad uitium inuitante, fuisse liberrimum. At qui ego Colete neutquam impium esse uideo, ea ponere in Christo, quae ad uitia quidem trahunt, sed utique in nobis trahunt, non in illo. Res easdem in illo constituo, at non eodem modo, neque idem efficientes. De nobis uerum est, quod ex Platonis sententia scribit Maro. Hinc metuunt, cupiuntque, dolent, gaudentque, nec auras respiciunt, clausae tenebris, & carcere caeco. Nostri affectus semper obturbant rationi, refugiunt ab honestis, nituntur ad turpia. Cur ita tandem? Profecto non naturae uitio, sed culpa, cuius reliquiae sic penitus inhaeserunt, ut compesci quidem frenarique possint, euelli radicibus nequeant. Itaque in nobis propter naturae deprauationem affectus per ignorantiam feruntur in id quod erat repudiandum, refugiunt ea quae fuerant expetenda, tenebras offundunt menti, praerunt rationi, cui conueniebat parere, immodicos cient tumultus, partim appetentes aut fugientes, quae non oportet, partim immoderatus etiam quae oportet, appetentes aut repudiantes. Ita fit, ut malis pleraque uertantur in occasionem materiamque peccandi. At Christus, quoniam naturam hominis induit, plurimis quidem incommodis, e culpa natis obnoxiam, immunem tamen ab omni deprauatione uitiorum, ne poterat quidem affectibus nostrae naturae ad malum sollicitari. Verum horum quicquid fuit in illo, cessit in cumulum uirtutis ac meritorum. Neque oportet in eo labi, quod interdum apud scriptores ignorantia, imbecillitas, ad malum propensio, ad bona difficultas, natura nobis inesse dicuntur, quod mors naturae debere dicitur. Nam hic naturam non conditam, sed deprauatam sentiunt. Ac uulgato loquendimore, quicquid nobis non casus attulit, sed exortus ipse indidit, id natura dicunt adesse. At in his naturam intelligimus, non initio conditam, sed peccato uitiatam. A qua cum Christus praeter incommoda penes nihil in se recipit, nec in eo ulla peccandi facultas fuit, audacter illi tribuam, uel animi, uel corporis passiones naturales, secundum utramque partem. Animi, ut dolere, gaudere, odisse, sperare, metueret, irasci. Corporis, ut esurire, sitire, dormituri, lassari, affligi, mori. Quid enim detraho de perfectissima Christi uirtute si dicam illum odisse, cum in eo nihil aliud sit odium, nisi fuga ueri mali? Cur non affirmem irasci, si quidem nihil est aliud eius ira, quam mali detestatio, nihil etiam uel anteueritens, uel interurbans rationis usum? nihil interpellans tranquillissimam perpetuamque diuinitatis contemplationem? Quod si quando nos his rebus ad lapsum precipitamus, id nunquam

VV 4 non

non sit nostra culpa. Quod inclinamur, adeo non est culpa, ut prius mentibus occasio sit summi meriti. Ita que quod naturales affectus Christum non perpulerunt ad peccatum, mirum non est, quando quidem tam multis materiam pietatis suppeditant, quod non sollicitarunt, hoc inde est, quod uti non fuit particeps maculae genitalis, ita ne reliquis quidem eius fuit obnoxius. Verum de his plura mox. Interim quod aiebas, Stoicos meos non concedere sapientiam, nisi momentaneam expauescentiam, quae tantisper mentem hominis perturbet, donec se colligat ratio. Deinde non accedere eiusmodi pauro, nisi cum repente sensibus incurrit *παυσιμία*, hoc est species formidabilis. Ut ista sic habeant, quid tu tandem appellas expauescentiam? An enormem perturbationem, & quasi *παυσιμίας* animi tumultum, qui prorsus obruta ratione, me mihi ipsi eripiat? Absit, ut ego portentum istiusmodi instituiam in Christo. Sin expauescentiam dicis, molestam ac cruciabilem reformidationem imminens malis, quae sensum quidem acerbum incutiat affectibus animi, neque tamē cum loco dimoueat, haec neque semper exoritur ex uisis illis terrificis, immo uero ex animo demanat in corpus. Et adeo non excludit rationis usum, ut ex ipsa ratione nascatur, uidelicet imminens malum uim perpendente. Vtrunque non uideo quid prohibeat esse diuturnam. Nam prior illa quae nobis cum Christo communis non est, in multis sic mentis usum adimit, ut nunquam ad sese redeant. Haec posterior tandiu perseveret necesse est, quandiu premit impendens malum. An non stoicus ille Gellianus, de quo paulo ante meminimus, tandiu patuit, quamdiu sauebat tempestas, neque prius omnino pristinum uultum recepit, quam mare deferbuisset, & enituisset caelum? Non ille interim uacabat animi dolore, neque tamen non uigebat ratio. Sed obluclabatur Philosophus ille animo suo, ni fecisset, parum fortis futurus. At nobis non cum natura, sed cum uitij luctam est, non igitur secundum naturam reformidatio. Neque luctam istam Christo tribuere fas sit. Immo ne necesse quidem est. Neque enim illi pauor accidit necessitate conditionis, quemadmodum Philosopho isti, neque mentem afflictebat, quae possit a statu dimoueri quemadmodum in Stoico. Nobis quoniam in ipsis naturae necessitatibus culpa tendit insidias, nulla pene res accidit, cum qua non oporteat colluctari. Premit morbus, luctandum est, ne uincat animum tuum, & patientia uictum spoliēt. Reualuisti, en tibi altera pugna, ne pelliciaris ad inhonestam uoluptatem. Sive quid accidit molesti, luctandum est, ne frangaris animo. Sive quid dulce, pugnandum est, ne te corrumpat. Horum igitur sensum cum capite communem obtinent membra, caeterum causam, modumque peculiarem sibi retinent. Haec ab uide satis esse poterant Colete, nisi tuam istam sententiam nimis tenere deam iares. Etiam nunc abnutans, negas tibi factum satis, arctioribus nodis me paras urgere. Rhetoricaris, inquis, & mala causam non pessime defendis. Verum isthoc pacto non potest non uideri derogatum absolutae charitati Iesu, si quomodo dixeris eum reformidasse mortem suam. Dono tibi naturalem esse mortis reformidationem, & magis etiam naturalem, quam cibi cupiditatem. Dono eam non esse coniunctam cum malo culpa. At charitatis est, naturam uincere perficereque. Graue naturae malum fames, at huius sensum eximit amor excutit. Forte quiddam mors, at fortior dilectio, quae mortem quoque ipsam facit optabilem, facit iucundam. Epicurus tantam habere uim existimat recti conscientiam, ut sapientem & in Phalaridis tauro clamatum affirmet, non sentio, dulce est. Si tantum ualeat uirtutis simulacrum in Philosopho, non minus ualebit in Christo uera perfectaque charitas? Esto, non resilit ab officio, minus tamen amat, qui tristis mortem excipit, quam qui iubens, alacriter, exultat. Tamen si mihi uideor nodum istum superiore disputatione dissectuisse, tamen tamen apertius, & Minerva (quod aiunt) paulo pinguiore faciamus. Ardentissime amantis (inquis Colete) est, ea quae natura sunt grauissima, non solum leuia, sed & iucunda ducere: Quod si uere scriptum est, Amanti nihil esse difficile, si uehementer amant nihil non dulce, quod eius gratia tolerat, cuius astat amore, tum si fateamur, redemptoris amorem tam fuisse flagrantem, tam immensum, ut uniuersus omnium mortalium amor in unum conflatus, non sit cum illius charitate conferendus, cur sudat mortis formidinem? cur angitur? cur tædet? cur crucem deprecatur? Si formidat discipulis, officium amantis agnosco; sin suam mortem, sin sibi, tamen si sua fortis technas probe calcas, tamē ne Pitho quidem ipsa mihi persuaserit, nihil hic derogari charitati redemptoris. Esto, natura quod suum erat fecerit, cur cessauit amor, quo minus & ipse quod suum erat faceret

faceret. Sit naturae reformidare mortem, quanquam sic miserē reformidare, non est simpliciter naturae, sed corrupte damnataeque. At rursum charitatis est, naturalem imbecillitatem excludere. Expauit Petrus ad ancillulae uocem, adeoque suus esse desijt, ut Christum, pro quo modo mortem subire uolebat, abiuraret. Quamobrem? Quia adhuc languebat amor. Amabat quidem Iesum, sed nondum spiritaliter. Carnalis autem amor & humanus imbecillus est, & tantis tempestatibus impar. Verū posteaquam diuini spiritus igni confirmatus est, quid fecit? Qui paulo ante ad mulierculae uocem exanimabatur, iam neque principum, neque iudicum ora ueretur, sed uadit gaudens a conspectu consilij, quod dignus sit pro Christo contumeliam pati. Nimirum profecto interest, inter exanimari, metu, & intentatis supplicij gaudentem abire. Sed quantum creuerat amor, tantum decesserat de trepidatione, uidelicet naturam perficiente charitate diuina. Ergo (ut dicam collectius) ut secundum naturam sit reformidare malum, certe tanta cum molestia reformidare, non est conditionis instituta, sed poenae. Eam quamquam in se recepit Christus (id quod interim sic tibi dono, ut mihi ius sit reposcere) tamen infirmitatem exigit uigor amoris, & affectione huic diuersam inducit. At tu mihi in Christo Chymaeram quandam fabricaris, absolutissimam charitatem, cum acerbissima reformidatione, uelut aquam igni commiscens. Et tamē causam tam impudentem pergis rhetoricis fucare coloribus. Vtiam Colete tam uere mihi opprobres eloquentiam artificialem, quam uere laudatur in te. Nam istuc ipsum subinde inter disputandum iuculamabas, bonam causam tibi dicendi artificij de manibus extorqueri, & ueritatem eloquentia opprimi. At istud ego possim uere in te *ἀντισπεύειν*. Vide enim quam agam tecum simpliciter, quam nihil occultem. Nihil istorum quae proxime dixisti, insidiabor. Fateor fieri, & fieri natura, ut uehemens affectus affectum, aut etiam corporis sensum absorbeat. Amoris hanc esse naturam, ut quae per se sunt acerbata, ea faciat dulcia uideri. Adde, quo uehemētior amor, hoc ista magis efficit. Quid quaeris? Aio diuinum & spiritalem amorem, carnali siue humano, infinitis partibus efficaciorē esse, a quo Christi charitatem tanto nostra fuisse cumulatorem, ut ne conferenda quidem sit. Et tamen quod uulgo humanus amor efficit in nobis, quod magis efficit diuinus quidem, sed tamen finitus amor in martyribus, hoc in Christo diuinam & immensam charitatem fecit. se nego, nego autem, non in totum, sed quantum attinet ad excludendum sensum reformidationis. Caeterum de inducendo gaudio, post uidero. Eius rei causa est, quod in nobis alia uis animae redundat in aliam, & ut que uehementior est, aut secus, ita aut obruit alias, aut cedit. In Christo uero nequaquam item, uerum unaquaque uis, siue animi, siue corporis, nihil impediens uel diuersa, uel simili, suum naturale munus perfecte peragebat, ut neque gaudium uehementius, leuioris gaudij sensum exciperet, neque dolor acrior, leuioris doloris molestiam obrueret: neque summa uoluptas summo dolori, neque dolor atrocissimus, uoluptati summae posset obistere. Alioquin, si uoles Colete, ex isto effectu, quem amoris proprium dicis, & uerum dicis in nobis, Christi charitatem aestimare, etiam atque etiam uide, quam eam eleues, dum sedulo quidem, sed inconsideratus conaris amplificare, quippe quae ne id quidem potuerit, quod in turpiter ad amantibus caecus amor potest, quod inter amicos amor potest humanus, quod in tot martyrium millibus potuit amor eiusdem quidem generis ille, sed ad redemptoris amorem perquam exiguus. Nonne uideamus istos, qui uix saluam amoris umbellam obtinent, ut in fatis illis suis laboribus, non solum non offendantur, uerum etiam alantur. Calent illi, cum brutale frigus nox & aquilo conduplicet, non fatigantur per uigilias, non sentiunt in edam, nihil terrentur laruarum aut lemurum occurribus. Dentique quicquid istis, qui amore uacant, uidetur intolerandum, id isti lusum existimant. Quanto peiore certa pericula suscipiunt? Vulnere, mortem denique quam cupide excipiunt. Quid autem refugiat, cui dulcis est etiam mors? Atque huius rei quorsum attinet exempla ex historicorum literis repetere, cum quotidie uideamus creditu longe difficultiora, quam legamus in libris? An non feruum illum, de quo paulo ante, sic totum gaudij sensus occuparat, ut ad insidiosos cruciatus animo stuperet & corpore? Si Christi charitatem metiris efficaciam pellendi sensum malorum, mirum in hoc non potuisse, quod potuit & in seruo, & in barbaro? Refert in epistolis Plinius Caecilius, eius qui mundi scripsit historiam, ex sorore nepos, aetate sua nobilem quandam matronam Artiam (ni fallor) nomine, memorabile facinus edidisse. Fluius maritus secundo atque infamabilis

nabilis ulcere cruciabatur. At illa simul atque ex medicis cognouisset, nullam esse uitæ reliquam spem, ad mariti lectulum adstans, gladium adegit pectori. Tum in medio uulnere ad eum conuersa, non sentio, inquit, non dolet, iuuat etiam morti tecum. Et exemplorū huiusmodi densissimo agmine me poteris obruere. Quod cū ita sit, minus admirandū de martyribus, qui non paulo efficacioribus amoris facibus ardebant. De quibus omitto contentionem facere, quanto alacrius singuli unius Christi causa mortē exceperint, quā ille amore omnium. Hoc quæro, ecquis unquā hominū uel ignauissimorū, sic exhorruerit? Hi qui sunt formidolissimi, frigido sudore madescunt. Christus sudauit sanguinē, neq; uultu tantū, sed & toto corpore, adeo copiose, ut guttē demanarent in terrā. Meticulosissimi palleſcūt, ac trepidant. At Iesus agonizauit, id quod est agentium animam. Ergo, amauit ne ardentius martyr Christo, membrū capite. Vehementius amauit aut seruus homo, aut mulier? Postremo magis amat stultus adolescens puellam, quā Christus sponsam suam? Nequaquā inquis. Recte, sed hoc consequitur suis ex uerbis. Fateor, inquis, si quidem ista ad formidatam ab ipso Christi mortē referantur. Minus enim amasset, si mortē suam, quā nostra gratia suscepturus erat, sua causa tantopere reformidasset. At istud Colete nihil etiā refert ad hanc rem. Largior interim tibi Christum de membrorum suorū periculis anxium fuisse, non suis, hac gratia sudasse, hac agonizasse. Verum quandoquidē charitatē ex alacritate metiris. Esto, non reformidatū mortē suam Christus, uerū ubi illa, quæ fuit in multis martyribus, alacritas? Vtrunq; enim est immensæ charitatis, & formidationem excutere, & in huius locū inducere alacritatem. Cur alterū requiris in Christo, puta non formidare, alterū, puta alacritatem, non spectas? Maxime cū non aliter amor pellat formidinem, quā exundantia gaudij. Neq; enim dices, opinor, tantā quidem Iesu charitatem fuisse, ut nostri causa mortē subierit: at minorē, quā ut eam alacriter potuerit adire. Quod si mihi concedis, ex huiusmodi rebus, redemptoris amorem nō recte perpendi, cur non recipis reformidationem? Sin ex his argumentis æstimas, cur requiris alacritatem? Amauit igitur Petrus quā Christus ardentius? Ille dicit, animā meam pono pro te. Hic dicit, transfer a me calicem istū. Amauit Paulus perfectius, cū cupit dissolui, & esse cum Christo, cum exclamat, infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Caput mortē deprecatur, & membrum optat? Amauit tanto uehementius Andreas, quanto crucem alacrius adiit? Cōpone duas similes cruces, compone dissimiles crucifigendos. Andreas simul atq; crucem conspicit eminus ut gaudet, ut gestit, ut sibi gratulatur, quā plena lætitiæ uerba profundit. Quis unquā ad conuulsum adiit alacrior, quā ille ad paratū supplicij? Hæc quidem discipulus. At præceptor interim moeret, tædio grauatur, tristis est usq; ad mortē, manat cruento sudore. Interpellas, nō ob suam, inquis, mortē. Quid refert? Certe nullum edidit alacritatis specimen, quale præbuit Andreas. Agatha uirguncula gaudibunda properabat ad carcerē, neq; profus aliter affecta, quā si ad epulas uocata iret. Quot impuberes pueri, quot innubiles puellule, ore interrito sæuas Tyrannorū minas cōtemperunt. Quā nihil inter ferrum & ignes de uultus hilaritate remiserunt. Quā multa fortiter atq; animose in medijs cruciatibus dixerunt. Nihil horum Christus. Tanquā ouis ad occisionem ductus est, patienter quidem, non se subduxit, non reluctatus est. At nunquid simile, qualia multa de martyribus testantur historia? Nihil memorant euangelistæ. De moerore, de tædio, de sudore commemorant. Passus est se confictis criminibus accusari, passus damnari, obticuit, blasphemantibus non retulit contumeliam, orauit pro crucifixoribus. Mihi satisfacit argumentum patientiæ, quod in cruciatu præstare, satis sit ad salutem. At unde iuxta tuam æstimationem, charitatem illam inæstimabilem intelligam, nihil dūm uideo. Nō gestit, ut Andreas, nihil dicit alacriter, nihil exultat. Non pauci homines pii, martyrium uotis ardentissimis leguntur expetisse, beatos sese rati fore, si martyrio digni uiderentur. Christus orabat, ut abiret hora. Quod illi precabantur, hoc deprecatur saluator. At nō deprecatus est (inquis) suam mortem, sed suorū. At isthuc iterum tibi largior. Sed tamen heres in aqua; quod aiunt. Esto non deprecatus est, at nō optat. Non fugit carnificem, at non ultro semet obtulit, non quaesitus, non postulatus, id quod est a multis martyribus factitatum. Constanter pertulit cruciatū, at non delectatus. Denique pertulit, sed sensit, Martyribus sensum ademit charitas. Igitur e duobus alterum est uerum, aut in illis maiorem fuisse, aut ex communibus his indicijs, amorem capitis nostri non oportere spectari. Respon-

des, in martyres aliena uirtute fortes fuisse, non sua, Christum a diuinitate destitutum. Prope modum rem (ut ait Plautus) acu tetigisti. Verū de isto mox. Interim pergami extorqueret tibi telū, quo uno me confici posse confidebas. Ais capitis infirmitate, fortia fuisse membra, Christi reformidatione, impuidos fuisse martyres. At nihil etiam agis, uorsuram (ut aiunt) soluis, sic nodum explicas, ut alium arctius nectas. Cedo, qua re Christus martyres suos sic contra carnificinam armabat, ut aut non sentirent, aut certe eum sensum præ gaudio mentis pro nihilo duceret? Opinor haud alia re, quā augēda charitate, ut fuerit quisque tanto alacrior, quanto largius amoris sui munus impertierit deus. In eandem igitur foueam, uelut nolis, reuolueris. Rogo, amauit ne martyr ullus Christo flagrantius? Abnuis. At multi tulerunt alacrius. Negare non potes. Aut igitur non fuit tanta in Christo, quantā in martyribus, aut non idem effecit in illo, quod in alijs effecit. Neque dubito, quin hoc posterius malis concedere. Vtrunq; pernegare non potes. Porro autem quid ad rem pertinet, quod ais martyres aliena uirtute fortes fuisse, non sua? Certe charitate fortes fuerunt. Eam undecunq; fuit, in Christo maximam fuisse nemo negauerit. Esto, suspendent se diuinitas, ne redundaret eo tempore in partem animæ sensibilem, id quod mihi uideris ex Ambrosianis uerbis collegisse, at charitatem certe non ademit. Ea si semper facit, id, quod tu uis, si illic friget, ubi non idem efficit, non fuit in Christo, quantam fuisse credimus. Illud obiter annotandum, quod ais, aliena uirtute, quasi Christus suapte uirtute, non aliena fuerit fortis. Quod nisi quis commode accipiat, non quadrabit cum uero. Nam & Iesu charitas aliunde profecta est, non ab ipso. Nihil in illo non alterium, non gratis acceptum. Charitatē quam martyri homini gratis largitur deus, eam sibi homini ipse largitus est Christus deus, & largitus est gratis. In hoc a reliquis diffidens, quod nobis non tantum omnia bona gratuito donantur, uerum etiā condonantur mala. In illo nihil erat quod condonaretur. Sed accipe, quo magis etiam fiat perspicuum, Christi incomparabilem charitatem, istis argumentis non recte spectari. Nōne par ratione fit, ut quemadmodum timorem mali, ita & sensum mali propellat ingens amor? Nōne natura fit, ut insignis dolor aut uoluptas, alias affectiones minus uehementes obruat? At in Christo cruciatum fuisse concedes, opinor, secundum pœnam mortis secundæ omnium atrocissimum, idq; secundum omnes animæ uires, secundum omnes corporis sensus. Consentaneum autem est, quemadmodum mors eius omni morte fuit acerbior, secundum sensum corporis, ita reformidationem omnium amarissimam fuisse in animo. Atque ut imensā charitas, nihil fecit mitiorem sensum mortis, ita nihil mitigauit de reformidationis acerbitate. Cur alterum admittis, alterum abnuis? cum iuxta tuam ratiocinationem, acris doloris sensus, non minus cum ingenti pugnet amore, quā metus aut reformidatio, cum utrunque pariter adimat in nobis affectus uehemens? Ac de reformidanda quidem morte utcūque licet tergiversari: de sensu supplicij, nihil habes quod obtexas. Si cohæret extrema charitas cum summo cruciatu, cur non cohæreat & cū summa reformidatione, præsertim cum in Christo nihil aliud sit ista reformidatio, quā animi cruciatus, rem naturæ molestam quasi præsentientis? Quod igitur me dicis extenuare redemptoris amorem constitutenda reformidatione, istuc ego possem *ἡσυχία* in te retorquere. Verum hoc mox euincam. Intertim ut me tantum tuear, nondum autem referam, Non ego inuoloco Colete charitatem Christi, quam tantam fuisse confiteor, ut omnium martyrum charitas non sit cum hac una conferenda: uerum ex argumentis paulo certioribus quā tu, perpendendā censeo. Nam alacriter adire mortem, non sentire cruciatum, hæc ita consequuntur amorem, ut non consequi queant, non solum in Christo, sed etiam in nobis. Siquidem iuxta sententiam quorundam recentiorum, & in uirgine Deipara charitati Iesu proxima charitas nihil leuiorem facit doloris gladium, qui totam illius animam legitur penetrasse. Sic alacritas comitatur amorem, ut iram pallor, pudorem rubor, gaudium risus, tristitiam læchymæ. At isthæc indicia sunt, non causæ, extra naturam earum rerum, quas arguunt, ut neque omnis qui palleat, iratus sit, neque iratus omnis statim palleat, neque qui pallidior sit, idem sit commotior, neque ideo quis irascatur, quod palleat. Siquidem extra naturam iræ pallor est, ut si pallorem irato detrahas, nihil tamen ex iræ ratione demutaris. De reliquis item eadem iam me dixisse puta. Huius generis indicia, in martyrum non nullis illustriora quædam extiterunt, quā in Christo, at res in redemptore summa & ineffabilis

mabilis, sed eam magis oportet ab ipsa re, quam externis istis & uulgaribus argumentis spectare. Vis horum aliquot tibi comonstrem: Andreas (nam hunc quorūlibet loco proponam) uehementer quidem amauit, sed eum, à quo iam erat summis beneficijs prouocatus. Neque tam redamauit unum, quam Christus amauit singulos. Hic amauit prior, amauit plurimis contumelijs offensus, amauit auersum, amauit hostem. Andreas, non impendit mortem, sed repēdit bis debitam, semel naturā, iterū Christo. Christus gratis & prior impendit mortem, longe preciosiorē, quam neq; naturā, neq; peccato debebat, & impendit non sibi, sed nobis, quemadmodū nobis, & natus est, & uixit, & doluit. Postremo Andreas necessitate passus est, Christus uoluntate. Hæc ubi uideo tanta, tam multa charitatis indicia, nihil etiam moror alacritatem. Qui tanta largitur, eum tu negabis libenter dare, nisi cum risu dederit: Immo hoc ipsum mihi præcipuū amoris argumentum, quod alacritatem istam, quam membris suis donauit, in se non assumpserit. Voluit enim innocentissimus, in pœnis nostris conformari, non tantum ualentioribus membris, ut moreretur, sed etiam infirmioribus membris, ut mortem præsentiret in animo, priusquam corpori infligeretur. Sed mortem suā, inquis, reformidare, hominis est de se solliciti. Immo hominis est perfecti, & malis nostræ conditionis obnoxij. Suam mortem reformidauit, at non sibi. Ut enim suam mortem passus est, nō nostram, nobis tamen, non sibi: ita suam exhorruit mortem, at nobis, non sibi. Age cum esuriret Iesus, num de se magis quam de nobis cogitabat? Quid enim est aliud, cibū uelle, quam sui curā habere? Nemo tamen ita ratiocinatur, ut eū minus amasse colligat, quod esurierit, immo hoc maxime amasse, quod esurire nostram causa uoluerit. Quod esuriebat, naturæ erat, quam assumpserat. Eam nōne & sponte, & nobis assumpserat, & amore? Nobis igitur, & spōte, & amore esuriebat. Si queras, quāobrem esurierit. Respondebunt omnes, quod erat homo. Quare factus est homo: Nempe quod ineffabiliter amaret hominum genus. Idem quod reformidauit, quod tædūit, quod sanguinem sudauit, conditionis erat, quā induerat. Huic quanto plura mala tribues, exceptis his quæ cum uitio aut indignitate coniuncta sunt, tanto magis amplificabis illustrabisq; charitatem saluatoris. Quorum etsi nonnulla naturam assumptam necessitate consequuntur, tamen quoniam ipsam naturam sponte assumpsit, quicquid incommodorum cum ea cohæret, id non oportet aliō, quam ad liberam uoluntatem, quam ad spontaneum amorem referri. Eodem è fonte manat, quod esurijt, & quod mortem exhorruit. Cur in altero adoras amorem Iesu, in altero offenderis? Nōne quo plura nostræ conditionis incommoda recepit, hoc magis amauit. An non ex hominum malis, uel maximum est mortis reformidatio? Vter igitur charitatē illius imminuit, tu qui illum negas accepisse malum, quod ipsa pene morte sit acerbius, an ego, qui aio, ne id quidem amore nostri recusasse? Tu tantum calculū detrahis, & me incusas, quod extenuem charitatē redemptoris? Nōne maxime lædebant amorē eius, qui corpus illi tribuebant, & animā, doloris omnis incapacem? Proxime certe lædere uidentur, qui illi hoc detrahūt, quod est morti simillimū, proximūq;. At magis (inquis) cōpetat in charitatē eius, ut de sua morte uehementer gauisus, de iudæorum interitu, de discipulorum defectione afflictus fuisse dicatur. Neq; ego istuc Coletere refello, sed amplifico. Fateor Iesum atrocius cruciatū in animo fuisse de nostris peccatis, de quorundam ingratitude, quibus sua mors erat, nō salutem, sed damnationis cumulū alaturā, quam de doloribus corpori adactis. Immo grauius doluisse unius animulæ interitum, quam flagra, quam clauos, quam crucem. Neq; magnopere reclamauerim, si quis asseruerit, plurimas simul causas in animam redemptoris irruisse, & hanc tam insolitam tristitiam excitasse. At nihil decedit ex istis causis, si hæc naturalis accesserit. Non parum autē ad amoris cumulū accrescit. Omnes eodem è fonte scatent, nempe charitatis. Quod dolet interire homines, nemo nō uidet esse amantis. Quod ad mortē instantem (ut infirmus homo) pauescit ac tædet, hoc quāto infirmius, quāto defectius est, quāto nostræ cōmuni imbecillitati similius, tāto magis illustrat amorē sponte assumptis. Apostoli scādaltaris in mortis reformidatione, cū in utroq; conueniat edificari. Quod autem reformidauit suam mortem, uideo mihi posse docere, prope modum & ex ipsorū uerbis, qui negant. Nam Ambrosius uolens amoliri scandalū, quod intelligebat oriri ex hoc loco, ita scribit in Lucam. Hærent pleriq; hoc loco, qui tristitiā saluatoris ad argumentum inolitæ potius à principio, quam susceptæ ad tempus infirmitatis

tis inclinant, & naturalis sensum cupiunt detorquere sententiæ. Ego autē non solum excusandum non puto, sed etiam nusq; magis pietatē eius, maiestatemq; demiror. Minus enī contulerat mihi, nisi meū suscepisset affectū. Quid autē dicit, inolitæ à principio? Opinor à primitiua hominis cōditiōe. Quæ si cōstitisset, neq; mors pœna fuisset, neq; mortis acerba reformidatio. Quid est, ad tempus susceptæ infirmitatis? Mirum ni humanitatis, quæ propter carnis imbecillitatem, mortem refugit. Atqui de alieno malo turbari, non est infirmitatis, sed perfectiōis, neq; tam naturæ, quam uirtutis. Illud apertius, quod ait, meum suscepisset affectum. Meus affectus est, non alacriter adire mortē, sed exhorrescere. Quomodo hūc infirmitatis affectū dicitur assumpsisse, nisi quemadmodum ego imbecillitate conditionis ad mortē uicinam exanimor, itidem ille suam mortem, mea lōge acerbiorem reformidasset? Eiusdem sunt uerba paulo inferius. Deus enim inquit, mortē non fecit, nec letatur in perditione uiuorum. Et ideo fastidit, quod ipse non fecit. Si mortē ideo fastidit, quod ipse non fecerit, ac ne suam quidem fecit, suam igitur et fastidiuit. Porro altius cum scribit. Ob hoc & recusat mortem, ueram humanitatem demonstrans, nōne plane demonstrat, illum suam mortem formidasse? Sicut enim mortem suscepit, ut nostri similem hominem intelligeremus, sic mortem reformidauit, quo minus dubitarem. Athanasius uero cū ait, Humanitas enim ob carnis fragilitatē recusat passionē, nōne idem perspicue docet? Verū hoc tibi imponit fortasse, quod fragilitatē audiens, uitū imaginariis, non pœnā. Cum tibi imminet mors, tum de tua gaudere, de amicorū quæ procul absit angli, nōtam carnis infirmitatē sapit, q; spiritus perfectiōnē. Eodem pertinent uerba Bedæ. Duae em uoluntates ostendit, humanā uidelicet, quæ propter infirmitatē carnis recusat passionē, & diuinā, quæ propitiissima est. Isti Colete nominant infirmitatē carnis, & tu inducis promptitudinem spiritus? Quid igitur (inquis) sibi uult, quod negant Christum timuisse mortem, quod affirmant eum nostris malis indoluisse, nō suis, de nostris peccatis teduuisse, non sua passione. Si tu recte colligis? Accipe quod dicam mi Colete. Omnia mala, quæ Christus suscepit, nostra erant mala, non illius. Omnia nostra bona illius sunt bona, non nostra. Mortem suam, & non suam tulit. Suam, quia uere pertulit, nostram quia pro nobis, & à nobis ortā dependit. Noster erat, ille reformidantis affectus, nō ipsius, & tamē erat et illius. Noster, quia cū nostra cōditiōne, nostra gratia suscepit, illius, quia uere in anima, et corpore proprio, nō nostro pessus est. Addā & illa. Timuit mortē, nō timuit. Reformidauit, nō reformidauit, uoluit, nō uoluit. Platoniciū, inquis, ænigma mihi proponis. Imō sili tibi porrigo, quo te queas ex ista pugnatiū inter se uerborū perplexitate, uelut è labyrintho extricare. Timuit nō uti nos, necessitate, sed sponte, uere tamen. Timuit nō suū malū, sed nostrū, nō sua causa, sed nostra. Timuit nō præuertēte aut obruēte rationē affectu, quæadmodū nos, sed nihil offensa mentis tranquillitate. Neq; prorsus aliō modo reformidauit, q; timuit. Noluit mortē, quia p se mala est, et inimica naturæ quā assumpserat. Voluit, quia salutē paritura erat ijs quos amabat. Iam si memineras timorē hūc, reformidationē, pauorē esse de malorū genere, quæ redēptor sine culpa in se recepit, si hæc omnia ita in eo fuisse, ut neq; pertinēt ad diuinitatē, neq; spiritus propitiūdinē quicq; impedirent, neq; rationē præcurrerēt, aut ullo pacto à tranquillitate dimouerēt, neq; gaudiū animæ, diuinitatē assidue contēplantis, obscuraret, neq; lætitiā eiusdē quā de salute hominū percipiebat, imminuerēt, nō uereberis in eo summā reformidationē, cū summa mentis alacritate, summū gaudiū, cū extremo dolore, summā felicitatē cū summis cruciatibus copulare. Non autē magni referre puto, utrū quis dicat, eū naturā eiusmodi suscepisse, quam hæc incommoda necessitate consequantur, an tristitiam hanc non cohæsisse necessario cū humanitate redēptoris, sed per dispensationē ad tēpus fuisse assumptā. Vtrouis enim modis æque fuerit spontanea, quandoquidē in priore, ipsa necessitatis assumptio spontanea fuit. Tameñ uerisimilius est, per dispensationē fuisse assumptā, ut quæadmodū nō multo ante in excitando Lazaro infremuit, & turbauit se, ita hic sibi ipsi pauorem tristitiamq; asciuerit. Arbitror em Christū multis modis abesse potuisse à molestia reformidationis. Primum em hoc iam tenebat illius anima, quod nostras animas, pariter & corpora reddet, & mortis, & omnis doloris incapacia, puta cognitionē perfectā, contēplationē, & fruitionē diuinitatis, quæadmodum ipse testatur in euāgelio, sic se nouisse patrē, ut ab eo cognitus esset. Hoc tantum gaudiū in omni uita, facile molestiā omnē & à corpore seclusisset, & ab ani-

mo, nisi misericordie dispensatione, nihil sibi prodesse maluisset, quantum ad leniendas nostrae conditionis erumnas. Ad hoc, tam uehemens amoris ignis, mentem illius totam occupat, ut citra diuinitatis contemplationem suffecturus fuerit, ad arcendum ab eo, cum metuum sensum omnium cruciatus. Tanta gaudij uis animam illius explebat de nostri generis infirmitate, ut omnem molestiam facile quiescit propellere, quippe partibus infinitis copiosior uehementiorque. Iam autem non solum consero gaudium de nostra salute, cum sensu mortis, uerum etiam eum animi dolorem, quem de malorum interitu perferit, qui multis modis ipsa morte fuit acerbior. Postremo poterat & humana quadam constantia & uigore rationis, moestitudinem hanc, fortassis et sensum cruciatuum aut eximere, aut certe multis partibus mitiorē reddere. Quid nisi potuisset ille, quod Ethnici permulti potuerunt? Sunt enim nonnullae rationes, quibus nobis quotidie malorum sensum mitigamus, cum nos ipsos argumentis aut exemplis ad fortiter ferendum extimulamus, siue cum ab eo quod molestum est, ad id quod delectat, mentem auertimus. Siue cum premium contemplamur, aut eius merita, cuius amore patimur. Nihil horum sibi passus est opitulari Iesus ad leniendas erumnas, quas cum nostra natura suscepit. Corpus assumpsit, quo nullum unquam fuerit algoris, aestus, laboris, inediae, doloris impatientius. Animam assumpsit, secundum omnes suas uires, sensus acerrimi. Ita ut si paribus numeris illius cruciatus alij cuiuspiam mortalium fuissent inflicti, multo minoris doloris fuerint allaturi. Nihil sibi passus est lenire sensum malorum nostrum gaudium illud, quod a nobis foeliciter refuscitatis, omnia mala depellet, nihil charitatem, quae stultis etiam amantibus molestiam adimit, nihil inuictum animi robur, quo fortes sunt etiam Ethnici, nihil saltem communem illam & naturalem redundantiā, quae uocatur, qua uoluptati dolor cedit, dolor obruit dolorē. Quae sit, ut non sentiat trioboli iacturam, qui decem talenta lucrifecerit. Item ut non sentiat aciculae punctiōem, cui eodem momento brachium fuisse frangatur. Postremo hoc nobis indulsit natura, ut in praegradi malo fere sensum nostrum nobis eripiat. Vt in naufragio, in ruina, in morbis immanibus. At redemptoris anima, ad omnium dolorum sensum integra uigebat, usque ad momentum emigrationis. Ita perfecte unum quoniam corporis cruciatum, unum in qua est mille sensit, ac si is solus fuisset. Ita uniuersam corporis molestiam perferit, tanquam nihil animo pateretur. Ita rursus omnes animi curas, tanquam nihil cruciaretur corpore. Ita tamen animi, tamen corporis, pariter & singulos & uniuersos dolores sensit, ut summa illius charitas, nihil de molestia detraheret, multum apponeret. Etenim quo tenerius amabat mortalium genus, hoc magis dis cruciabatur, suam mortem tam acerbam, quae omnibus seruandis abunde sufficiebat, tam multis nihil profuturam, imo nocituram. Ita de Iudaeorum interitu doluit, ut nihilo leuius naturalē reformidationis sensum perciperet. Ita mortem exhorruit, ut nihilo mitius de Iudaeorum exitio affligeretur. Et ut dicam summam, in perferendis nostris malis, quae de secundo statu assumpserat, nihil sibi uoluit opitulari sua bona, quorum triplici genere, secundum tres hominis status, legitur eximie fuisse locupletatus. Non purissimam innocentiam, quam quidem tam oportuit esse a poenis immunem, quam erat aliena a culpa. Non gratiae plenitudinem, quae naturae tollit imbecillitatem. Non denique fruitionem diuinitatis, quae procul arcebit in nobis & facultatem molesta patiendi. At quorsum, inquis, attinet (nam istud inter disputandum substoma chans rogitas) tantopere malorum atrocitatem exaggerare in Christo? Charitate maxime meruit, hanc ego malim amplificari, quam carnificinam. Etenim hoc uerbo utebaris. Nobis Colete hoc propemodum euenit, quod sibi cum Protogora scribit accidisse Socrates, ut tu, qui disputationis initio proposueris augere redemptoris amorem, eundem imminueris, ego qui tibi uidebar eleuare, amplificari. Adiuuix enim praecipuum calculum, quem tu detrahebas. Nisi forte non crescit uirtus, crescente materia. An uero me crudelē & carnificem dices, qui redemptori tantum cruciatum impingam? Imo stulte misericors, atque adeo nimis ingratus mihi uidear, si tantum malum, quod cum alijs plurimis mea causa dignatus est assumere, non agnoscam, si dissimulem tantum beneficium, si etiam negem. Et multis adeo nominibus conueniebat, ut esset mors quam acerbissima, quae una pro tot mortibus de penderetur, quae totius orbis culpas elueret. Parabatur enim ea sacrosancta morte, non id modo, quod ad irritandum primitiuae culpae chirographum satis esset, uerum erat aliquid & (ut ita loquar) supererat, quod in abluenda nostra quotidiana delicta redundaret. Implenda erat abyssus, unde omnia nostra charismata hauriuntur. Parabatur efficax exemplum

emplum, quod frigidam etiam mentes in amore raperet, quod segnes ad salutarem emulationem extimularet. Cōdebatur in exhaustus ille thesaurus meritorum, pro quibus nos caelum acciperemus. Neque me clam est, ad accumulanda merita multo maximum momentum attulisse Iesu charitate. Verum huius argumentum (ut ait Gregorius) operis exhibitio. Per corporis & animi cruciatum, nos redemit eius charitas, is quo fuit acerbior, quo cumulator, hoc illi nostram salutem, & chariorē fuisse, & charius emptam intelligimus. Itaque doloribus accumulatis, tanquam fomentis aggestis, amoris flamma, quando non potuit obrui, latius emittit. His de causis adducti sunt eruditi theologi, ut passionis Christi tantopere exaggerarent acerbitate. Adeo, ut non dubitent ei tribuere tantum doloris, ut nullus sit, aut esse possit in hac uita grauior. Neque haec theologorum opinio diffidet a uerbis diuinae scripturae. Sic enim apud Prophetam ipse loquitur, qui solus immensam mensuram, & innumerabiles numeros suorum cruciatuum nouit. Attendite & uidete, si est dolor similis, sicut dolor meus. Rursum in Psalmo: Repleta est (inquit) malis anima mea. Unde non ita nimis me delectat illa Hieronymi interpretatio, qua dicit, hanc in redemptore moestitiam, pro passionem fuisse, non passionem, quae illum iuxta diuini Bernardi distinctionem turbat modo, non etiam perturbat. Si passionem appellant eam, quae rationem a statu suo dimoueat, si perturbari uocatur, a statu mentis dimoueri, non reclamo. At ego non dubitem, & passionem nominare, quae mentem Iesu, saltim secundum inferiorē partem, non turbat solum, sed uehementissime perturbat. Porro quod dicit Euangelista, coepit tædere & moestus esse, num hoc sibi uult, quasi tedium & moeror animam illius attigerit tantum, non occuparit? cum ipse clamet, profus expletam esse malis animam suam, et tristem esse usque ad mortem? Atque ut mortem credo omni morte fuisse acerbiorē, ita tristitiam hanc, quae quasi mortis erat initium, puto fuisse grauissimam, neque eum prius reliquisse, quam uitam. Neque uero quadrabit, si quis hanc uocem, coepit, huc existimet pertinere, quod in eum coeperit uenire affectum, in quo non conueniebat insistere. Quemadmodum primi motus, quos uocant, culpa uacat in nobis, si statim resiliamus. Nisi forte quis accipiat, eum in se sumptis se affectum, in quo non expediat insistere membris, puta affectum tristitiae ac tedium. Ego quod dixit, coepit tædere, magis arbitror pertinere ad affectum reformidationis, ad tempus assumptum, cum dolor ille de malorum interitu fuerit illi perpetuus. Etenim natura quoque sit, ut quantum nemo non certum praesciat, sese moriturum, tamen non angatur, nisi cum iam mors imminere uideatur. Rei quidem Colete iam dudum arbitror esse satisfactum. uerum ut cumulator etiam tuo satisfaciā animo, quandoquidem amoris alacritas te tam impense delectat, quo quidem est fonte nostra omnis controuersia nascitur, nego uel in uniuersis martyribus tantam fuisse spiritus alacritatem, tripudiumque, quantum erat in mente Iesu, hac ipsa hora, cum tæderet, moereret, cum sanguineo sudore madesceret. Hac ipsa in qua hora, idem intus ineffabili gaudio gestiebat, adesse tandem a patre praescriptum tempus, quo mortalium genus, morte sui, sibi ut Deo reconciliaret. Nemo unquam tam uitae fuit cupidus, ut tam uiuere uoluerit, quam Christus uoluit mori. Nemo nostrum tam ardeat immortalitatem expetit, quam ille suam mortem suam. Quid queris? Adde etiam si lubet, huic aliquid cumulo. Nos enim quantum animo concipimus, tantum uerbis assequi nequimus. At qui conuenit (inquis) mortem ardentissime sitire, et eandem ad exanimationem usque reformidare? Constantibus his, quae paulo ante constituimus in Christo, nihil prohibet eandem, rem eandem, eodem tempore extreme reformidasse, & appetisse, uoluisse & noluisse, cum summo gaudio, & cum summo cruciatu pertulisse. Primum, ut in persona Iesu tres erant naturae, ita tres uoluntates constituere non fuerit absurdum. Quanquam plerique duas duntaxat faciunt, diuinam & humanam. Quidam humanam bifariam secantes, tres efficiunt. Vt una sit diuinitatis, altera rationis, tertia infirmitatis, siue carnis. Quae tamen omnes una uoluntas dici possit, quatenus in idem feratur. Quemadmodum uulgo, quibus idem placet aut displicet, eos una mente, unaque uoluntate dicimus esse. Unde Eutychanorum uerba, nisi sub eis uenenam aliud latuisset, comode poterat accipi, de consensu diuinitatis et humanitatis in Christo, quae ista reformidatio non tollit. Verum auguror Eutychanos ideo detraxisse Christo uoluntatem humanam, quod eidem animam humanam non tribuerent, id quod haeresim manifestam sapit. Sed ad rem. Quando igitur in redemptore tres statuimus uoluntates, natura non repugnat, quo secius, quod secundum unam reformidat, secundum alteram appetierit. Verum an istuc cum ratione quadret, excutiamus, dispiciamusque, quae tandem fuerit ista uoluntas

luntas in Christo, quæ eadem non fuerit patris, quæq; mori noluerit. Et in nobis quidē ex-
perimur duplicē quendā animi nifum, ut idem sape quasi uelle ac nolle ex æquo uideamur.
Peccamus nostra sponte, & tamē perinde ac si id faciamus inuitti, ita nobis displice-
mus. Recte quid facimus, utiq; sponte tamē animū alio trahentē sentimus, quasi bonum
faciat, nolens. Hæc sunt ueluti duæ partes animæ, quarū altera crassioribus corporis orga-
nis immerfa carniq; concreta, brutior est, & ad turpia fertur. Altera tanq; flammæ fastidium,
ex affectuū fumis emicat, nititurq; semper ad honesta. Illa simplex, & à philosophis ratio
uocatur. Altera quoniam à summo bono defleuit, quod unum ac simplex est, pro uarieta-
te falsorum bonorū, in quæ nititur, alijs atq; alijs nominibus appellatur. Quanc; cōmuni
nomine dicuntur *uoluntates*, id est affectus, seu perturbationes, siue appetitus. Paulus legē men-
tis appellat alterā, alterā nunc legē peccati, nunc legē membrorum, nunc carnē et corpus
nominat. Quanc; equidē causam non uideo, cur protinus ob hæc rem duas in homine uo-
luntates statuamus. Nam in primogenia hominis cōditiōne, ut anima una, ita & una indi-
ta est uolūtas, per se quidē nitēs ad honesta, sed ita cōdita, ut pro arbitrio moderātis, pos-
set deprauata, ad diuersa detorqueri. Quæ tamē si peccato deprauata est, non tamē illico
incipit esse alia uoluntas, nisi fortassis obiectū cōmutatum, cōmutat speciem potētiae. Nam
eadē uoluntas, ueluti chalybs inter duos Magnetes, utroq; nitū uidetur, ad honesta ut pri-
mitiuae cōditiōis, quæ tamē si peccato uitata est, non tamen extincta, ad turpia morbo,
uel reliquijs potius culpæ genitalis. Veluti si palmæ ramū natura sursum nitentē, manib.
ad humū deflexeris, non statim alius incipit esse ramus, neq; natiuus ille nifus adēptus erit,
sed retardatus. Recurret enim, simul atq; manum remisieris, in locū suum. Verū his in me-
dio relicta, ad rem properet oratio. Hanc igitur rationis & affectuū spiritus & carnis dis-
fensionem, & rixam perpetuā, nemo tam impius est, ut Christo tribuat, quanc; in nobis
esse potest absq; culpa, nisi accesserit assensio mentis, tamē quia è culpa nara est, & ad cul-
pam inuitat, non conuenit dignitati redemptoris. Quod autē ait Augustinus, nonnullum
esse uitium, cum carō concupiscit aduersus spiritū, aut uitium intelligit, deprauationē uo-
luntatis, ad turpia nitentis, aut non de nifū simplici loquitur, sed concupiscētia cum assen-
su & delectatione nonnulla cōiuncta. Etenim, cum Paulus etiam clamat, se sentire legem
in membris suis, repugnantē legi mentis, uerisimile non est, Apostolū tam perfectum, iam
ullo modo assensum fuisse turpibus instinctibus. Verū ut rem expediāmus, ego mihi uis-
deor triplicē quendā nifum animi deprehendere in homine. Vnū qui spiritus est, & non
nisi ad inuisibilia, ad honesta, ad æterna nititur. Alterū huic diuersum, qui carnis est, & ad
turpia sollicitat, quatenus turpia sunt. Hoc etenim malitiæ relicūm est in carne nostra, ut
pari proposito labore, pari præmio, tamen turpibus magis delectemur, q̄ honestis. Tertiu-
m, inter hos duos mediū, qui neq; ad honesta, tanq; honesta, neq; ad turpia, tanq; ad
turpia, sed ad ea fertur, quæ naturæ sunt amica, ab ijs resistit, quæ lædunt incolumitatem,
aut etiam tranquillitatem. Primus ille iudicio constat & gratia. secundus deprauatione,
tertius naturali affectu. Secundum prorsus remouemus à Christo, imò propemodū eti-
am à perfectis, qui multa exercitatioe spiritus, iam a deo castigatū corpus suum, et infer-
uitutem redegerunt, ut uelut animal, natura quidem ferum, sed plurimo domitum usu, ni-
hil, aut perparum detrectans, pareat rationi. Neq; enim perfecti hominis est, ad rem tur-
pem, eo quod turpis est, propensum esse. Sed fieri potest, ut refugiat horreatq; quiddā per
se mediū, ex circumstantijs quidē pium, cæterum naturæ affectibus acerbum. Veluti
mortem, cum pro Christo est obeunda. Famem, cum ieiunium indicit ecclesia. Laborem,
cū ad eum cohortatur fraterna charitas. Vt autē omnis ad quippiā propensio, uoluntas est
quædā, ita fuga ac reformidatio, nolle quoddā esse uidetur. Quæadmodum fames & sitis,
uoluntates quædam sunt, non spiritus, aut carnis, sed naturæ. Sed huius propensionis, aut
reformidatiōis sensus, quoniam naturalis est, neq; cum spiritu, neq; cum carne per se cōiun-
ctus, sed mere naturalis, nihil uetat, quo minus in perfectissimo quoq; constituatur, por-
tremo etiam in Christo. In hunc ego sensum arbitror accipiendum esse, quod Petro di-
xit Christus. Cum esses iunior, cingebas te, & ibas quo uolebas. Cum autem senueris, ex-
tendes manus tuas, & alius præcinget te, & ducet, quo non uis. Non recuso quo minus
hæc tanquā mea somnia contemnas, nisi diuus Augustinus pro me facit. Nam exponēs
modo propositum euāgelij locum, ait, quod Petrus ad illā molestiā nolens ductus est, no-

lenā

lens ad eam uenit, sed uolens eam uicic. Et reliquit, inquit, affectū infirmitatis, quo nemo
uult mori: q̄ adeo naturalis est, ut eū Petro nec senectus abstulerit. Vides hic, infirmitatē
appellari, non prouitatē ad malū, sed penitus naturalibus insitā affectibus reformidationē
eorū, quæ naturæ sunt insensa. Nemo enim dubitabit, quin Petrus mortē eam, quatenus
erat pia, magno cū animi gaudio adierit, neq; eā noluerit, quatenus erat salutaris, sed qua-
tenus mors erat res una rerū omnium insensissima naturæ. Iam si me roges, quæ fuerit illa
uoluntas in Christo, qua mori noluit, hæc eandē esse respondebo, quā ipse demonstrat in
Petro futurā, mere naturalē mortis reformidationē, quæ non obliuiscat spiritui in perfectis,
maxime uero in Christo, neq; cū carne misceatur. Quod autē, mi Colete, tres hominis fa-
cto partes, spiritū, carnē, & animā, ne clames meū esse cōmentum. Hieronymū sequor au-
torē. Hieronymus sequutus est Origenē. Origenes Paulū. Paulus mirū nī diuinū spiritū.
Sed iuxta hæc partitionē, carnis portionē in Christo non cōstituo, sed spiritū tm̄ et animā:
Quod si theologi pleriq; quā nos nūc animā dicimus, eā carnē nomināt, q̄ uidelicet mor-
tem reformidat Christus, qua Petrus capiti, ut proximus, ita simillimus, equidē nihil cō-
tendo de uerbis, quādoquidē cōuenit de re. Hæc igitur naturæ infirmitatē, quoniam ita peni-
tus insita est humanæ naturæ, ut uinci quidem queat, reuelli prorsus nequeat, eorū certissi-
mum est humanitatis documentum, non solum in se recepit redemptor, uerum etiam re-
cepit insignite. Audeo totidem uerbis de Christo dicere, quibus Augustinus de Petro,
Nolens ad mortē uenit, sed uolens eā uicic. Infirmitatis erat, q̄ exhorruit, non culpæ, sed
naturæ. Hæc infirmitatē uicic, non expulit charitas nostri. Quomodo uicic mortē Christus?
Nōne perferendor? Itidē uicic & reformidationē, amore nostri cōstanter eā et libetē per-
petiendū. Sed quoniam uehemētē expediebat tribus illis discipulis, ut qui prius cōspexer-
ant eius maiestatem, nunc uiderēt & infirmitatē: ideo nimirū homo, hominū causa loquēs
apud homines, humanis uerbis humanā imbecillitatē explicuit. Pater si possibile est, trās-
fer à me calicē hunc. Quod ait, si uis, & si possibile est, non est dubitatis, sed naturalē affe-
ctū submittentis uolūtati diuinæ. Perinde ac si dicat, Mi pater, sentio quidē in me cōditi-
onis, quā non de te, sed de matre assumpsi affectū, mortis acerbissimū calicē uehemētē re-
formidantē refugientemq; uerū hæc mea uoluntas est, non tua. Hoc enim tibi mecū cōmu-
ne non est, quod factus sum in similitudinē carnis peccati, & habitu tum animi, tum cor-
poris inuentus ut homo. At nihil me mouet affectus naturæ, quo minus ad hauriendū ca-
licē, quē mihi propinas, sim paratus. Carne quidē, quæ imbecillis est exhorreo, at spiritū
qui prōptus est, uehemētē sitio. Mihi quidē erit amarissimus, ijs tamē quos tecū amo &
in te, fuerit salutaris. Non uult mori sensus humanus, quia mors insensa naturæ. Sitit mor-
tem spiritus, quippe qui generis humani sitit salutem. Sed tua uoluntas fiat, non mea. Nam
prior proprie mea est, neq; tecū cōmunis. Altera mea non est, sed tua. de cuius munere est,
quicquid pie uolumus homines. à quo sum, quicquid sum. Mihi nihil arrego, tuū est o-
mne, quicquid spiritui uolo, qui pater es spirituum. Habes Colete, uoluntatē in Christo,
quæ patris non sit: iam rationes aliquot accipe, quibus cōmuniter cū patre mortē, uel no-
luerit, uel uoluerit, Siquidē & secundū superiorē animæ partē, quæ perfectō cōsensu sem-
per cōuenit cū diuinitate, Christus modis aliquot mortē noluisse uidet. Nō placuit mors,
tanq; pœna culpæ, quæ ne culpa quidē ipsa placuit, nec placuit autor culpæ, diabolus. Secū-
dum hanc rationē, ita non uult mortē diuinitas, q̄ non uult admitti peccatū. Audiatam, non ho-
minem, sed deum. Nolo, inquit, mortem peccatoris. Multo igitur minus iusti. Sed eate-
nus auersatur mortē, quatenus culpam, mortis parentē. Præterea pro cōditiōne aditūcia,
eandē noluit, & uoluit. Nolebat mortē, si in conditione sua cōstitisset humanitas, id quod
uolebat, & uolebat simpliciter: rursum uolebat mortē, quia iam post lapsum naturæ, quē
simpliciter nolebat, necessaria erat ad instaurationē. Aut ex affectu uolebat, quod pijs &
gratis hominibus, immortalitatē esset allatura. ex occasiōe nolebat, quod eā sciret multis ma-
ioris impietatis occasiōem futurā, quanc; ipsorum uitio, non mortis. Iam dum uides o-
pinor, nihil agere cum Hilario nonnullos alios, qui hæc uerba, Transfer istum calicem à
me, uolunt esse capitis orantis, ut non à sese, sed à membris suis trāsiret hora passiois, cum
secundum omnes has rationes, nisi forte quis primā excipiendā putet, Christus non aliter
suorum mortē corporalem uoluerit nolueritq; q̄ suā. Sed efflagitas, quod pollicitus sum
expediturū me, quemadmodum in Christo summa alacritas animi cū summo dolore co-

Tom. 5

XX 3

hæserit

hæserit eodem tempore. At istud (nisi fallor) iam propemodum præstiti. Demostravi enim, nihil obistere, quo minus Christus secundum duplicem animæ partem, rationalem, & sensibilem (sic enim uocant recentiores) mortem potuerit simul & nolle, & uelle. Ostendi & secundum eandem partem idem potuisse. Quod si concedis, eundem hominem, secundum diuersas partes animi, imò secundum eandem, eodem tempore, rem eandem pariter extreme uoluisse, noluisse, cupuisse, ac reformidasse, non potes non concedere, totidem modis, & extreme fuisse gauisum, & doluisse, præsertim subueniente mihi & temporaria suspensione diuinitatis, & priuatione redundantia. Quam equidem non cupio precario abs te impetrare. Etenim aut hanc admittas, necesse est, in Christo, aut fateare, nihil eum in tota uita sensisse incommo dorum nostræ conditionis. Secundum inferiorem partem, sensit tadium mortis, & in instante supplicio molestissimum, secundum quæ sensit & clauos, & spineam coronam. Eatenus, qua proxima erat corporis affectibus, anima Iesu, diris cruciatibus affligebatur. Qua uero diuinitati proxima, inæstimabili gaudio gestiebat, eadem de re, puta morte. Neque ille tantus mœstitiæ sensus, alacritatem segniorum reddebat, nec alacritas reformidationis sensum minuebat, uidelicet per dispensationem, non redundante in sensibilem partem affectu rationalis. Atque in eadem parte rationali, ut incomparabili gaudio afficiebatur de morte sua, quam nobis salutiferam fore letabatur, ita simul extreme cruciatur, quod multo suo uitio tam efficax, tam salutiferum remedium uideat, sibi uersuri essent in uenenam mortis. Hic nihil est, quod offendat hominem, cui sensus sint non omnino inexercitati. Audio Iesum sic animo affectum de interitu malorum, sic gauisum de salute piorum, adoro inæstimabilem charitatem. Audio fuisse mortem, quatenus erat fons uitæ nostræ, ueneror immensum amorem. Audio rursus, noluisse mortem, audio exhorruisse, magis etiam suspicio nostri charitatem, quorum & miseram infirmitatem dignatus est assumere, is cuius uirtute subsistunt uniuersa. Audio noluisse, quod multis esset occasio scandali futura, quid aliud cogitare possum nisi summam eius charitatem. Voluit, non uoluit: reformidauit, non reformidauit: doluit, gauisus est. Omnia pariter accendunt ad redmandum, cum omnia simul eodem fonte scateant, puta charitatis. Iam quid præterea possis requirere, non uideo Colete, nisi forte scrupulus hic te quiddam etiam moueat, quæ obrem Christus Iesus maluerit reformidationis quæ gaudij signa edere moriturus, cum fatear, mentis alacritatem de nostra salute, partibus infinitis maiorem fuisse affectu reformidationis de sua morte. Quonia inquam, hic mansuetudinis, patientiæ, & obedientiæ parabatur exemplum, non animositatis. Exhibebatur argumenta humanitatis, non ostentamenta diuinitatis. Proponebatur exemplar, quod amarem, quod æmularem, non tantum mirarem. Imò totam Christi uitam ab incunabilis relege, multa reperies mansuetudinis & patientiæ documeta, alacritatis nulla. Satius erat, amanter pro nobis mortem suscipere, quam exultare, neque quicquam in ea magis nos uoluit admirari, quam suam erga nos charitatem. Qui potuit autem suscipere mortem amatius: Proditorum familiarum nec a conuiuio nec a corporis sui comunione seclusit, nec impiam ferentem osculum repulit, imò quo respiceret etiam tuum amicum nominabat. Quid autem supremo illo sermone, quæ cum suis habuit, amabilis: Quid aliud sapit, quam singularem charitatem nostri. Non ibi suam deplorat conditionem, sed amicorum pusillanimitatem consolatur. Neque alacritatis ostentatio nobis fuerat profutura, mœstitia profuit. Hoc agebatur, ut is qui pro nobis mortem depedisset, uerus homo crederetur, & nostræ conditionis passionibus, obnoxius. Quod si magna uultus & uocis alacritate, & pene non sentienti adsumis, cruciatum pertulisset, quanto latius se propagasset Manichæorum insania, qui illum phantasticum assumpsisse corpus mentiti sunt, etiam nunc, cum tamen euidentem exhibuerit specimen nostræ conditionis. Difficile fuerat futurum, ueram eius mortem credere, nisi uisa mortis reformidatio, fidem fecisset oculis. Quod idem sentit Ambrosius, cum ita scribit, Quomodo te imitaremur domine Iesu, nisi sequeremur ut hominem, nisi mortuum crederemus, nisi uulnera uidissemus: Quemadmodum discipuli crederent fuisse mortuum, nisi morturi tristitia cõperissent: Ad humanam igitur naturam ueritatem afferendam, magis faciebat hæc patiens, quam fortis illa & animosa supplicij perpessio. Magis ite nostris conueniebat affectibus, quibus non tam mirabilis esse uoluit, quam amabilis. Postremo magis quadrabat cum prophetarum oraculis, qui Christum sub hac persona maluerunt inducere, ut eum nunc agno mansuetum cõpararent, nunc liuentem plagis, deformatum, destitutum: abie-

ctumque

ctumque facerent, nisi alacrem, erectum, animosum. Obmutescere faciunt, non magna loquentem. Gloriosa quaedam & ambitiosa res est, cruciatum interitum adire pectore, magnum, nescio quid, & forte, inter ipsa tormentata dicere. At Christus suam mortem etiam ignominiosissimam esse uoluit. Hanc alacritatis gloriam suis martyribus seruabat, pro quibus infirmatum est caput, ut membra essent fortia. Valde te dicit dominus, ut minus te deret serui. Fortassis quod in magnis cruciatibus alacritatem a nobis non requirit, uidelicet repugnante natura, ob id eam non in seipso quidem uoluit ostentare. At mansuetudinis & charitatis exemplum expressit in se. Mansuetudinis, quam prius a se iusserat discere, dicens, Discite a me, quia mitis sum, & humilis corde. Charitatem autem etiam moriturus diligenter mandat. Verum hæc opinio, pro te satis, ad te nimis multa, hominem tam eruditum: Alioqui possent & hæc ipsa paulo copiosius explicari, paulo muniri cautius, paulo accuratius distinguere. Verum cui scribam, uideo: An tibi psuasum, equidem nescio. Etiam si mihi uideor utcumque demonstrasse, meam, id est recitum theologi, sententiam magis cõsentaneam esse uerbis euangelistarum, magis quadrare cum uerbis prophetarum, non dissentire a scriptis ueterum theologorum, pulchre cõcinere rationi, non pugnare cum natura, & adeo nihil detrahere, uel fortitudini, uel charitati, uel obedientiæ redemptoris, ut plurimum etiam adiungat. Ex tua contra, istuc ipsum consequi, quod unum te in mea sententia offendebat, sed o me temerarium, qui uix dum tyrannus, tanto cum imperatore audeam congregari, præsertim homo, ut tu uocas, rhetoricus, in re tam theologica, hoc est in arena non mea. Verum nihil non audendum mihi putauit apud te, qui quidem elegantior et uelutiorem quam omnem eruditionem ita scite calleas, tantas utriusque linguæ opes ex Italia deportaris, ut istud hoc uno nomine Coletum uix dum satis agnoscant theologi. Proinde malui prisco illo, & libero differendi more tecum agere, cum quod eum ipse magis probarem, tum quod intellegerem, tibi nouam hanc & nuper nata disputandi rationem nimis displicere, acuta quidem & expedita, ut uideatur ipsis, anxiam uero, superstitiosam, ieiunam, ac plane sophisticam, ut tu putas. Et fortasse recte putas. Verum si iuxta Græcorum adagium, unde ἡ ἀρετὴ πρὸς δὲ ὄνομα, uide ne tu unus contra tot milia stare nequeas. Non inuideamus potius istis doctrinam elimatam, uidelicet Origenis, Ambrosij, Hieronymi, Augustini, Chrysostomi, similibusque ueterum pingui minerua contenti. Liceat per nos suum cuique pulchrum esse, & Cæciliam Cæciliam ducere. Stultum est fabulam, etiam optimam agere, quam nemo spectet. Porro ex his quæ scripsi, nolim in periculum uocari, si forte in aliorum manus aberrarint. Neque enim mihi propositum fuit, quid ego sentirem, aperire, sed tuam sententiam elicere. Quid si etiam tecum sentiens, quemadmodum apud Platonem Glauco iustitiam uituperat, ut Socratem ad laudandam iustitiam prouocaret, ita me fingam dissentire abs te, ut instructus tua defensione, post hæc magis possim meam sententiam apud alios tueri: Sed iam tuam illam ferratam aciem, Nestoreamque instructam arte, expecto. Expecto classicum illud ingens, Expecto tela illa Colletica, uel Herculanis certiora. Interim & ipse uires ingenij explicabo, contraham copias, librorum auxilia comparabo, ne primam tuam impressionem sustinere non queam. De reliquis quæ proponebas ex epistolis Paulinis, quoniam sunt periculosa disputatu, maluoriam in nostris illis ἀλιθὴς πῶς πῶς uoce, quam literis agitare. Vale decus huius scholæ, & mea uoluptas Colete optime. Oxoniæ.

IOANNES COLETVS ERASMO THEO/
logo facundissimo S. P. D.



VA epistola eruditissime Erasme, ut est bene longa, ita est eadem, uel multo magis certe, & disertissima, & iucundissima. In ea uidi memoriam te, nacem, & nostræ altercationis fidelem recensioem. In ea acumen istud tuum, quo uis tam facile penetrans, quam feliciter. In eadem etiam stilum Philosopho dignum, aptum, uerum, significantem, educentem in lucem res ipsas, & easdem, quatenus materiæ acrimonia patitur, dulcorantem. Itaque & docuit me tua epistola, lectitantem ualde, & delectauit. Tamen quantum & argumentis impetuosa est, & postea exemplis potentibus certe tam pondere, quam numero uiolenta, tamen meam mihi opinionem, quam ex Hieronymo alie imbibi, nihil adhuc nec extorquet nec diminuit. Non, quod sumus proterui

nos, & improba pertinacia indurati: sed quod (haud scio an recte) tamē quod uel uerum, uel quod uerissimum est, nos sequi & ueri arbitramur. Quapropter non possumus tam admittere, quā cōtra adducis, quāq; ualde suadent, q̄ uelle refellere. Impellit em̄ nos ipsa ueritas, ut acuti & eloquentis hominis disputatione, magis diserta et copiosa, q̄ uera, eam obrui indigne & opprimi nō patiamur. In qua defendenda, ut nos opinamur, inuocamus eiusdē numinis sublidū, cuius tu ad oppugnandā ueritatē uideris nobis inuocasse. Verū nunc nolimus cū uniuersa tua epistola cōgredi. Nam ad tantum prelium subito, & statim nec ocium, nec uires habemus. Sed primā eius partis & quasi aciei & frōtis, quā mihi uidetur, ut par est, belli esse ualidior, expugnationē aggrediamur. Tu interea patienter audi, ac nos ambo collidentibus inter se silicibus, si quis ignis excutiat, eum auide apprehendamus. Veritatem enim querimus, non opinionis offensionem, quē forsan argumentum recutiente, ut ignis ex ferro, a ferro percussio elucebit.

RESPONSIO AD ARGUMENTA
Erasmiāna.



Primū quidem nō possum assentire tibi, cum multis alijs id dicenti, & meo iudicio errāti, sacras literas saltē uno aliquo in genere, suapte fecūditate plures sensus parere. Non quod nolim ipsas q̄ fecundissimas esse, quarum exuberantem fecunditatem plenitudinemq; unice admiror: sed quod opinor, fecunditatis esse ipsius, non parturire plura, sed unum aliquod, et ipsum uerissimū. Nam in quouisq; rerum genere, illa numerosior foetificatio est, quod unī proli diffidit, quodq; res illa & parens, nō est potenti fecūditate, ut quod conatur in pluribus, in uno perficiat. Quod si esset ita plenis uiribus, & tam integra fecunditate, ut quiddam unum ex se aedat, quod ipsum esset constans, uerum & bonum, profecto in illo uno tam profecto foetu coquiesceret. Quia uniuersae naturae contentio non est, nisi ad unum, quod assequuntur ea magis, in quibus maior est fecunditas. In quibus uero natura languidior est, & nescio qua ariditate sterilior, atq; potentis succi inopia infirmior, in ips, ut nihil est adita prole imperfectius, ita nihil numerosius. Id quod licet cernere aperte in abiectiorib; naturae rebus, sicuti sunt muscae formicae q̄, in quibus, ubi extat multiplicior soboles, illic certissimum argumentum capiendum est naturae alicuius, & rei, tum impotentis, tum infocundae, Spiritus autē sanctus, qui sacrarum literarum parens est, quicq; est ipsa fecunditas, ut in se parit pro sua potentia unam & eandem simplicem ueritatē, ita est necesse, suo sermone ueridico, unū duntaxat sensum, eumq; uerissimū nobis educat. Quod si in, uel audito, uel lecto illo simplici & diuino sermone, plures pluribus, & uarijs uarijs hominibus sensus suboriantur, istam multitudinē non statuerem ex fecunditate scripturae, quae est tanta, ut unum duntaxat sensum, et eum perfectissimum habeat, sed multo magis ex humanarū mentiu sterilitate, impotentiaq; perueniendi illuc, ubi ipsa uera & simplex latet ueritas, qua si possent potiri, tunc tam consentirent in una ipsa omnes, quā nunc ipsi inter se dissident. Habet enim spiritus dei, pro sua maiestate, quoddam dicendi genus proprium, & suū, & singulare, nescio quomodo mirabiliter absolutū & liberū, & supra se extans, et se in seipso retinens, re seruansq; se, sibi retractio uultu, ita quasi dedignabunde, non ex inuidia quidem, sed ex hominum indignitate, ut semper mihi uideatur dicere spiritus ipse, illud suū propheticum, uidentes non uidere, & audientes non audire, & legentes non intelligere, etiam addere, se uisum esse nolle, nisi quibus uult ipse, se ubi uult spirare, se prophetas facere, ut spiritus prophetarum prophetis subiectus sit. Quod si tanta sit abductio, & quasi seclusio sui, in suo sermone, diuini spiritus: siq; neminem admittit in suum sacrariū, nisi cuius capiti manum imposuit ipse, nisi deniq; admissus & introductus aliquis felicior, in adytū ipsum augustius & penetrabile sacrariū literarum, nihil ibi uiderit, nisi unum & eundem potentissimum, uerissimū & perfectissimum sensum, Quid tādē impediāt, quo minus sequamur eū solū, quem illum arbitramur se assecutū, respuamusq; illos omnes, qui ab eo (quem uerū tenere putamus) discesserint. Quādo ubi plures sententiae, aut una duntaxat uera sit oportet, aut nulla. Quandoquidem ut modo ostendimus, pro sua fecūditate & potentia, quod dixerit spiritus, est unum solumq; uerū & indiuiduū. Quod ipsum utrū Hieronymus

mus attigerit, non meum est dicere, tamen quum opinor, haud scio, recte falso uerū tantamē in quā, quādo opinor ex illo loco euangelij uerū apprehendisse, nō possum nō opinari, alios oēs, ab Hieronymo dissentientes, falso dixisse. Quod si tam scirem re ipsa Hieronymū dixisse uerū, q̄ opinor, tam tunc non minus asserere, alios dixisse omnes falso, q̄ opinor. Atq; ut si scirem, uerum esse in Hieronymo, non possum non scire falsum in alijs: ita quando opinor uerū in Hieronymo, non possum in alijs falsum nō opinari, quādo necessario, quod uerum est, unum est, a quo si discesseris, delapsus es in non uerū. Quapropter sic mihi tenendus Hieronymus est, ut eundem citius relinquam, q̄ una cum illo alium, aliud sentientem amplecter. Hic uides Erasme, q̄ noster oculus sit simplex in scripturis, quāq; nequeamus spectare nisi unū. Vides enim, quoniam ad illud uerum, dictū a spiritu Iesu, peruenisse putamus Hieronymū, sequi non posse nos alium in hac causa, q̄ Hieronymū: quē ut arbitramur recte dixisse, & callem ueritatis tenuisse, ita non possumus non arbitrari, alios extra hanc sententiā oēs delirasse. sed de hac re fusius, q̄ est necesse, & multiplicius forsan, q̄ tua mens patitur, ista potētior. Verū haec est mea infelix sterilitas, ut nequeam, quod unum est, dicere, nisi & fero & multis: fecundior aliquis spiritus & potentior, quicquid hic nos tanta loquacitate exprimere conati sumus, uno fecundo uerbo absoluisset. Nihil enim est uerbosius, q̄ sterilis mens. Cōtra quoq; nihil frugalius & uerbis parcius, q̄ mens, & spiritus ille, qui est fecundissimus. Quo fit, ut id etiā inter alia admirer, & singularem quandā fecunditatē iudicē in sacris literis, quod in illis non in uno quoq; uerbo multae sententię sint, quod ipsum in fecunditatis esset. Sed quot sententię, totidem sint uerba, & quot uerba, tot sententię. At nunc deinceps ex proposito descendendum esset in campū, & cū tuis argumentis confligendū, sed alia me auocant, ut nunc cogar huic epistolę finē ponere. Quapropter causam nostram tecum, & cum ista constructa acie argumentorum, dimicationem in alia epistola expecta. Vale interea.

ERASMVVS LECTORI.

EX multis, quae aliorum furacitas sustulerat, hoc unum ministri furacitas seruauit, Eclā descripra hac portiuncula, quā reliquis adijciendam putauit, adiecturus & alia si contingeret nancisci. Bene uale.

DE TÆDIO ET PAVORE CHRIS
TI FINIS.

D. ERASMVVS ROTERODAMVS CLA
rissimo uiro domino Thomae comiti Vuiltsh
riae & Ormaniae S. D.



Ad ipsum Christianae philosophiae colophonem me uocas, uir clarissime, sed pietatis studio quā fortunae ornamentis clarior, dum adhortaris, ut superioribus addam uel breuem commentarium, quomodo se quisq; ad mortem praeparare debeat. Hic est enim extremus humanae uitae, ueluti fabulae actus, unde pendet uel aeterna felicitas hominis, uel aeternum exitium. Hic est supremus cū hoste cōflictus, a quo Christi miles sempiternum expectat triumphum si uicerit, sempiternam ignominiam si uictus fuerit. Equidem in hoc negotio iam dudum totus eram, quum adhortatio tua mihi ueluti calcar accessit currenti. Quanquam tum quidem unī mihi philosophabar. Sed tua pietas cupit ut hic quoq; fructus per nos fiat multorum communis. Vtinam domini benignitas largiatur sanctissimis uotis tuis meoq; conatu felicem euentum, ego certe nō reluctabor illius uoluntati, cuius instinctu hoc meum obsequium abs te postulari arbitror. Vale.

Apud Frisburgum Brisgoae calendis Decembribus, anno millesimo quingentesimo trigesimo tertio.

Des.

SODES ERASMI ROT LIBER QVO

MODO SE QVISQUE DEBEAT PRÆ-
parare ad mortem.

Aristoteles



Apoc. 14

Philip. 1

Rom. 12

Psal. 24

Horatius

1. Cor. 4

MNIUM terribilium maxime terribilis est mors, ait quidam magni nominis philosophus, sed qui non audierat cœlestem illum philosophum, qui nos docuit non uerbis tantum, sed euidentibus etiam exemplis, hominē morte corporis non perire, sed distrahi: animā uelut è molestissimo carcere educi in beatam requiem, corpus item aliquando ad gloriæ societatem reuicurum. Non audierat illud etiam spiritus: Beati mortui qui in domino moriuntur. Non audierat Paulum lamentantem, ac suspirantem, Cupio dissolui & esse cum Christo. Et, Mihi uiuere Christus est, mori lucrum. Sed mirandum non est, si qui credunt totum hominē morte perire, nec habent hanc spem quam sola in Christum fides nobis porrigit, quum aliorum mortem deplorant, tum suam horrent atq; abominantur. Illud potius mirandum, tam multos esse mei similes, qui quum uniuersam philosophiam Christianam & didicerint & profiteantur, tamen sic expauescunt mortem quasi aut credant nihil hominis superesse ab exhalata anima, aut Christi promissis diffidant, aut de se prorsus desperent, quorum primum est Sardanapalorum, alterum incredulorum, tertium Deimisericordiam ignorantium. Hac in parte similes uidentur gentibus quæ Deum ignorant. Deum enim ignorat, qui nescit illum esse infinitæ misericordiæ. Illud extra controuersiam est, quod hominum uulgus sic expauescit ad mortis recordationem, partim ab infirmitate fidei proficisci, partim ab amore rerum mundanarum. Nescit trepidare qui cum Apostolo plena fiducia dicit: Siue uiuimus, domino uiuimus, siue morimur, domino morimur. Itaque siue uiuimus siue morimur, domini sumus. Quod autem dominus semel in suam tutelam recepit, perire non potest. Hinc illa prophetica uox imperterritæ mentis testis: Si ambulauero in medio umbræ mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es. Neque enim dominus fidelis unquam deserit, qui se totos in illius fidem tradiderunt, sed custodit eos ut pupillam oculi sui. Siquidem ille dominus uitæ est pariter ac mortis, cui nihil est mortuum: sed uiuunt omnia, quæ ipsi per fidem adhærent. Ex fidei imbecillitate nascitur amor commodorum temporalium. Nam si toto pectore crederemus, quæ Deus promissit nobis per filium suum Iesum, facile uilescerent omnia huius uitæ oblectamenta, ac mors quæ ad illa molesto quidem illo sed breui traiectu transmittit, minus esset formidabilis. Clamat ille sapiens Hebræus: O mors, quam amara est memoria tua. Sed quid addit? Homini pacem habenti in substantijs suis. Non ait, Habenti diuitias. nam multi homines p̄ij, possiderunt diuitias: sed in his acquiescenti. Quod de facultatibus dictum est, idem sentiendum de honoribus, uoluptatibus, uxore, liberis, cognatis, amicis, de forma, iuuentute, bona ualetudine, breuiter de commodorum omni genere, quæ mors p̄ij simul ac impijs eripit. Quo impensius aliquid diligimus, hoc grauatius ab illo diuellimur. Sed quid mirabere, pones inuitus: ait quidam absq; Christo sapiens. Miratur autem hæc temporaria quisquis in illis conquiescit, tanquam proprijs perpetuisq; bonis, quum hæc omnia commodatitia sint ac momentanea, non tantum æquo animo uerum & cum gratiarum actione ponenda, quotiescunq; repetit is qui dedit. Nam in huius mundi bonis conquiescere, frui est, quibus oportuit uti, atq; hoc ipsum etiam obiter ac uelut in transitu: quemadmodū admonet apostolus Corinthios: Reliquū est, fratres, ut qui habent uxores tanquam non habentes sint, & qui flent tanquam non flentes, & qui gaudent tanquam non gaudentes, & qui emunt tanq̄ non possidentes, & qui utuntur hoc mundo tanquam non utantur. Præterit enim figura huius mundi. Viatores sumus in hoc mundo, non habitatores: in diuersorij, aut (ut melius dicam) in tabernaculis peregrinamur, non in patria uiuimus. Tota hæc uita nihil aliud est q̄ cursus ad mortem. Isq; per breuis: sed mors ianua est æternæ uitæ. Apud Iudæos quoniā contractus ad certū diē finiebant ex legis præscripto, quo tēporis interuallū erat breuius, hoc leuior erat rerū indicatu

ra. Quan

ra. Quanto igitur uisiora nobis esse debeat hæc omnia momentanea, tot casibus obnoxia, quæ ut nullus casus eripiat, certè mors omnibus adimit omnia. Adde hoc, quod qui currunt in stadio, uident quantum spatij à tergo reliquerint, quantum superfit ad metam, & olim qui lubilæū expectabant, sciebāt quandiu liceret frui rebus emptis. At nemo mortaliū est, qui certo norit se postridie uicūcurrū currimus, sed mortem habentes in pedibus, imo toto corpore nobiscum circumferentes. Vitam gratis accepimus à domino, sed hac lege, ut omni momento reddamus repositi. Iam ut contingat senectus, quæ quàm paucis cōtingat, nullus ignorat: quid est per deum immortalem, tota hominis ætas, nisi breuissimum stadium, in quo uelimus nolimus assidue currimus, siue dormiamus, siue uigilemus, siue deliciemur, siue discruciemur. Rapit nos torrentis in morem perpetuus seculorum cursus, etiam si nobis aut alijs uideamur conquiescere. Ergo si præcia rerum mundanarū breuitate tēporis æstimemus uilissima sint oportet, quæ nec horam habent certam. Quæ uero parui æstimamus, ab ijs facile diuellimur. Quemadmodū qui domi non agūt, sed peregrinātur, si quid in diuersorij, aut in uia commodi sese obtulerit non admodum adijciunt animum, quippe mox relicūri quod delectat, si quid incommodi, facile perferunt: sic cogitantes, Hic prædeo, alibi cœnaturus. Quæ uidentur, inquit Paulus, temporaria sunt: quæ non uidentur, æterna. Atq; hæc est magna Christianæ philosophiæ pars, quæ nos morti præparat, ut contemplatione rerum æternarum ac cœlestium, discamus temporariarum ac terrenarum contemptum. Plato totam philosophiam nihil aliud iudicabat, quàm meditationem mortis. Meditationem autem dixit, præparationem ac uelut exercitationem ad mortem, non aliter quàm tyro cum hoste depugnaturus, ad palum exercebat sese: quo dicto nihil salubrius, siquidem à philosopho philosophicè dictum, Christiani Christiano sensu accipiamus. Neq; enim contemplatio mathematicarum formarum à materijs abstractarum, aut idearum Platoniarum imaginatio præstat, ut bene moriamur: sed si fidei oculis subinde speculemur omnem humanum sensum excedentia bona, quæ deus per filium suum Iesum promissit ipsi fidentibus, mala quæ cōminatus est incredulis & inobediētibus. Hæc deterrebunt à peccādo, illa prouocabūt ad bene agendū. Est quidem æterna ueritas in quibusdam disciplinis humanis, sed quæ nemini conciliat ueram beatitudinem. Hic æternus est qui promissit, æternus per quem promissit, æterna sunt quæ promittit, æternam felicitatem adferunt cum fide amplectentibus, æternā infelicitatem negligētibus. Hæc meditatio mortis, est ueræ uitæ meditatio: nec solum hoc præstat quod pollicetur philosophus, ut anima minus grauātē demigret è corporis domicilio, uerum etiam ut cum alacritate spiritus, uelut ex obscuro, molestoq; carcere gestiens, exiliat in beatā libertatem, ac lucem illam uerè amabilem quæ noctem nescit. Corpus enim quod corripitur, aggrauat animam, ac terrena habitatio deprimit sensum multa cogitantem. Eoq; clamat diuinus ille citharædus. Educ de carcere animam meam, ut consistatur nobis in tuo domine. Summa felicitatis humanæ est, & cōtemplari & laudare conditorem, redemptorem & gubernatorem suum. Ad hunc enim finem conditus est homo. Hanc felicitatem hominis frequenter interpellat huius corpusculi quod circumferimus imbecillitas, tot necessitatibus, tot malis, tot periculis obnoxij. Itidem & beatus Paulus grauatus carneo tabernaculo, miserabiliter ingemiscens clamat: Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis hoc? Vidit enim summè beatos esse, qui habitaret in domo domini, laudantes illum in secula seculorum. Sic affecti sunt homines uere p̄ij, quorū licet corpore degant in terra, tamē thesaurus, cor, & conuersatio in cœlis est. Sed paucorū est ista fortitudo, non omnibus datum est cū Paulo dicere, Mihi uiuere, Christus est, & mori lucrū. Et, Cupio dissolui & esse cum Christo. Nos hæc consolationē infirmi paramus infirmis; quibus tamen perfectiorum exempla uelut stimuli sunt ad robur spiritus parandum. Est igitur per omnem uitam hæc mortis meditatio exercenda ac subinde excitanda fidei scintilla, ut crescat & corroboretur, cui copulata charitas alluciet spem, quæ non pudefacit. Nihil autem horum ex nobis habemus, sed dei dona sunt, assiduis precibus ac uotis ambenda, si desint: si adsint, augēda, ut crescant. Quo fides charitate speq; comitata est firmior, hoc minor est trepidatio. Quod enim pleriq; sic abhorremus à mentione mortis, maxima ex parte (ut dictum est) fidei infirmitas in causa est. Atqui de dei promissis oportet esse fiduciam multo certissimam. Siquidē is est unus, qui natura uerax, seipsum abnegare non potest.

potest. Cui canit Psaltes ille eximius: In æternum domine permanet uerbum tuum. In celo & in seculo ueritas tua, qui & de seipso pronunciat in Euangelio. Cœli & terra transibunt, uerba autem mea non transibunt. Quid autem promisit? Promisit uictoriam mortis, uictoriam carnis, mundi & satanæ, promisit remissionem peccatorum, promisit centuplum in hoc seculo & uitam æternam in futuro. Sed quomodo promisit? Per iustitiam, nostram: Nequaquam, sed per gratiam fidei quæ est in Christum Iesum. Quoq; securiores essemus, prius illud ehirographum quod nobis infelicitè describerat primus Adam, irritum fecit ac deleuit, affigens illud cruci, deditq; nobis chirographum gratiæ, quod conuulsit proprio sanguine, & innumeris prophetarum, apostolorum, martyrum ac uirginum testimonij confirmauit, qui suo quoq; sanguine subscripserunt. Subscripsit & uniuersa sanctorum ecclesia. Addidit interim & arrabonem spiritus, ne ulla ex parte uacillare possit nostra fiducia. Nec his contenta dei bonitas, huius uictoriæ exemplum euident & insigne dignata est omnibus exhibere in filio suo unigenito. Quod enim ille uicit, utiq; membris suis uicit, qui se totum nobis impedit. Quid enim nos uermiculi poteramus ex nobis? Christus est iustitia nostra, Christus uictoria nostra, Christus spes & securitas nostra, Christus triumphus & corona nostra. Ille natus est puer, sed qd non omisit Esaias, nobis natus est, nobis datus est. Idem nobis docuit, nobis sanauit morbos, eiecit demones, nobis esuriit ac sitiit, nobis contumeliosus affectus est, nobis sub mortis tempore angore tædioq; uitæ percussus est, nobis sudauit sanguinem, nobis uinctus ac cæsus est, nobis mortuus est & reuixit, deniq; nobis sedet ad dexteram patris. Dum omnia mala nobis debita in se recepit, ea nobis superada tradidit, uidelicet, iam fractis illorū uiribus, ac pro modo afflictionē addito spiritus robore. Monstrauit uincendi uia, addit certandi uotū, certantibus auxilium suppeditat. Sic ille uincit in nobis, si modo nos in illo maneamus. Manemus aut per fidem & charitatem. Si quis requirat, ubi nam extet hoc chirographum, quod nos securos reddat, in scripturis Canonicis, in quibus legitur uerba dei, non hominum. His non minus habendum est fidei, quam si Deus illa tibi proprio fuisset ore proloquutus. Ausim dicere, & alquanto amplius. Nam si deus per creatam aliquam speciem tibi loqueretur, fortassis quorundam piorum hominum exemplo subhæsitares, nunquid fuci lateret in imagine. At istam hæsitationem omnem nobis penitus exemit Ecclesiæ Catholicæ perpetuus consensus. In hoc ergo chirographo per omnem uitam philosophari, optima ad mortem præparatio est. Quemadmodum ait Apostolus. Ut per patientiam & consolationem scripturarum spem habeamus, Rursus si quis quærat quomodo & quando Christus hæc deuicit. Carnē deuicit ac uincendi rationem ostendit, quum iuxta naturā assumptā mortem exhorrescēs, ait patris: Verum tamen non sicut ego uolo, sed sicut tu. Et alibi de se testatur, Non ueni ut facerē uoluntatem meam, sed eius qui misit me. Nihil est tam horribile naturæ humanæ, quod auxilio Christi non superetur, si nos totos committamus ac submittamus uoluntati diuinæ, in grauissimis afflictionum procellis semper illud optimi senis ac laudatissimi regis habeamus in animo: dominus est, faciat quod bonum uidetur in oculis ipsius. hæc uerba magica non sunt, sed omnibus incantamentis efficaciora. Quæ quisquis ex animo pronunciarit, & in hac fiducia perstiterit, non est quod desperet, etiam si uniuersum malorum agmē unā cum ipsis inferis in unum irruat hominē. Omnipotens est qui pugnat pro nobis, quiq; loquitur in Psalmo, Cū ipso sum in tribulatione, eripiam eum & glorificabo eum. Quum audis, Cum ipso: noli tuas uires expendere, sed auxiliantis potentiam respice. Quum audis, Eripiam eum: noli despondere animum, si diutius urget afflictio. Faciet ille sine dubio quod promisit, & nouit quādo expediat te leuari malis. Quum audis, Glorificabo eum: certum habeto te quemadmodum Christo fuisti confors crucis, & gloriæ futuræ consortem. Sed memeto quid præcesserit. Clamauit ad me, Tuum est clamare, & clamare ad dominum non ad mundi præsidia, non ad uires ac beneficia tua, sed ad dominū, qui solus potest ab his malis eripere. Nihil hominis natura fragilius, & tamē nemo uerbis consequi ualeat, quot quam atrocibus malis ac terroribus sit obnoxia. Ut enim omittam fulmina, terre concussiones, maris inundationes, telluris hiatus, bella, latrocinia, homicidia, ueneficarij artes: quis percerat omnes morborum formas? Et id his quā multi sunt, tam horrendi, tamq; cruciabiles, ut ad solam mentionem contremiscat homo, quod genus epilepsis, paralytis, exulceratio

Roman. 15

ratio uesica, phrenesis. Taceo pestiferarum subinde in peius sese aduersus medicorum remedia inuouantium crebros incurfus, ut uerisimè dictum sit illud:

Mille modis leui miseros mors una fatigat.


Qui fieri possit, ut nos & corporib. & animis tam infirmis, tam immanibus procellis pares esse ualeamus? Prorsus actum esset de nobis, etiā si nullum accederet peccatū, nisi dextera domini subleuaret imbecillitatem nostrā. Superest mundus non mediocre certamen afferens pijs. Mundum autem appello ueterem hominem cum actibus & concupiscentijs suis. Tameñ mundi nomine non absurdè possis accipere homines huic mūdo deditos, qui nunquā desierūt, nec unquam desinent summa uel belligerari aduersus Christum & huius discipulos. Verū ad hoc certamen animat nos dominus, dicēs: Cōfidite, ego uici mundū. Quam autem ille fuerit alienus à mundanarū rerum concupiscentia, declarat, quum ait: Filius hominis nō habet ubi reclinet caput suū. Nam in eo quisq; reclinat caput, in quo conquiescit animus, ac uelut indormiscit. Quam autē uolentus & improbus sit hic mundus, norunt qui serio conātur piè uiuere in Christo Iesu. Cōcupiscentias nostras in se recepit, sed non aliter q̄ recepit peccatum, pro nobis dependens supplicium quod nostris affectibus & actis debebatur. Cæterum quicquid hic mundus habet machinarum, id totum expedit in dominū, probra, infamiam, insidias, potentiam, cruciatu, mortes. Quid non fecit mundus, ut Christi nomē funditus extingueret? Et ecce uiuit ac floret in celo pariter & in terra. Vicit autem dominus, nō ut dormitarem, sed ne desperarem. Hostem nobis tradidit non omnino mortuum, sed fractum ac uincibilem, quo nobis per certamen parata esset corona gloriæ. Si quæras quomodo uincatur mundus, Ioannes intimus Christi discipulus docet: Hæc est, inquit, uictoria quæ uincit mundum, fides uestra. Certa igitur fideliter, omni fiducia coniecta in dominum: nec dubita quin illius auspicijs præiudicijq; uictor sis euasurus. Restat peccatum in quo infelicitate nati sumus, & in quod post baptismum infelicitus reuoluti, pōdus graue, quippe corpus & animum demergens in tartara. Hoc quoq; onus nobis importabile, dominus in se dignatus est recipere, quemadmodum prædixerat Esaias, Disciplina pacis nostræ super eum & liuore eius sanati sumus. Item Apostolus: Eum qui peccatum non fecit, pro nobis peccatum fecit, ut nos efficeremur iustitia dei in ipso. Peccatū una res est quæ imicitias gignit inter Deum & hominem, quemadmodū testatur Esaias. At misericors pater, quū nulla reperiretur satis efficax hostia ad abolēda scelera generis humani, misit filium suū, agnum expertem omnis maculæ, hac uerè pura uictima mundū reconcilians sibi. Dixerit hic aliquis: Si per Christū sublatum est peccatum, unde fit, ut omnis mortaliū uita peccatis undiq; scateat? Iam enim & de bonis hominibus loquor. Nō sustulit in totum peccatū, sed uires illius fregit, non ut nullū sit in nobis, sed ne regnet in nobis, quemadmodū regnat in his, qui non fixerunt spei suæ anchorā in domino Iesu ac seruauit concupiscentijs suis. Eoq; Paulus hortatur, ne committamus, ut peccatum regnet in nostro mortali corpore. Relicta est nobis certandi materia, sed porrecta sunt arma, quibus muniti superemus. Sic efficitur iustitia Dei, non ex operibus nostris, sed ex gratia Dei: per quem: Per ipsum, quem pro nobis peccatum fecit, & de peccato damnauit peccatum. Restat Satanas & peccati & mortis parens ac princeps tenebrarū harum, cuius potentiam & malitiosas artes nunquā cessantes, horrēt filij lucis dum trepidi clamāt ad patrē, Ne nos inducas in tentationē, sed libera nos a malo. Hic est ille tentator & accusator fratrum, qui iuxta beati Petri sermonem, circumit tanquā leo rugiēs, quærens quem deuoret. Verum & huius assultus dominus tum uicit ipse, tum uincere nos docuit. Frequenter adortus est dominum: hoc enim subindicat Lucas quum ait: Et recessit ab eo ad tempus: sed semper uictus discessit. Quomodo uictus? Clypeo scripturarū repulsus, gladio uerbi Dei confossus. Ergo quoties ille nobis suggerit, quod pugnat cum uoluntate diuina in sacris expressa uoluminibus, uerbi diuini mucrone confodiatur: atq; exemplo Dauidis, quinq;lympidissimis lapidibus de torrēte scripturarū collectis deijciatur.

Ioan. 4

53

1. Cor. 5

1. Pet. 5



indauit peccatum, abundet & gratia, & plus diligat, cui plus dimissum est. Quid proficit Satanas incessens membra Christi: Quid nisi quod auget illorum præmia, & illustrat cogitationes. Quin & ea mala, quæ nobis iuxta mortalitatis conditionem cum pijs pariter & impijs sunt communia, redemptoris clementia uertit nobis uel in lucrum, uel in medicinam, quanquam & hic lucrum est: in lucrum si à peccatis immunes ista toleranter ferimus domino gratias agentes pro omnibus: in medicinam, si quid residet in nobis repurgandum uel sectione uel uisura, uel amaro pharmaco. Quo de genere sunt, morbus, paupertas, senectus, orbitas, aliaque innumera, quibus tota hominum uita est undique obrita. Hæc si nos ad murmur, desperationem, aut blasphemiam pertrahunt, Satanæ fiunt instrumenta, proque remedijs fiunt uenena. Sin ob id tantum perferuntur, quia uitari non possunt, quo animo complures, qui Christum ignorabant, constanter cruciatus ac mortem perulerunt, naturæ sunt afflictiones. Sin ea tanquam de manu propitij parentis obedienter atque etiam cum actione gratiarum recipimus, reputantes quanto acerbiora cõmeruimus, & quam dira Christus innocens passus sit pro nobis commertis, iam non sunt afflictiones, sed salubria remedia, aut cœlestium præmiorum incrementa. Illic agenda gratia indulgentissimo parenti, qui flagellat omnem filium quem recipit, interim mollibus ac breuibus remedijs sanans ulcera nostra, ut parcat in futuro seculo: Hic laudanda Imperatoris nostri benignitas, qui militibus suis subministrat uirtutis materiam ut coronet magnificentijs. Vtrobique magnum est lucrum, nisi fore mediocre lucrum uideatur, quum capitali morbo laborans, deuorat amara catapotia, leuicque ac temporaria molestia, & mortis periculum effugit, & perpetua sanitatis dulcedine fruatur: aut quum miles ob unius horum læ conflictum, summas per omnem uitam opes, summosque honores consequitur. Et hoc quoque pacto dominus noster clementissimus omnia pertrahit ad se, si modo ad signum illud in sublimi propositum oculos intenderimus. Attrahit ad se omnia mala nostra, eaque uertit in lucrum nostrum & gloriam suam, quam nobis sibi per fidem insitis cõmunicat. Quid autem lucrificiunt, qui in rebus aduersis oculos auertentes à Christo, deo obmurmurant: Hoc ipsum quod necessario perferendum est molestia, sibi conduplicant, uel decuplant uerius, & pharmacum male sumendo uertunt sibi in letale uenenum. Hæc nimisrum est sublimis & efficax philosophia, ac mortis meditatio, in qua si sanus ac ualens diligenter fuerit exercitatus, hunc mors non opprimit imparatum. Ex his autem quæ dicta sunt colligere licet quadruplicem esse mortem, spiritualem, naturalem, transformatoriam & æternam. Naturalis est separatio animæ à corpore. Spiritualem, est separatio dei ab animo. Quemadmodum enim anima est uita corpori, ita deus est uita animæ. Hæc peperit naturalem, quod ad necessitatem attinet, ut est sanè pia ueterum theologorum opinio. Ex utraque nascitur mors gehennæ, si coeant inter sese mors spiritualis, ac mors naturalis. Post mortem enim corporis, non est locus poenitentia. Superest mors qua transformamur ab imagine ueteris Adæ in imaginem noui Adæ, qui est Christus dominus. Hæc est separatio carnis à spiritu. Nec hic mediocris est luctus, ne spes quidē ulla uictorie, nisi Christi spiritus adiuuaret infirmitatem carnis nostræ. Sed illius gratia in nobis occidit ueterem hominem, ut iam agamur non spiritu nostro, sed spiritu dei, nec ipsi uiuamus, sed uiuati nobis Christus. Hæc felicissima mors an cuiquam ad plenum obtigerit in hac uita nescio. Domini tamen liberalitas, quod nostræ deest imbecillitati, de suo supplere dignatur. Hæc mors expetenda est, summoque studio per omnem uitam meditanda. Quemadmodum

2. Cor. 9. Beatus Paulus scribit Corinthijs: Semper mortificationem Iesu Christi in corpore nostro circumferentes, ut & uita Iesu manifestetur in corporibus nostris: Eodē hortatur Colossenses: Mortificate membra uestra quæ sunt super terram. Non iubet erui oculos, aut amputari manus, aut execari genitalia. Sed quæ membra: Addit, fornicationem, immundiciam, libidinem, concupiscentiam malam & auariciam. Vulgus hominum luget mortuos, at beatus Paulus Colossensibus gratulatur hæc mortem. Mortui, inquit, estis, et uita uestra abscondita est cū Christo in deo. Hæc mors mater est uitæ spiritualis, quæ admodum peccati mortis spiritualis pater est, atque etiā gehennæ. Sed in his mortis generibus præposterè se gerunt plerique mortales. Ad memoriam mortis corporalis quam inhorrescimus. Veteres ob id ipsum habebant inuisam clipeum, quod in funeribus soleat adhiberi: & apitum, quod eo coronarentur sepulchra: nec hodie defuncti qui ad turis odorem diris

execra

execrationibus utuntur, quod (ut arbitror) hinc in funere fiat suffitus. At mors spiritualis horribilior est sexcentis mortibus corporis, & ad hanc ultro alacresque festinamus, gloriantes quum male fecerimus, & exultantes in rebus pessimis. Exanimamur quum periculum obijciatur, ne anima corpus hoc miserum destituat, felicitus extra carcerem uictura: quanto iustius oportuit exanimari quoties periclitamur, ne Deus æterna uita deserat animam nostram. Domum in qua defunctus est aliquis, funestam uocamus, & obturatis naribus præterimus. Atqui Sapiens iudicat longe melius, ire ad domum lucis, quam ad domum conuiuij. In luctu, natura contristamur. Sed hæc tristitia quia secundum Deum est, stabilem in nobis salutem operatur, dum nos commonitos nouissimorum reuocat ad poenitentiam, nec sinit nos peccare in æternum. Feliciter interfunt luctui, qui sic deflent mortem alienam corporis, ut incipiant seipos lugere, morte grauiore exanimatos. Vtrum igitur potius, amarum deuorare catapotium, ut unius horæ molestia lucrificias perpetuam sanitatem, an in conuiuio biberè multum toxicum quod breuè delectatiuncula mortem adferat: Sed harum rerum multis a deo nulla habetur ratio, ut in iustis cantet ebrijs, sibi plaudant qui fraude rem domesticam reddiderunt audientem, triumphent qui sceleratis artibus emerferunt ad honores. An non uulgus hominum, in delicijs ac uoluptatibus carnis uoluitari, uocat uiuere? At, qui sic uiuunt, bis mortui sunt. Primum quia spiritu Dei uacant, dein quia iam tum filij sunt gehennæ. Quemadmodum enim piorum carne mortuorum uita abscondita est in Deo apparitura simul cum Christo: ita in his qui se carni dederunt, abscondita est mors gehennæ, quam circumferunt, apparitura in extremo iudicio. Peccatorem in hac uita sola spes separat à gehenna. Quandiu enim spirat homo, spes est uenæ. Verum etiam atque etiam uidendum, ne spes quæ non proficitur à fide & charitate det nobis uerba. Sic sibi blanditur aliquis: Luuenis sum, fruor hoc mundo, ubi ad se necitatem uenero pietatem colam. At *δ' αὐτῆς* quis tibi promissit senectutem? *Αἴσιος*, dum floret ætas, indulgebo genio, Vbi ducta erit uxor, incipiam esse frugi. At *δ' αὐτῆς* quis scis an perendie sis uicturus? Est fortasse qui cogitet. Aliquando fiam monachus, ibi deplorabo uitam male actam, interim fruor mūdo. Vt uita suppetat, quis tibi pollicitus est uitam uoluntatem, quæ cupiat pro uoluptatibus amplecti poenitentiam? An istam mentem sibi quisquam dare potest? Vt ad cor redeat peccator, sola Christi gratia præstat. Verum ille libere dat eam quibus uult & quando uult. Certe quod ad peccatorem attinet, iam nunc in gehenna est. An non prodigiosa cæcitas est, ut homo qui in tam horribili statu sit, sibi diem præfigat, ad quem uelit respicere: cui in puteum delapso aut in carcerem coniecto, lenta uideretur omnis euidentium festinatio. E puteo statim inelamaret opem hominis, et in tantis malis constitutus, non protinus implorat auxilium Dei, qui solus excitat mortuos? Quisquis igitur in uita mortem transformatoriam diligenter meditatus fuerit, tum mortem spiritualem ac gehennæ uehementer horruerit, minus horrebit imminentem mortem corporis, quæ non separat à Deo, sed Deo propius iungit, finem semel imponit cunctis afflictionibus, quibus hæc uita tunditur undique, & transmittit ad sempiternam quietem. *Αἴσις*. Transmittit in requiem, sed piorum animas. Recte, mors enim peccatorum pessima. Ergo dum uiuis ac uires, da operam ut sis de numero iustorum. Nam iustus & ille est, qui ex corde agnoscit ac damnat iniustitiam suam, territusque gehenna, confugit ad asylum diuinæ misericordiæ, & ad salutifera poenitentia remedia. At qui per omnem uitam, quasi sint immortales, indulget affectibus suis, ad uoces Dei toties tam amanter prouocantis ad poenitentiam Torongo littore, ut aiunt, surdiores: quid mirum si periturbantur, quum urget extrema necessitas? Tunc res est cum morbo qui non sinit quicquam aliud agi, cum medicis, cum hæredibus, cum legatarijs & captatoribus, cum creditoribus ac debitoribus, cum uxore ac liberis, cum œconomis ac famulis, cum amicis & inimicis, cum exequijs ac sepultura, cū confessionibus, dispensationibus ac censuris, cum restitutionibus ac placationibus, cum uarijs conscientia scrupulis, postremo & cum fidei dogmatibus. Adde his, Cum mūdo: quem quoniam nimis dilexit, inuitus relinquit: insuper, cum ipsa morte corporis, ad quam præparatus non est: denique cum Satana, qui tunc omnibus urget machinis, cum gehenna, quæ tunc omnes terriculamentorum suorum laruas ingerit. Atqui ad tantum negociorum agmen nõ sufficit ille temporis articulus

Tom. 5

YY 3 lus

lus, sed summa cura agendum ut ad illum extremum, omniumque grauissimum consilium homo ueniat que maxime expeditus. Roget aliquis, quibus modis id possit effici. Audiamus Ecclesiasten bene consulentem: Memento, inquit, creatoris tui in diebus iuuentutis tuæ, antequam ueniat tempus afflictionis tue. Audiamus & Ecclesiasticum: Ante iudicium parauitiam tibi, ante languorem adhibe medicinam, & ante iudicium interroga teipsum. & in conspectu dei inuenies propitiationem: ante languorem humilia te, et in tempore infirmitatis ostende conuersationem tuam. Salubre consilium etiam si notus nobis esset dies mortis. Nunc multo magis id faciendum est, postea que omnis dies uite pro ultimo debet haberi, quum nesciat an alius sit illi successurus. Dum uiuimus ac ualemus, discutiamus quantum licet, negotiorum tricas: ac prius que nos morbus lecto affixerit, disponamus domum nostram. Primum est meminisse creatoris, ut per sinceram confessionem & poenitentiam cum illo redeamus in gratiam. Examinemus conscientias nostras, amputantes quicquid ibi reperimus inuisum deo, ut quum morbus nos protrudet ad tribunal dei, inueniamus propitiationem. Qui rebus florentibus ceruices erigunt aduersus deum, nonne uidemus que semet abijciant morbus ualidus minetur mortem? At quanto gratius deo, si ad quod ægritudo sero cõpellet, mature nostra sponte faciamus. Prostrernamus nos ipsos cum publicano & euangelica peccatrice in conspectu dei, lacrymis, elemosinis, precibus, aliisque pijs operibus, placantes iram dei, & in tempore ægrotationis talis erit mors, qualis fuerit uita nostra. Quidam abhorrenta condendo testamento, quasi hic insit aliquid funestum omnia. Hæc est nostræ carnis infirmitas. At qui testamentum ob bone conditum non efficit ut citius moriaris, sed ut getius. Hac in parte felicior est in cenobijs bene moratis agentium conditio, quod ab omnibus curis testamentarijs liberi sint. Ceterum qui liberos habent, aut fratres, aut aliqui legitimos heredes, prouideant ne qua in diuidendis bonis nascatur inter fratres & affines contentio: qui non habent, ne relinquat posteris litium ac rapinæ materiam. Breuiter sic ista digerant explicentque sani, ut nihil necesse sit in morbo curis huiusmodi in tempestiuus torqueri. Præterea si quibus perplexis casibus inuolutus est aliquis, puta de matrimonio, de celsuris ecclesiasticis, de uotis, de restitutionibus aut recõsolationibus, eos sanus ac ualens explicet, nec ullas tricas referuet in extremum diem. Recte faciunt, qui morientes heredibus mandant restitutionem fraude partorum: sed longe cõsultius faciunt, qui ualentes id faciunt, quod alijs sepe numero mandatur frustra. Idem recte faciunt, qui morituri condonant offensas omnibus a quibus læsi sunt, ac uicissim orant sibi condonari, si quid in quæ deliquerunt: sed longe deo gratius, & ad cõscientiæ quietem tutius est, si idem faciant ualentes, non ob mortis metum, sed ob amorem Christi. Recte faciunt, qui morientes legant opum suarum partem in subsidium pauperum, sed uicissima fuerit multo gratior Christo, si pro modulo facultatum ipse subleues proximorum inopiam. Nec enim semper peruenit ad egenos, quod illis destinauit moriens, & si perueniat, iam alienum est non tuum quod impenditur. Quid quod morbi complures eius sunt generis, ut non dent spatium super his statuendis: ne iam commemorem casus subitaneos & inopinatos, qui licet non omnes opprimant, omnibus tamẽ sunt expectandi, quia possunt omnibus accidere. Quemadmodum accidit illi stulto Euangelico, qui sibi pollicitus longam ac suauem uitam, audit. Hac nocte repetunt abs te animam tuam. Deprecantur omnes mortem subitanam & improuisam. Siquidem nusquam non audimus has uoces. A subitanea & improuisa morte, libera nos domine. Quid est quod orat istis? An omnis inopinata mors detestanda est? Nequaquam. Iustus enim quacumque morte præoccupatus fuerit, in refrigerio erit. Neque enim potest esse mala mors, quantuuis subita fuerit, quam uita bona præcessit. Quin igitur sic oramus: A mala uita libera nos domine. At qua fronte uocamus mortem improuisam, quæ se quotidie omnibus sensibus ingerit nostris? Ab infantia nostra quid aliud audimus que gemitus morientium? quid aliud uidemus que efferrit funera? que pompas lugentium: que monumenta, ac defunctorum titulos? Quod si nos leuiter tantum propinqua naturæ necessitudine nos contingit, & amicorum quos mutua charitas nobis arctius adglutinat, que ullos cognatos iungunt naturæ foedera? Et si hoc quocumque parum est, quoties nos ipsos admonet fragilitatis nostræ? Quis enim nostrum est, qui non aliquoties in uitæ discrimen adductus sit, uel tempestate, uel latrocinio, uel bello, uel

rupa

ruina, uel pestilentia, uel morbo: Quocumque te uertas, mors in insidijs est. Domus cuique tutum est refugium. At quam multos opprimunt tectorum ruinae: Terra solidum elementum, nonne interdum subsidens totas absorbet ciuitates? Ipse aer quo spiramus ac uiuimus, sapenumero mors est, quemadmodum cibus ac potus. Postremo fames ac sitis nonne quotidie mortem minatur, nisi remedium adhibeas? Quid quod quoties nominatur homo, mortis admonetur. Idem enim nobis declarant, mortales & homines: Quid igitur agunt qui deprecantur mortem improuisam, nisi ut suam accusent improvidentiam: imparatis enim omnis improuisa mors est, etiam si ceterario ueniat. Improuisam appellas, quam omnibus sensibus ingerentem sese atque impingentem non uides? Sic improuisum fuit diluuium impijs, qui Noe iustitiæ præconem, dum appareret arcam irridebant, edentes, bibentes, iungentes coniugia, quasi non esset euenturum, quod deus minitabatur. Sic improuisum Sodomis obtigit exitium, qui Loth emigrantem irridebant. Idem euenisset Nininitis nisi ad Ionæ præconium egissent poenitentiam. Quisquis nouit se deum habere iratum, omni momento uindictam expectet, imò uitet potius exemplo Ninuitarum ac Daudis. Terribilis est ira domini, sed si nos ipsos deiecerimus ad poenitentiam, in ira sua recordabitur misericordiam. Ad Ionæ hospitis denunciationem Ninuitæ conuersi sunt ad poenitentiam. At nos ad tot domini nostri denunciationes surdi, mortem deprecamur improuisam. Tot exemplis ac parabolis inculcat obliuiosem tarditatem nostram, ut ad omne momentum simus parati, Noe, Loth, et eorum quos ruina turris in Siloa inopinantes oppresit. Addit similitudinem furis nocturni, fidelis œconomi, decem uirginum: ac toties inclamat, Vigilate, quia nescitis diem neque horam: & nobis ulla mors uenit improuisa. Venit, sed improuidis, aut (ut melius dicam) surdis, cæcis, ac stupidis: qui nec dominum inclamentem audimus, nec quod sese oculis ingerit uidemus, nec quod undique pungit sentimus. Nec refert quod dominicus sermo loqui uideatur de supremo mundi die. Nam cuique supremus uitæ dies, supremus mundi dies est. In consummatione mundi palam celebrabitur uniuersale iudicium, sed interim singulorum animæ simul ut corpus reliquerint, suum ferunt iudicium, licet nobis ignotum. Dominus autem utrumque diem æque nobis ignotum esse uoluit, hac quoque parte declarans indulgentissimam erga nos charitatem. Etenim quum nunc uideamus intolerabilem diuinitatem ac malorum uolentiam, quid facerent, si scirent se diutius uicturos? Rursus infirmi, ut sunt plerique mortales, si certo scirent se peruenturos ad senectutem, huc prorogarent exactioris uitæ studium: rursus si certum haberent pauculos uitæ dies superesse, tristes & anxij uiuerent, & ad multas actiones reipublicæ frugiferas redderentur segniores: Nunc hoc temperamento usa est supremi numinis prouidentia, ut cunctis hominibus, mors adeo sit certa, ut singuli non minus certo sciât se morituros, quam sciunt natos esse, utque nec summi nec infirmi sibi possint uana spe blandiri: rursus dies mortis adeo incertus, ut eum dominus nec sibi charissimis notum esse uoluerit. Itaque fit, ut impij minus lædant bonos, & boni sic abstineant a malis operibus, quasi sint postredie morituri: sic incumbant bonis operibus, quasi diu uicturi. Quid igitur sibi uolunt, qui ad chironantas, astrologos, physiognomuntas, genethliacos, uentriloquos, numeros Babylonios & magos currunt, ut sciant æui modum. Clamat Ecclesiastes, Nescit homo finem suum, sed sicut pisces capiuntur hamo, & aues laqueo comprehenduntur, sic capiuntur homines in tempore malo, quum eis ex templo superuenerit: & nos ab his uolumus scire finem nostrum, qui ipsi finem suum nesciunt. An quod Christus æterna ueritas nesciari uoluit, quia scire non expedit, inuito Christo discent a uanis hominibus? An Christianis placet exemplum impij Saulis? Quid autem illi profuit malefica, nisi ut his moreretur? Sunt (et non mali) qui petunt a Deo certum mortis genus, orant ut certos menses decumbant, quo uel hoc tempus impendant poenitentiam & confessionem. Sanctius est illorum uotum, qui mortem optant, qua minime molesti sint suis. Hoc enim a charitate proficiscitur. Sed firmioris est fidei, mortis genus ac spacium ægrotationis deo committere. Nouit ille quid nobis expediat, & quod nobis est optimum dabit. Sunt innumere mortis formæ, quæ ad horum habent, & ad illorum non habent. Quod nonnullis in ipso accidit conuulsi, quod ad horum habent, & ad illorum non habent. Quod nonnullis in ipso accidit conuulsi, quod ad horum habent, & ad illorum non habent. Quod nonnullis in ipso accidit conuulsi, quod ad horum habent, & ad illorum non habent.

YY 4 linguæ

linguæ, mentisq; sanitatem adimant, ut apoplexis, phrenesis, ac nonnullæ febres, aliæq; peculiares quæ homines impellunt ut se præcipitent, aut in puteum insiliant, aut laqueo præfocent guttur, aut gladio seipfos confodiant. Sunt enim morbi qui interiora mentis organa uitant, quos uulgus demoniaeos appellat. Ne ex his quidem iudicandus est homo, quãdo Chrysoſtomus monachum daemônio obnoxium amantissimè consolatur. Quancq; ea mortis genera, quæ manifestam habent speciem impietatis, Christianæ pietatis est deprecari atq; abominari. Contrà, quosdam uidemus tam placide emori, ut obdormiscere non emori uideantur. Sed quæcunq; acciderit mortis forma, nullus hinc æstimandus est. Ne de his quidem qui ob commissa facinora dant pœnas legibus, licet mortem sortiantur infamem, temere iudicandum est. Nam fieri potest, ut qui ob excitatam seditionem disseccatur in quatuor partes, migret in angelorũ contuberniũ: quum alius in ueste Franciscana moriens ac religiose sepultus, demigret ad inferos. Dominus est qui de his iudicat. Varijs modis suos exercet ac purgat deus, sed (ut dixi) nulla mala mors haberi debet, quam bona uita præcesserit. Interdum qui placidissimè expirant, demigrant ad æternos cruciatu: contrà, qui miserabiliter torquẽtur, euolant in requiem. Quidam optant plenam confessionem ante mortem, supremam unctionem, & eucharistiam: nõ dissimili (ut apparet) animo, atq; olim quidam prorogabant baptismum in extremum usq; diem; nec prius accerfebatur baptis̃ta, quam medicus profiteretur in arte sua parum esse præsidij. Quir semel optamus contingere, quod quotidie à nobis fieri debet & potest: Optimum enim consiliũ est, ut quisq; suam conscientiam prius quam se somno tradat, diligenter excutiat. & si quod crimen eo die commissum deprehenderit, tunc dat pectus, cumq; lachrymis à domino ueniam postulet, & implorata ope diuina certum sumat propositum uitæ correctioris. Nec est quod quisquam hic dicat, Distineor uarijs negocijs, non uacat. Ad rem tam necessariam quarta pars horæ sufficit. Non est longum dicere, Peccauit, miserere. Et hoc satis est, si quidem dicatur ex animo. Nemo somno se tradens, certus est fore ut expergiscatur. Quãtum igitur discriminis est in eo statu obdormiscere, in quo si nos opprimat mors somni germana, & soror fratrem excipiat, in æternum perierimus. Tantum periculum breuissima cogitatione licet effugere. Hoc quotidie apud deum. Apud sacerdotem uero Dei uicarium ter aut quater aut sapius in anno sincera confessione purgare conscientiam, plurimum attulerit tranquillitatis, efficietq; ut morientem non admodum torqueat confessionis anxietas. Porro quoniam in moris articulo præcipuum solatium est, dominicæ mortis contẽplatio, ac totius ecclesie cõmunionis, quæ est corpus Christi profuerit ad utruncq; diligenter exerceri in uita, ut actio subinde repetita transeat in cõsuetudinem, consuetudo in habitũ, habitus in naturã. Id fiet, si repurgata ab omni affectu peccãdi consciẽtia, frequenter sumamus panem mysticũ, ac de poculo mystico bibamus, quandoquidem hoc sacramentum duo quædam nobis commendat, capitis eximiam erga sua membra charitatem, & membrorum inter ipsa societatem arcuissimam. Quicquid boni est in corpore, à capite Christo defluit: quicquid autem boni est in corpore, membrorum omnium cõmune est: quẽadmodum in corpore animantis, licet diuersa sint membra, uarijs officijs destinata, tamen uita à capite proficiscẽs eadem per omnia membra diffunditur, tam indiuidua societate, ut (quemadmodum docet beatus Paulus) si doleat unũ membrum, dolor ad omnia perueniat. si gaudeat unũ membrum, gloria sit omnium cõmunis. Nimirum hoc est quod dicitur in Symbolo apostolorum: Sanctam ecclesiam, sanctorum cõmunionem. Nec em̃ cõtractior est in corpore mystico Christi gratia, q̃ in animalis corpore natura. Religiose faciunt, qui urgẽte mortis uicinia, mittunt ad monasterium Cartusianorum aut Franciscanorum, ut orent pro laborante: sed efficacius solatium est, si cogitet agrotus, uniuersam ecclesiam esse pro suo membro sollicitam. Quum autẽ ecclesiam dico, quã beatam, quãq; numerosam societatem dico, quæ prophetas, quæ apostolos, quæ tot martyru ac uirginum examina, quæ tot animas deo charas complectitur. Hęc uniuersa sodalitas pro uno quolibet Christi membro periclitante orat assidue, suisq; meritis ac precibus laborantem subleuat.

Non potest esse pauper Ecclesia, quæ tam diuini capiti cõiuncta est, in quo habitat omnis plenitudo

plenitudo diuinitatis corporaliter: nec destitui potest membrum, quod à tot sanctorum milibus subleuatur. Capitis charitatem ac beneficẽtiam erga nos præcipue testatur crux: pro nobis redimendis suscepta. Harum rerum memoriam ac uim nobis renouamus, quoties cum fide debitaq; reuerentia carnem domini comedimus ac sanguinem bibimus: Simulq; admonemur, uniuersos esse unum corpus qui eodẽ pane uescuntur, & eodem bibunt poculo. Ne quis igitur despõdeat animũ, si membrũ est infirmũ ac languidũ, quum caput habeat omnipotẽs: nõne sibi destitutus uideatur, qui totius ecclesie meritis precibusq; subleuatur. Ad harum itaq; rerum contemplationem, si quis in uita fuerit diligenter exercitatus, in morte plus adferent solatij. Tum enim suapte sponte occurrent uelut animæ familiaria. Proinde (mea sententia) rem piã commentũ sunt, qui Dominicæ mortis historiam per certas horas partiti sunt, quo pueri consueverunt singulis diebus aliquid illius portionem cõmemorare cum gratiarum actione.

His rationibus optime fit, ne mors subitanea & improbita nos opprimat. Deserendi liberi dulces, uxor chara, amici dilecti, agri culti, structuræ magnificæ, opes amplæ. At miles Christi hæc omnia negligere meditatus est, cuius anima uelut in præsidio corporis excubat, ad omne momentum expectans imperatoris clasicum, quo iubeatur inire prælium, semper erectus ad illam uocem: Dispone domũ tuã, quia morieris & non uiues. Corpus habet non pro domo, sed pro tabernaculo; nec sibi recondit thesaurum suum, sed quod ad diurnum dimensum satis est, in zona gestat, semper in excubijs uigilans, semper arma habens in prociũtu, aduersus hostiũ inopinatos incursum, neque quicquam duri recusat, modo placeat imperatori cui dedit nomen. Militia, inquit beatus Iob, est uita hominis super terrã. Huius militie tironẽ adhortatur sapiens ille Siraeh: Fili accedens ad seruitutẽ Dei, sta in iustitia & timore; & præpara animã tuã ad tentationem. Seruitus dei, est professio militie Christianæ. Stare militis est in acie accincti ad prælium. Sta in iustitia, non in superbia quæ se erigit aduersus Deum, sed in iustitia. Dormiunt ac iacent, qui militant huic mundo. Sed Christi miles stat accinctus ad omne opus bonum. Opus optimum est, bene mori in domino. Plurimum enim fiducia aduersus Satanam addit uita innocenter acta. Fides nescit dare locum hosti, spes non nouit succumbere, charitas suppeditat stanti com meatum. Sed quum uita innocenter acta conciliet fiduciam, quæ additum est in timore: Si iustus es, quid times? Si non es, quomodo stas? Hic timor nõ est ille desperationis pater, de quo Solomõ: Pigrũ dericit timor, quem foras eicit charitas, sed optimus innocentie custos. Timor filiorum sanctus permanens in seculum seculi. Qui stat (inquit Apostolus) uideat ne cadat. Ac rursum: Tu autem fides stas, noli altum sapere, sed time: Est timor domini sanctus, extimulans ad bona opẽra, ac depellens à malis, & est timor serui nequam, pertrahens ad ignauitã. Timens (inquit) abij & abscondi talentum tuum in terra. At timor iusticie comes efficit, ut hostris diffisi uiribus alacrius operemur præsidij spiritus, ac circumspectius seruemus dona dei. Præterea omnis hominum iustitia, quæ perfectã contremiscit, quoties uocatur ad tribunal iusticie diuina: in cuius conspectu nec astra sunt munda, & in angelis reperitur iniquitas. Quid ni, nos infirmi, & in laicis domicilij habitantes, metuamus hoc iudiciũ, quum Iob à deo probatus dicat: Verebar omniã operã meã, sciens quod non parceres delinquenti. Si Iob tuus fuero quasi a quis niuis, & sulserint uelut mundissimæ manus meæ, tamen sordibus intinges me. Et Paulus miles Iobẽ exercitator dicat: Nullus mali mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum. Sequitur, Et præpara animã tuã ad tentationem: Variæ sunt tentationum formæ, quibus milites suos explorat deus, sed omnium grauissima tentatio est mors. Tum enim uere cominus res geritur, nec est uelitatio, sed utrinq; summa uis de rerum summa decernitur. Ad hunc igitur conflictum semper præparandus est animus. Quid enim hic faciet miles pugne rudis, qui nunquam cum hoste conflixit, qui nec uires illius, dolos, artes & insidias, nec suam uirtutem unquam expertus est? Magna uictorie pars est, cum hoste noto bellum gerere. Ita fortissimus ille miles uel dux potius beatus Paulus: Ut non circumueniamur, inquit, à Satana. Non enim ignoramus cogitationes illius. Quid mirum si nouit technas illius qui cum toties conseruerat manus, omni periculorum genere exercitus. Tum admouetur ignis, qui declarat quale cuiusq; fuerit opus

Esaiæ 38

Rom. 11

Matth. 24

Iob 4. 25

2. Cor. 1

opus, & cui superstructum fundamēto. Atq; hic uidemus interdum fieri, quod usu uenit in militia mundana: qui timidiore uisi sunt in castris, & ad tubæ signum expalluerunt, in ipso conflictu reperuntur fortissimi: contra, qui nondum propius urgente periculo uidebantur admodū feroces, in ipso prælio sunt formidolosissimi. Ita sunt qui sanè iactant quietem & securitatem conscientia, se paratos ad extremum diem, imò cupere ex hoc calamitoso seculo profugere: fratros fide nescio qua, quod Christus nobis promisit uitam, et pro peccatis nostris pœnas dependit: negantes referre, cuiusmodi sint opera nostra, bona an mala. Vnum illud satis esse, si credamus nos fore saluos. At uereor ne multi ex his, qui dum incolumi sunt ualetudine iactant hanc securitatem, ualde trepidant, ubi propius urget extremum discrimen, & ille dies præsto est, quo non uerbis, sed ueris, res agitur. Exaggerant quantum sit nephas dubitare de promissis Dei: at nulli magis trepidant, quam qui non dubitant de promissis Dei. Etenim qui non credit gehennam paratam ijs qui uiuunt in pie, sed mortem eum totius hominis in terra adire in maiorem horrorem minus horret mortem. Fides igitur gignit in impijs timorem Dei, qui est inuitum sapientia, attestante beato Iob: Timor Dei, ipsa est sapientia, & recedere à malo, intelligentia. **Cap. 29** Item Esaias: A timore tuo domine concepimus & quasi parturiuimus, & peperimus spiritum salutis. Lucæ tertio, populis territus ad prædicationem Ioannis Baptistæ, qui inuitabat ad pœnitentiam, dicens, iam securim ad radicem arboris esse positam, dicit: Quid faciemus? At nisi credidissent Ioanni, nõ dixissent, Quid faciemus? Similiter in Actis apostolorum, multitudo territa prædicatione Petri, ex fide concepto terrore, compuncta corde, dicit Petro & apostolis reliquis, Quid faciemus uiri fratres? Haudquaquam dictura, nisi fides adfuisset stimulan̄s conscientia metu gehennæ. Hec uerò trepidatio, etiam in homine pie uiuente non nascitur ex diffidentia erga Deum possicentem & cõminantem, aut ex incredulitate articuloꝝ fidei, aut ex hæsitatione de efficacia sacramentorū, quam habent ex morte Christi, sed oritur ex conscientia nostræ imbecillitatis, quæ maior est quam ut à nobis possit ad plenum intelligi. De singularibus autem nõ cogimur esse securi, quamquam de nullo desperandum est. Veluti necesse est credere, quicumq; cum fide percipit sacramentum baptismi, recipere criminum omnium gratuitam remissionem, at non est necesse credere, hunc baptizatum esse liberū ab omnibus peccatis. Nam fieri potest, ut in hoc homine fuerit aliquid peculiare impediens generalem sacramenti uim. Idem sentientium de sacramento pœnitentiæ. Impiū est dubitare, an sit absolutus à peccatis, qui rite suscepit hoc sacramentum. Non est tamen hæreticū dubitare, an hic aut ille sit absolutus, quonia de peculiaribus impedimentis nobis non constat. Excipio singularem & euidentem reuelationem aut irrefutabilem auctoritatē, quom nõ sit expressa scripturarū aut ecclesiæ consentiētis auctoritas, quæ cõpellit in diuersum. Hæc hæsitatio nõ est incredulitas, sed religiosa modestia, toto pectore submittes se uoluntati, iudicioq; diuino, etiamsi uelit hominem damnare. Nõ enim ideo damnabitur, sed hac ipsa submissione promerebitur absolutionē, si religiosa trepidationi iuncta sit ex Christi misericordia ueniens fiducia. Huius generis est, quod adferunt de eucharistia, Cogimur in genere credere, quod sacerdos rite fungens suo officio consecrat corpus & sanguinē domini, uerum non est impiū subhæsitare an hic aut ille consecrarit. Nam hoc non est dubitare de sacramento, sed de peculiaribus circumstantijs impediētibus uim aut rationem sacramenti. Similiter necessariò credimus, homines per fiduciam & charitatem erga dominū Iesum salutem æternam assequi, phas tamen est dubitare, an hic aut ille sit in illo statu. Quanquã nec de alijs temerè iudicandum est in malā partem, & in nobis simul cum incremento fidei & charitatis crescere debet spes. Idem sentiendum est de promissis ac minis scripturarum. Non enim ex Deo qui mentiri non potest, sed ex nobis oritur dubitandi materia. Non ignorat homo, quam eximia bona promiserit Deus, sed timentibus ac diligētibus ipsum. At quotus quisq; nostrum est, qui timorē præstitit, ut tali domino, amorem, ut tali parenti, debitum? Non dubitant igitur an Deus sit uerax in promissis, sed an ipsi sint digni promissis. Fides, spes, charitas, timor, dona sunt spiritus. Quis igitur nouit, an fides & charitas quam habet, sit ex hoc donorum genere, quæ nos reddunt deo gratos, & an sufficiant ad salutem æternam? Similiter Deus per filium promisit, ueniam omnium scelerum, sed semel per baptismū, si rite suscipiatur. Cæterum quousquisque nostrum est, qui uestrem candidam gratis in

baptismo

baptismo datam non multis modis inquinari: Paratum est remediū pœnitentiæ, sed toto corde conuersis ad dominū. Hic excusat se quisq; num toto corde sit conuersus ad dominū, num cor habeat uerè contritum & humiliatum, & si habet, an iuxta sufficientē modum. Clamat Baptista: Facite fructus dignos pœnitentiæ. Quis ausit sibi arrogare, quod sic ut dignum est oderit ac detestetur peccata sua? Cõminatur Deus iram ac gehennā uiolantibus præcepta sua. Quoties autem nos illius timore abiecto uiolauimus ea? Quotum quæq; reperias, qui non magis metuat irā principis aut iudicis hominis, q̄ Dei uiui. Tum quoties sit, ut homo magis amet hominem q̄ deum, pro mortali amico sustinens, quod in dei gratiam perpeti recusaret? Equidem in hac sum sententiā, ut existimem piorum hominum fiduciam semper cum religioso tremore coniunctā esse, paucos excipio, quos Deus eximios habere uoluit, uidelicet ad exemplū quod extimulet omnes, sed assequatur pauci. Certius sperant domini misericordiam, qui tremunt illius iustitiā. Proinde quod dicitur, Crede, & saluus eris: bis peccat: etenim si de quacumq; fide loquuntur, falsus est sermo: sin de uia, inepte dicitur Crede, quasi cuius in manu sit credere quā uelit, cum hoc quod haud scio num certi simus, an fidei donum sit in nobis. Quid, quod homo non tantum alijs hominibus, uerum etiam ipse sibi frequenter ignotus est, quam oculos Dei nihil quamuis abditum possit fallere. Cor hominis inscrutabile est nobis, sed illum nullus latet sinus cordis, qui finxit cor. Nobis sæpenumero uidetur piū, quod impium est in oculis dei, purum quod impurum est. Ita fit, ut homo se credat immunē à peccatis, quum insciens habeat sauciam conscientiam. Quid ni hoc nobis accidat, quum egregius ille psaltes dicat: Delicta quis intelligit ab occultis meis munda me domine. Tu uisum igitur asylum est, cum religioso tremore à iustitia Dei confugere ad misericordiam, & cum psalmographo dicere, Ne intres in iudicium cum seruo tuo, quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuens. In hoc igitur iudicio nemo poterit subsistere, si nostra merita ad diuinam trutinā expendantur, nisi misericordia superexaltet iudicio. Eoq; præcessit in eodem psalmo: In ueritate tua exaudi me, in tua iustitia. Quisquis exaudiri cupit, remittit contentionem, & qui cupit exaudiri in ueritate dei, suæ diffidit ueritatē, sciens quod solus Deus uerax, omnis autem homo mēdax: & qui rogat exaudiri in iustitia dei, suæ diffidit iustitiā. Veritas autem & iustitia Dei, Christus est, euangelicæ gratiæ minister. Per Moysen enim lex data est, quæ prodidit iniustitiam nostram, sed gratia per Christum Iesum facta est, qui nobis suam communicauit iustitiā. Nos toties mentimur deo, quoties uiolamus leges illius, in quas iurauimus ad fontem regenerationis: & toties iniusti sumus, quoties conditori ac redemptori non repēdimus uices, imò abnegamus illum, quoties à pactis recedimus: sed quāuis nos abnegemus illum perfidi, ille constanter fidelis est, seipsum abnegare nõ potest, ubiq; uerax in promissis, ut iustificetur in sermonibus suis, & uincat quū iudicatur. Pater igitur exaudit nos in sua ueritate, qua per filiū promisit nobis remissionem peccatorum: exaudit autē non in nostra, sed in sua iustitia, quia per filium iustificat omnem credentem, fide purificans corda nostra. Beati sunt igitur qui seruiunt domino in timore, & exultant illi cum tremore. Quid ni tremant homines peccatis obnoxij, quem tremunt angelorum exercitus? Ante iudicium timere bonum est, ut in iudicio inueniamus misericordiam. Ex humanis historijs discimus, quanta cum exultatione beatus Andreas ad crucem accessit. At contra, non paucos uiros pietatis opinione celebres, accipimus sub mortē magno tremore fuisse conturbatos, expauescentes Dei iudicium, totamq; uitam antea clam damnantes. Refertur enim de quodam, cui sub mortē trepidanti quum dixissent qui aderāt fratres, quid est quod sic expauescas, quū per omnem uitam pietatem colueris? Ita respondit, O fratres, multo alia sunt hominum iudicia, alia Dei. Similes uoces emisisse dicitur Benedictus, Bernardus, & Augustinus. Eadem igitur fides, & tremorem incutit, & tremorem uincit: incutit, ostendens quantus sit, quem in multis offendimus: uincit, ostendens nobis Christū cuius charitas purgat peccata nostra, gratia supplet imperfectum nostrum. Ut autem non statim fortitudinis aut fidei signum est, mortem nõ expauescere, nam interdum est stuporis ac uecordiæ, interdum Scythicæ cuiusdam immanitatis: ita ad mortem imminentem expauescere, nõ semper est diffidentia, aut malæ conscientia signum. Nonnunquã affectio mere naturalis est pro uarietate corporū, in alijs moderatior, in alijs uehemēior. Sic mortem exhorrui Ezechias, uir qui corde

corde perfecto uersatus fuit apud deum, exhorruit autem non obmurmurans deo, sed est lachrymis deprecans, & exauditus est. Noui ego quāsdā, quæ ad solā mortis mentionem contremiscerent, at ipsæ urgente mortis uicinia nihil fortius aut constantius. Horror enim ille non ueniebat ex mala cōscientia, sed ex peculiari sexus aut naturæ imbecillitate. Affectus autem naturæ, si uirtute superentur, augent coronam, non arguunt diffidētiam. Similiter uideas ingenia quædam *φιλοῦσα*, quæ sibi facile in re quauis satisfaciunt. Sunt rursus putidula, sibi ipsis nusquam satisfaciētia, etiam si quid recte gesserint, quibus si ad moueas omnia solatia, tamen sentiunt animi remorsum, ad diffidentiam sollicitantem: atque hinc conijciunt, sese nondum habere Deum placatum, quia nunquam sentiunt tranquillitatem conscientia. Verum si naturam distinguamus à uirtute, nec admodum suæ tranquillitati fident, qui sibi quocumq; modo placent, nec protinus spem abijciunt, qui mentem habēt semper in deteriora uergentē. Isti huc naturæ peculiaris uitium est, non uoluntatis, quod negligēdum est si uinci non potest, & quod dicitur spiritus pro rato habendum, utcumq; re clamat caro. Arbitror & illud esse naturæ, quod homines quibus instat extremus dies, sic ferē immutantur, ut nihil eorum probent, quæ seclati sunt in uita, non quod impia sint, sed quod humana, & à perfectione recedentia. Quāquam aduersus hos naturæ affectus, spiritus robore pugnandum est, licet ex eis nec alios iudicare conueniat, nec nos ipsos. Redeamus igitur ad id quod instituimus, ostensuri quibus modis subleuari possint homines, ut pleriq; sunt infirmi, quos mors uicina consternat, in quorum uita multa obliuio, multa negligētia, multa cessatio, & omnino multo plus criminū quam benefactorum, & si quid benefactorum est, multa rubigine uitiatum, ut illa ingerere in conspectum dei, nihil aliud sit, quam deum irritare. Animus ad mortem uel omnino paratus non est, aut leuiter instructus. Huic in eo articulo quid faciemus? Nemo desperandus est, quādiu spirat homo. Urget extremum certamen. Spatium breue est; opus est expedito consilio. Quid inquam huic optimo iure perturbato suadebimus? Primum si legitimos habet hæredes, consultum fuerit, ut omnē curam testamentariam ad illos releget. Primum hoc nonnihil est compendij: si minus, per codicillos, aut si qua uia cōmodior negotium hoc quā breuissimè absoluat: eo peractio submoueat omnes de rebus huius seculi obstrepentes: in quo supra modum peccant cōplures: qui iam animam agenti ingerunt scrupulos de testamento, deq; rebus externis, et interdum morientē cogunt subscribere, idq; detrectantem & inuitum ac detestantem illorum importunitatē, per quos mori nō liceat. Quibus amicis quid esse potest inimicis? Dein si morbi ratio patitur, animæ prius q̄ corpori mederi studeat per exomologesim breuē, sed sincera & fuci expertem, & à sacerdote cum plena fide, summaq; reuerentia pœnitentiæ remediū accipiat, ex intus præcordijs dei misericordiam imploret, sumatq; uitæ castigationis propositū si conringat reualefcere. Quod si forte non est parata sacerdotis copia, ne protinus (quod solent superstitiosi quidā) trepidet ac despondeat animum, sed ipsi Deo ex corde cōfiteatur iniustitiā suam, qui pro sua clementia mentis affectum pro facto dignabitur accipere, & quod deest externis sacramentorum signis de suo supplere peculiari gratia. Per illū quidē efficaciam sunt omnia sacramenta, quæ quodammodo signacula sunt diuinæ erga nos beneficentiæ: sed idem absq; signis quum opus est consultum hominum salutem, tantum ut absit negligētia & contemptus sacramentorum, adsit autem fides & prompta uoluntas. Hęc ideo uisum est admonere, quod frequenter uidemus quosdam ualde perturbari, si uiderant absq; exomologesi ecclesiastica, eucharistia, & unctiōe suprema decessuri. Quin huiusmodi uoces audimus è cōpluribus: Ille Christianè mortuus est, ter cōfessus est ante mortem & omnia sacramēta percepit. Rursus cruce signamus nos, si quem audierimus absq; his ritibus diem obiisse. Illud certe Christiani hominis est, optare ne quid desit sacramentorum. Sunt enim magna solatia mentium nostræq; fiducia adiuuētia, & Christianæ sinceritatis est, omnem quum licet implere iustitiā: Sed magis Christianum est optare fidem & charitatem, sine quibus illa nihil conducunt. Verum ex his externis non oportet quenquam iudicare, nisi constet nobis ea per contemptū aut cōtemptui parem negligētiam fuisse prætermissa. Equidem arbitror multos nec absolutos à sacerdote, nec percepta eucharistia, nec unctos, nec ecclesiastico ritu sepultos demigrare in requiem, quum aliq; remonij omnibus, solenniter peractis, atq; etiam in templo iuxta summum altare sepul-

ti, rapit

trahatur ad inferos. Exempli loco sint qui naufragio, aut capitis supplicio, aut alioque repentino morbo casuue subito perierunt. His igitur addenda est fiducia, ut certò credant se non minus absolutos, quā si sacerdoti fuissent confessi, nec minus accipere gratiæ spiritalis quā si synaxim, & unctiōnem extremam percepissent. Tantum adsit, ut modo dicebam, ardens fides, ac prompta uoluntas. Quod si adsit sacerdotis copia, & morbi uis non patiatur integram exomologesim, quæ longiorem requirit orationem, cum intima cordis submissione cōfiteatur, se totum peccatorem esse, & à sacerdote pio affectu petat absolutionem, plenaq; fiducia sese credat absolutum. Quoties nos à concupitis excludit necessitas, Deus pro sua bonitate mentis affectum amplectitur. Proinde qui in hoc rerum statu torquentur hominem confessione generali, aut exomologeseos iteratione, anxia circumstantiarum discussione, singulorum criminum enumeratione, an rem piam faciant ipsi uiderint, certe rem meo iudicio faciunt intempestiuam. Sufficiat tum una eaq; breuis sed sincera confessio præcipuorum criminum quæ occurrunt animo: aut si id non licet, ardens exomologeseos affectus. Ad hæc, si læsus est à quoquam, uindictam ex animo remittat. Si qui læsit indignus est cui noxa condonetur, Christus dignus est, in cuius gratiam deponatur ulciscēdi affectus. Ne hic igitur reputet quā atroce sit læsus ab hoc & ab illo, sed q̄ multa ipse sibi à deo condonari postulet. Si quem ipse læsit, curet illum quantum licet reconciliandum. Si is nolit redire in gratiam, precetur illi mentem meliorem, ipse quia quod potuit præstitit, excusatus est apud deum. Si requiruntur bona opera, nullum opus efficacius ad impetrandum domini misericordiam, quā in gratiam Iesu Christi, & ad illius exemplum, qui pendens in cruce orauit pro ijs per quos erat adactus ad crucem, & à quibus conuictis incessabatur cruce grauioribus, ex animo gratisq; condonare, quicquid in nos peccauerunt homines: & haud scio an ullum opus magis arduum, eoq; cum primis à domino petendum. Sed tamen huc adiurat ipse morbus, qui frangit humani spiritus ferocitiam, & ad ignoscendum reddit mitiorem. Hic nonnullæ partes sunt eorū, qui adsunt laborantē, ut ægroto excutiant affectum uulgarem, quo multi credunt per exomologesim, Eucharistiam, & unctiōnem extremam accelerari mortem: persuadeantq; potius, id quod res est, his modis maiorem esse spem recuperandæ sanitatis, siue quod animus æger morbum conduplicat, siue quod non raro corporis aduersa ualetudo manat ab animo, postremo quod deus citius exaudiat uota supplicantium pro reconciliato quā pro irreconciliato. Deinde ut sacerdotem adhibeant, qui linguam habeat eruditam, ut sciat sustentare qui lassus est uerbo, quiq; sic moderetur alloquium suum, ut nec nimium blandiens fallat ægrotum, nec intempestiua aut sterilitate conijciat in desperationem, nec baculum fractum comminuat, nec linum fumigans extinguat. Nam in utranq; partem peccatur à multis. Nec temere quosuis admittant ad ægrotum, sed eos duntaxat quorum alloquio subleuetur. Eas personas arceant, quarum aspectus ægroto possit affectum peccati reuocare, ueluti turpium uoluptatum aut aleæ socios, siue atroces inimicos. Medicorū opem nec aspernetur, nec adoret. Summa spes fixa sit in deo, qui ut solus inserit animam corpori, ita solus eximit quum truit. Interdum tamen accersendus medicus, ne uideamur tentare deum, præsertim in morbis præsentaneis, quos medici uocant acutos. Turba medicorum arceatur, non tantum ob id, quod quemadmodum Græcorum prouerbio dicitur, multitudinem imperatorū perdidisse Cariam: ita multos ægrotos frequēter extinguit medicorum multitudo: uerum etiam quod horum officiosa sedulitas, dum alius aliud suadet, & quisque alieno periculo affectat uideri sapere, atque interim pharmaca pharmacis cumulantur, fit ut non uacet ægroto sustam curam impendere rebus animi. Porro cum proprius urget periculum, efficacissima solatia sunt admouenda: quo tempore quidam emigraturo blandiuntur, multi & ipsi sibi blandiuntur uulgarib; parumq; efficacibus remedijs. Veluti quum alius suadet, ut iubeat se sepeliri in ueste talium aut talium monachorū, aut ut uotum deo nuncuper se si conualescat Cartusianorum institutum professurum. Quin potius admonendus est ægrotus, ut ab hoc uotorum genere temperet in morbo: satis esse si proponat ultam in melius commutare: de forma uitæ suscipienda delibet sanus, perturbationibus ac metu liber. Displicet enim deo stulta promissio. Stulta autē est, quā ab animo cōsternato extorquet terror. Alius dicit, morere securus, ego intra annū pro te adibo Hierosolymam

Tom. 5

ZZ rosolymam

rosolymam, aut limina beati Petri erepam nudis genubus, aut ingrediar antrum Patri-
cij, quod est apud Hybernos. Noui foeminam nobilem ac prudentem, quæ sacerdoti le-
gavit bonam pecuniæ summam, ut annum Romæ quotidie sacrificaret, quasi missæ Ro-
manæ sanctiores sint quam Britannicæ. Et tamen ea pecuniâ melius fuisset collocata, si
obligasset eum sacrificum, ne unquã Romam adiret. Nam mihi familiariter notus erat,
quem arbitrator magis sacrificasse Vulcani coniugi quam deo. Alij suadent ut alicuius
probatî monasterij aut ordinis omnia benefacta redimat. Non inficior, magnum esse so-
latium in communionem sanctorum, uerũ enim uero an tales contractus ratos habeat deus
ambigo. Mea sententiã præsentius remedium est aduersus desperationem, si laboranti
ponatur ob oculos totius ecclesiæ cõmunio, quæ latissime patet, complectens quicquid
ab initio mundi fuit piorum hominum qui deo placuerunt, quo in contubernio sunt &
angeli. Tota hæc sodalitas uotis ac precibus adiuuat laborantem, expectans speciosam
uictoriam. Quis igitur abijciat clypeum, qui tam numerosas copias habet auxiliantes?
Si spẽ facit unius monasterij deprecatio, in hoc numero sunt uniuersa monasteria. Non
hæc eo dixerim, quod non conducatur certorum hominum preces implorare, aut minus
utiles esse reat paucorum deprecationes, præsertim quæ proficiscuntur ex Christiana
liberâque charitate, sed quod ad erigendam spem ægroti utilior sit uniuersitatis contem-
platio. Sic enim dilatatur animus. Sed omnium efficacissimũ est solatium à Christo nun-
quam dimouere fidei oculos, qui se totum nobis impendit, quem habemus aduocatum
apud deum, qui nunquã non clamat: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis,
& ego reficiam uos. In huius petrae cauernas semet occulat, in huius uulnera sese abdat
ægrotus, & tutus erit à Satana. Quocumque auocat callidus ille serpens, hic semper ocu-
los habeat ad serpentem illum æneum in sublimi stipite fixum, ad cuius contemplatio-
nem Paulus reuocat Galatas, qui ideo coeperant uacillare, quod à crucifixo deflexerant
oculos. Non occident uolantium spirituum uenenati morsus, si fides immotis oculis in-
tueatur signum illud salutis aeternæ. Christus in cruce pendens signum est triumphale,
signum uictoriæ, signum gloriæ sempiternæ. Nobis ille pugnauit, nobis uicit, nobis pa-
rauit triumphum, tantum ut huc intentos & uigilantes habeamus oculos fidei. In prælijs
humanis non parum habet momenti ad uictoriã, quod in Socrate laudat Alcibiades,
nunquam conuicere. Sed in hoc conflictu qui nobis est cum hoste spirituali, tota uictori-
æ spes est in oculis, sed multum interest discriminis. Illic obseruatur undique intētis ocu-
lis, quid agat hostis: hic ad Satanæ molitiones cæci ac surdi, tantum ad gratiæ signum ha-
bemus defixos oculos: & ad redemptoris uoces aures habemus arrectas. Satanas ea in-
gerit animo, quæ exaggerant dei iram. At Christus in cruce pendens ostendit argumen-
ta misericordiæ. Satanas oblatrat quæ demergunt ad desperationem: Christus loquitur
quæ erigunt in spem. Nam fides sicut habet oculos, sic habet aures. Vtrunque sensum
ab anima requirit spiritus sanctus, qui loquitur Psalmo quadragesimo quarto: Audi si-
liã & uide, & inclina aurem tuam. Audi quod præcipit sponfus tuus, & uide quid pro-
mittat, & si uidebitur absurdum, tantam felicitatem paratam collocantibus fiduciam in
domino Iesu, inclina aurem tuam ut ea quæ superant hominis sensum, ob hoc ipsum cre-
das, quia dominus est qui promissit, cuius misericordiã non minus est incomprehensibi-
lis quam omnipotentia. De his auribus meminit Psalmus quadragesimo octauo: Au-
diam quid in me loquatur dominus. Ne auscultes quid in te loquatur caro, quid Satana-
nas, quid humana ratio, nihil enim loquuntur nisi desperationẽ: sed audi quid loquatur
dominus, loquitur enim pacẽ in plebem suam. Ecclesia plebs est domini, gens peculiaris
& populus acquisitionis, in hoc esto, & audies dominum loquentem pacifica. Sequitur
& super sanctos suos. Hic rursus concidit infirmitas humana exclamans: O me perdi-
tum, peccatis onustus sum, quæ mihi societas cum sanctis? Atqui non dicit, super san-
ctos legis aut Mosi, sed super sanctos suos. Sancti illius sunt, quos per filium sanctificauit.
Si nondum etiam cõquiescit animus, audi quod sequitur, & in eos qui conuertuntur ad
cor. Noli expendere criminum magnitudinem, tantum respice, & audies dominum in-
tus loquentem pacem. Sermo pacis erat, quem audiuit nobilis illa peccatrix: Fides tua
te saluam fecit, uade in pace. Dic cum Dauide, sed dic ex animo, Peccaui domino. Duo
bus uerbis paratam & exertam uictorem uerteris in misericordiã. Tales aures habe-
bat

bat qui dicit, Holocaustum & pro peccato non postulasti, aures autem perfecisti mihi.
De oculis loquitur Psalmus duodecimus: Illumina oculos meos ne unquã obdormiam
in morte, ne quando dicat inimicus meus, præualui aduersus eum.

Corporis oculos obscurat mors, sed nõ est quod
de nobis gloriatur hostis noster, quandiu lucet in animo fides nunquam dimouens ocu-
los à Christo crucifixo. Quin totus hic psalmus hoc agit, ut hominem in agone consti-
tutum ac de desperatione periclitantem erigat, diuinæ misericordiæ contemplatione.
Ideo sequitur. Qui tribulat me exultabunt si motus fuero, hoc est si fide uacillauero. Au-
dis periculum ingens, sed accipe præsens auxilium. Ego autem in tua misericordiã spe-
raui. Sed unde misericordiæ spes? Exultabit cor meum in salutarî tuo: cantabo domino
qui benefecit mihi. Salutare dei Christus est, nec est aliud nomẽ in quo nos oporteat sal-
uos fieri. Actorũ quarto. Tantam uim habet Christi pro nobis crucifixi contemplatio,
ut desperatio uertatur in spem, spes uertatur in exultationem. Eo qui prius desperationi
uicinus dicebat: Qui tribulant me exultabunt si motus fuero, nunc dicit, Exultabit cor
meum in salutarî tuo. Audis uictoriã, nunc audi triumphum: Cantabo domino qui bo-
na tribuit mihi. Qui nõ habet sua bona que cantet, cantet bona, quæ gratis largitur deus
per filium. Si nostris benefactis confidimus, exultabit aduersarius: si in domino Iesu si-
gamus sacram ancoram spei, cõciderit hostis noster, quemadmodũ exultans dicit Apo-
stolus ad Romanos octauo: Si deus pro nobis, quis cõtra nos? Qui etiã proprio filio nõ
pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum, quomodo nõ etiam cum illo omnia no-
bis donabit? Quis accusabit aduersus electos dei? Deus est qui iustificat, quis est qui
condemnet? Hæc ratio fit, ut subito rerum uices inuertatur, & Christi præsidio uictori-
am auferat, qui uidebatur deploratus, & hostis fractus ac repulsus abscedat, qui iam
exultare coeperat. Hæc nimirum est uictoria fidei, de qua Beatus Ioannes in epistola ca-
pite quinto: Omne quod natum est ex deo, uincit mundum, & hæc est uictoria quæ uin-
cit mundum, fides nostra. Quis est autem qui uincit mundum, nisi qui credit, quod Iesus
est filius dei, quem pater uoluit esse uictimam pro peccatis humani generis: In hoc gra-
du quandiu constiterit Christi miles, quantumuis circumsiliat, quantumuis incurset ho-
stis, uinci non poterit. In hoc autem extremo conflictu illud summa ui molitur hostis, ut
ægotum adducat in desperationem, quod est inter omnia crimina grauissimum. Eo-
que contra nitendum est, ut laboranti undique ingeratur quæ in spem erigant, animumque
corroborent. Ad id adiuuabit imago crucifixi ægotantis oculis ex aduerso proposita,
quæ memoriã infirmam ægoti subinde renouet. Necnon picturæ sanctorum, in qui-
bus dominus extare uoluit bonitatis ac misericordiæ suæ monumentum, peccatrici-
sue Euangelicæ, Petri post abiuratum dominum flentis, ac similibus: deinde recitatio loco-
rum scripturarum diuinis, quæ nobis commendant immensam dei misericordiã, & erga
genus humanum charitatem: præcipue uero quæ dominus Iesus pro salute mundi, tum
facere tum pati dignatus est. Sunt autem huiusmodi loca innumera, quæ magnũ & effi-
cax solatium adferre possunt animo labascenti. Siquidem in hoc articulo Satanas con-
gerit in hominis mētem quicquid fidei speique scintillam potest extinguere. Exaggerat
maiestatem ac iustitiam dei, toties spretam ac uiolatam, Amplificat illius in hominem
lenitatem ac munificentiam, per omnem uitam neglectam ac reiectam, hoc ipsum tor-
quens in argumentũ desperationis, quod ueniã spem alere debuerat. Ingerit tot annos
male consumptos, tot omittas occasiones quæ ad benefaciendum inuitarunt, & si quid
recte gestum est deprauat ad calumniã. Tentat & fidem hominis, ut dubitet de scriptu-
rarum autoritate, deque dogmatibus quæ nobis tradidit ecclesia, philosophorum & here-
ticorum rationes in animum suggerens, perplexasque quæstiones, de mundo condito ac
redempto, de immortalitate animarum, de resurrectione corporũ, de Christo, an fuerit
uerus deus & homo, de sacramentis ecclesiæ, quam uim habeant, de præscientia ac præ-
destinatione dei, omnia detorquens ad diffidentiam ac desperationẽ, huc etiam scriptu-
rarum testimonia deprauas, quod ausus est & in ipsum dominũ, scripturarum autorem.
Ad hæc a diuuant per occasionem aduersariũ morbi molestia, mortis pauor, horror ge-
hennæ, & naturalis mentis imbecillitas animi, tristitia, quam adfert grauis ægrotudo.
Ad hanc igitur inclinationem occurrit hostis, omnes admolens machinas, ut nutãtem
desiciat

deiciat ac præcipitet. Verum quemadmodum cum peccatis succidendum non est, sed ab horum consideratione ad Christi gratiam auertendus est animus, ita cum Satana non est disputandum, sed inopia suggerenti dicendum, Abi retro Satanas, mihi fas non est dubitare de ijs quæ spiritu sancto docta tradidit ecclesia, & satis est tenere fide quod ingenio non assequor. Narrant quiddam non quidem e sacris uoluminibus, sed tamē ad id quod nunc agimus satis accommodum, de duobus quos imminente morte de fide tentauit diabolus: alter philosophiæ peritus erat, alter nihil aliud quàm Christianus, rudis & anovmis. Priori suggestit quid crederet, an Christum deum & hominem, an natum de uirgine, an resurrectionem mortuorum. Cœpitq; philosophiæ rationibus demonstrare, non posse coniungi in unum ea inter quæ nulla esset affinitas, uelut inter finitum & infinitum, creatum & increatum. Deinde præter naturæ rationē esse, ut uirgo pariat citra uiri congressum, nec iuxta philosophorū principem Aristotelem esse reditum à priuatione ad habitum. Quid multis uacillauit homo & præcipitatus est, hostis uictor abiit. Alter ille rudis percontanti quid de hoc & illo crederet, respondit compendio, quod credit ecclesia. Rursum obijcēti quid crederet ecclesia, quod ego, inquit. Quid tur? Quod credit ecclesia. Quid ecclesia? Quod ego. Ab hoc imparato ad disputandum, sed simplici fide stabili, tentator uictus discessit. Hoc responsum satis est ad abigendum insidiosum hostem. Maxime tamen ualet in obscuris ac dubijs. Veluti si suggerat hostis, aut homo in tempestiuus, quomodo in tribus personis sit eadem numero essentia, quibus modis inter se distinguatur: respondeat, sicut credit ecclesia. Quomodo idem corpus possit esse diuersis in locis eodem tempore, & quomodo in eucharistia uerum hominis corpus possit in minimo spatio contineri: Respondeat, sicut credit ecclesia. Rursum qualis sit ignis in inferos, & quomodo res corporea agat in substantiam incorporeā: Respondeat, sicut credit ecclesia. Aut si quid respondendum est, paucis respondeat, aut ex Symbolo apostolorum, quod ægroto quotidie dictandum erit, aut ex literis diuinis, aut ex spiritu fidei. Si Satanas ingerat criminum magnitudinem, conuersus ad deum dicat, Auerte faciem à peccatis meis, & respice in faciem Christi tui Iesu. Scelera tua superant harenam quæ est in litore maris. Copiosior est domini misericordia. Qui speras iustitiæ præmium totus iniustus: Iustitia mea Christus est. Tu sceleribus opertus cum Petro & Paulo migrabis in requiem: Non, sed cum latrone, qui audiuit in cruce, Hodie mecum eris in paradiso. Vnde ista fiducia, qui nihil boni feceris: Quia bonum habeo dominum, exorabilem iudicem, & gratiosum aduocatam. Detraheris in Tartara. Caput meum in cælo est. Damnaaberis: Tu calumniator es non iudex, damnatus non damnator. Multæ dæmonum legiones expectant animam tuam. Desperarem, nisi protectorem haberem, qui deuicit uerstram tyrannidem. Iniustus est deus, si pro malefactoribus dat uitam æternam. Iustus est qui seruat promissā, & ego ab illius iustitia iam dudum appellauit ad eiusdem misericordiam. Inani spe tibi blandiris. Non potest mentiri ueritas, promissis fallere tuum est. Quid relinquis uides, quid habiturus sis non uides. Quæ uidentur temporaria sunt, quæ non uidentur æterna: plus quam uides, qui firmiter credit. Migras hinc onustus malefactoribus, nudus bonis operibus. Rogabo dominum, ut me meis malis exoneret, suis bonis cōueliat. At deus peccatores non audit. Sed audit pœnitentes, & ille pro peccatoribus mortuus est. Sera est tua pœnitentia. Non fuit sera latroni. Latronis erat firma fides, tua uacillat. Orabo dominum ut augeat fidem meam. Falso tibi persuades, te misericordem habere dominum, qui te tot malis excruciat. Medetur ut clemens medicus. Quis uoluit mortem esse tam acerbam: Dominus est, non potest uelle nisi quod bonum est. Quis seruus male frugi recusem perpeti quod dominus gloriæ perpeffus est: Miserum est mori. Beati qui in domino moriuntur. Sed mors peccatorum pessima. Peccator esse desit, qui se cum spe misericordiæ peccatorem agnoscit. Relinquit hunc mundum. A tristi exitio migro in patriam. Tantum honorum hic relinquit. Sed longe plus malorum. Relinquit opes tuas. Aliena sunt que relinquo, mea mecum effero. Quid effers, quum in te nihil sit boni. Hoc uere meum est, quod mihi gratis donat dominus. Deseris uxorem ac liberos. Domini sunt, et illos commendo. Durum est distrahi à charissimis. Breui me sequetur. A iucundis amicis diuelleris. Propero ad iucundiores. Quoniam autem uersutissimus hostis quos ad desperationem pertrahere non potest, sollicitat ad sui fiduciam, ut quos non ualet in præcipitum

Luc. 23

pitum detrudere, in altum elatos elidat, aduersus hoc quocumque non leue discrimē muniendus est ægrotus. Quemadmodum autem aduersus desperationis charybdim tutum est, si quo magis Satanas deprimit hominem conscientia scelerum, hoc se magis erigat fiducia diuinæ misericordiæ ac societatis cum Christo mysticæ: ita aduersus arrogantiam scyllam præfens erit remediū, si semet consideratione propriæ imbecillitatis abijciat. Quisquis enim in Christo fortis et excelsus est, in seipso humilis & abiectus, nec deijci potest à Satana, nec allidi. Tale quiddam in ueterum monumentis legimus de diuo Antonio monacho, quem mille modis oppugnauit Satanas, nec unquam potuit expugnare. Quodam autem tempore quum frustra admotis omnibus technis nihil profecisset, se uincti fassus est his uerbis. In cassum nitore: si ego te deijcio, tu teipsum attollis: si te attollo, tu te ipsum deprimis. Ad hanc imaginē si Satanas suggesterit, Dignus es qui inter Seraphicos sedearis: respondeat ægrotus. Nulla est mea dignitas, nisi quod indignitatem meam agnosco. Multum orasti, multum ieiunasti, uitam austeram duxisti, plurimum in egenos erogasti. Quæ narras omnia mihi cum damnatis pharisæis sunt cōmunia. Si quicquam ex me boni operis profectum est, domini est, non meum. At purus es ab ijs uitijs quibus ille & ille laborat. Est igitur unde domino gratias agam, non est unde mihi placeat. Nam nisi me domini misericordia protexisset, & si similis irruisset tentatio, patraffem eadem, aut etiam sceleratiora. Huiusmodi responsiunculis muniendus est ægrotus, breuibus & expeditis aduersus Satanae prauas suggestiones. Exempla sanctorum reuocanda sunt illi in memoriam, sed in quibus reluxit insignis domini misericordia: uelut in Dauide, qui adulterium cumulat uel homicidio, ac duobus uerbis effugit uindictam: in Niniuitis, in Achab, in filio prodigo, in Publicano, cuius iustitiam dominus præfert Pharisæicæ sanctimoniam, in muliere peccatrice, quæ audiuit à domino, remissa sunt tibi peccata tua. In muliere adultera, quæ audiuit, uade & amplius noli peccare: in Petro, qui ter abnegauit dominum, in Paulo, qui persecutus est ecclesiam dei, uincens & occidens qui profitebantur nomē domini Iesu. In Cypriano, qui ex mago factus est martyr, alijsq; multis, qui ex idololatria, ex blasphemia, ex horrendis criminibus, per fidem in Christum misericordiam & coronam assequuti sunt. Ad excludendam desperationem, & erigendam spem, aptiores sunt literæ Noui testamenti quàm Veteris. Nec mirum, Moses Iudæos terrebat præceptis. Christus uniuersos consolatus est per fidem & gratiam. Habent autem sacra uolumina non exempla tantum, sed & dicta quam plurima, partim quæ terrorem incutiant, partim quæ territis consolentur. Per hæc enim ferè uoluitur omnis prophetarum sermo, dei uindictam exaggeras auerfis à deo, ac rursus dei misericordiam amplificans ad pœnitentiam conuersis. Vtrumque pharmacum salutiferum est, si scite & in loco adhibeatur. Quæ territant ad mouenda sunt corpore satis, sed animo laborantibus, ferocibus & huius uitæ prosperitate temulentis, aut mundi delicijs quasi mandragoræ indormientibus, quo uelut elleboro ingesto respiscant, aut brassica sumpta redeant ad sobrietatem, aut uehementius in clamatibus uellicatisq; expurgantur. Quæ ueniæ spem faciunt, adhibenda trepidis ac meticulosis, præsertim in mortis discrimine. Quamquam nec illis sic ingerendus est terror, ut pharmaco non admisceatur ueniæ spes, nec his ita sunt adhibenda lenimenta ut fallantur. Siquidem aliud est corrigere, aliud deijcere: rursus aliud consolari, aliud adulari. Proinde non parui refert, qui ægrotantibus affideant. Hos oportet ad manum habere uaria scripturarum loca, quibus ægrotum nutantem fulciant, uel recitandis, uel enarrandis. Ad idem ualebunt precatiunculae apte cōpositæ. Feruntur enim quædam ab indoctis compositæ, & ab indoctis ingeruntur ægrotantibus. Sic excitata spe, superest purgatorij terror, quem & ipsum quidam remedijs, mea sententia, parum solidis lenire & eximere conantur.

Rectius faciunt, qui missis ac precibus piorum hominum, nec non elemosynis suadent minuendos esse purgatorij cruciatus. Sed omnium efficacissimum est, si moneatur ægrotus, ut quantum potest excitet fidem & charitatem erga deum & proximum, ex animo cōdonet omnibus à quibus læsus est, ac morbi cruciatus, mortemq; imminentem amore Christi patienter ferat, totū se per omnia submittens uoluntati diuinæ, reputans deum non iudicare bis in ipsum, & Christū pro nostris delicijs in cruce dependisse

poenas. Ex his fontibus ac potissimum ex illius sanguine petat ignis purgatorij refrigerationem. Atque ita sibi diffusus, fretus immensa dei misericordia, Christi meritis, ac sanctorum omnium suffragiis, contrito corde, cum religiosa fiducia dicat, IN MANVS TVAS DOMINE COMMENDO SPIRITVM MEVM. Nulla inuidia est, si peccator & infirmus usurpet uerba domini sui, Nam ideo caput nostrum hæc expressit in sese, ut nos imitemur qui sumus illius membra. Quod si cui placet & ab alijs sanctis exemplum petere, dicat cum beato Stephano, domine Iesu accipe spiritum meum. Exempla magnam habent uim ad commouendos animos. Ostendunt enim uelut in speculo quid deceat, quid secus: quemadmodum & in rebus externis uehementius uisus est auditis permouemur: proinde non mediocrem habet utilitatem, frequenter morientibus adesse, ut quod in illis de testandum conspexerimus, uitemus, quod pium ac sanctum, imitemur. In illo siquidem articulo apparet qualis sit cuiusque fides, qualis conscientia. Sed nullum inuenietur exemplum perfectius, quam quod dominus noster in seipso nobis expressit. Quam enim instaret illa nox extrema, aduersus imminentem tentationis procellam communij suos sacrosancti corporis & sanguinis sui comæatu, nos admonens, ut quoties incidimus in casum aut morbum qui mortem minetur, protinus exomologesi purgemus affectus nostros, quemadmodum dominus lauit pedes discipulis suis, mox reuerter accipiamus corpus domini, qui cibus animos nostros fortes & inuictos reddet, aduersus hostem spirituales. Dominus nullum condidit testamentum, sed pro testamento fuit sermo totus igneus, quem Ioannes accuratius profequitur, & institutio sacramenti Eucharistiae in mortis ipsius memoriam. Testamentum sapiebant & illa uerba de cruce, Mulier ecce filius tuus. & ad discipulum, Ecce mater tua. De externis igitur paucis agendum est, de his quae faciunt ad fidem & charitatem multis. Solent enim uerba morientium audius excipi, & altius insidere mentibus audientium: partim quod nemo creditur fingere in eo, quidem articulo: partim quod mens dum incipit diuelli à corpore quo grauatur, saepe specimen ædit illius libertatis & cognitionis ad quam proficiscitur. Sed redeamus ad redemptionis exemplum. A mystica cena secedit ab ædibus in hortum, ac iussis eo loco subsidere reliquis discipulis, tres tantum sibi adiungit, Petrum, Ioannem & Iacobum Zebedæi, ut eosdem haberet testes humanæ infirmitatis, quos in monte gloriae suae testes esse uoluerat. His confessus est extremam animi tristitiam, quae saepe morte ipsa grauior est: quibus uigilare & orare iussis, rursus secessit ad orandum. In corporali secessu domini magnum est mysterium. Qui se morti præparat, ab omnibus urbanis ac domesticis affectibus secedat oportet, reipublicam abiciat, possessionum sollicitudinem penitus exuat, uxorem ac liberos domino commendet, ab amicorum & cognatorum fiducia sese subducat, ne intimos quidem in animi curas recipiat, solus sub dño sit oportet, qui tum uelit loqui cum patre caelesti, quam urget extrema tentatio. Ter admonet dormientes ut uigilent orientes, ne intrent in tentationem. Intra tentationem, qui se tradit in potestatem tentatoris. Vigilantes autem & orantes perstringit quidem tentatio, sed mox præterit. Quod tribus discipulis dixit dominus, nobis omnibus dixit. Dormierunt illi, & ideo succubuerunt tentationi. Petrus omnium fortissimus abnegauit dominum, ceteri metu diffugerunt, magis etiam abiuraturi, si similis terror fuisset obiectus. Itidem in mortis discrimine uincitur infirmitas humana, nisi instanter, nisi puro affectu, nisi cum inuicta fiducia implorauerit auxilium illius, qui solus uiuificat mortuos. Porro quo pacto sit orandum in eo rerum statu, exemplo suo redemptor monstrare dignatus est. Flexit genua, parum hoc est, prostrauit sese in faciem. De terra clamauit ad patrem, tam ualide, ut uox deprecantis à discipulis tribus, qui ad lapidis iactum aberant, alloqui & somno grauatis exaudiretur. Bis ad deprecationem redijt, ter eadem uerba repetijt. Non sicut ego uolo, sed sicut tu. Flectit genua, qui se totum subijcit uoluntati diuinæ: procumbit in faciem, qui sibi totus displicet, totus suis diffidit uiribus ac beneficiis, nec aliunde sperat solatium quam à misericordia domini. Nec statim desperandum, si differatur consolatio: iterum atque iterum redeundum est ad clamorem, non oris sed cordis. Etenim si nos quod dominus externè fecit, spiritualiter imitemur, aderit bonus angelus, qui sudorem sanguineum absterfus est ab animo nostro: & aut eripiet à discrimine, aut robur addet spiritui, ut mortem fortiter perferamus. Postremo cum domino nudis crucem ascendamus oportet procul

ab

ab omnibus terrenis affectibus, ad caelestis uitæ amorem erecti, ut cum beato Paulo dicere possimus, mihi mundus crucifixus est, & ego mundo: atque ibi tribus affixi clauis, fide, charitate, & spe constanter perseueremus, strenue depugnantes cum Satana, donec eo deuicto in æternam requiem demigremus, præsidio gratiæ que domini nostri Iesu Christi, cui cum patre & spiritu sancto laus & gloria in omne æuum Amen.

FINIS.

ODES ERASMI ROTERODAMI ODE

DICOLOS DISTROPHOS, ALTERO VERSU

heroico hexametro, altero Iambico dimetro. De casa na

talitia pueri IESU, deque puerperio

uirginis deiparæ

MARIÆ.



Quod adhuc ueterum sequimur spectacula rerum?

Huc huc frequentes currite.

Hæc casa quæ lacera & stat agrestibus horrida culmis.

Nouum dabit spectaculum,

Quale nihil seclis proau uiderè uetustis,

Nihil uidebunt posteri.

Hic cuius tonitru tellusque tremiscit & æther,

Teneris crepat uagibus.

Hic orbis magni moderator maximus infans

Virginea mulget ubera.

His ego non stabulis angusta palatia Romæ

Feliciora iudicem.

Non (operosa licet) Solomonia templa, nec auream

Lydi tyranni regiam.

Salue clara domus, cœloque beator ipso,

Partus sacrati conscia,

Iure tibi Iouis inuideant capitolia falsi,

Diuis superba faxeis.

Aegyptus sancta inuideat cunabula, monstris

Finem datura turpibus.

Nec minus apta deo es, quod hiantibus undique rimis,

Imbres & Euros excipis:

Quod Iodicis egens, rigidoque incommoda foeno

Fœtus rubentes excipis:

Talia nascentem decuere cubilia Christum, ut

Qui dedocere uenerit

Fastum, nullaque non suadentem turpia luxum.

Non hic renident purpura,

Sertaue frondea, non imitantes fulmina tædæ.

Non mensa sumptuosior,

Nec strepit officijs domus ambitiosa, nec alti

Fouent puerperam thori.

Pannosus iacet in duris præsepibus infans:

Diuinus attamen uigor

Emicat, & patrios uagitu dispuit ignes.

Sensere præsentem deum,

Quodque licet, puero iumenta tepentibus auris

Frigus decembre temperant.

Vpilio calamis isdem, quibus ante capellis,

Agreste, sed pium canit.

ZZ 4

Aethe

Aethereiꝫ chori uolitant cum abula circum,
 Ut mensibus uernis, apum
 Degenerem simulac pepulere examina regem,
 Regi nouo, fauentibus
 Applaudunt alis, sublimemq; agmine tollunt,
 Sic turma coelitem duci
 Circumfusa suo, gaudens stupet, atq; iacentem
 Pronis adorat uultibus,
 Et natalitium sonat ad praesepia carmen.
 Coniunx pudicus interim,
 Fufus humi, magnum trepidus ueneratur alumnus.
 Porro puella nobilis,
 Pars bona spectaclis, defixis haeret ocellis,
 Primumq; sese non capit,
 Seq; suumq; stupens genitrix uirguncula partum,
 Nulli marito debitum.
 At simul eiecit pietas materna stuporem,
 Praedulce pignus corripit,
 Ac modo porrectis cohibet uagire papillis,
 Modo tepente frigidum
 Blanda fouet gremio, paruiscq; dat oscula labris.
 Nunc pectori adprimit suo,
 Nunc blefo teneros inuitat murmure somnos.
 Amabili inuicem modo,
 Laetam prole deo uideas gestire parentem,
 Prolem parente uirgine.

EXPOSTVLATIO IESV CVM HOMINE
 suapte culpa pereunte, Des. Erasmo Ro-
 terodamo autore.



Um mihi sint uni bona, quae uel frōdea tellus,
 Vel olympus ingens continet,
 Dicite mortales, quae uos dementia cepit
 Haec aucupari ut undeuis
 Malitis, quam de proprio deposcere fonte,
 Adeo benigno & obuio:
 Mendacesq; iuuet trepido, miseroq; tumultus
 Umbras bonorum persequit
 Pauci me, qui sum uerae largitor & auctor
 Felicitatis, expetant
 Forma rapit multos, me nil formosius usquam est,
 Formam ardet hanc nemo tamen.
 Suspiciunt ceras, antiquaq; stemmata multū,
 At me quid est illustrius?
 Ut qui sum genitore deo ipse profectus,
 Genitrice natus uirgine.
 Vnde fit, ut mecum uix gestiat unus & alter
 Affinitatem iungere?
 Maximus ille ego sum coelicq; soliq; monarcha,
 Seruire nobis cur pudet?
 Diues item, & facilis dare magna, & multa roganti,
 Rogari amo, nemo rogat.
 Sumq; uocorq; patris summi sapientia, nemo

Me consultū mortaliū.
 Ipse ego sum aetherei splendorq; decusq; parentis;
 Me nemo stupet, aut suspicit.
 Sum firmus iuxta, ac iucundus amicus amico,
 Me pariter, ac meas opes
 Candidus, atq; lubens charis impertio, nemo hanc
 Ambit necessitudinem,
 Sum uia qua sola coeli itur ad astra, tamen me
 Terit uiator infrequens.
 Cur tandem ignarum dubitat mihi credere uulgus?
 Aeterna cum sim ueritas.
 Pollicitis cur stulte meis diffidere perftas?
 Cum sit nihil fidelius.
 Autor ad haec uite cum sim unicus, ipsaq; uita,
 Cur sordeo mortalibus?
 Lux ego sum, cur huc uertunt sua lumina pauci?
 Dux, cur grauantur insequi?
 Viuendi recte certissima regula solus,
 Aliunde formas cur petunt?
 Ipse ego sum solus uera, & sine felle uoluptas.
 Quid est quod ita fastidios?
 Unica pax animi, quin huc deponitis aegri
 Curas edaces pectoris?
 Si benefacta truces etiam meminere leones,
 Referuntq; beluae uicem,
 Respondere feri merito didicere dracones,
 Si meminit officij canis,
 Si redamant aquilae, redamant delphines amantem,
 Cur efferatior feris
 Me, me non redamas homo? cui semel omnia feci,
 Quem condidi, quem sanguine
 Asserui proprio, propriaq; a morte recepi
 Dispendio uitae uolens.
 Si bos agnoscit dominum, si brutus a fellus
 Agnoscit altorem suum,
 Cur me solus homo male gratus, nosse recusas.
 Et conditorem, & uindicem?
 Unus ego hic tibi sum cunctorum summa bonorum;
 Quid est quod extra me petas?
 Quorsum distraheris per tot dispendia grassans
 Laboriosa inertia?
 Sum placabilis, & pronus miserescere, quin hoc
 Miser ad asyllum confugis?
 Idem iustus, & implacabilis ultor iniqui,
 Cur non times offendere?
 Corpus ego, atq; animum nutu sub tartara mitto,
 Nostri metus uix ullum habet.
 Proinde mei desertor homo socordia si te
 Adducet in mortem tua,
 Praeteritum nihil est, in me ne reijce culpam,
 Malorum es ipse autor tibi.
 Nam quid adhuc superest: si te neq; prouocat ardens,
 Suicq; prodiga charitas,
 Obis marmoreum pectus, neq; mitigat unquam

Adeo

Adeo profusa benignitas,
 Si neque tantarum uel spes certissima rerum
 Expergefacit, & allicit:
 Si neque tartaræ cohibet formido gehennæ
 Nec ullus admonet pudor,
 Immo si durant magis hæc, adduntq; stuporem
 Tam multa, tamq; insignia,
 Vt facile immitesq; feras, chalybemq; petramq;
 Rigore uicso molliant.
 Quid faciat pietas, quibus artibus abstrahat ultro
 Deuota morti pectora
 Inuitum seruare nec est mentis puto sanæ,
 Et patria prohibet æquitas.

CARMEN IAMBICVM SVB
 persona pueri IESV præside/
 tis scholæ Coleticæ.

Non inuenusto antiquitas ænigmate
 Studij magistræ, uirginem
 Finxit minervam, ac literarum præfides
 Finxit Camenas uirgines,
 Nunc ipse uirgo matre natus uirgine
 Præfideo uirgineo gregi,
 Et sospitator huius, & custos scholæ.
 Adfunt ministri uirgines
 Pueros meos mecum tuentes angeli.
 Mihi grata ubiq; puritas,
 Decetq; studia literarum puritas.
 Procul ergo sacro à limine
 Morum arceant mihi literatores luem,
 Nil huc recipiant barbarum.
 Procul arceant illiteratas literas,
 Nec regna polluant mea.

SAPPHICVM

Coeperit faustis auihus precamur,
 Semper augefcens meliore fato,
 Hic nouæ sudor nouus officinæ,
 Auspice IESV
 Hic rudis (tanquam noua testa) pubes
 Literas Grætas, simul & Latinas,
 Et fidem sacram, tenerisq; Christum
 Combibet annis.
 Quid fuit læta sobolem dedisse
 Corporis forma: nisi mens & ipsa
 Rite fingatur, studijsq; castis
 Culta nitescat
 Stirpe ab hac sensim noua pullulabit
 Ciuium proles, pietate iuxta, ac
 Literis pollens, breuiterq; regno
 Digna Britanno.
 Ludus hic syluæ pariet futuræ
 Semina, hic diues nemus undequaq;
 Denfius surgens decorabit Anglum
 Latius orbem.

IMAGO PVERI IESV IN
 ludo literario, quem nuper
 instituit Coletus.

Discite me primū pueri, atq; effingite puris
 Moribus, inde pias addite literulas.

CARMEN PHALECIVM

Sedes hæc puero sacra est IESV,
 Formandis pueris dicata, quare
 Edico, procul hinc faceffat, aut qui
 Spurcis moribus, aut inerudita
 Ludum hunc inquinet eruditione.

ALIVD

Quin hūc ad puerū pueri concurritis oēs:
 Vnus hic est uitæ regula, fonsq; pia:
 Hūc qui nō sapiat, huius sapiētia stulta est,
 Absq; hoc uita hoīs mors mihi crede mera est
 FINIS.

DES. ERASMI ROT. IN LAV
 dem Michaelis & angelorū omnīū, Ode
 dicos hendecasyllaba Sapphica,
 suffigenda in templo Mi/
 chaeli sacro.

Coelitū princeps Michael & omnes
 Spiritus sacri, libeat precamur
 Supplicum uotis tribuisse pronas
 Coelitus aures.
 Sordidę sed ne merito canentum
 Sordeant Ode, citus huc ab arce
 Deolet fulgente, Seraph decoris
 Igneus alis.
 Qui foco sacro usq; calentis arę
 Calculum uiuum rapiens (ut olim)
 Applicet nostris placidus labellis
 Oraq; tergat,
 Luridę quicquid macule, perurat,
 Desidem pellens animo teporem.
 Igneas cantent acies (ut æquum est)
 Ignea

Ignea uerba.
 Porro tu primas tibi uendicato
 Carminis partes Michael beate,
 Primipilari duce quo triumphant
 Agmina cœli.
 In quibus luces, tridem, ut pyropus
 Nobiles interradiat lapillos,
 Vtue formosus socia inter ardet
 Lucifer astra.
 Ius tibi summum necis atq; uitæ,
 Tradidit magni moderatores orbis,
 Tu potes seruare probos, & idem
 Perdere fontes.
 Tu piorum tutor & aduocatus
 Tu dei in templo nitidas ad aras,
 Visus es, dextra tenuisse plenam
 Thuris acerram.
 Inde surgens fumus odore multo,
 Ibat ad summi solium tonantis,
 Ac dei nares liquidi iuuabant
 Dona uaporis.
 Tu pias lætis animas reponis
 Sedibus, cantu procul audiendo
 Squalidis olim gelida exciebis
 Funera bustis,
 Quam dedit lætos pia turba plausus,
 Cum graui cœlum quateret ruina,
 Hostis & serpens ueterator, acri
 Non sine pugna.
 Ille sublimes subito sub auras
 Emicans, septem (stupere cuncti)
 Ora tollebat, colubris tumbant
 Colla trecentis.
 Flammeis ardens oculis, auernum
 Virus efflabat furiale monstrum,
 Fulminisq; instar, piceos uomebat
 Faucibus ignes.
 Te nihil terret rabies minacis
 Beluæ, sed ui domitam superna,
 Cogis absorptam speras ad auras
 Reddere prædam.
 Quæ tuas fuluas fugitat sub alas
 Læta, præfenti sed adhuc periculo
 Palpitans, elapsa uelut rapaci
 Ales ab ungui.
 Ergo ne quid iam trepident, cadauer
 Triste deturbas, labat ac labantis
 Pondus exhorrens, aperit profunda
 Tartara tellus.
 Non secus, quam si Siculo Peloro
 Pendulum in fluctus abeat cacumen
 Territum cedit, restitumq; late
 Dissilit æquor.
 Ferreis illic domitus cathenis,

Horridum quassat caput, ac minatus
 Multa nequicquam, furibundus iras
 Vult inanes.

Te manet palma o Michael suprema,
 Te noui plausus, tibi non iniquas
 Impius poenas dabit Antichristus,
 Orbe leuato.

Lætus idcirco meritos uterq;
 Orbis, en hymnos canit, altus æther
 Inclyto gaudet duce, gaudet æque
 Præfide tellus.

At meri cantus celebrantur istic,
 Hic (uti res sunt uariæ atq; mixtæ)
 Reddimus proni querulis remixta
 Carmina uotis.

En uides, quantis miseri premamur
 Cladibus (nostro merito fatemur)
 Tota proh cæci terimus nephandis
 Secula bellis.

Si tibi haud frustra data cura nostri est,
 Si tibi pax non temere uocablum
 Mutuat, belli procul o cruentos
 Pelle furores.

Fac tua lenis prece, rex olympi,
 Vindicem condat miseratus ensem.
 Ferias donet referatq; fefsiss
 Otiâ terris.

DE SINGVLARI LAUDE
 Gabrielis angeli

TE quibus digne recinemus odis,
 Gabriel, quem rite chorus supernus
 Proximum primo colit: o tonantis
 Armiger alti.

Illius tu strenuus administras
 Bella, nec quisquam melior, piorum
 Castra tutari, & rabidas nocentum
 Frangere uires.

Tu tenes oracula sacra, te olim
 Nuntio, casus didicit futuros,
 Ille, quem infanti leo gaudet atrox
 Lambere rictu.

Tu Zachariæ uetulo marito,
 Thura dum festis adolet sacellis,
 Pignoris feri subitus stupenti
 Nuntius adstas.

Cuncta quid frustra sequimur canendo,
 Illius dulce meminisse nuntij,
 Lætius quo nil lachrymosus unquam
 Audijt orbis.

Nec salus olim, neq; spes salutis
 Villa erat, sed mors stygijs profecta
 Sedibus, gentem rapiebat omnem,
 Vindice nullo

Tum

Tum nouas aut or meditat us artes,
 Ipse ut inuisat homo factus orbem,
 Te reit antæ Gabriel, ministrum
 Deligit unum,
 Aduola terris ait, & saluta
 Virginem, matrem mihi mox futuram.
 Fac sacramentum tege, ne ille sciscat
 Callidus hostis,
 Sic opus factio, neq; plura fatus
 Ille, tu lapsu placido uolucres
 Dissedas nubes, decorasq; pictis
 Aethera pennis.
 Qualis aduersos feriente nymbos
 Sole, respundet monumenta pacti
 Iris antiqui, uarioq; coelum
 Cingit amictu.
 Vidit obliquis oculis uolantem
 Dextero celo, metuitq; latis
 Incubans terris Draco, luridoq;
 Palluit ore.
 Teستا tu pernix Nazarea tangis,
 Mox & illapsus thalamis pudicæ
 Virginis, mandata refers sereno
 Regia uultu.
 Nostra cui primum hic lyra gratuletur
 Hæsitat mundone malis leuato,
 An deo factæ potius puella,
 An tibi diuæ
 Conscio mentis, meritoq; summis
 Rebus accersit tibi tam sacrato,
 Tamq; foelici licuit uel uni
 Munere fungi.
 Noster o salue bone pacifer, qui
 Surculum adportans oleæ uirentem,
 Nuntias primus, meliora meritis
 Secula terris.

DE LAVDE RAPHAELIS.

Proxime primis Raphael canere,
 Ordinis pars non humilis superni.
 Tu te nam clarum comitem duobus
 Tertius addis.
 O salus, ac certa hominum medela
 Rebus afflictis, ope cuius olim
 Reddito uidit reducem Thobias
 Lumine gnatum.
 Nec modo saluum, sed & ære largo
 Diuitem, multa serie clientum
 Diuitem, ac longis gregibus nouaq;
 Coniuge lætum.
 Ethnicis Phœbumq; genusq; Phœbi,
 Saxeos olim coluere diuos,
 Hos rati morbis dubijs rogatam
 Ferre salutem.

Nos magis nos te colimus, potentem
 Vel nigro manes reuocare ab Orco,
 Rursum & pigris animam liquentem
 Spargere uenis.
 Tu simul membris, simul o medere
 Mentibus præsens opifer, luemq;
 In tuos eheu male fauientem
 Exige terris.

DE OMNIBVS ANGELIS

Nec tacendi estis proceres ducesq;
 Cateri nobis, breuiterq; cuncti
 Milites regis ditioe late
 Cuncta tenentis.
 Ambitu quem triplici triformem
 Dextera leuaq; frequentiores
 Cingitis, quam nocte silente plenam
 Sydera lunam.
 O salutandi nouies beati,
 Otium quorum mala nulla terrent,
 Certa quos diui beat intuentes
 Copia uultus.
 Inuidet uestræ miser ille sorti,
 Erminis sedes quoties ademptas
 Suspicit fremdens, & inauspicati
 Pœnitet ausus.
 Vespero quondam similis rubenti
 Inter æternos rutilabat ignes,
 At simul regis diadema miles
 Ambijt audax,
 Iam pares uoluens animo cathedras,
 Flammeo telo grege cum sequaci
 Ictus, eiectusq; rudem ruina
 Terruit orbem.
 Excipit partim caua styx ruentes,
 Abditur lucis bona pars opacis,
 Curfsat magnum per inane multo
 Plurima turba.
 Densior, quam Cercopijs in hortis,
 Tinnulos æris crepitus secuta,
 Euolant examina, quamq; celo
 Decidit hymber.
 Pugnât hoc unum hæc uigil, improboq;
 Omnis incumbit studio, pios ut
 Distrahat, tundat, geminoq; raptos
 Funere perdat.
 Ah nefas, quantam daret illa stragem,
 Cui salus tandem, nisi frangeretur
 Obuijs uobis, furor & nocendi
 Diralibido?
 Vestra nos tutela fidelis ortos
 Excipit, nec luce prius relinquit.
 Semper hac freti, nihil furentem
 Ducimus hostem.

Imu

Imus hac tuti, tumidum per æquor,
 Asperas tuti penetramus alpes,
 Viuimus uestro, morimurq; demum
 Munere tuti.
 Vos parum firmis dare robur, sisdem
 Anxios nostis gemitus leuare
 Nuncijs foelicibus, ac subinde
 Visere castos.
 Cœlici ciues, adeo ne uobis
 Exules curæ sumus, ut uacet sic
 Obsequi nobis, pigeatq; nunquam
 Sortis iniquat'
 Nuncijs crebri uoluntatis, inter
 Arduos coelos, humilesq; terras,
 Hinc preces fertis querulas, at istinc
 Dona refertis.
 Porro nos tantis meritis (quod unum
 Possumus) gratos memori camœna
 Reddimus cantus, ferimusq; templis
 Dona dicatis.
 Férias anno referente sacras,
 Cœlat hic festus simulachra fumus
 Hic chorus supplex manibus faceffit
 Vota supinis.
 Quæ patris summi penetrent ad aures
 Semper, ac per uos rata sint precamur,
 O patroni præsidiumq; foelix
 Christigenarum.

DES. ERASMI ROTERODAMI
 Carmen Iambicum, ex uoto dicatum Vir
 gini Vualsingamicæ apud Britannos.

*ὦ χεῖρ ἰσοδύναμη διλογημένη,
 μὴν γυναικῶν θεοτόκος ἢ παρθένος,
 ἄλλοι μὲν ἄλλως σε διδάσσει διαρκῆς,
 ἢ μὲν γε χρυσῶν, ὃ δὲ πάλιν τοῦ ἀργύρου.
 ὃ δὲ τιμῆς φέρων χρυσεῖται λίθος,
 αὐτὸ δ' ἢ ἀπαυτῶσ' οἱ μὲν ὀγιάνευ δ' ἔμας,
 ἄλλοι δὲ πλάττει ἢ τινος γυναικίς
 Κυαντος ὄρα τὸν ὕμνον ἑλπίδην πατρῶος.
 Ἔντις τινος γέροντος ἀδωνες λαχέμ.
 αὐτὸς δ' ἄριστος θυμῶν, πένθος γέμωσ
 Ἐπίχες φέγγες, ὃ γὰρ ἔφεσπ' ἄλλοι
 Δοσῶσ ἀμοιβῶν ἀντελεσάτης, γέρας
 Μείγισον αὐτῶν, θεοσεβῆ τῶν καρδ' ἰαν
 Ἦσασθ' ἀπὸ τῆς ἀμαρτιῶν ἐλευθέρων.
 Ἐν χεῖρ τῶν ὄρασιν.*

DES. ERASMI ROTERODAMI
 Rhythmus Iambicus in laudem Annæ
 auitæ Iesu Christi.

Salue parens sanctissima,
 Sacro beata coniuge,
 Sacratiore filia,
 Nepote sacratissimo.

Domo quid hac illustrius,
 Ornatus uer: Quæ altera
 Tam multiplex habuit decus?
 Tantum una monstrorum tulit?
 Hic hic maritum annis grauem
 Effœta anus facit patrem,
 Est uirgo foeta filia
 Nepos dei uerbum, ac deus.
 Gener pudicus se negat
 Partus parentem uxori.
 At integram iurat, neq;
 Riuale pallet suspicax.
 Ergo Anna mater optima,
 Cumulatus multo tuas
 Lachrymas deus solatus est,
 Quam uel Rebecca, uel Saræ,
 Vel illius, quæ te refert
 Et rebus, & uocabulo.
 Quæ dum silenter anxij
 Proferret æstus pectōris,
 Visa est Heli multo mero
 Amens, parumq; sobria.
 At te pio cum coniuge,
 Amore prolis annua
 Templis ferentem munera
 Procax sacerdos reppulit.
 Heus, inquit, hinc mihi ocys
 Prophana uota tollite.
 Ipsi simul procul procul
 Aris, sacris abistite.
 Vestran deo donaria
 Futura grata creditis?
 Quorum pudendæ nuptiæ
 Præter libidinem nihil
 Luxum & senile scilicet
 Tanto tulere tempore?
 Quo se locorum uerterent
 Vultus pudentum coniugum,
 Repulsa quos tam foeda, tam
 Insignis exanimauerat?
 Ioachim pudorē non ferens
 Gregum ad suorum pascua
 Se proripit, tristis suam
 Recepit Anna se domum.
 Largis uterq; fletibus
 Votisq; pertinacibus
 Orare non cessat Deum
 Ut probe probrum tolleret.
 Cœlum penetrant preces
 Adest ab astris Angelus
 Qui prole promissa, graues
 Lucus iuberet ponere.
 Surgunt alacres, inuicem
 Narrare uisa gestiunt,
 AaA Porta

Tom. 5

LITURGIA

Porta maritus aurea
Se queritantem coniugem
Offendit. Hic latus stupor
Dulces utriusq; lachrymas
Excussit. hinc modicos lares
Iunctis reuifunt gressibus.
Haud uana uox oraculi
Lulit piam senum fidem.
Bis luna nata quinquies
Anum uidet puer peram.
Tanto quidē foelicus,
Fœcunda quanto serius,
Fit Anna filia parens,
Nec filia cuiuslibet,
Sed filia, quæ fertilis
Eademq; uirgo gigneret.
At quem beata gigneret
Summi parentis filium.

Qui sceptra terræ & aetheris
Cum patre habet communia.
Qui deus, & idem homo, necis
Authore uicio per necem,
Vitam reduxit mortuis,
Aperuit in coelos iter.
Oterq; quaterq; & amplius
Parens beata. Nam potes
Iuua præces mortalium
Tuo uacantum cultui,
Nam te patrona quidlibet
Speramus assequi. modo
Voles, uoletq; & filia,
Nec huic petenti pulso
Negare quicquā nouerit.
Amat parentem filius,
Neq; filio negat Pater
Amans & ipse filium.

DES. ERASMVVS ROTERODAMVVS THEOBALDO ;
Bietricio Parocho Burentrutenfi S. D.

LECTIO iam toties in gratiā tuam amice Bietrici, restim etiam opinor, in medio foro ducturus, aut cyclopem saltaturus si tu iusseris: at interim abs te non impetro, ut ex uetere psalta, fias nouus Ecclesiastes. Vbiq; gentium omni genere musices, ac diuersis musicorum organis obstrepitur sanctissima uirgini, quæ quotidie audit angelorum choros, aliquāto, ni fallor, modulatus canentes nobis. Sed non aliunde uenit, quod in pagis & nonnullis etiam oppidis uidemus tantam hominum ruditatem, tantā incitiam rei Christianæ, quā quod uocum & organorum strepitus frequenter audiunt, sermonē euangelicum aut nunquā audiunt, aut perquam raro. Atqui hæc demum est musica, quæ nobis paulatim excantat huius mundi spiritum, & Christi spiritum inferit. Si tantum potuit Amphion sono testudinis, si tantū ualuit Orphei cithara, ut saxa moueret & quercus, quanto plus ualebit cithara David, qui modulis suis spiritum malum depellere solitus est à Saule, quanto erit efficacior euangelica testudo. Fateor bonā Ecclesiastę partē præstitit, qui sobria castaq; uita præluxit ouibus suis, Verum ut hac in parte nihil in te desiderem, excusantur quidam mi Theobalde, qui morum insigni sanctimonia, lingue pensant infantiam, quum utrunq; præstare nequeant, & habet ipsa quoq; uita linguam, ut ita loquar, suam. Sic excusatus est Valerianus episcopus Hipponensis, qui lingua utens aliena, dimidium suæ functionis cessit Augustino. At ego te qui potes utrunq; præstare, non patiar dimidiatum esse pastorem. Ita demum uirgo mater putabit sibi florere suum Lauretum, si quā plurimos allexeris ad amorem filij. Quāquam fortasse iam dudum hoc facis, ad quod te hortor. Adieci conciunculam, ne nō esset integra Liturgia. Bene uale. Basileæ quarto non. Maias, Anno M. D. XXV

INTROITVS.

Laurus odore iuuat, speciosa uirore perhenni,
Sic tua uirgo parens laus omne uirebit in æuum.

VERSVS.

TRAhe nos post te uirgo Iesse Maria. Curremus in odore unguentorum tuorum.
Gloria patri &c.

COLLECTA.

CONDitor, instaurator, & gubernator omnium deus, qui in sanctis quidem tuis omnibus gloriosus, peculiariter tamē in filij tui genitricis Maria, editis per eam, quum in uniuerso terrarum orbe, tum præcipue apud templi Lauretanum innumeris miraculis glorificari gaudes: da quesumus, ut qui te in filio & filium in te pie coluit, quicq; filium in matre &

VIRGINIS LAURETANÆ

IIII

& matrem ob filium uenerantur, coelesti præsidio à malis omnibus liberentur. Per eundem dominum nostrum Iesum Christum.

LECTIO EZECHIELIS C. XLIII

ET conuertit me ad uiam portæ sanctuarij exterioris, quæ respiciebat ad orientē, & erat clausa. Et dixit dominus ad me. Porta hæc clausa erit, & non aperietur, & uir non transiet per eam, quoniam dominus deus Israel ingressus est per eam, eritq; clausa principi. Princeps ipse sedebit in ea ut comedat panem coram domino. Per uiam portæ uestibuli ingreditur, & per uiam eius egredietur.
Vel Efaia XI. Egredietur uirga de radice, usq; ad, Et erit in die illa, adiciet.

GRADVALE

EGressa est uirga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendit, & requieuit super eum spiritus domini.

ALLELVIA

SOLA uirgo Aaron sine fatu germinauit, sola uirgo Maria sine complexu uiri, produxit florem immarcescibilem, Iesum, qui coercuit querimonias populi Israel.

SEQUENTIA

SVme nablum, sume citharā, uirginū decēs chorus,
Virgo mater est canenda, uirginali carmine.
Vocemq; referent accinentes angeli.
Nam uirgines amant & ipsi uirgines.
Iunget carmina, laureata turba,
Vitæ prodiga, sanguinisq; quondam.
Martyr carnificem uincit & edomat,
Carnem uirgo, decet laurus & hunc & hanc.
Cœlitum plaudet numerosa turba,
Virginem sacram canet omne cœlum,
Nato uirginis unico
Nulla est cantio gratior.
Ut cedrus inter arbores, quas Libanus ædit, eminet,
Sic inter omnes cœlites, uirgo refulget nobilis.
Ut inter astra lucifer emicat,
Sic inter omnes lucida uirgines.
Inter cunctorum stellantia lumina florum
Lilia præcellunt candore, rosæq; rubore,
Nec gratior ulla corona
Iesu niuæ genitrici.
Inter odoriferas non gratior arbor ulla lauro,
Pacifera est, dirimens fera prælia, fulmen arcet ardens,
Baccas habet salubres,
Iugi nitet uigore.
Esto uirgo fauens, qui modulis te celebrant pijs,
Iram auerte dei, ne feriat fulmine noxios.
Laurus esto, gaudeasq;
Vsq; Lauretana dici,
Licet in uasti finibus orbis,
Plurima passim fumiget ara.

EVANGELIUM

NUptiæ fiebant in Cana Galileæ, & erat mater Iesu ibi. Vocatus est autē & Iesus, & erat discipuli eius ad nuptias. Et ubi defecisset uinum, dicit mater Iesu ad eum, Vinum non habent. Dicit ei Iesus, Quid mihi tecum est mulier? nondū uenit hora mea. Dicit mater eius ministris, Quodcūq; dixerit uobis, facite. Erant autē ibi lapidee hydris sex positæ secundū purificationē Iudæorū, capientes singulæ metretas binas aut ternas. Dicit eis Iesus, Implete hydras aqua. Et impleuerunt eos usq; ad summū. Et dicit eis, Infundite nunc, & ferte architriclino, & tulerunt. Postq; autē gustasset Architriclinus aquam in

Tom. 5

AaA 2 uinum

uinum uersam, neq; sciret unde esset, sed ministri sciebant, qui hauserant aquam, uocae sponsum, & dicit ei, Omnis homo primo loco bonum uinum ponit, & cum inebriati fuerint, tunc id quod est deterius. Tu seruasti bonum uinum usq; ad hoc tempus.

C O N C I O

Vix oratione consequi quea fratres ac sorores in Christo dilectissimi, quanto gaudio perfundatur animus meus, quum uideo uos tam frequentes, tantaq; cum alacritate ad solennem Virginis matris commemorationem conuenisse. Affectus hic in matrem, pietas est in filium. Mos quidem est ab antiquis traditus, ut in festo die splendidius ali- quod epulum exhibeatur. Uinum autem ego, qui pater sum ac pastor, uobis filijs & uobis meis in domino, e laudatissimo diuinarum literarum penu depromere queam cibum qui non perit, sed saginat ac uegetat animos in uitam aeternam: depromere uinum spiritus, quod sobria temulentia exhilaret corda uestra, ut in medijs etiam huius mundi malis semper cantetis ac spiritualibus hymnis psallatis domino: qui quum in sanctis omnibus gloriosus sit, in matre tamen peculiariter diuitias gloriae suae declarauit. Communibus itaque uotis imploremus illum spiritum, qui superueniens in Mariam, uirginem illud pectusculum consecrauit templum diuinae triadi, & eiusdem illibatum uterum officina fecit admirandi partus, qui nobis prodidit omnibus seculis expectatum seruatore totius mundi Iesum Christum. Primum illud non ignorat charitas uestra, sanctissimae uirginis cultum quatuor in rebus potissimum consistere, in laudibus, in honoribus, in inuocatione & in imitatione. Quorum postremum adeo praecipuum est, ut illa sine hoc sint infrugifera, & hoc unum cetera quoque in se complectatur. Satis enim laudauit Mariam, satis honorauit, satis inuocauit, qui Mariae sobrietate, qui pudicitia, qui modestia pro uiribus imitatur. At qui preposterio iudicio sine fine Mariae laudes canit atque exaggerant, qui cereis, qui donarijs, qui tepulis ac delubris illam honorant, qui prolixis & ambitiosis precibus illius operam flagitant, de imitando quam praedicant ne cogitantes quidem, in periculum ueniunt ne audiant a matre, quod Iudaicus cultor apud prophetam audit a patre: Hic populus labijs me honorat, cor autem eorum procul abest a me. Rursum quum in Euangelio audit a filio: Non omnis qui dicit mihi, domine, domine, intrabit in regnum caelorum, sed qui facit uoluntatem patris mei qui in caelis est. Sit igitur uobis charissimi prima cura, moribus ac uita quantum licet imitari uirtutes Mariae: Ne & ipsa dicat de nobis: Hic populus cantionibus, fistulis tibijs, cereolis & corollis me honorat, cor autem eorum in his rebus est, quas ego semper odi cum filio meo Iesu, in diuitijs, in uoluptatibus, in iustis sceleratis, in turpibus fabulis, in fastu & superbia. Dant mihi principem locum in templis & aris, in pectore eorum mihi nullum locum concedunt. Occidunt mihi: Regina caeli, domina angelorum, uita dulcedo, & spes nostra. Saluator undiquaque titulis honorificentissimis, sed non omnis qui dicit mihi domina domina, intrabit in regnum filij mei, sed qui illius exemplum sequentes obtulerant praecipis dei, quicquid meum exemplum exprimerent studentes, filij gratiam ambiunt, in imitata matre, in qua quicquid imitatu dignum est, filij donum est. Ne credamus igitur sanctissimam uirginem huiusce ieiunij delectari, quibus nonnulli illam certis diebus honorant, in hoc tantum ieiunantes, ut postridie copiosius inebrientur, aut his cantionibus, deliniri, quas illi quidam occidunt libidine luxuque corruptissimi, aut eorum donarijs capi, qui scortis & adulterijs undique conspurcati sunt. Non quod clementissima uirgo peccatores auerseat, sed quos pudet pigetque suae turpitudinis, iam peccatores esse delinunt. Quicquid ingratus est filio, non potest placere matri. Scio nonnullis in locis ostendi Mariae delubra, sericis, argento, auro, gemisq; differtum, ut qui illic adorant uirginem, mammonam adorare uideantur. Quanto gratius esset Mariae, si istae opes erogarent, & impenderent subleuandis Christi membris, in quibus una cum filio quodam modo uel affligitur uel refocillat mater. Si placet simulachrum uirginis, tale fingat qualis ipsa placuit deo, & quale nos imitari potest, pudicitia, modestia, sobrietas in uultu, in totius corporis statu, in uestibus, etiam reluceat. Nunc paucis aperiam, quid potissimum imitari conueniat in Maria, si prius illud admonuero charitate uestra, a nullo neque perfectius neque tutius peti formam ac regulam pietatis quam a filio, tamen certum est nihil esse in matre quod a filij doctrina dissideat. Hic animis attentis estote pueri ac puellae, matronae ac uiduae, uiri, senes & anus, omnibus enim erit quod imitemini in Maria. Scopi sunt hi, uirginea simplicitas, cum summa coniuncta prudentia, summa felicitas, coniuncta cum

cum summa modestia, summa castitas in coniugio, matris sedulitas in officio, intuitum animi robur in sexu fragili. Quam fuerit illi cordi uirginea puritas, uel hinc liquet, quod ad ingressum angeli turbata est, referente Luca. Nimirum intelligebat quam ingens esset thesaurus pudicitiae, sed contra quot insidias obnoxia, quam multae perdidit priusquam scirent quantum boni possiderent. Quantum autem absumunt ab exemplo Mariae uirgines, quae ultro procurunt ad lusus & colloquia iuuenum, angelo longe dissimilium, quae nutibus, facetijs, blanditijs, munusculis & amatorijs epistolis prouocant etiam unde pereat uirginitas. Maria sponsum habebat qui cum sub eodem tecto uiuebat, & tamen ad ingressum ignota formae turbatur, omnia uel tuta timens. Quod sponso nupsit, dedit gentis Iudaicae consuetudini, dedit auctoritati parentum, & tamen uirginitas erat in uotis. Id aperit quum ait: uirum non cognosco. Nam hic uerbum praesentis temporis, animi propositum significat. Multas ab impudicitia deterret infamia. Maria dum amore integritatis negligit infamiam sterilitatis, utrunque promeruit, uidelicet, ut uirgo deum progeneret. Quae uero fronte praedicant se cultrices huius uirginis, quae in ipsa uirginitatis professione nequiter lasciuunt, quae iam anus & effoetae, tamen adhuc intempestua libidine pruriunt, iam quod in muliebri sexu foedum est, multo foedius est in sexu uirili. Quae uirgines uident uolunt, exemplo Mariae totae sint uirgines. Quaedam enim corpus habent intactum, sed culrus non sine fucis parum pudicus est, lasciuunt oculi, lingua petulans est, fractus incessus. Si uere castus est animus, reluceat huius integritas, & in his rebus quae foris sunt. Dixerit aliquis: Quid flagitij est, si uirgo sponsum ambiat? Si uenatur quemlibet sponsum, uirgo non est: in probum, nullum lenocinium efficacius apud bonos quam pudor, quam silentium, quam simplex in cultu mundicies. Est & in matrimonio scortatio, quemadmodum est & castitas deo gratissima. Imitentur coniugati Ioseph & Mariae coniugium, saltem quantum patitur carnis infirmitas. Qui cum uxoribus turpiter certant libidine, qui maiore nequitia cum illis luscitant & confabulantur quam solent cum prostibulis, nec mariti sunt, nec uxores habent pro uxoribus. In matrimonio casto & coniugij usus debet esse uerecundus. Nunc reperit hominum peruersitas, ut cum uxore quoque committatur adulterium. Simpliciter argumentum hoc erat, quod cum adamaret unice perpetuam uirginitatem, tamen animo simplici uiuebat puella cum iuene sponso. Nunc audite huius uirgunculae prudentiam. Nam uirgines fatuas reijcit sponsum. Non statim resalutat Angelum, nec exilit, sed quietam manens cogitat qualis esset illa salutatio. Et rursus promisso partu tam magnifico nec diffidit pollicenti, nec gestit insolenti gaudio, sed modeste quaerit ab angelo, quae ratione futurum esset, quod promittebatur incolumi uirginitatis thesauro. Viderat consuetum pastorum, uenerationem magorum, prophetias Annae & Simeonis audierat, & tamen nihil horum muliebri facilitate effudit, sed tacita colligit & conseruat in corde suo. Certissimum argumentum prudentiae est etiam in uiris, posse tacere tantam felicitatem. Vnde tantum prudentiae in uirguncula, in puella tenera ac rerum imperita? Sera miseraque prudentia est, quae diutina malorum experientia contingit homini. Etiam puellarum ac puerorum peccus implet senili prudentia spiritus sanctus. Purget quisque suum peccus a uicij, ut immigrare dignetur ille spiritus sapientiae largitor. De felicitate uero Mariae quid attinet dicere? quis unquam salutatus est honorificentius ab angelo? cui magnificentiora promissa delata sunt? Legatione ad uirginem mittit ille caeli terraeq; conditor, Gabriel pronubum agit, promittitur proles qualis nulli promissa est. Hic erit magnus & filius altissimi uocabitur, & dabit illi dominus sedem patris eius, & regnabit in domo Iacob in aeternum, & regni eius non erit finis. Quid his pollicitis sublimius? eorum ubi iam fides esset facta per angelum, num tanta felicitas minuit uirgunculae modestiam? Nequaquam, sed auxit potius. Ecce, inquit, ancilla domini. Ex tanto negotio nihil gloriae sibi uindicat, ancillam tantum profiteatur, obediens & sequens quocumque uocaret domini uoluntas. Iam caelesti foetu grauida non dedignatur officij causa uisere cognatam anum & grauidam. Audit ab Elisabeth: unde hoc mihi ut ueniat mater domini mei ad me? Illa tamen sui similis accinit: Respexit humilitatem ancillae suae. Beatitudinem suam praedicat non dignitate, nec dicit quia promeruit, sed quia fecit mihi magna qui potens est: nec dicit, & sanctum nomen meum, sed sanctum nomen eius. Quumque sibi conficia esset quod talem foetum haberet in utero, tamen non fastidit maritum. Quicquid uxor obsequens praestat coniugi, hoc illa multo cumulatius

præstitit Ioseph. Cum illo proficiscitur ad censum quem Cæsar indixerat, cum illo circumcidit puerum, cum illo peragit omnem purificationis ritum, hunc sequitur in Aegyptum. Iam enim angelus Ioseph apparuerat non Mariæ, ut autoritas esset penes uirum: huic hæret rediens ex Aegypto, nec dedignatur uulgo dici cõiunx fabri, nec pudet humilium fratrum ac sororũ, nec moleste fert filiũ suum haberi filium Ioseph, quem & ipsa patrem appellabat Iesu. Nulla unquam fuit uxor quæ reuerentius obediuit suo marito, quam dei genitrix. Audite cultrices uirginis: quid hic dicent nouæ nuptæ, quæ forma & ætate feroculæ sponfos aspernantur suos? quid matronæ quæ dotem subinde maritis exprobrant, nonnunquam & ædibus eos exigunt, perinde quasi dominæ sint non cõiuges? Quid quæ totam domum rixis ac iurgijs subuertunt? Maria religiosissime morem gerit et obseruat suum Ioseph, nec unquam respondat aut præit marito, & uos pudet obsecundare maritis, sine quibus steriles estis & inhonoræ, & quibus uos subdidit simul & domini & apostoli Pauli autoritas? Nec dubium quin quanta obseruantia usa fuit erga coniugem, tanta seculitate curarit filium. Ducit quotannis ad templum, ut à teneris annis monstraret imbibendam pietatem. Desideratum quanta sollicitudine quærit? nec conquiescit donec inueniat. Quid Maria timuit filio suo: num quod leuitatis indicium uiderat in illo? Nequaquam sed uos admonuit matres, ætati teneræ nullã satis magnã curam præstari posse: Fragilis est & in omne uitium sequax. Irreligiose colunt Mariam, quæ suorum liberorum nullam curam gerunt, quasi satis sit genuisse, imò quædã gestationis tedium ac lactandi laborem impijs artibus submouent. Neq; minus peccat quæ malis exemplis inficiunt imbecillem ætatem, quæ balbutientem infantiam docent nequitiam. Maria sollicita est de filio Iesu, & tu prostratus ac produs filium et filiam omni turpitudinis generi: Nimirũ hinc est quod multas pœnitet fœcunditatis, quia bene natos male educant, quum parentum officium peculiariter sit instituisse quàm genuisse. Qui possunt autem bene instituire qui uel foris agunt uel domi turpiter uiuunt, ut ex parentum conuictu filij discant turpiloquium, lasciuam, temulentiam, rixas, aleam, suilitatem, obrectationem? Verum ingens campus se se nobis aperit, si uelimus sanctissimæ uirginis eximias uirtutes ad nostram conferre uitam, sed tamen plurimum utilitatis capiemus si nostros mores undiq; corruptos ad illius exemplum emendare studebimus. Superest ut de fortitudine uirginis non nihil attingamus. Nam utrumq; magnanimitatis est indicium, nec inolescere rebus prosperis, nec aduersis frangi. Quum inclaresceret tot miraculis adorandum Iesu nomen, nusquam legitur sacrosanctam uirginem ullam laudis portionem sibi uindicasse, imò uix ulli miraculo legimus eam interfuisse, nisi quum in nuptijs aquam uerteret in uinum. Audiebat omnia, tacitaq; cõferebat in corde suo, semper ancillæ personam gerens quam fuerat professa. Simili constantia tulit, quum filius unice charus ob Phariseorum insidias crebro periclitaretur, denique cum caperetur, ligaretur, cæderetur, damnaretur, duceretur. Flebant aliæ mulieres & à domino reprehensæ sunt. Quid hic sensit pectus maternũ. Sensu non caruit. Doluit dolore filij, sed affectum humanum spiritus robore coercuit, compressit singultus, repressit erumpentes lacrymas, ac cæteris discipulis metu dilapsis, sola cum Ioanne stabat iuxta crucem filij. Contumeliosæ picturæ sunt quæ repræsentant eã collapsam ac syn copè stupefactam, exanimatam dolore. Non eiulabat, non lacerabat capillos, non percutiebat pectus, non se clamitabat infelicem. Plus capiebat cõsolationis ex redemptione generis humani, quàm doloris ex morte filij. Et hic ancillam se præbuit ei, cui uisum est hoc modo restituere mortaliũ genus. Et feliciter se genuisse cogitabat, quæ salutis autorem generat orbi, publicam felicitatem anteponebat dolori priuato. Vbi nunc sunt fœminæ quæ ob pecuniã amissã, aut leuius etiã malum dolore abortiunt? Vbi uiri, qui ob filio lam defunctã querimonijs ac ploratibus insanis miscent omnia? Maria spectatrix acerbissimæ mortis filij fuisse legitur, plorasse aut quæsta fuisse non legitur. Flebant aliæ mulieres, & præ desiderio sublati domini, quem nõdum spiritualiter amabãt, penè delirabãt: sola Maria pectus inconcussum habens tacet expectans uoluntatem altissimi. Vos fortasse suspicamini rem humilem & infirmam, esse seruam aut ancillam domini, nulla res magis est inuicta. Qui se semel tradidit arbitratui domini, nec alio refert laudem, si quid obtigit felicitatis, nec aliunde sperat præsidium, si res aduersæ premunt, nullis satanæ technis aut terroribus concuti potest. Sed hisce de rebus fortassis aliàs fultius differendũ dabitur oportunitas

tunitas. Nunc dies solennitas postulat, ut ex euangelio quod uobis recitatum est, aliquid ad filij matrisq; gloriam ac nostram salutem decerpamus. Quibus iam adeptum est matrimonium, aut qui student adipisci, libenter audiunt hunc honorẽ habitum coniugio, quod Christus cum discipulis & matre, uocatus ad nuptiale cõuiuium nõ recusari tre, nec dedignatus sit illud insigni miraculo cohonestare. Sed ideo dñs uirgo, & uirginis filius semel honorauit matrimonium, ne nos illud nostris spurcicijs dehonestaremus. Quin & hodie ubi cunq; casto fidelisq; cõiugio cohærent uir & uxor, cõcordibus & animis, pariq; studio pietatis, non dedignatur interesse cum sua matre dñs Iesus. Nec illa grauat pro talibus interpellare filium, si quid defuerit quod ad matrimonij læticiam pertinet, etiam si res familiaris fuerit angusta, si proles numerosa. Vinum enim illud quod largitur Iesus, edulcat omnia, quantum uis alioqui tristitia & acerba. Iam & illud obseruandum, quod ut est pium filios obsequi maternæ uoluntati, ita decet parentum autoritatem cedere functioni euangelicæ. Siquidem hic nihil aliud spectandum est, quàm quid conferat ad dei gloriam & salutem publicam. Quod interpellans mater dicit, Vinum non habent, benignæ cuiusdam sollicitudinis est: quod cedit autoritati filij respondentis in speciem durius. Quid mihi tercum est mulier, prudentis cuiusdã modestiæ est. Rursum quod clam dicit ministris, quod cunq; dixerit uobis facite, admirandæ cuiusdam fiducia est erga filium. Nunc quidam parentes abutuntur autoritate in liberos, dum eos cogunt nolentes inuolui coniugio, aut sacerdotum monachorum uel institutos, seu dum retrahunt à prædicatione legis euangelicæ, dum principis cogit filium suscipere bellum extabile reipub. Princeps em quoniam publicam gerit personã, illæsa pietate respondebit patri, Hic mihi pater non eris, ac magis apud me ualebit reipub. susceptæ ratio, quam priuata patris autoritas. Habet aliquis uxorem ac liberos domi, & mater iubet eum proficisci Cõpostellã, quia sic ipsa uouerit: dicat matri, alibi mater eris, hic audiendus est deus, qui iubet ut meorum curã agam, propter quos pium est etiam parẽtem relinquere. Atq; hæc quidem iuxta sensum humiliorem dicta sunt. At postea quam dñs aquam insipidæ legis uertit in uinum optimũ, æquum est ut nos quoque reconditiorem aliquam sententiam eruamus. Nihil erit magni puellam uiro iungi matrimonio. Maximum est mysterium & ipsis etiam angelicis spiritibus adorandum, spiritum hoc est dei filium cum humana carne, naturam diuinam cum humana coniungi. Amplexus enim est dei filius carnem nostram, & admirabili glutino factum est, ut idem esset deus & homo. Aderat in eodem domino Iesu sponfus & sponsa, aderat in eo conuuiũ uirginitatis ille felix, in quo celebratum est illud ineffabile coniugium, in quo ueluti sancti spiritus officina formatus est ille tergeminus gigas, debellaturus omnem satanæ tyrannidem. Est & aliud cõiugij mysteriũ: Filius dei adamauit ecclesiã, quam purificauit sanguine suo, ut sponsam haberet se dignã, non habentem maculã neq; rugã. Huius amore procius admirabilis descendit è cœlis, uenit in uterũ uirginis, inde trabea nostræ carnis uelatus processit tanquam sponfus è thalamo suo. Hæc nimirum erat illa porta quam uidit Ezechiel, spectans ad ortum solis, unde sedentibus in tenebris & umbra mortis lux exorta est Iesus Christus: quæ clausa mansit ingredienti principi filio dei, & eundem nobis humano corpore ceu ueste nuptiali cõuestitũ, illæso pudoris signaculo produxit. Ex hoc igitur egressus thalamo, duxit sponsam nouã ecclesiam. Duxit indotatam, duxit captiuã, duxit contaminatam, sed in quinatã purificauit sacrosancti sanguinis sui lauacro, captiuã redemit pretiosa morte sua, nudam spiritualibus dotibus altatim locupletauit. Cuiusq; nostrũ anima charissimi, Christi sponsa est. Ingenti pretio redẽpti sumus, ne sponte nostra reuoluamur in seruitutem satanæ: gratis abluti sumus, ne ueluti fues reuertamur in cœnum uitiorum. Semel hausimus doctrinam euangelicam, & spiritum Iesu dulcissimum imbibimus, ne tanta munificentia ingrati recurramus ad adulterum diabolum, sed perseuerãtes in fide baptisimi, qua renũciãuimus satanæ, & omnibus pompis eius, semper meminerimus nos esse desponfos unũ uiro, ut uirginẽ castã exhibeamus sponso Christo, neq; sinamus sensus nostros corruipi serpentis astutia à simplicitate quæ est in Christo Iesu. Merito zelotypus est amator Christus, qui tã chare sibi sponsam asseruit. Demus operam ut huiusmodi nuptijs spiritualibus semper inter simus, per fidem non fictam, & charitatem sincerã maneamus in amplexibus sponsi nostri. Maneamus in uite palmites, maneamus in corpore mēbra, ut per spiritum omnia conglutinantem, quemadmodum ille unum est cum patre,

ita nos unum simus cum illo. Bibat aquā suam frigidam & inspidā synagoga, quæ spon-
sum perdidit. Bibit autem quisquis in ceremonijs, quisquis in rebus externis, quisquis in
uiribus humanis ponit salutis præsidia. Nos in sponsi nostri mensa accumbentes inebrie-
mur uino spiritali doctrinæ, quod nobis largiter effundit sponus, saginemur illius sacro
sancto corpore, potione sacrosancti sanguinis semper iuuenescamus secundum hominem
interiorem, etiam si hic exterior homo collabitur. Qui nondum capaces sunt solidi cibi,
lacte fouendi sunt, donec eò profecerint, ut hunc potum, ut hunc cibum sint idonei sume-
re. Non prius est, inquit Paulus, quod spirituale est, sed quod carnale. Iudæi legem carna-
lem habebant, quam adhuc mordicus tenent miseris nobis qui hausto Christi spiritu spiri-
tuales facti sumus, turpe est semper infantes lac sugere, sed turpius à gustato uino doctri-
næ cœlestis, ad Iudaicam aquā reuerti. Aliorū est à melioribus ad deteriora delabi. Chri-
stus inuertit ordinem, qui postremo loco proposuit optimū uinū, quo semper ab infirmis
proficiamus ad solidiora. Oremus autē dñm ut sponsæ suæ donet uberrimam foecundita-
tem, hoc est, ut quæ latissime propagetur semen euangelicum, & quotidie nascatur uiua so-
boles implens domū dei. Nostris enim uitijs factum uidemus, ut ecclesiæ poteria sic in
angustum contracta sint, & in his ipsis qui nomen ecclesiæ profitentur tā pauci sint, quos
spōsus agnoscat. Alij alios incusamus, idiota principes, populus sacerdotes. Quin illud
concorditer agimus, ut suam quisque uitā corrigat potius quæ insectetur alienā. Sic florebit
sponsa Christi, sic hilarescet nuptiale conuiuiū. Clamat Paulus, Viri diligite uxores ue-
stras, sicut Christus dilexit ecclesiam: neque quisquam oderit carnem suam, sed nutriat ac fo-
ueat illam, honorem deferens uasculo infirmiori, quemadmodum & Christus tulit ac to-
lerat sponfam suā, condonans illi peccata, semperque ad meliora pertrahens. Vicissim uxo-
res iuxta apostoli doctrinam, subditæ sint uiris suis, sicut oportet in domino, sicut inter eos
ea autoritatis & obsequij temperatura, ut uir infidelis seruetur per uxorem fidelem, & mu-
lier infidelis sanctificetur per uirum fidelem. Sic autē optarim omnes frequenter conueni-
re ad laudes uirginis, si dono filij & matris exemplo, suam quisque domū melior redeat, ui-
tjjs aliquid detrahat, uirtutibus aliquid adiungat. Tali cultu delectatur Maria, tali gaudet
filius, cui cum patre & spiritu sancto gloria sempiterna. Amen.

OFFERTORIUM

Quæ est ista quæ progreditur uelut aurora consurgens, pulchra ut luna, electa ut sol,
terribilis ut castrorum acies ordinata

SECRETA

Iesu sponsonum omnium, qui ad suggestionem uirginis matris aqua uersa in uinum
conuiuas exhiberasti, da famulis tuis, ut eiusdem suffragijs adiuti, multo tui spiritus salu-
briter inebriemur. Qui uiuis & regnas per omnia secula seculorum.

COMMUNIO

Beatus Mariæ uirginis uterus qui te Iesu gestauit iuxta carnem, ac beata ubera quæ te
lactauerūt, sed et omnes illi beati, qui diuini sermonis cœlestis semen spiritualiter con-
cipiunt ac retinent, donec gignat in eis uitam æternam.

COLLECTA

Deus cuius gloria pleni sunt cœli & terra, eam ubi uis & quando uis ad salutem ho-
minum proferens, supplices te rogamus, ut qui tuæ benignitati pro beneficijs per
filij tui matrem, quæ apud Lauretanā ecclesiam religiose colitur, sibi collatis gratias agūt,
post hanc uitam innocenter actam, æternis gaudijs perfrui mereantur. Per eundem domi-
num nostrum Iesum Christum.



ANTONIUS de Vergeyo dei & apostolicæ sedis gratia Archiepiscopus Be-
fontinus, uniuersis Christi fidelibus in domino salutem. Monet nos cum ipse
pietatis affectus, qui cunctis Christi religionem professis communiter debet
adesse, tum præcipue munus pastorale quod gerimus, ut quemadmodū ani-
mo discruciamur quoties animaduertimus in grege nobis cōcredito pietatis
studij refrigescere, ita uehementer gaudeamus quoties conspiciamus syncerę pietatis affe-
ctum in animis hominū augescere dilatariq;. Atq; in hos qui student excitadæ augendęq;
pietati hoc sumus fauore propensiore, quod audimus his temporibus exoriri quosdam,
qui nescio quo spiritu ducti, conantē diuorū ac diuarum gloriā obscurare, negates sanctos
uita

uita defunctos uotis fidelij inuocandos, quum nihil possint apud deum, negantes illis
ullum deberi cultū, quū nulla sint illorū merita. Nos uero Christiani populi exemplum
tot ætatum serie ueluti per manus nobis traditū sequentes, tū orthodoxorū longo secu-
lorū consensu probatam sententiā libenter amplectentes, super omnia uero diuinarum
scripturarum autoritate nitentes, religiosum ac pium esse ducimus, iuxta psalmographi
cohortationem laudare dominū in sanctis eius, ac iuxta doctrinā Ecclesiastici, qui dicit:
Sapientiā sanctorum narrent populi, & laudem eorū nunciet ecclesia, toto pectore fa-
uemus sanctorū gloria, sed præcipue uirginis matris, e cuius sanctissimo corpore Iesus
sanctorum omnium princeps & autor in orbē prodire uoluit. Etenim si pium est in o-
mnibus rebus cōditis atq; adeo in culicibus & araneis glorificare dei bonitatē, potenti-
am ac sapientiam: quāto iustius est idem facere in sanctis, in quibus peculiariter expres-
sit argumenta suæ gloriæ: Et si merito ueneramur uiuos homines, in quibus emicat gra-
tia diuina, quum adhuc possint in malum desistere, quanto iustius est, uenerari memo-
riam iam cum principe suo Christo regnantium: & si deus hic multa largitur, interpella-
tus hominum piorum precibus, qui & ipsi nōnunquam egent deprecatore, quāto pro-
babilis est, nec sanctos hinc ereptos posuisse curam fratrum suorū, & deum ad illorum
interuentum, quos iam regni sui confortio dignatus est, multa donare nobis? Quemad-
modum reges sæpenumero quæ per se donaturi fuerant, malunt ad huius aut illius ami-
ci preces donare, si quem uolunt affectibus populi cōmendari. Dominus tot ædidit mi-
racula per sanctos suos adhuc mortali corpore onustos, & incredibile uidet si per eos-
dem iam gloria & honore cœlesti coronatos adit miracula: Qui colit diuos, colit Chri-
stum in diuis, qui laudat sanctos, laudat Christum in sanctis: qui imitatur sanctos, imita-
tur Christum in sanctis suis: qui inuocat sanctos, inuocat Christi auxilium per sanctos:
qui adorat sanctos, adorat dei dona in sanctis. Is enim est in omnibus & super omnia, co-
lendus, adorandus, glorificandus, inuocandus & imitandus. Manet deo sua gloria nulli
communicabilis. Verum ut nō inficiamur omnē gloriā redundare in patrem & filiū
& spiritum sanctum, uelut in fontem principalem & inexhaustum: ita non probamus
illorū conatus, qui obstrepunt his, quia pio affectu colunt & adorāt illos quos deus tan-
to honore dignatur. Nec ideo tollendus est diuorum cultus, si quidam eos superstitione
colunt. Ad hæc sicut fatemur præcipuum esse cultū sanctorū amore dei, si quis illorum
uirtutes quibus deo placuerūt imitetur: ita non dubitamus quin deo sit gratus illorum
pius affectus, qui sanctos quos student pro uiribus æmulari, eosdē etiam religiosi hono-
ribus prosequuntur. Rursus ut fatemur exēpla pietatis rectissime peti à Christo, in quo
perfectissima sunt omnia: ita non est fraternæ charitatis, insectari pios affectus populi
Christum in sanctis admiratis & imitatis. Non aliter quæ solem admiramur in amne relu-
centē, & imaginem e speculo redditam effingimus. Alioquin nō satis pie scripsisset Pau-
lus Apostolus: Imitatores mei estote sicut & ego Iesu Christi. Neque dubitandum est
quin inter omnes sanctorum ordines præcipuus honos debeat uirgini matri. Ad cuius
solum nomen mentes pie solatium aliquid sentiunt. Non est nostrū discutere quo-
modo deus in his aut illis locis per sanctos suos ostendat uirtutem & gloriā suam. No-
stra pietatis est in omnibus adorare dei maiestatem, ac pro beneficijs quomodocūq; colla-
tis gratias agere. His alijsq; rationibus adducti libeter approbauimus missam siue Litur-
giā in laudem eiusdem uirginis apud Lauretum celebris magnisq; miraculorū prodi-
gijs inclytæ, quam nuper composuit uir de studijs ac pietate benemeritus, Des. Eras-
mus Roterodamus. Volumus igitur & assentimur ut quæadmodum quorundam pijs
affectibus interpellati sumus, eadē missa siue Liturgia diebus his quibus solet sanctissi-
mæ uirginis memoria celebrari, in nostræ diœceseos ecclesijs in honorē prædictæ uir-
ginis legatur aut decantetur. Non quod alia sit quæ apud Lauretum colitur, quā quæ
toto terrarum orbe ubicunq; Christi nomen sanctum est, pijs omnium studijs celebra-
tur & inuocatur, sed quod deus pro sua benignitate diuersis locis per genitricē suā, pro-
fert suam in homines munificentiam & misericordiā, quo illius memoriam nobis red-
dat modis omnibus sacrosanctam: & quo spiritualibus præmijs magis prouocemus
hominum studia ad cultum sanctissimæ uirginis, omnibus qui dictis diebus hanc mis-
sam religioso affectu celebrauerint omnipotentis dei misericordiā, eiusque sanctissimæ
matris

matris ac beatorum Ioannis apostoli & Stephani protomartyris suffragiis confisi, quadraginta dies de iniunctis ipsis poenitentibus, misericorditer in domino relaxamus. Datum in oppido nostro Gyaco sub sigillo paruo camerae nostrae, die uigesimo mensis Aprilis. Anno domini M. D. XXIIII.

A. de Vergeyo

Per dictum dominum
reuerendissimum

DES. ERASMI ROTERODAMI DIVÆ GENOVEFÆ
praesidio à quartana febre liberati, Carmen uotiuum.



Iua pij uatis uotiuum soluere carmen
Qui cupit, aspirans uotis sterilem imbue uenam
Mentis, & ut te digna canat, tu suggere uires
Proteatrix Genouefa tuae fidissima gentis,
Gallia quam late triplici discrimine secta
Porrigitur: sed praecipue tibi pars ea cordi est,
Sequana qua hospitibus factus iam animosior undis,
Matrona quas defert, fluitioque admiscet amico,
Pomiferos per agros, per prata uirentia, perque
Vitiferos colles, adopertaque frugibus arua,
Vitreus incedit & ad amplam Parisiorum
Metropolim properans, ad leuam pronus adorat
Arcem uirgo tuam, mox brachia diuidit, atque
Virgineae matris spatiosam amplectitur aedem:
Ac flexu augustam ueneratus supplice diuam,
In sese redit, adque tui cunabula partus,
Ac praedulce solum quo sacra infantula primos
Vagitus dederas, festinat alacrior amnis.
Viculus est humilis, sed tali prole beatus:
Huc igitur properans, obiter uicina salutat
Phana dicata tibi, Celtarum lux Dionysi.
Hac regione diu sinuosus flexibus errans,
In se uoluitur atque reuoluitur, ora subinde,
Ad cunas Genouefa tuas, urbemque relictam
Reflectens, dicas inuitum abscedere flumen.
Est merito cunctis uenerabile Namethodorum,
Cui licet hospitibus monumenta ostendere prisca
Ortus diua tui, fontemque liquore salubri
Vndantem, at potius bis terque quaterque uidetur
Praeside te felix populosa Luteria uirgo,
Cuius tutelam pariter cum uirgine matre
Iugibus excubijs peragis: nec enim illa grauatur
Muneris eiusdem collegam: tu quidem in alta
Sublimis specula late circumspicis agros,
Ac mala propulsas charis minitantia Gallis:
Illa fouet gremio miseros, mediamque per urbem
Audit egenorum ploratus: hic quoque natum
Clementem mater referens, nihilo secus ac tu
Sponsa tuum Genouefa refers mitissima sponsum.
Interea paribus studijs defenditis ambae
Germanos Druidas, ac maiestate senatum
Regali, sed christophilum super omnia regem,
Illos qui populo referent oracula mentis
Diuinæ, hos uarijs ut mixtam gentibus urbem
Aequo iure regant, est uestri muneris ergo

Nulla

Nulla quod hoc auro respublica floreat usquam
Prosperius. Sed tempus adest ut carmine grates
Persoluam Genouefa tibi pro munere uitae,
Ac praena canam, multis e milibus unus
Quos ope praesenti seruasti. Languida febris
Triste tenaxque malum, quod quarto quoque recurrit
Usque die, miseros penitus peruaserat artus.
Consultus medicus sic consolatur, abesse
Diceret ut uitae discrimen, sed fore morbum
Lentum. mox haec uox me non secus enecat, ac si
Dixisset, prius atque quater sol occidat, alta
In cruce pendebris. siquidem est renouata cicatrix,
Dum mihi post multos animus reminiscitur annos
Quod puerum toto febris me haec torserat anno:
Proin erat in uotis mihi mors, quia tristius omni
Morte malum medicus denunciat. hic mihi numen
Diua tuum uenit in mentem, simul optima quaedam
Spes animum reficit, tacitoque haec pectore uoluo:
Virgo sponsa deo gratissima, corpore terram
Quum premeres, semper miseris succurrere solita,
Et nunc plura potes, postquam te regia caeli
Cepit, & es Christo sponso uicinior, huc huc
Flecte oculos Genouefa tuos, & corpore febrim
Pellito: me studijs, sine quibus nec uiuere dulce est,
Obsecro restituas. etenim leuius puto, uitam
Exhalare semel, quam lento atescere morbo.
Quod tibi polliceat, nihil est, nec tu indiga nostris.
Quod superest, grato recinam tibi carmine laudes.
Vix ea fatus eram, nullo cum murmure lingua,
Verum intra arcanæ mecum penetralia mentis,
Prodigiosa loquar, sed compertissima, stratis
Exilio, reddor studijs, uestigia nulla
Sentio languoris, nec inertis taedia febris.
Septima lux aderat, qua se quartana recurrens
Prodere debuerat, sed corpus alacrius omne
Quam fuit ante uiget. medicus redit, atque quid acium
Miratur, uultum speculatur, & ore latentem
Explorat linguam, tum quem uesica liquorem
Reddiderat, poscit: quin brachia denique summis
Pententat digitis: ubi nullas comperit usquam
Morbi reliquias: & quis deus, inquit, Erasme
Te subito fecit alium? quis corpore febrim
Depulit? ac uatem me, quo de gaudeo, uanum
Reddidit? is quisquis diuim fuit, arte medendi
Plus nostra, fateor, multo ualer: haud ope posthac
Nostra opus est, nomen medici uis nosset? Guihelmus
Coptus erat, iam tum florens iuuenilibus annis
Me quamuis aetate prior, perfectus ad unguem
Doutibus ingenij, sophiaque mathemata callens,
Ut si quisquam alius: senio nunc fessus in aula
Francisci regis, procerum inter lumina, cunctis
Charus adoratur, fruiturque laboribus actis.
Hic igitur mihi testis erit grauis, atque locuples
Munere diua tuo reuocatae uirgo salutis.

Quamquam

Quamquam quicquid id est, auctori gloria Christo
 In solidum debetur, honosq; perhennis in æuum.
 Muneris huius erat, quod uiua deo placuisti,
 Muneris eiusdem est, quod mortua pluribus ægris
 Præsidio es. sponso sic uisum est omnipotenti,
 Per te largiri gaudet sua munera, per te
 Gaudet honorari: ueluti lux ignea Phœbi
 Per uitrum splendet iucundius, ac ueluti fons
 Per puras transfusus amat manare canales.
 Hoc unum superest, ut te precer optima uirgo,
 Ne mihi sit fraudi, quod tanto tempore uotum
 Soluere distulerim. patere hanc accedere laudem,
 Tot titulis Genouefa tuis, ut castior usquam
 Nulla fuit, toto non ulla modestior orbe,
 Sic nec in æthereis clementior ulla feratur.

FINIS

DES. ERASMVVS ROTERODAMVS CASTIS/
 simæ puellæ Margaretae Roperæ s. D



IOTIES iam prouocor tuis fororumq; tuarum literis, optima Margareta,
 tam sanis, tam argutis, tam modestis, tam candidis, tam amicis, ut etiam si
 quis titulos detrahat, Thomæ Mori *ymoria rana* possum agnoscere. Ne
 uero semper uideamini cecinisse surdo, studijs quibus obruor, paululū ocij
 suffuratus, hisce diebus Natalijs, parauim unufculum, quod spero uobis
 non ingratum futurum. Quod felix faustumq; sit, Guilielmus Roperus ea morum inter
 gritate, suauitate, modestiaq; præditus, ut ni sponsus esset tuus, germanus uideri posset:
 dedit tibi auspiciatissimas cōiugij primitias, aut si mauius tu illi dedisti: uel ut uerius dicam,
 uterque dedit alteri *no. diop*, quod dissuauietur. En mitto tibi & alterum puerum, multo
 auspiciatissimum **I**ESVM nascentem Iudæis, & mox illucescentem gentibus, qui con
 nubij uestri prouentum bene fortunabit, quicq; studiorum uestrorum uerus erit Apollo,
 cuius laudes pro fesceninis tuis infantulis lyrae poteris occinere. Solus enim hic dignus
 est, qui fidibus, qui fistulis, qui uoce, qui musicis omni genere, sed præcipue modulatis
 pię mentis affectibus iugiter celebretur. Non dedignabitur à talibus coniugibus decanta
 ri, quorum ea est uitæ totius puritas, concordia, tranquillitas, simplicitas, ut ægre repe
 rias utrginitatis professores, qui se aulint comparare. Rarum exemplum hoc præsertim
 seculo, sed quod uideo breui ad plures permanaturū. Habetis isthic Reginam, uelut istius
 sanctissimi chori Calliopen. Sunt & in Germania familia non obscura, quæ neutiquam
 infeliciter meditantur, quod uos hæcenus felicissime præstatis. Bene uale
 non infimum æui Britaniæq; tuæ decus, & totum istum chorum
 mihi saluta diligenter. Basileæ ad Christi natalem.

Anno M. D. XXIII.

COMMENTARIVS IN HYMNVM
 PRUDENTII, DE NATALI PVERI
 Iesu, per Erasnum Roterodamum.



Armen Iambicum primum cōuicijs repertum est, q; breuis syllaba
 addita longæ, uelut exprimat icium ferientis, ac subinde reperentis:
 quemadmodum Pyrrichius tumultum accurrentium ad pugnam,
 uerum posteriores quoduis argumentum accōmodarunt Iambis,
 quemadmodum & Elegis, qui primum inuenti sunt querimonijs.
 Ambrosius hoc genere potissimum est delectatus. in quo illud à no
 bis obseruatum est, quod plerumq; penthemimeris finit dictionē,
 & ab hac dictione trisyllaba claudit dimetrum. Quæ compositio car
 mē facit mollissimū, ut: Deus creator, hæc est pēthemimeris. Sequitur dictione dactylica, o
 mniū. Rursus: poliç; rector; sequitur, uestiēs. Itē: diē decoro, sequitur, lumine, Rursus no
 cte soporis; sequit, gratia. Id frequētius fit apud Ambrosiū, q; ut casus uideri possit. Nec
 infrequenter idē obseruat noster Prudentius. Certe in primis quinq; uersibus cōtinenter
 obseruauit. Quid est quod arctū, post hanc penthemimerim, quæ finit dictionē, addit da
 ctylū. Quanq; in genere carmē omne mollius est, quoties penthemimeris finit dictionē.
 Nō est ignota libertas huius carminis. Recipit em̄ in locis imparis numeri, hoc est, primo
 ac tertio pro Iambo Tribrachyn: utpote respondentem Iambo, non in syllabarū, sed tem
 porum numero. Nam longa geminū habet tempus. Præterea spondeū, & huic in tempo
 ribus respondentes, Dactylum & Anapestum. In locis uero paris numeri, hoc est secun
 do & quarto, non recipitur nisi Iambus, nisi quod secundus admittit etiam Tribrachyn.
 Nam quartus nō patitur nisi Iambū aut Pyrrichium. Ambrosius tamē hac libertate ue
 recētius est usus. Anapestus gratiā habet primo loco, in tertio nō item. Dactylus utroq;
 loco durior est. Veteres Iambicum ex meris Iambis cōtēxebant, quæadmodum sponda
 cum ex meris Spondeis. Posteriores quo carminis celeritatem temperarent, Spondaem
 admiscuerunt. Et hoc carminis genus putant esse mollissimum, quod alternat Spondaes
 & Iambis, qualia pleraq; sunt Ambrosiana & Prudentiana. Iam lucis orto sydere, iam sol
 recurrens deserit. Est autem inuidum & affectui congruens exordij, à dubitatione. Quid
 est quod arctum. Porro subitū illud conuenit poetę, uelut afflato prophetico spiritu, quo
 nihil dubito quin afflatus fuerit, quū hæc scriberet. Est autē illud hominis uere pię, nihil nō
 uertere in occasionē pietatis. Itaq; Prudentius, quod à solstitio brumali dies incipiunt cre
 scere, torquet ad cōiecturam pueri Iesu, iam properantis ad exordium, quū idem fiat sin
 gulis annis. Nec em̄ ideo dies crescebat, quod Iesus nasceretur, sed quod sol ingressus
 capricornum, citius relinquat oculos eorum, quorū orizon est sub sphæra obliqua, extra
 æquatorem habitantū: quemadmodum ubi sol accedit in cancrum, isdem dies est longi
 or. Quoniam autē in rebus diuinis nihil fortuito geritur, non sine causa tempus hoc anni
 delectum est natiuitati Iesu. Restiterat ubiq; charitas. Ignorantiæ tenebris & caligine ui
 torum obductus erat mundus. Philosophos tradiderat deus in reprobum sensum, quoq;
 sibi magis uidebantur sapere, hoc erant stultiores. Pharisei suis cupiditatibus cæsis ex
 cæcati, non perspiciebant, quid sibi uellet lex spiritalis. Reges & monarchæ, quorum
 arbitrio res humanæ temperabantur, lapides & ligna pro deo colebant, quosq; mortales
 adorabant ut dijs proximos, hi maiestatem suā mutæ statuę submittebāt, supplicantes his,
 qui mente uacabant: opem implorantes ab his, qui sibi ipsi nō ualebāt opitulari. Quædā
 gentes eō uesaniae deuenerant, ut simias, canes, serpētes, boues, ac cepe pro numinib; ue
 nerarentur. Erant apud quas piūm haberetur, maciāte patētes, & horum uesci carni
 bus. Erant apud quas religiosum erat, infantes incendio tradere. An non hæc erat altissi
 ma nox? An non lux illa nature, quam deus primum aspererat homini, sic in arctum erat
 contracta, ut penē fuerit extincta? An non & legis Mosaicæ lucerna: qua deus rursus co
 natus est nostris tenebris succurrere, per phariseos cæcorum, cæcos duces, erat prope
 modum obruta sensu carnali? Habes noctem & quidem brumalem. Frequenter autem in
 mysticis literis dominus Iesus lucis uocabulo designatur. Sic Elias: Populus qui sede
 bat in tenebris, uidit lucē magnā: & habitantibus in regione umbræ mortis, lux orta est

eis. Et Zacharias: *Visitauit, inquit, nos oriens ex alto. Illucescere his, qui in tenebris et in umbra mortis sedent. Quin & ipse dñs se uocat lucem mundi. Quod enim sol est in hoc mūdo uisibili, hoc Christus est in mūdo spiritali: quo qui caret, quantumuis doctus, quantumuis ingeniosus, quantumuis eloquens, cæcus est. In uniuersa uero mundi fabrica, nihil admirabilius sole, qui fons est luminis, omnia gignēs, alens, prouehens, confirmans uiuificans, uegetās, omnia exhilarās, omnia prodens & arguens, omnibus reddens suum colorē, suamq; faciē restituens. Idē efficit exorta ueritas Euangelica, qui est Iesus Christus. Ignorantia ueri nox est, peccatum mors est. Qui uiuunt, in luce uersari dicuntur: & qui uitam relinquunt, sub tenebras abire uulgo dicuntur. Nox autem somno data est, & somnus mortis imago est. Itaq; mortales noctu quodammodo mortui sunt, donec exortus sol expergeficiat omnes ad uitā. Quemadmodū sol hic, quem oculis corporeis cernimus, nunq; amittit lucem suam, siue cernatur, siue non cernatur: sed tamen nobis nox est, quoties interiectus terre semouet illū ab oculis nostris: ita Christus nunq; mutatur in sese, uerum quorundam animis exoritur, atq; ibi dies est: quorundā nō exoritur, ibi nox est. Quem admodum autem sol, quum abditur, dicitur occidere: quum exoritur, nasci: sic enim Flaccus, aliusq; & idem nascens: Sic Christo oriri nasci est. Semper autem à patre nascitur, ueluti radii aeterni, à sole sempiterno. Nobis autem exortus est alio modo, cōdita huius mundi mirabili machina. Rursus pijs mentibus frequenter exoritur, ac in diuersum muratis occidit. Sed uisibiliter exortus est, prodiēs homo factus ex utero castissimæ uirginis. Hæc enim erat illa mystica porta spectans ad Orientem, unde emerit unicus ille sol, illuminans omnem hominem uenientem in hunc mundum. Hic nobis sit modus præfationis, licet non ad rem. Nunc ipsum Pindarum nostrum audiamus.*

Quid est quod arcum circum
Sol iam recurrens deserit?

Christus ne terris nascitur,

Qui lucis auget tramitem?

Omnia corpora cœlestia, ut sunt sphericæ figuræ, quæ putatur esse perfectissima, ita motum habent sphericum. Quæ proxima sunt polis, arcuore circulo circumaguntur. Circulus brumalis non habet nisi octo horas diei in orizonte nostro, quum circulus solstitialis alicubi habeat sedecim, alicubi octo decim: unde uocat arcum, non quod sol minus consistat spacij, sed quod quibusdam paucioribus horis appareat, ob sphericæ obliquitatē. Recurrens, apto uerbo est usus, quasi sol gestiat ac festinet augere diem ob exortum pueri.

Heu quam fugacem gratiam

Festina uoluebat dies,

Quam pene subductam facem

Sensim recisa extinxerat.

*Fugacem. Quum fugax significet fugientem, tamen iuxta nominis rationem magis ut detur dictum à fugando quam fugiendo. Venuste dixit, gratiam, lucem, qua nihil lætius, quum nox adferat mœrorē: & fugacem dixit, properantem abire, Est gratia emphasis & in uoluendi uerbo. Sensim recisa, quod in sensibilibus gradibus sol ascendat aut descendat in zodiaco. Subductā facem *si dicitur dixit. Nam hoc ipsum est extinguere diem, subducere facem. Est aut non iniucunda phantasia poetica. Fax circumfertur, ac paulatim decreuit, donec plane deficiat. Exaggeret autem molestiam diei tam breuis, ut amplificet gratiam diei crescentis.**

Cœlum nitescit lætius,

Gratatur & gaudet humus.

Scandit gradatim denuo

Iubar priores lineas.

Habet & cœlum suam quodammodo faciem: obductum nubibus, triste dicitur: quū sudum est, dicitur lætius: hoc est enim proprie nitescere. Gradatim. Nam signa per quæ sol ascendit ac descendit, per gradus distinguuntur ab astrologis. Lineas, translatus est à stadiis

dijs, ubi linea præscribitur, unde cursus incipit. Sic & Astrologi lineas quasdam imaginantur in cœlo, per quas feratur, sic, ut nobis nunquam eadem redeat linea. Priores autem dixit pristinas. Nam prius nonnunq; dicitur, quod potius est ac melius.

Emerge dulcis pulsio

Quem matris ædet castitas,

Parens & expers coniugis,

Mediator & duplex genus

*Iam uelut auidus exorituræ lucis, per apostrophē inuitat infantem, ut emergat è uirginis corporis latebris. Dulcis, epitheton est filiorum. Sic Flaccus: Domū atq; dulces liberos. Pulsio, diminutiuum est à puero, aptū blandienti. Aedit pro parit. Et matris castitas dictū est tropo, pro casta mater. Iuxta naturæ uulgarem cursum, mulier nec concipere potest, nec parere, nisi uiolata mēbranula, quæ uirginē distinguit à corrupta. Sed dei filius sic illapsus est per aurem uirginis in sanctissimum uterum eius, ut nullam corporis partē uiolaret. Nascens tamē prodijt ex ea parte corporis, qua solēt & cætera mulieres parere. Quamuis aut hoc non palam expriment Euangelistæ, partum hunc non aperuisse uirginis uterū, sed illa pudoris signaculo prodisse, sine dolore mixus, sine diductione partis, qua foetus emergit, sine repugnantia, quæ foetum comitari solent, tamē plausibilis est, ac magis piū, mea sententia, credere, quod à doctissimis simul ac sanctissimis patribus traditū est. Parens & expers & cætera. Hi duo uersus duriuscule coherent cum superioribus. Sic aut ordinandi sunt castitas, hoc est, uirginitas: parens, id est, genitrix, pro eo quod erat absq; tropo: uirgo parēs, hoc est, mater: et tamē expers cōiugis, id est, inactio marito. Iam mediator & duplex genus referendum est ad id quod præcessit, Emerge dulcis pulsio, mediator & cætera. Mediator apud Latinos auctores non inuenitur. Sed nos exprimus Græcam uocem, qua apostoli sunt usi, *μεσiτης*, à uerbo *μεσiτυ*, quod Latini nesciunt. Coniungit autem in utroq; duo miranda: in matre foecunditatem coniunctam uirginitati, in puero diuinam naturam cū humana copulatā in eadem hypostasi, unde & duplex genus appellatur. Decebat autem, ut qui genus humanum deo recōciliaret, utriusq; naturæ particeps esset. Oportet enim intercessorem utriq; parti familiarem esse.*

Ex ore quam libet patris

Sis ortus, & uerbo æditus:

Tamen paterno in pectore

Sophia callebas prius.

Esaias ita loquitur de Christo. Generationem eius quis enarrabit? Quod non solū de natiuitate diuina dictum uidetur, uerum etiam de humana. Est autem quadruplex Christi natiuitas. Iuxta eam, quæ nec cogitabilis est homini, sine initio, sine fine semper à patre nascitur, semper natus fuit, deus ex deo, omnipotens ex omnipotente. Quod enim est homini sensus aut cogitatio tacita mentis, hoc filius dei est patri. Est enim aeternæ mentis, aeterna cogitatio. Mens aut gignit cogitationem, & cogitatio iam in animo concepta, sermo quidem mentis est, quo homo sibi loquitur. Hæc imago utcunq; nobis adumbrat natiuitatem illā, quæ nec initium habuit, nec finem est habitura: quia sic filius nascitur à patre, ut de patris substantia nihil decedat: sic pater producit filium, ut tamen filio nō sit prior. Cæterum condito per filium mundo, pater nobis uelut eloquutus est uerbū, & quodāmodo rursus idem genuit, nobis illud reddens aliquo pacto uisibile, quod erat inuisibile. Conspicitur enim in rebus conditis admirabilis dei sapientia, qui est dei filius, & dei sermo. Ex ore) Deus nec os habet, nec ullū membrum humani corporis, quemadmodum somniabant olim anthropomorphitæ, quod in diuinis literis crebra sit de mēbris dei mētio. Ne auertas faciem à me. Auribus p̄cipe clamorē meum. Nō nne manus tua fecit hæc omnia? Inueni uirum secundum cor meum. Oculi domini super iustos. Fecit potentiam in brachio suo. Et cœlum mihi sedes est, terra scabellum pedum meorum. Quoniam autem de sermone loquitur, q̄ est filius dei: quatenus filius est, nasci dicitur: quatenus sermo, proferri. Ex corde nascitur, ex ore profertur, quum cor & os dei nihil aliud sit, q̄ ipse deus gignens ac proferens. Quamlibet recte docet Valla, quanq; & quis soleri præponi in ora-

tionem quæ constat duabus partibus, ut: Quamquam alienus es, tamen te ut Christianum amicum. Quamuis sis diues, non ideo ius habes in nos. Contra fit in quamlibet, quæ proprium uerbum non habet, sed subicitur: sic tamen, ut oratio possit in geminam: resoluatur, non enim potest si facit te, quamlibet diuitem, uel quamuis diuitem. Nam quamuis utramque naturam obtinet. Hanc annotationem Vallæ uidetur neglexisse Prudentius. Et haud scio, an alicubi reperitur etiam apud probatos auctores. Certe apud Aurelium Augustinum reperio. Et uerbo aditus) Non est accipiendum, sermonem termonem esse prolatum, quasi duo sint sermones, alter proferens, alter prolatus, quod ab hæreticis quibusdam somnium est, sed uerbo dixit, pro ipsa prolatione. Quemadmodum enim sensus in animo nostro conceptus, qui prius diuina dicebatur, ipsa pronuntiatione fit λόγος, sic sermo dei ante conditum mundum semper nascens ex corde patris, nec inde recedens, sapientia eratica de prompta per menditum conditum, sermo nobis esse coepit, per quem pater nobis loquutus est. Tamen paterno in peccatore, Sophia callebas prius. In sophia produxit syllabam mediam sequutus accentum Graecum, quemadmodum & alicubi idem sequutus, corripit mediam in idola, & penultimam in paracletus. Callebas, ut legas per geminum II. metri ratio cogit. Positum est autem callebas, pro sapiebas: non quod in filio dei prius sit sapere, quam nasci, sed quod ante mundum conditum sermo dei latebat in corde patris, æterni patris sapientia. Proinde Prudentius auctor mittit hoc loco generationem illam, quæ nescit ininitum, de qua tamen abbi loquitur in hymno Trochaico: Corde natus ex parentis ante mundi exoritur: ut prior pars, sis ortus, pertinet ad primam illam generationem ac perpetuam: quod sequitur & uerbo aditus, pertinet ad mundum conditum, ad quem refertur prius aduerbium.

Quæ prompta coelum, condidit

Noctem diemque & cætera.

Virtute uerbi effecta sunt

Hæc cuncta: nam uerbum deus,

Prompta, id est, prolata siue deprompta. Sic enim legis: Fiat lux, & facta est lux. Condidit. Per uerbum pater condidit mundum, non tantum per instrumentum, quemadmodum faber dolabro utitur ad fabricandum, sed filius una cum patre condidit. Patri tamen tribuitur auctoritas, quod ab hoc sit filius & spiritus sanctus. Virtute uerbi (ita Paulus ad Hebræos, per quem fecit & secula. Potens est regum sermo, sed sermo dei est omnipotens. Proinde non mirum, si mundum hunc condidit. Nam sermo hic, sic manat à deo, ut sit & ipse deus: & sic depromitur ex ore patris, ut non recedat à corde patris. Ex rebus enim conditis, nihil accedit aut decedit naturæ diuinæ, quæ prorsus est immutabilis. Docet hoc Prudentius in his quæ sequuntur.

Sed ordinatis seculis,

Rerumque digesto statu,

Fundator ipse & artifex

Permansit in patris sinu.

Scriptura sacra subinde secula uocat, quicquid in tempore conditum est, & ante secula quod ante mundum conditum. Ordinatis. Alludit ad Chaos, in quo confusa erant omnium rerum semina. Sic & Naso:

Rudis indigestaque moles,

Nec quicquam nisi pondus iners, congestaque eodem

Non bene iunctarum discordia semina rerum.

Sic in Genesi diuiditur lux à tenebris, diuiduntur aqua ab aquis, segregantur aqua & exstitit arida. Distinguntur species rerum à terra nascentium, distinguuntur animantium formæ, & suis cuique locus, sua cuique uis tribuitur: hoc est quod ait, rerumque digesto statu. Fundator ipse & artifex. Qui fundat incipit, artifex perficit ac regit. Pro uerborum octauo: Quando appendebat fundamenta terræ, cum eo erant tunc cuncta componens. Per filium sunt inita mundi, per filium digestus est, per filium gubernatur, per filium restitutus est, per filium consummabatur. Ipse dixit, pro idem, ut digesto pro distributo. Neque enim digere est concoquere, sed in suum quemque locum disponere. Et sinum appellat peccus siue

Nam

Nam sinus locus est cordis, unde: In sinu gaudere. In sinum effundere.

Donec rotata annalium

Transuoluerentur milia,

Atque ipse peccantem diu

Dignatus orbem uiseret.

Semel deprompta sapientia, condidit & digessit mundum quum non esset. Iterum prolata, restituit mundum collapsum, hoc est hominem: cuius gratia condita fuerant omnia. Rotata, quod circumuolutione celestium orbium distinguantur dies, menses, anni, & secula. Milia. Nam ab orbe condito usque ad Christum, supputantur supra milia quinquecentum nonagintanoue. Atque ipse peccantem diu) Quonia frustra per Moysen lex data erat, frustra missi tot prophetae, uenit ipse dei filius homo factus. Sic enim loquitur Psalm. 99. Holocaustum & pro peccato non postulasti, tunc dixi: Ecce uenio. Rursus apud Esaiam: Ego ipse qui loquebar, ecce adsum.

Nam caeca uis mortalium

Venerans inanes natiuitas,

Vel æra uel saxa algida

Velligna credebat deum.

Vim appellat multitudinem. Nec enim omnes colebant simulachra. Aut uim dicit, ut uires hominis distinguat à gratia dei. Semel collapsi per peccatum Adæ, nihil aliud quam peccabamus, semper in deteriora prolabant. Inanes natiuitas. Natiuitas appellat simulachra quibus ueteres tribuebant mentem diuinam, quum nec humanam habeant, tamen si gerunt speciem hominis. Quamuis enim natiuitas usurpemus pro nugis quibuslibet, tamen proprie natiuitas est cantio funebris, quæ frustra cantitur mortuo. Reperitur & pro epitaphio. Porro simulachrorum cultus primus hinc natus est, quod parentibus regibus, aut alioqui benemeritis de genere mortalium, à morte ponebantur statuae, & his diuini honores exhibebantur. Quin Romæ solennis erat mos, Cæsares extinctos in deos referre.

Hæc dum sequuntur perfidi

Prædonis in ius uenerant:

Et mancipatam fumido

Vitam barathro immerferant.

Christus dominus est omnium. Diabolus tyrannus est, & prædo, qui sibi uindicauit quod erat alienum. Ille primus pellexit ad peccandum. Per peccatum autem regnabat, & per peccatum inuecta est mors. Porro quisquis perpetrat peccatum, seruum se facit peccati. Et qui peccato est obnoxius, trahitur in ius & potestatem Satanæ. Atque hoc chirographo totus mundus erat obnoxius diabolo. Perfidos autem uocat, quod desciscens à conditore ac rege deo, defecissent ad muta simulachra. Vita barathro) Hoc notat quod dixi, quod peccatum inuasisse mortem. Per iustitiam regnum est dei & per iustitiam uita. Per peccatum tyrannus est diabolus, per peccatum est mors. Barathron Græca dictio est, significans locum profundum & obscurum, in quo seruantur nocentes, siue uoragine, quæ sit uios absorbent, aut maria. Potest accipi de inferis, quod tum migrabant etiam piorum animæ, aut de morte æterna.

Stragem sed istam non tulit

Christus cadentium gentium,

Impune ne forsan sui

Patris, periret fabrica.

Stragem à bello ductum uerbum, à sternendo. Nam late patebat tyrannis Satanæ, ac uelut impune regnabat, totas nationes detrahens ad inferos. Impune, id est, nemine uindicante, seu defendente. Frustra conditus erat mundus, si periret homo, cuius gratia conditus fuerat. Causam aperuit, quare deus homo nasceretur.

Mortale corpus induit

Ut excitato corpore

Tom. 5

Bbb 3 Mortis

Mortis catenam frangeret,
Hominemq; pertraret patri.

Inscrutabile consiliū est dei, quare sic passus sit hominem labi in peccatū, & quare sic uoluerit illum à peccato liberare. Conueniebat autē ut homo redimeret hominem, & per mortem mors tolleretur. Quod mortuus est, erat humanæ naturæ, quod resurrexit, erat uirtutis diuinæ. Per mortem Christi abolitū est peccatū. Per resurrectionē, data est nobis spes immortalitatis. Hominē portaret patri) Alludit ad duas parabolas euāgelicas; altera est de oue erratica, quā pastor reportauit humeris suis. Pro nostris em peccatis afflicus, cæsus ac moriens; nos suis humeris impositos reddidit patri. Altera est de Samaritano, qui saucium imposuit iumento suo. Iumentum, hoc est, corpus assumptum.

Hic ille natalis dies,
Quo te creator arduus
Animauit & limo induit,
Sermonē carnem glutinans.

Hic ille. Nam erāt & alij dies natales, ut ita loquar. Hic est dies, qui nos asseruit patri. Per apostrophē sermonē uertit ad filiū. Creator. Dicit & sapiētia dei creata, pro eo quod est, genita; quanquā hic creator mundi potest intelligi. Animauit. Notat aduersus hæreticos hypostasim Christi, trib. cōstare naturis, diuina, anima humana, et corpore mortali, qd hic limū appellat: eō qd primus ille parēs ē limo factus sit, cui deus insufflauit spiritū uitalem. Sermonē carnē. Sermonem appellat filium dei, quod uocabulū illi proprie cōuenit iuxta naturā diuinā. Inter corpus mortale & diuinā naturā, quasi glutinū fuit anima Christi.

Sentis ne uirgo nobilis
Matura per fastidia
Pudoris intactum decus
Honore partus crescere?

Rursus à filio sermonē flestit ad uirginē gravidam. Et interrogatio facit ad affectus alicritatem. Nobilis) Sola enim uirgo peperit, & deū peperit. Quāq; iuxta carnē quoq; genus duxit ē stirpe Dauid. Matura p fastidia) Matura dixit tēpestiua. A fastu & tædio dictum apparet fastidium. Hoc quoties ad animum refertur, sonat in uitium. De grauida uero dixit Vergilius: Matri longa decem tulerint fastidia menses.

Tumorem uteri fuisse in Maria, dubium non est, an senserit & gestationis tædium, incertum. probabilius est non sensisse, quemadmodum nec cruciatum in partu. Eūq; ueteres pariunt cū dolore, quoniā cū pruritu libidinis cōcipiunt. Eua noua, quoniā in cōceptu uolūptatis titillationem non sensit, iure creditur ab omni gestadi parēdiq; molestia fuisse immunitis. Pudoris intactū decus) Virginitati etiā apud ethnicos suus est habitus honos. Est em uelut præcipuus decor ac flos humani corporis. Cōiugatis autē ut probro dabat sterilitas, ita gloriosum erat marito similitē prole ædere. Sola Maria laudem utranq; tulit, & integritatis inter uirgines, & fœcūditatis inter cōiugatas. Nā ut multę numerosius pariat, certe nulla peperit felicius. In alijs honor materni nominis ita succedit uirginitati, quæ admodū fructus succedit flori. In Maria uirginitatis gratia non est uiolata, sed cumulatā dignitate partus.

O quanta rerum gaudia
Aluis pudicæ continet,
Ex qua nouellum seculum
Procedit, & lux aurea.

Multi putāt Sibyllā Cumanā, uaticiniū quod Verg. in Bucolicis alio detorsit de Christo prodidisse. Ex poetarū fabulis discimus, Sub Saturno, quoniā mores hominū erāt in corrupti seculum aureū fuisse; huic successisse argenteū, morib. longe deteriorib. Deinde uenisse ferreū, omnib. ita corruptis, ut ne uestigia quidē extarent prisce probitatis. Iesus autē natus renouauit omnia, & aureā etatē nobis reduxit. Sic Vergil. ex sententia Sibyllæ. Magnus ab integro seclorum nascitur ordo. Iam redit & uirgo, redeunt Saturnia regna; Iam noua progenies cælo demittitur alto.

O quanta rerum. Rerum addidit festiuitatis causa, quasi muta quoq; & inania senserint

rint uoluptatē, nascente Iesu. Nouellum seculū) Verus Adam docuit suos peccare: nouus Adam, qui est Christus Iesus, docuit innocentiam & obedientiā. Paulus iubet ut exuamus ueterem hominem, hoc est, affectus malos, & induamus nouum, hoc est, agnum illum, qui in Apocalypsi loquitur. Ecce ego noua facio omnia. Et apud Esaiam dicitur. Pater futuri seculi, princeps pacis. Non est autem pax impijs dicit dominus. Et lux aurea. Alludit ad aureum seculum, quanquam solis fulgor proprie dicitur aureis. Lux habet lucem, sed non auream. Eximiam autem lucem uocat auream.

Vagitus ille exordium
Vernantis orbis protulit.
Nam tunc renatus sordidum
Mundus ueternum depulit.

Vagitus nomen à sono fictum, quod huius dictiōis primam syllabam fœtus masculus proreperis ab utero matris soleat edere. Nam fœminę uoce tenuiore magis sonant ue. Parum felix auspiciū huius uitæ tot malis obnoxig. Qua de re uide Plinium libro 7. cap. 1. In Christo cōtra uagitus indicabat mundum renasci; quandoquidem qui baptizatur in Christum, per illum renascuntur, ac deposita uetustate prioris malitiæ, quasi modō geniti infantes, lac animi concupiscunt. Vernantis orbis.) Habet & autumnus senium suū. Extremus autumnus respondet senectū decrepita, siccus ac frigidus. Bruma ueluti fouet in utero fœrum humidum & calidū. Eum uer uelut ædit donec adolescat. Aestas uirilis est ætas anni, unde dixit, uernantis orbis, quasi renascentis. Caterum in illis regionibus ubi natus est Christus, hyems multo breuior est, quam apud nos. Quandoquidem & Romæ post sextum decimum diem Ianuarij, iam terra meditatatur repubescere. Nam tūc renatus sordidum.) Nondum renatus erat mundus, quia nondū passus fuerat Christus, uerū is natus erat, per quē omnes renasceremur. Veternus morbus est senibus familiaris, qui somnolentiam inducit ac litum. Vnde Terentius ueternofum dixit, senilem eunuchū ac flacidum. Addidit sordidum, quod iuuentus habeat nitorem. Alludit autē ad hyemem, in qua squalēt ac torpent omnia: unde & ignaua dicitur à poetis, quod tū cessent agricolæ.

Sparnisse tellurem reor
Rus omne densis floribus,
Ipsasq; arenas syrtium
Fragrasse nardo & nectare.

Non est fabulosum Iesu natiuitatē plenā fuisse gaudiorum, Conceptionē blando alio quo nunciat angelus. Nato puero celestis auditur musica. Ostenditur subita lux, pastoribus, annunciatu gaudium magnū, ad stellæ fulgentis indicium accurrunt Magi. Caterū quod hic narrat Prudentius, iuxta tropologiam est intelligendum; quæ admodū & illa quæ scribit Esaias cōsimili tropo. Habitat lupus cum agno, & pardus cū hædo accubabit, uulcus & leo & ouis simul morabuntur; uulcus & ursus pascentur simul, requiescēt caruileorum. Et leo quasi bos comedet paleas. Et delectabitur infans ab ubere, super foramen aspidis, & in caerna reguli; q ablaclatus fuerit, manū suā mitter. Itē propheta Iohel: Stillabunt montes dulcedinē, & colles fluent lacie, & per omnes ritos Iudææ fluent aquæ & cætera. Similiter & Amos: Et stillabunt montes dulcedinē, & omnes colles culti erūt. Hæc enim in speciem nō uidentur admodum dissimilia his quæ scribit Vergilius: At tibi prima puer nullo munuscula cultu, Errantes hederas passim cum baccare tellus; Mixtaq; ridenti colocalia fundet acantho. Ipsæ lacte domum referent distenta capelle; Vbera, nec magnos metuent armenta leones, Ipsa tibi blandos fundent cunabula flores. Occidit & serpens, & fallax herba ueneni Occidet, Assyrium uulgo nascetur amonim. Ceteraq; quæ prosequitur ille ex Sibyllæ uaticinio. Adhęc nimirū alludit Prudentius, rus appellas homines incultos, nullis florētes uirtutib. Syrtis barbaras nationes quarū feritas & immanitas uix ullis disciplinis uidebatur posse mansuescere. Hæc p. Christū factæ bonus odor deo in omni loco, quæ admodū inqt Paulus, pietatis fragrantia superat ac nardum.

Te cuncta nascentem puer
Senserē dura ac barbara.
Victusq; saxorum rigor
Obduxit herbam cotibus.

Aperit allegoriam. Sentit de Scythis, Gothis, Hybernis, olim saxis ac scopulis simili-
ores q̄ hominibus. Hinc occasio ueteris fabulæ de Amphione, qui testudine suo mouit
saxa. Et Orpheo, qui cithara sua quercus post se traxerit. Fortassis hinc & Saxonibus in-
ditum olim nomen. Nulla natio tam aliena fuit ab omni humanitate, nulla tam bruta &
effera, quã Christi iugum non emolliet, ac cicurabit. Hoc enim est quod promiserat per
Osæ prophetam, ut ex non populo fieret populus dei. Et iuxta Paulum, uocetur ea quæ
non sunt, tanq̄ sint. Saxorum rigor) Rigidū dicitur, quod frangit possit citius, quã fle-
cti. Vnde & saxorū rigor dicitur, et hyemis rigor, quod gelu reddat omnia fragilia. Erant
olim gentes adeo ferae, ut nec legibus, nec armis, nec Græcorum disciplinis possent man-
suescere. Solus Christus ex silicibus fecit homines. Nimirum hoc erat, quod dominus mi-
nitabatur Iudæis, quod deus potens esset de lapidibus suscitare filios Abraham. Quod mi-
natus est, fecit. Obduxit herbam) Hoc uerbum est ex eorū genere, quibus in eodem sen-
su bifariam utimur. Aspersit illi labem, & aspersit illum labe. Induit illi tunicam, & induit
illum tunica. Sic obduxit herbam cotibus, & obduxit cotes herba. Cotibus dicitur est, pro
cautibus, quemadmodum plostrum pro plaustrum. Et haud scio an Prudentius scripserit
cautibus. Traxit & Vergilius hinc comparisonem duræ mentis & implacabilis:

Quam si dura illex aut stet Marpesia cautes.

Iam mella de scopulis fluunt,

Iam stillat illex arido

Sudans amonum stipite,

Iam sunt myricis balsama.

Plus dicit quam Vergilius: Et duræ quercus suabndt rosida mella, Scopulimadent
potius aspergine salu maris. Illex est genus glandiferarum. Et poeta frequenter abutun-
tur specie pro specie. Sudans amonum. Amomum est frutex, dicitur & fructus fruticis,
uox labruscæ similis: unde dicitur, sudans. Est enim unguentum, quod sic redditur ab amo-
mo, quemadmodum thus & gummī resudat e sua arbore. Est autem hoc pleriq̄ commu-
ne. Vnde & stacte odoramenti genus græcis, stilla dicitur. Iam sunt myricis. Myrica hu-
milis uirgulti genus est, cuius meminit Vergilius in uaticinio Sibyllæ: Non omnes arbu-
sta iuuant humilesq̄ myricæ, Inter omnia uero unguenta, prima laus est balsamo. Vnde
de Plinij librum duodecimum.

O sancta præsepis tui

Aeterne rex cunabula,

Populisq̄ per seclum sacra

Mutis & ipsis credita

Coniungit inter se diuersissima. Quid humilissis cunabulis & præsepis Quid sublimi-
ssis æterni regis nominer. Sic uisum est illi, qui uocauit mundum, ex humillimis & cõtem-
ptis reddere sublimia: contra, quod altū erat desicere. Populisq̄ per secl.) Non omnia
tẽpla omnibus populis olim erant ueneranda, Vnaquæq̄ gens suos habebat deos. Tum
autem & tempora uariabant religionem, Ioui cessit Saturnus. Hæc cunabula quæ nobis
dederunt regem æternum, cunctis orbis nationibus ueneranda sunt, idq̄ per omnia secu-
la. Regis æterni, cultus est æternus. Et omnium regem omnes merito uenerantur. Mutis
et ipsis credita.) A priscis usque seculis manauit ad nos pictura, quæ Iesu præsepis addit
bouem & asinum quod tamen in sacris literis nusquam aperte proditū est. Sed occasio
sumpta uidetur ex Esaiæ prophetia, quæ dicit: Cognouit bos possessorem, & asinus præ-
sepe domini sui, populus autem Israel me non cognouit, & populus meus nō intellexit. Cer-
te huc spectauit Prudentius. Bos enim & asinus nihil crediderunt, sed barbaræ gentes,
seruientes demonijs & cupiditatibus suis, ac brutorum in morē uiuentes credidere Chri-
sto, quum populus Israeliticus etiam hodie Christo rebellet.

Adorat hæc brutum pecus

Indoceta turba scilicet.

Vis cuius in pastu sita est,

Adorat excors natio.

indo

Indoceta turba) Turba, dixit contemptim, quum populus Israel esset populus electus
ac deo peculiaris, Indoceta, quia, quod est omnium præcipuum, nesciebat deū. Sōli Iudei
per legem nouerant unicum deum. Vnde & Christus insedit asino, qui gētium figuram
habebat. Brutum pecus, quod non sapit. Indoceta propter ignorantiam legis. Vis cuius in
pastu sita est, ob luxum & libidinem, cui seruiebant more brutorum animantium, que na-
tura prona, & uentri obedientia finxit. Excors, quia nondum habebat, quod optat. Da-
uid. Cor mundum crea in me deus. Vnde præuaricatores iubentur redire ad cor.

Sed cum fideli spiritu

Concurrat ad præsepia

Pagana gens & quadrupes,

Sapiatq̄ quod brutum fuit,

Negat patrum profapia

Perosa præsentem deum.

Credas uenenis ebriam

Furijsæ lymphatam rapi.

Quemadmodum in distichis Elegiacis ferè pẽtameter absoluit sensum, ita in Iambicis
dimetris obseruatur, ut quartus absoluat, quod tamen perpetuum non est. Nam hic pen-
det constructio; sed ita ut priores quatuor principale mẽbrum absoluat: Sensus est, quum
ad Iesu cunabula concurrant pastores, concurrant Magi, concurrant Scythæ, Arabes &
Indi, gens pagana, quæ nihil secum adfert, præter simplicem fidem, quum nec habeat le-
gem, nec religionem, nec beneficia (Paganam uocat rusticam, et à sacris alienam, quadru-
pedem ob brutas cupiditates quibus ante seruiebat) tamen Iudæi, ex quorū genere pro-
diit Christus, negant & oderunt præsentē, quem tot seculis expectarant, clamantes: Veni
dñe & libera nos. Veni & noli tardare, relaxa facinora plebis tuę Israel. Credas, credere
possis, Nam modus est potentialis. Venena dixit ueneficia, quibus inducitur dementia.
Furijsæ lymph. Lymphari dicuntur phanatici, qui furore per numen aliquod immissio
agitantur. Lympha enim aqua est. Et creditum est olim, q̄ qui nympham uidisset in fon-
te, furijs ageretur. Sunt & fontes, qui gustati mentem adferant.

Quid prona per scelus ruis?

Agnosce, si quicq̄ tibi

Mentis refedit integræ,

Ducem tuorum principum.

Apostrophe ad Iudæos. Agnosceimus quod prius cognitum noscitur & amplecti-
mur. Propheta & legis figura Christum depinxerāt. Talis uenit, qualis erat promissus,
& tamen Iudæi nolunt agnosce. Refedit, pro reliquū est. Et integræ dixit, pro sanæ. Du-
cem tuorum principum. Haud scio an Prudentius scripserit principem, ut dux princeps
intelligatur primarius ac summus. Nam & Moses, & Iesus Naue, & Dauid duces erāt.
Sed hic erat omnium dux. Ille eduxit Moysen ex Aegypto. Ille deduxit per desertum, cor-
mitante illos petra: petra autem ut scribit Paulus, erat Christus. Ille afflauit Samuelē ac pro-
phetas. Ille Dauid. Quicq̄ enim Christi uocabulum pertinet ad naturam humanam, ta-
men ob hypostaseos singularitatē de homine prædicantur, quæ peculiariter sunt naturæ
diuinæ, & contra.

Hunc quem latebra & obstetrix

Virgoq̄ foeta & cunula,

Et imbecilla infantia

Regem dederunt gentibus,

Peccator intueberis

Celsum coruscis nubibus

Deiectus ipse, & irritis

Plangens reatum mentibus.

Rursus

Rufus pendet post quartum dimetrum ordo. Duos depingit aduentus Iesu, alterum quo uenit humilis, ut seruator omnium, alterum quo ueniet sublimis, iudex uiuorum ac mortuorum. Qui hic contemplerunt humilem, illic formidabunt sublimem. Hunc, cum dem. Veniet enim idem uisibili corpore Latebra quia in obscuro oppidulo, in abiectione loco diuersi forij. Et obstetrix, mulier contempta. Virgo foeta, quo nihil incredibilius uidebatur. Cum nulae praesepc. Et imbecilla infantia, Nihil ea aetate contemptius. Haec tam abiectione tamque contempta regem dederunt uniuersis. A tam humilibus initijs deus et ternum illud regnum uoluit exoriri. Peccator, qui noluit credere. Intueberis. Videbunt in quem conpunerunt. A resurrectione non exhibuit se conspiciendum, nisi discipulis. In extremo die sese exhibebit omnibus. Caelum coruscis nubibus. Sic ipse promittit in Euangelio: A modo uidebitis filium hominis uenientem in nubibus cum maiestate patris. Coruscis. Sicut fulgur emicat ab una caeli parte erumpens in diuersum, ita subito uidebitur. Deiectus ipse. Tunc uersis rerum uicibus, ille sublimis erit cum suis, cum quibus hic erat deiectissimus: & erunt deiectissimi, qui hic uidebantur sublimes. Irritis fletibus. Tum enim sera erit poenitentia, sed quisque metet prout seminauit.

Cum uasta signum buccina
Terris cremandis miserit,
Et scissus axis cardinem
Mundi ruentis soluerit,
Insignis ipse & praeminens
Meritis rependet congrua,
His lucis usum perpetis,
Illis gehennam & tartarum.

Magnifice dixit uastam buccinam, quae nusquam non audiatur. Sic Paulus: Canet enim tuba. Terris cremandis. Ut per diluuium olim purgatus est mundus, ita tunc per incendium purgabitur. Somniantur hac de re non nihil & poeta ex uaticinijs Sibyllae, quae multa refert Lactantius. Quamquam idem dicit Petrus epistola secunda, capite tertio: Caeli autem qui nunc sunt & terra, eodem uerbo repositi sunt, igni referuati in diem iudicij, & perditionis impiorum hominum. Ac paulo post. Adueniet autem dies domini ut sur, in quo caeli magno impetu transierint, elementa uero calore soluentur: terra autem, & omnia quae in ipsa sunt opera exurentur, &c. Nam fat est indicasse locum ad quem allusit poeta. Et scissus axis. Orbis caelestium corporum per suos quique polos uoluuntur, non aliter quam rota uoluntur per axem.

Iudaea tunc fulmen crucis
Experta qui sit senties,
Quem, te furoris praesule,
Mors hausit, & mors reddidit.

Hoc carmen a sciolo deprauatum restitui. Sic enim habebatur: Experta quae sit senties. Quae te furoris praesule, Mors hausit, & mors reddidit. Sensus hic est: O Iudaeorum incredula natio, quae Christum priori aduentu noluit agnoscere, sed clamasti crucifige, crucifige, non habemus regem nisi Caesarem, tunc quum uidebis triumphale signum crucis et sublimi, fulminis ritu perstringens oculos impiorum: per hoc agnosces, quis & qualis sit ille pridem contemptus ac ludibrijs affectus, quem mors absorbit, te praesule furoris, hoc est te autore mortis, quae Pilatum inuitum adegisti ad impium facinus, & mors reddidit quemadmodum Ionam absorbit cetus, ac tertio die reuouit.

COMMENTARII IN HYMNVM PRUDENTII
de natali pueri Iesu, per Erasmus Rot. Finis.

Erasmi

ODES ERASMI ROTERODAMI

COMMENTARIOLVS IN HYMNVM PRUDENTII
de Epiphania Iesu nati.



Christus, qui seruandis omnibus uenerat, unamquamque gentem caprauit occasione rerum, quibus delectabatur, quibusque fidebat, Iudaeos allexit miraculis, Magos astrologiae deditos attraxit indicio stellae peculiari luce fulgentis, Graecis misit Paulum, eloquentia polentem, & appositum ad congregandum cum philosophis. Venit autem humilis, ut nos euereret ad amorem rerum caelestium. Ascendit in caelos, ne per illum resuscitaret ad uitam nouitatem, posthac rerum humilium amore teneamur sed eodem feratur studia nostra, quod praecessit caput nostrum. Itaque

Quicumque Christum quaeritis,
Oculos in altum tollite
Illic licebit uisere
Signum perennis gloriae.

Stella Magis indicabat Christum, sed nobis Christum representat. Ille praeuus in columna nubis & ignis, eduxit filios Israel ex Aegypto. Idem nobis praelucens auocauit a tenebris peccatorum, ac uiam nobis aperuit in patriam lucis aeternae. Descendit ad nos, ut dux esset in caelum. Magi nisi sustulissent oculos in altum, non uiderent stellam: nos nisi cordis oculos erigamus in caelum, non inueniemus Christum. Qui scrutantur uenas auri & argentum, quorum animus semper in scrinijs, aut in patinis: qui latifundia iungunt latifundijs, quoniam oculos habent in terram defixos, non uident hanc stellam. Visere, proprie ire ad uidendum, tamen nonnunquam usurpatur pro uidere. Signum perennis. Sola gloria Iesu perennis est. Alioqui omnis caro foenulum, & omnis gloria eius quasi flos foeni. Proinde qui gloriatur, in domino gloriatur. Signum erat eius, qui lux est mundi. Stella corpus est lucidum: ita Christus, quo nobis esset uisibilis, carnem induit.

Haec stella, quae solis rotam
Vincit decore & lumine,
Venisse terris nunciat
Cum carne terrestri deum.

Exponit quare dixerit, signum. Vincit decore ac lumine.) Non est uerisimile stellam illam fuisse maiorem sole, sed gratia lucis antecelluisse. Sole enim sua luce perstringit ac percillit oculos obtuentium, Christus autem diuinitatis suae lucem, cuius humana natura capax non erat, humani corporis familiaritate temperauit, ut possimus intueri. Et ideo subiicit Prudentius: Cum carne terrestri deum. Quoniam enim deus uidet homines nihil amare posse, nisi quod uiderent, fecit se nobis uisibilem, ut uel sic amaretur. Et quoniam omnino considerare uolebant homines hominibus, dedit eis unum hominem, ut alienati a fiducia caeterorum hominum, totam fiduciam suam transferrent in hunc unum hominem, qui neminem esset destitutus, quod idem esset deus.

Non illa seruet noctibus
Sequuta lunam menstruam,
Sed sola caelum possidens
Cursum dierum temperat.

In exordio mundi sol conditus est, ut praesertim diei: luna, ut in nocturnis tenebris aliquid luminis solatium praerberet, non quod luna non luceat aliquando interdiu, sed quod obscuretur claritate solis, quemadmodum & caeterae stellae, quae non sequuntur lunam, sed luna lucente tamen apparet, alioqui luna maiores. Ut autem uideantur minores, facit longius interuallum ab obtutu nostro, quum luna sphaeram terrae proximam obtineat. Menstruam autem

autem uocat, quod intra triginta dies peragat cursum suum cum Zodiaco, quem sol peragat anno. Ceteri quidam etiam tardius. Quoniam autem lumē habet mutuū à sole, quum est illi proxima, nulla uidetur, at paulatim recedens à sole, magis illustratur, donec aduersa soli toto orbe luceat. Inde rursus accedens ad solem, decrefcit. Vnde in literis mysticis rerum humanarū gerit typum, in quibus multū est caliginis, nihil stabilitatis. Stultus, inquit Sapiens, ut luna mutatur. Sol autē Christum designat, qui est sapientia patris nullis obnoxia mutatiōibus aut uicissitudinī. Quemadmodum dicitur annuum, aut diurnum, ita & mensurū. Sed sola cœlū. Quia sola apparebat. Cœlū appellat aerē. Nec enim creditur illa fuisse e numero stellarum fixarum, aut errantium quæ uocantur, nec ulli affixa orbī, sed recens in hoc condita, ut per aerem incedens Magis indicaret eternam illam stellā Iesum Christum, in quem hæc uere congruunt, quæ dicit Prudentius. (Cursum dierum.) Iuxta historiam non semper prælucebat Magis stella, sed quoties opus erat: Iuxta allegoriam Christus est stella sola possidens cœlum, dux & auctor omnis diuinæ ueritatis. Hic est dies animorū, qui nescit occasum. De eo uaticinatus est Balam: Orietur stella ex Iacob.

Arctoa quamuis sydera
In se retortis motibus
Obire nolint, attamen
Plerunq; sub nymbis latent.

Duæ sunt stellæ intra flexus anguis, quas Græci ἀρκτος, id est, urfas uocant, tam uicīne polo septentrionali, quem ab ipso ἀρκτος appellat, ut nobis nunquam occidant. Id in dīcās Vergilius in Georgicis scribit: Arctos Oceani metuentes æquore tingi. Et Ouidius: Magna minorq; feræ, quarum regis altera Graias,

Altera Sidonias utraq; sicca rates.

Siccas appellat, quod non mergantur: non quod ulla stella mergatur, sed quod occidētes nobis uideantur Oceano mergi. (In se retortis motibus.) Quoniam uolunt circa polum, minimum conficiunt spacij, sed uidentur mox redire unde uenerant. Non occidunt, tamen plerunq; fit ut non uideantur, uidelicet obductæ nubibus, Christus autem neq; uuit occasum, nec ullis tenebris occultari potest. Hoc Prudentius ἀρκτος.

Hoc sidus æternum manet
Hæc stella nunquam mergitur,
Nec nubis occurfu abdita
Obumbrat obductam facem.

Sidus ex pluribus constat stellis, ut urfa, ut taurus. Stella singularis est. Aut igitur abusus est uoce sideris, quod apud poetas non est infrequens, aut sidus appellat Christum, se cum trahentem sua membra.

Tristis cometa intercedat,
Et si quod astrum Sirio
Feruēt fauore, iam dei
Sub luce destructum cadat

Præter septem præcipuas stellas, quas Græci planetas uocant, Latini errone, præter stellas fixas, quas innumeras habet octaua sphaera, frequenter apparent nouæ stellarum species, insignem aliquam felicitatem aut calamitatem mortalium generi denunciante. Græci cometas uocant, Latini crinitas, horrētes, ut inquit Plinius, crine sanguineo, & comarum modo in uertice hispidas. Sunt & pogonia, acontia, ceratia, lâpades, aliæq; cōplures, ex forma quā ostendunt nominibus inditis, de quibus tractat præter alios Plinius lib. 2. cap. 25. Dubitatum est autē, an hæ perpetuæ sint, an ex tempore nascantur, humore uim igneā concipiente, & post occidant. Neq; enim semper apparent in orbibus ipsis, sed frequenter in aere hoc nostro, uelut Castores, qui uidentur insidentes antennis, faces & bolides. Nec desunt qui putat nostras animas habere cognationē cū stellis, ut sua cuiq; sit peculiaris, quæ pariter cum homine nascatur & occidat. Hæc utrunq; habent, probabile est

est hæc stellam recens creatam fuisse, nec orbibus affixam fuisse, sed. uigenti ductu per aerem monstrasse uiam Magis. Tristis cometa) Iuxta sensum allegoriam id accipiendum est. Nam & post Christum natum, frequenter apparuerunt cometa. Sed post exortam stellam illam Euāgelicæ ueritatis, nō est quod quisq; timeat pestiferas. Satanae stellas, siue bellum, siue famem, siue pestilentiam minantur comete, nihil est periculi his, qui sequuntur ductum huius stellæ quæ est Christus Iesus. Et si quod astrum) Sunt & sydera parum prospera rebus humanis, quum occidunt aut exoritur, ut Orion, hyades, ac piciades, quæ tēpestatem adferunt: canicula, cuius exortu solis seruo accenditur, feruent maria, fluctuant in cellis uina, mouentur stagna, in crudescunt pestilentia, canes toto eo tempore in rabiem aguntur. Ea dicitur Sirius, a flammæ candore: quoniam qui Græcarū uocū erymologias contraxit, tot recitat opiniones, ut me pigeat referre. Iuxta tropologiam uero Sirius est Satana, qui mentis hominum ad insanos amores, ad bella disidiaq; concitat. Has stellas extinguit Christus exortus, ac prælucebat mētibus nostris. Nec caret gratia, quod abusus est appellatio pro epitheto. Sirio uapore, quasi dicas: ita los mores, pro Italicos, uaporem autem dicit exhalationem calidam.

En Persici ex orbis sinu
Sol unde soluit ianuam,
Cernunt portu interpretes
Regale uexillum Magi.

Incertum unde uenerint Magi, nisi quod legitur ab Oriente uenisse. Persis autem ad orientem est Palestina, in qua est Hierosolyma. Periti interpretes. Mox enim ut uiderunt stellam interpretantur natum regem. Vbi est qui nauis est rex Iudæorū: Porro quos Græci philosophos appellat, Persia Magos uocant. Vetusissima philosophia erat astrologie studium.

Quod ut refulsit, cæteri
Cessere signorum globi,
Nec pulcher ausus est suam
Conferre flammam lucifer.

Lucifer, eadem est Venus, qua nulla stella benignior, nec plus habet lucis. Nam & in terditu frequenter apparet, & sola omnium umbrā facit super terrā. Nulla est gloria, siue prophetas et patriarchas conferas, siue angelos, siue quicquid est in terris magnificū, quod Christi gloria non obscuretur. Globos autem dixit stellas, quod sphaericam habeant figuram, etiam si nobis uideantur radijs inæquales, ob interuallū magnitudinem.

Quis iste tantus inquit,
Regnator astris imperans,
Quem sic tremunt cœlestia,
Cui lux & æthra inferuiunt.

Describit stellam Christum ex significatione stellæ. Astris imperans, quia cadunt & obscurantur. Tremunt, id est, uenerantur. Lux & æthra: Aethra est purior cœli pars: habet enim & cœlum ipsum lucem suam.

Illustre quiddam cernimus,
Quod nesciat finem pati,
Sublime celsum interminum,
Antiquius cœlo & Chao.

Nullum imperium humanum fuit aut erit perpetuum. Hæc stella significabat regem, cuius nec initium ullum fuerit, nec finis sit ullus futurus. Vnde & diuinam naturam intelligit. Nihil enim principio caret simul & fine, iuxta theologos, nisi solus deus. Antiquius cœlo & Chao.) Chaos fuit ante mūdum conditum. Hoc itaq; nihil antiquius.

Hic ille rex est Gentium,
Populique rex Iudaici,
Promissus Abrahæ patri
Eiusque in æuum semini.

Omissa persona Magorum, quos fecerat loquentes, ipse persequitur sermonem. Rex gentium & Iudæi populi. Iudæi deum appellant Abraham, Isaac, & Iacob, sed Euangelium docuit illum esse regem omnium gentium. Abraham enim pater est omnium credentium, & huius posteris præstatur, quicquid illi promissum. Iudæi sunt, quicunque profitentur nomen Iesu, & mentem habent à terrenis cupiditatibus circumcisam.

Aequanda non stellis sua
Cognouit olim germina
Primus fator credentium
Nati immolator unici.

Attingit historiam, quæ refertur Genesis 22. Postquam Abraham paratus erat immolare filium unicum Isaac, dixit illi deus: Per memetipsum iuravi, dicit dominus, quia fecisti hæc rem, & non peperisti filio tuo unigenito, propter me benedicam tibi, & multiplicabo semen tuum sicut stellas cæli.

Iam flos subit Dauidicus
Radice Iessæ æditus,
Sceptrique per uirgam uirens
Regum cacumen occupat.

Refert prophetiam, quæ est apud Esaiã cap. 11. Egredietur uirga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet, cuius allegoriam exponit: Ex Dauid filio Iesse, prodijt Christus. Virga autem gestam est regum, cuius uiror significat perennitatem regni. Flos insignem clementiam. Ex humilibus initijs natum est regnum Euangelicum, sed rectitudine ueritatis in crescens, occupauit totum orbem. Sequitur enim in eadẽ prophetia. Et percussit terram uirga oris sui: uidelicet uirgam indicans Euangelicæ ueritatis. Subit autem dixit, pro emergit: quemadmodum Vergilius dixit subijcit pro altum iacit.

Exin sequuntur perciti
Fixis in altum uultibus,
Qua stella sulcum traxerat
Claramque signabat uiam.

Exin, id est, postquam apparuerat stella. Perciti flagrant amore uidentis pueri. Stella signum erat, sed uis quedam occulta afflarat illorum animos. Sulcum. Naui dicitur potis sulcare mare. Ita stella uidetur sulcare aerem.

Sed uerticem pueri supra
Signum pependit imminens,
Pronaque summissum face
Caput sacratum prodidit.

Prona face, uelut adorandum. Caput sacratum, id est, puerum. Synecdoche est, quemadmodum charum aut lepidum caput dicentes, totum hominem intelligi uolumus.

Videre quod postquam Magi
Eoa promunt munera,
Stratibus uotis offerunt
Thus myrrham & aurum regium.

Quod, subaudi caput. Eoa, Orientalia, uel quod earum rerum maxime fertilis sit Oriens, uel quod ab Oriente uenerint.

Agno/

Agnosce clara insignia
Virtutis ac regni tui,
Pueri cui trinam pater
Prædestinavit indolem.
Regem deumque annunciant
Thesaurus, & fragrans odor
Thuris Sabei, & myrreus
Puluis sepulchrum prædocet.

Apostrophe ad puerum. Puer, puer legendum est. Aliquis superscripserat o, ut indicaret uocandi casum esse: id scriba adiecit dictioni. Trinam indolẽ. In hypostasi Christi tres erant substantiæ, siue nature: diuina natura, anima humana, & corpus humanum. Verum hic aliud annotat, tres uelut personas fuisse in Christo: dei, regis, & hominis, hoc est, sacerdotis. Quatenus erat homo, mortuus est, hoc est immolauit seipsum pro peccatis mortalium. Huius rei typum habebat myrrha. Nam & sacerdotum erat, incendere thymiana, & defunctorum corpora myrrha oblinebantur, ne putrescerent. Rex erat, quoniam ipse dicit: Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra. Id indicabat aurum. Deus erat, ædens miracula, seipsum reuocans in uitam. Eius rei figuram habebat thus, dicatum rei diuinæ.

Hoc est sepulchrum, quod (deus
Dum corpus extingui sinis,
Atque id sepultum suscitauit)
Mortis refregit carcerem.

Exponit allegoriam sepulchri. Quod animabus defunctorum est tartarus, hoc sepulchrum est exanimatis corporibus. Christus ut homo mortuus est, ac sepultus: ut deus reuixit, clauso sepulchro. Item huius anima, ut hominis descendit ad inferos, sed ut diuinæ nature coniuncta, reuersa ab inferis, liberauit illic detentas.

O sola magnarum urbium
Maior Bethleem, cui contigit
Ducem salutis cœlitus
Incorporatum gignere.

Apostrophe est ad Bethleem patriam Iesu. Allusit autem ad prophetiam, quæ est apud Micheam cap. 5. Et tu Bethleem Effrata paruulus es in milibus Iuda. Maior, magnarum dicit, pro eo quod erat, inter magnas maxima. Cœlitus incorporatus. Non quod corpus uenerit ex cælo, sed quod absque uiri semine, cœlesti opificio foetus ille conceptus sit.

Altrice te summo patri
Hæres creatur unicus,
Homo ex tonantis spiritu,
Idemque sub membris deus.

Allusit ad prophetiam psalmi: Dominus dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te. Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatẽ &c. Homo ex tonantis spiritu. Homo erat ex spiritu sancto conceptus, Deus erat, sed sub humano corpore, ita in uno summa imis erant coniuncta.

Hunc & prophetis testibus
Iisdemque signatoribus,
Testator & fator iubet
Adire regnum & cernere.

Persequitur quod dixerat hæres unicus. Sator, hoc est, genitor erat deus pater. Idem testator, quia instituit heredem filium. Unde testamentum uocatur nouum ac sempiternum.

Tom. 5

C c C 2 In

In testamento adhibentur testes & notarij, quo magis sit ratum. Hi sunt prophetae testes huius promissi, ac uelut obsignatores testamēti diuini. Neq; enim liberum, ut ita loquar, erat deo rescindere testamentū, posteaq; per prophetas erat proditum. Quid igitur super erat, nisi ut quod erat legitime promissum, praestaretur ut institutus haeres iuberetur adire haereditatem. Id factum est, quum natus est dominus Iesus: Tum enim missus est, ut regnum affereret patri, cuius ipse consors esset. Et cernere opinor dictum, pro decernere. Deuincendus enim erat tyrannus Satanus.

Regnum quod ambit omnia
Diua & marina & terrea
A solis ortu ad exitum
Et tartara & caelum supra.

Regnum, inquam, non qualia sunt huius mundi, angustis circumscripta terminis, sed quod omnia complectitur. Diua dixit, pro caelestibus. Sub dio, sub caelo. Et suspicor diu fuisse scriptū. Tartara infra terram sunt, angeli supra caelum. Et huc usq; porrigitur hoc regnum.

Audit tyrannus anxius
Adeffe regum principem,
Qui nomen Israel regat
Teneatq; Dauid regiam.

Christus rex erat. Satanus tyrannus. Is p Herodem belligeratur aduersus Christū. Audit ex Magis, & scribis conuocatis. Anxius, Sic enim legis, turbatum regem Herodem.

Exclamat amens nuncio,
Successor instat, pellimur.
Ferrum satelles corrippe,
Perfunde cunas sanguine.
Mas omnis infans occidat,
Scrutare nutricum sinus,
Interq; materna ubera
Ensem cruentet pulso.

Nuncium dixit, rem nūciatam. Successor. Christus instat, quia natus. Pellimur. Aliud erat regni genus, q̄ credebat Herodes: de quo elegantem hymnum canit chorus ecclesiae sticus: Herodes hostis imple, Christum uenire quid times? Non arripit mortalia, qui regna dat caelestia. Nemo non execratur Herodis crudelitatem, sed quicumq; dediti sunt opibus, aut honoribus mundi, similem exercent crudelitatem in innocentes, quoties imminet periculum, ne pereat illis quod amant.

Suspecta per Bethleem mihi
Puerperarum est omnium
Fraus, ne qua furtim subtrahat
Prolem uirilis indolis.

Ne qua, ne aliqua puerpera. Ita metri ratio postulat. Alioqui ne qua possit accipi, pro ne qua uia.

Transfigit ergo carnifex
Mucrone districto furens,
Effusa nuper corpora,
Animasq; rimatur nouas.

Effusa nuper, nuper nata. Animas nouas. Nam infundendo creantur. Rimatur, quia le tali uulneri locus quaeritur.

Locum

Locum minutis artibus
Vix interemptor inuenit
Quo plaga descendat patens
Iuguloq; maior pugio est

Mitre tractat hunc miserationis affectum. Iuguloq; maior pugio est. Quum pugio sit gladiolus breuior, tamen iugulo maior. Est autem epiphonema rei narratae.

O barbarum spectaculum.
Illisa ceruix cautibus,
Spargit cerebrum lacteum,
Oculosq; per uulnus uomit.

Ad exaggerandum rei atrocitatem, ponit ob oculos uaria mortis genera. Oculosq; per uulnus uomit. Ex pulsu profluit oculi Lacteum cerebrum, nullis adhuc pituitis aut alio qui uitiosis humoribus corruptum.

Aut in profundum palpitans
Mersatur infans gurgitem,
Cui subter arctis faucibus
Singultat unda & halitus,

Quoniam infantis est tenerū corpus, & calore foueri solitū, palpitat ad sensum aquae frigidae. Singultat unda. Ob fletum saepe singultiunt pueri. Hic frigus aquae, & interclusus halitus mouet singultum.

Saluete flores martyrum
Quos lucis ipso in limine
Christi insecutor sustulit,
Ceui turbo nascentes rosas.

Flos initium & spes est fructus sequuturi. Sic pueritia flos est aetatis. Sequuti sunt post uberrimi fructus martyrum aduulorum. Hoc genus apostrophe conuenit epilogo generis Encomiastici.

Vos prima Christi uictima
Grex immolatorum tener,
Aram ante ipsam simplices
Palma & coronis luditis.

Christiana uictima est macrare carnem cum suis concupiscentiis, quae rebellant spiritui quemadmodum scribit Paulus Romanis capite 12. Exhibeatis corpora uestra hostiam uiuentem sanctam deo placentem, & rationabilem cultum uestrum. Sed praecipua uictima est, ubi totum corpus pro Christi gloria impenditur. Ita Paulus ad Timotheum 2. cap. 4. Ego iam delibor, & tempus meae resolutionis instat. Aram ante ipsam, pro ipsam legendum suspicor, cuius. Palma & coronis.) Palma insigne erat uictoriae. Dabantur & coronae uictoribus. Mite seruauit decorum personae. Puerorum est ludere. Ludunt ante aram, in qua macerati sunt, sed ludunt palma, & coronis, prius exempti uita, quam scirent se uiuere.

Quid proficit tantum nefas
Quid crimen Herodem iuuat?
Vnus tot inter funera
Impune Christus tollitur.

Aduersus diuina consilia, nihil ualet humana uigilantia. Nihil non factum ab Herode, ne Christus elaboreretur. Solus elapsus est.

Inter coeui sanguinis
Fluenta solus integer

Tom. 5

CcC 1 Fer

Ferrum, quod orbabat nurus,
Partus fefellis uirginis.

Grauitè dixit fluenta sanguinis; festiuiter autem, coæuum sanguinem, eiusdem ætatis infantium. Orbabat nurus. Nurus dixit sp̄sas. Orbatur qui liberis priuatur, aut alioqui re charissîma. Nec sine tropo ferrum dixit gladium.

Sic stulta Pharaonis mali
Aedicta quondam fugerat
Christi figuram præferens
Moses præceptor ciuium.

Confert historiam ueteris testamenti cum historia Euāgelica. Pharo rex Aegypti, ut dens increfcere populum Hebræorū, iussit ut omnis fœtus masculinus exponeretur. Mosestamen expositus in Nilum, deo uolente seruat⁹ est, in scio rege. Confert igitur Pharaonem cum Herode, Iesum cum Mose. Iesus captiuos, diaboli tyrannide oppressos, liberauit, ac cœlestis Hierusalem ciues fecit. Moses suos ciues eduxit ex Aegypto. Receptor rem dixit restitutorem.

Cautum & statutum iusserat,
Quo non liceret matribus,
Cum pondus alui absoluerent
Puerile pignus tollere.

Cum pondus alui absoluerent, id est cum emitterent fœtum. Absolutur quod perficitur: absolutur quod dimittitur. Puerile à puero dicitur. Nam masculinū intelligit. Tollere, pro educare dictum est, siue sustollere.

Mens obstetricis sedulæ
Pie in tyrannum contumax
Ad spem potentis gloriæ
Furata seruat paruulum,

Exodi cap. 2. narrat hoc factum à matre Mose, Ad spem potentis. Nam infantis indoes, insigne quiddam præ se ferebat.

Quem mox sacerdotem sibi
Assumpsit orbis conditor,
Per quem notatam faxeis
Legem tabulis traderet.

Moses dux, dux & Christus. Sacerdos Christus, & Moses sacerdotium instituit. Moses legem tulit faxeis tabellis inscripam, Christus autor est legis Euangelicæ, quam cordibus credentium inscribit per spiritum sanctum.

Licet ne Christum noscere
Tantisper exemplum uiri?
Dux ille cæso Aegyptio
Absoluit Israel iugo.

Aperit collationem. Moses destinatus dux populi, quum uideret Hebræum iniuria affici ab Aegypto, occiso qui parabat iniuriam, liberauit Hebræum. Quod tum faciebat in uno, mox factum est in toto populo, uia petefacta per mare rubrum, in quo perijt Pharo cum suis.

At nos subactos iugiter
Erroris imperio graui,
Dux noster hoste faucio
Mortis tenebris liberat.

Aegy

Aegyptus Hebræis sonat tenebras, unde in mysticis literis gerit typum uitæ uirtijs & erroribus obnoxia. Hæc uera longeq; miserrima seruitus est, seruire uirtijs. Ab hac libera uit nos dux noster Iesus, non per legis opera, sed per gratiam, ac per fidei lucem depulit tenebras errorum.

Hic expiatam fluctibus
Plebem marino in transitu,
Repurgat undis dulcibus
Lucis columnam præferens.

Baptismus designabat mare rubrum, quod per sanguinem Iesu Christi seruat Hebræos, ac transmittit in libertatem, Pharaonem cum exercitu toto mergit. Vicia, malæq; cupiditates sunt exercitus Aegyptiorum. Hebræis per noctem prælucebat columna ignis. Nobis ad pietatem respicientibus, præluceat Euangelica ueritas.

Hic præliante exercitu,
Pasis in altum brachijs
Sublimis Amalech premit
Crucis quod instar tunc fuit.

Confert historiam quæ habetur Exo. 17. Moses stans in uertice collis, tollebat manus in altū, & interea uincebāt Hebræi pugnantes aduersus Amalech. Christus in cruce pro nobis porrexit manus suas, & uictus est hostis noster Satanus.

Hic nempe Iesus uerior,
Qui longa post dispendia
Victor suis tribulibus
Promissa soluit iugera.

Iesus Naue perduxit Israel in terram promissam, expulsis indigenis. Verū is nihil aliud erat, q̄ typus nostri Iesu: quid deuicto Satana, perducit suos in regnum cœlestē. Post longa dispendia. Quoniam Israelitæ per annos quadraginta uarijs calibus agitati sunt in deserto, quum uia sit non admodum longa ab Aegypto in Syriam. Suis tribul. Fratres Christi sunt, qui illi per fidem copulantur.

Qui ter quaternis denicq;
Refluentis amnis alueo,
Fundauit & fixit petris
Apostolorum stemmata.

Historiam quam legis Iosue capite tertio & quarto, accommodat ad allegoriā. Quum Israelitæ pedibus transissent Iordanem, inferiore parte fluminis defluxu suo relinquente siccum alueum, & superiore semet in altum agglomerante, Iosue iussit, ut è singulis tribubus singulos eligerent, qui rursus ingressi Iordanem, è medio alueo tollerent singulos lapides durissimos, quos in eius facti memoriā reponi iussit. Hos uiros interpretatur duodecim apostolos, per quos Christus fundauit ecclesiam suā: quemadmodum legis Apocalypseos capite uicesimo primo. Et murus ciuitatis habens fundamenta duodecim, & in ipsis duodecim nomina duodecim Apostolorum & agni. Ter quaternis, id est duodecim Refluentis. Ita Psalmus: Iordanis cōuersus est retrorsum. Stemmata dixit monumenta.

Iure ergo se Iudæ ducem
Vidisse testantur Magi,
Cum facta priscorum ducum
Christi figuram finxerint.

Ex tribu Iuda natus est Iesus, iuxta prophetiam: Ex te enim exhibit dux, qui regat populum meum Israel. Vidisse testantur Magi. Aiunt enim: Vbi est qui natus est rex Iudæorum? Cum facta. Vidimus, inquiunt, stellam eius. In signo uiderāt Iesum, quemadmodum

Iudæi uiderant Iesum in figurarū ænigmatis, & oraculis prophetarum, priusq̄ nascere-
tur. Nimirū hoc est quod ait: Cum facta priscorū ducum Christi figurā finxerint: quem
admodum modo declarauit de Mose & Iosue. Finxerint dixit, pro designarint.

Hic rex piorum iudicum
Rexere qui Iacob genus,
Dominæq̄ rex ecclesiæ
Templi nouelli ac pristini.

Christus in medio seculorum natus est, sic ut utrumq̄ tempus complectatur, & præter-
ritum, & sequens. Rex erat synagogæ, rex est ecclesiæ. Rex erat patriarcharum, regū ac
iudicum Israelis. Rex est & posterorum idem Iesus Christus. Dominā ecclesiā uocat,
quod huic se submittat orbis. Templum nouellum dixit ecclesiā, hoc est templum spi-
rituale. Et templum pristinū, dixit templum Solomonis, quod ecclesiā gerebat imaginē.
Idem Christus utriusq̄ imperabat, sed aliter. Illis destinatus, his exhibitus: illis adombra-
tus figuris, his palam declaratus: illis promissus, his datus, illi seruabantur, quia credebāt
uenturum. nos seruamur, quia credimus uenisse.

Hunc posteri Effraym colunt,
Hunc sancta Manassæ domus:
Omnesq̄ suscipiunt tribus
Bis sena fratrum semina.

Non solum ea Iudææ pars, unde natus est Christus, adorant Christum, uerumetiam
omnes tribus, quæ sunt duodecim, sortitę nomina à duodecim patriarchis filijs Iacob.

Quin & propago degener
Ritum secuta inconditum,
Quæcunq̄ dirum feruidis
Baal caminis cõxerat:
Fumosa auorum numina
Saxum, metallum, stipitem,
Rasum, dolatum, sectile,
In Christi honorem deserit.

Germani Iudæi sunt, qui genus ducunt ab Abraham, Isaac, & Iacob, ac duodecim pa-
triarhis. Nam hi coluerunt unum deum. Degenerem propaginem uocat eos, qui genus
duxerunt ab Agar, Moab, & Ammon, unde gentium origo, deos multos colentium.
Quæcunq̄ dirū f. B. c. cox. De Baal idolo, quod colebatur olim ab impijs, multis est men-
tio in libris sacris, Aram Baal demolitus est Gedeon, una cum Iuco, ac nouum extruxit al-
tatē. Quoniam autem uariæ gentes erant colentes simulachra, ideo dicit: Quæcunq̄ natio
coxit dirum Baal, hoc est, execrabile simulachrum, feruidis caminis. Fumosa auorum)
Fumosa dixit, uel ob uetustatem, uel ob fabricarum officinas. Saxum, metallum, stipi-
tem.) Tres materias refert deorum, lapidem, æs, lignum. Opificium item triplex. Metal-
lum raditur lima: saxum secatur, lignum dolatur.

Gaudete quicquid gentium est,
Iudæa, Roma, & Græcia,
Aegypto, Thrax, Persa, & Scythia,
Rex unus omnes possidet.

Inuitat omnis orbis nationes, ad laudandū Iesum, qui rex est omnium, per quem unum
omnes ad uitam reuocantur.

Laudate uestrum principem
Omnes beati ac perditī,
Viui, imbecilli, ac mortui,
Iam nemo posthac mortuus.

Quibus

Quibus res sunt prosperæ, beati dicuntur. Perditi, qui uarijs malis affliguntur. Sed sæ-
pe beatiore sunt afflictis, q̄ beati. Vtriq̄ tamen laudare debent principem suum Iesum.
Beati, quod successu rerum ex ipsius benignitate fruuntur. Afflicti, quod per illius miseris-
cordiam emendantur ac purgatur, ne pereant in æternū. Viui, imbecilli. Siue morimur,
inquit Paulus, siue uiuimus, domini sumus. Qui uiuit ac ualet, laudet principē suū, qui in
hoc uitam largitur, ut reddatur melior, Qui egrotat, laudet regem suum, qui nostro bono
morbos immittit. Qui moritur, laudet principem suum, quoniam trāsferat ad uitam fe-
liciosem. Neq̄ enim iam mors dicenda est, quæ rectā perducet ad uitam eternā, per Iesum
aperto regno cõzorum. Non enim moriuntur, sed obdormiscunt, qui moriuntur in Chri-
sto, ad angeli uocem & corporibus experrecturis.

COMMENTARIOLI DES. ERASMI ROTERODAMI
in hymnum Prudentij de Epiphania pueri
Iesu, Finis.

CHRISTIANI HOMINIS INSTI-
TVTVM PER DES. ERASMV M RO-
terodamum.

Ad Galatas 5.

Valet in Christo fides, quæ per dilectionem operatur:

FIDES.

CREDO PRIMVS ARTICVLVS

Confiteor primum ore pio, uenerorq̄ fidei
Mente deum patrem, uel nutu cuncta potentem.
Hunc qui stelligeri spatiosa uolumina cœli,
Et solidum omniparæ telluris condidit orbem:

ET IN IESVM II

Eius item gnatum Iesum cognomine Christum:
Quem dominum nobis agnoscimus & ueneramur:

QVI CONCEPTVS III

Hunc Maria afflatu diuini numinis, aluo
Concepit uirgo, peperit purissima uirgo.

PASSVS SVB PONTIO IIII

Et graue supplicium immeritus damnante Pilato
Pertulit, infami suffixus in arbore, mortem
Oppetit, tumulatus humo est, claususq̄ sepulchro:
Interea penetrat populator ad infera regna.

TERTIA DIE V

Mox ubi tertia lux mœsto se prompserat orbi
Emersit tumulo, superas rediuitus in auras.

ASCENDIT VI

Inde palam ætheream scandit sublimis in arcem,
Illic, iam dexter patri asidet omnipotentī.

ITERVM VENTVRVS VII

Idem olim rediturus, ut omnem iudicet orbem,
Et uiuos pariter, uitaq̄ & lumine cassos.

CREDO IN SPIRITVM VIII

Te quoq̄ credo fide simili spirabile numen,
Hælitus afflatusq̄ Dei facer, omnia lustrans.

SANCTAM ECCLESIAM IX

Et te confiteor sanctissima concio, qua gens
Christigena arcano nexu coit omnis in unum:

CcC 5 Corpus

Corpus & unanims capiti sociatur Iesu,
Hinc proprium nescit, sed habet communia cuncta.

REMISSIONEM PECCATORVM X

Hoc equidem in cœtu sancto, peccata remitti
Credo, uel ijs sacro fuerint qui fonte renati,
Vel qui diluerint ultro sua crimina fletu.

CARNIS RESVRRECTIONEM XI

Nec dubito quin exanimata cadauera rursus
In uitam redeant, animas sortita priores.

VITAM ÆTERNAM XII

Viraq; pars nostri, corpusq; animusq; deinceps
Iuncta simul, uitam ducent sine fine perennem.

SEPTEM SACRAMENTA.

Hoc quoq; persuasum est, ecclesia mystica septem
Munera dispensat, quæ sacramenta uocantur.
Hinc uarię dotes, & gratia plurima menti
Cœlitus inferitur, si quis modo sumpserit apte.

ORDO PRIMVS.

Ordine nanq; sacro, confertur sacra potestas.
Ut fungare ministerijs, Christo auspice, sanctis.

MATRIMONIUM II

Munere coniugij nati hunc prodimus in orbem,
Vsq; adeo pulchri, pulcherrima portio, mundi.

BAPTISMVS III

Munere Baptismi longe felicius idem
Quam prius in te Christe renascimur, atq; nouamur.

CONFIRMATIO IIII

Deinde in amore Dei nos confirmatio sacra
Constabit, mentemq; inuictio robore durat.

EUCCHARISTIA V

Mysticus ille cibus (Græci dixerunt synaxin)
Qui panis uiniq; palam sub imagine, Christum
Ipsum præsentem uere exhibet intima nostri
Viscera cœlesti saginat, & educat esca,
Inq; Deo reddit uegetos, & reddit adultos.

POENITENTIA VI

Si quem forte Deo capitalis reddidit hostem
Noxia, continuo metancea medebitur illi.
Restituet lapsum, rescissaq; fœdera rursus
Sarciet, offensi placabit numinis iram,
Commisi modo pœniteat, pigeatq; nocentem,
Isc; uolens peragat præscripta piamina culpæ.

VNCTIO VII

Vnguinis extremi munus nos munit, & armat,
Migrantemq; animam per summa pericula, tuto
Transmittit patriæ, & superis commendat euntem.

AMOR DEI

Hæc est indubitata Fides, cui pectore certo
Nixus, amabo patrem super omnia cunctipotentem;
Qui me condideritq;, & in hunc produxerit orbem,
Rursus amore pari dominum complectar Iesum,
Qui nos asseruit, precioq; redemit amico.
Spiritus item sanctum, qui me sine fine benigno
Afflatu fouet, atq; animi penetralia ditans

Doti,

Dotibus arcanis, uitali recreat aura.
Atq; hic ternio sanctus, & omni laude ferendus
Toto ex corde mihi, tota de mente, supremis
Viribus obsequio, meritoq; coletur honore.
Hunc unum reuerebor, & hoc semel omnis in uno
Spes mea figetur, hoc omnia metiar uno.
Hic propter sese mihi semper amabitur unus.

AMOR SVI.

Post hunc haud alia ratione, ac nomine charus
Ipse mihi fuero, nisi quatenus omnis in illum
Ille mei referatur amor, fontemq; reuisat.

FUGA PECCATI.

Culpam præterea fugiam pro uiribus omnem,
Præcipue capitale tamen uitauero crimen,
Quod necat, atq; animam letali uulnerat ictu.

SVPERBIA. INUIDIA. IRA.

Ne fastu tumeam, ne uel liuore maligno
Torquear aut bili rapiar feruente cauebo,

GVLA. LVXVRIA. PIGRITIA.

Ne uel spurca libido, uel insatiabilis alius
Imperet enitar, nec turpis inertia uincat.

AVARITIA.

Ne nunq; saturanda fames me uexat habendi,
Plus satis ut cupiam fallacis munera mundi.

FUGA MALORVM HOMINVM.

Improba pestiferi fugiam commercia cœtus
Omnia, summo animi conatu, proq; uirili.

STVDIVM PIETATIS.

Atq; huc incumbam neruis, ac pectore toto,
Ut magis atq; magis superet mihi gratia, uirtus,
Augescatq; piæ diuina scientia menti.

DEPRECATIO.

Orabo superosq; precum libamine puro
Placare adnitar, csm tempore sedulus omni,
Tum uero eximie, quoties lux festa recurret.

FRVGALITAS VICTVS.

Frugales epulæ semper, mensæq; placebit
Sobria mundicies, & auari nescia luxus.

IEIUNIUM.

Seruabo reuerens, quoties ieiunia nobis
Indicit certis Ecclesia sancta diebus.

MENTIS CVSTODIA.

Sancta uti sint mihi secretæ penetralia mentis,
Ne quid eò subeat fœdum ue, nocensue studebo.

LINGVÆ CVSTODIA.

Ne temere iuret, ne unquam mendacia promat,
Turpia ne dictu dicat mea lingua cauebo.

MANVS CVSTODIA.

A furto cohibebo manus, nec ad ulla minuta
Viscatis mittam digitos, & si quid ademptum,
Cuiq; prout, id domino properabo reddere iusto.
RESTITVTIO REI FORTE REPERTÆ
Id quoq; restituam, si quid mihi forte repertum est,
Me penes haud patiar prudens aliena morari.

AMOR PROXIMI.

Nec secus atq; mihi sum charus, amabitur omnis
 Proximus. est autem (ni fallor) proximus ille,
 Quisquis homo est, at sicut amor referatur amici.
 In Christum, uitamq; piam, ueramq; salutem.
 Huic igitur fuerit quoties opus, atq; necesse,
 Sedulus officio corpusq; animumq; iuuabo,
 Ut mihi succurri cupiam, si forsan egerem.
 Id tamen in primis præstabo utriq; parenti,
 Per quos corporeo hoc nasci mihi contigit orbe,
 Tum præceptor, qui me erudit, instituitq;
 Morigerus fuero, ac merito reuerebor honore.
 At rursus dulcisq; scholæ, studijq; sodales
 Semper (uti par est) sincero amplectar amore.

ASSIDVA CONFESSIO.

Si quando crimen fuero prolapsus in ullum,
 Protinus enitar, pura ut confessio lapsum
 Erigat, ac iusta tergatur noxia pœna.

SYMPTIO CORPORIS CHRISTI
 IN UITA.

Ast ubi sacrati me ad corporis atq; cruoris
 Cœlestes, epulas, pietasq; diesq; uocabit,
 Illotis manibus metuens accedere, pectus
 Ante meum, quanta cura studioq; licebit,
 Purgabo maculis, uirtutum ornabo nitelis.

MORBVS

Porro ubi fatalis iam terminus ingruet æui,
 Extremumq; diem cum morbus adesse monebit,
 Maturæ sacramentis me armare studebo,
 Atq; his muneribus, quæ ecclesia sancta ministrat
 Christigenis, reteget confessio crimina uitæ
 Sacrificio, sumam Christi uenerabile corpus.

MORS.

Quod si uicinæ propius discrimina mortis
 Urgebunt, supplex accersam qui mihi rite
 Oblinat, ac signet sacro ceromate corpus.
 Atq; his præsidij armatus, sicuti dignum est
 Christicola, forti ac fidenti pectore, uita
 Decedam, bonitate dei super omnia fretus.

HOC FAC ET VIVES.

EPITAPHIUM ODILIÆ FIGENÆ
 dum in cimiterio sub signo crucifixi.

Epulta uiuum te salutat Odilia.
 Quid ad sepultæ uerba mox fugit color?
 Viuum saluto uiua, quæ lubitum est rei
 Placidæ bonæq; dita dare uocabular?
 Mala uita mors est, & sepulchrum, & inferi:
 Vna hæc tibi timenda, si mortem times.
 Nam quod uocant mori, est pijs renascier.
 Nostri peribit nihil, & haud pilus, nisi
 Perit, feraci semen abditum scrobe,
 Mox se benigno redditurum scœnore.
 Si rem putaris, quid mori est, nisi feri?
 Condi sepulchro, quid nisi occari fata?

Iamq;

Iamq; in propinquo est ille fatalis dies,
 Quæ uere nostro stantibus Fauonijs
 Rediuiua putri pullulabunt è cauo.
 Moxq; emicabit læta corporum leges.
 Quorum uiror perennis, haud unquam amplius
 Marcescet: hanc in spem fidelis interim
 Sopita gremio terra seruat fragmina.
 At mens caducis expedita uinculis
 Inuisa quanquam, uiuit ac te cominus
 Sentit, uidetq;, triplici discrimine
 Vitæ antea cta merita carpens præmia,
 Messemq; pro semente quam fecit metens,
 Bona pars relictis artibus circumuolans
 Captat piæ hæc comneantium preces,
 Ut luendis expiata noxijs,
 Quas terreo contraxit è contagio,
 Iam pura purum adire possit æthera.
 Has flagitato subleua præcamine,
 Memor, uices te mox manere mutuas.
 Pendentis alto uictimæ de stipite
 Mors obsecranda est, obsecranda uulnera:
 Hoc fonte, si quod efficax piaculum,
 Viuisq; manat, manat hinc & mortuis.
 Si porro properas, tum precatus uerbuo
 Lucem & quietem, perge cursum, te quoq;
 Para sepulchro, mox sequuturus. Vale.

EIVSDEM QUERELA DE FI
 lio superstitite.

Dictum erat ad sacras mihi nomen Odilia lymphas.
 Idq; mei solum iam superesse uides.
 Cætera mors rapuit, cineres atq; arida tantum
 Terra parens gremio confouet ossa suo.
 Quid tibi te dignum, nisi te mors saua precemur?
 Scindere cui cordi est, quæ bene iunxit amor?
 Iam nihil est charam à membris discernere uitam,
 Quiddam etiam dulci dulcius est anima.
 Tu potes à gnato dilectam auellere matrem,
 Impia, uel centum rumpere uincla potes:
 Quos natura potens, te præter in omnia uictrix,
 Mutua quos pietas, quos ita rara fides,
 Quos mores placiti, & dulcis concordia uitæ
 Tam bene, tam multis nexibus unierant:
 Hos tu ut distraheres tollis, sine pignore matrem
 Atq; ita pars melior orba relicta mei est.
 Sed bene, quod mors nostra scidit, tua Christe refarcit:
 Plusq; boni reddit, quam dedit ista mali.

RESPONDET FILIVS SVB PI
 cture Christi crucifixi Moyli
 & serpentis.

Vita fugax haud longa dedit diuortia nostri,
 En mors æqua tibi, quod tulit ipsa refert:
 Vna duos pietas uiuos bene iunxerat, ut nunc
 Amborum cineres una recondit humus.

Amborū

Amborum uultus tabula uisuntur eadem,
 Subripuit leto hoc ingeniosa manus.
 At tu spectator, sortis memor omnibus æquæ,
 Hæc saltem ex animo fundito uota sitis.
 Christe necis domitor ac uitæ perpetis autor,
 Iugem animis uitam morte reponere tua.
 Tu sacra illa silex, teretis quæ uerbere uirgæ
 Vitaleis scatebras gentibus icta dedit.
 Tuq; salutiferum serpentis in arbore signum,
 Quod ueteris colubri cuncta uenena domat.
 Quin hodieq; pijs uitæ fons ille perennis
 Pectore defosso sanguis & unda scatur.
 Ille dat exanimis reduci recalescere flatu,
 Hæc animæ maculas abluit omnigenas.
 His age muneribus dulci cum pignore matrem
 In dextrum referens assere Christe gregem.

DES. ERASMI ROTERODAMI OPERVM
 Quinti Tomi finis.

SERIES CHARTARVM.

abcdefghijklmnopqrstuvwxyz. ABCDEFGHIJKLMNOP
 QRSTVWXYZ. aa bb cc dd ee ff gg hh ii kk ll mm nn oo pp qq rr ss tt
 uu xx yy zz. AA BB CC DD EE FF GG HH II KK LL MM NN OO PP
 QQ RR SS TT VV XX YY ZZ. AaA BbB CcC.
 Omnes terniones præter gg & CcC quaterniones.

BASILEÆ APVD HIERONYMVM FROBENIUM
 ET NICOLAVM EPISCOPIVM
 ANNO M D XL.

Eucharistia.	& Christy qua uenit ad eucharistiam & quomodo adorandus & dies festi	423/424
	& Christy ueritas & uita & libertas christiana que sit.	436.
Resurrectio.	& Resurrectio & quale gaudium indicat resurrectionis.	441/442.
	& Non acceptio personarum apud Deum s; dicitur qui inuocat nomen domini audit.	443/444.
Idolatridia.	& Idolatriam a templis expulsi in terra corda sculpti &c. & sit propter idololatridia.	446.
Adoratio.	& Adoratio coram domino quid sit & quo malo &c. & caritudo mira christianis.	447.
Misericordia.	& Misericordia & misericors patris &c. & differentia inter hec nomina	457/458.
Signum.	& Christy signum quomodo & de multiplici signo.	460/461.
Similitudo.	& Contra impietatem aut. fana. & similitudinem	462/463.
Cananea.	& Vim facere regno egypti &c. & stare & curare quid	252/253.
Pastor. q. rex.	& Pastoris uoce ut audiunt oues & grex pousillu.	268/269.
Semites, uia.	& Semites que sunt in euangelio & que deo deducit & quonia.	274/288.
Bellum.	& Certum auguriu ad bellandum, seu aliud negotiu eligendu &c. optime	302/303.
Christy.	& Difficultatem bene agendi que conditio e hominis assumpsit & sed utrum necessitatem moriendi accepit.	1061/1062.
passio de.	& Quibus rationibus pagna & diabolo augetur, nec minuetur contrarijs.	1074/1075.
	& Quo in una anima aduersitates sint in nobis, & duplex animi uis &c. & quibus rationibus christy mortem uelabat uelabat q.	1076/1077.
Christus.	& Quibus causis christy diuinitas ostendit quam alacritatem ostendit p. h. e. hanc uiam. optima.	1078/1079.
	& Declina a malo. no dixit ultra malu & quo declinandum a malo ut h. b. o. r. a. nos a malo, & cohibe lingua tua a malo	341/342.
Or. lingua.	& Os Dei & lingua & pariter os hominis aut lingua, illo illa q. loqua uel uel non his.	371/372.
Vanitas n.	& Omnia uanitas etia dicitur homo & tamen tenet in imagine in hominum &c. & natura nouerca.	379/380.
Oratio.	& quid ualid petijt instimulo auferendo, & de p. r. p. o. r. t. e. r. a. o. r. a. t. i. o. n. e.	385/386.
+ Arianus.	& Metaphora arianus optima in bonu & malum sumpta.	387/388.
Misericordia.	& Incomia misericordis, & similitudo peccatorum ut fidant illi.	484/485.
	& quo in tollenda uitia secundu scima etia sine consilio general	419.
Mois.	& Dominus dixit parit me nihil mihi deerit sola uis & uere dicit. optime	281/282.
	& Magna consolatio mors p. i. s. & bonis.	374/375. 283/284.
	& p. m. s. a. n. c. i. s. t. r. i. s. s. i. t. u. i. u. s. s. e. n. s. u. s. e. t. o. b. i. d. i. a. s. t. f. e. c. i. t. d. e. u. s. p. r. o. p. r. i. a. t. i. o. n. e.	1080.
	& quadruplex mors. spiritalis. & p. r. a. s. s. i. f. i. c. a. t. i. o. n. e. s. e. t. e. r. n. a.	1088.
	& salubre consiliu pro impati ad mortem q.	1090/1097.
	& differentia inter p. o. e. z. & p. o. e. t. a. t. i. o. n. e. z.	382.
	& Contra malucos & persecutores aueriores uitio z.	383/384.
	& Exemplum patientis & tolerantis in p. o. e. z. & flagellis	385.
	& ordo deprecandi deus pro calamitatibus & persecutoribus amouendis	386.
	& Effectus diuini flagelli optime expressus	387.

